Universidad de Deusto
Biblioteca

S. VINCEN
Ferreri
Tom. 1.

templar las tempestades del Matòn Marte, las humeda-
des de Venus, y la Luna; y estaba como lastimado de
vèr, que el tal Marte serà destruicion de Vegetables, y
muerte de Vivientes en la estacion rigurosa de el Estio.
A los humores los venia Mercurio disponiendo, y bur-
lando en muchos la impresion de Marte.

Tirando à su Carreta Camellos, y Elefantes, que
se movian al passo de el Buey, se arrullaba el Calvo Sa-
turno, lleno de mocos, cazcarrias, y gargajos, desfa-
guando los Sesos en podridas destilaciones, como si fue-
ra Estudiante) con el mangual de su guadaña rebolvia
las Nubes, apelmazaba las Nieves, y desde su Cielo de
Capricornio al grado veinte y quatro daba sofiones, que
se oian en la Tierra; y siendo assi que ha muchos meses
que no se le quita vn punto la Tòs, y el Catharro; para
la Primavera maduràran sus flemas, y desaguarà à pis-
tos su mal humor.

Jupiter con su querno, florecido en la mano, venia
en su Carromato, à quien movian Pavos, y Cigueñas,
haziendo rechinar al Zodiaco, y alborotado de el Espi-
ritu Marcial, porque resollaba tempestades, y tiene furia
de no dexarlo en todo el año, y al Julio no avrà tierra
que le aguante; pues si desde la humeda estacion de los
Pezes, donde està, viene tan encendido, què podèmos
esperar quando se haga dueño de el Cancer, y el Leon?
Pues desde alli son precisas todas las enfermedades, que
provienen de repleccion de la sangre, dolores de Costa-
do, Synochos, Viruelas, Sarampion, Ophtalamias, &c.

A los tardos galopes de dos Buitres, venia la Luna
[illegible] dos, y co[illegible]damente
[illegible] planetas, y les dezia: Ea, Estre-
[illegible] Marte [illegible]
[illegible]
[illegible] para ofiend[illegible]
[illegible]
[illegible]

BEATI

VINCENTII

NATIONE HISPANI,
professione sacri Prædicatorum ordinis, Theologiæq; doctoris,
& Euangelicæ doctrinæ
prædicatoris celebratissimi,

*

SERMONES HYEMALES.

Autoris uitam, Indicemq; locupletissimum in fronte libri præfiximus.
Omnia denuo recognita, ac summa cura diligentiaq; excusa.



BIBLIOTECA DOMUS DURANGENSIS

8-1354

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Giuntæ,
M. D. L.

5-12
54

...idencia vniversal de el Mundo, no ha de quedar Ca-
...ezo, que no se registre, ni Preso, que no se sentren-
...cie: à Carcel perpetua (dezia yo en las consultas de es-
...os pensamientos) estàmos condenados desde la muerte
de el nacer, hasta la vida de el morir, siendo solo el
morir disolucion de esta Carcel. Presidio es el Mundo,
donde Galeotes, naidezidos de Dios, à remo tendido
sudamos el pan: Carcel es la vida, y todas sus mansio-
nes son salas de tormento, donde vnos de otros somos
los fieros verdugos: aun el Alma siendo Espiritual, vive
presidiaria en las mazmorras de la Carne, no ay ente,
que no muera en prison: Las Ciudades, Villas, y Luga-
res de el Mundo son Encierros, y Calabozos de la vni-
versal Carcel de la Tierra: donde quiera que nos guie
el destino, vamos presos: en este Valle vivimos desterra-
dos los hijos infelizes de Adàm, y nuestras causas estàn
pendientes, hasta que el Juez vniversal nos llama, y en-
tonces se rompe la Carcel, se acaban las prisiones, y la-
mentos de este (como le llama la Iglesia Valle de Lagri-
mas: pues à nuestras operaciones vienen à residenciar los
Astros, causas segundas de el Juez Omnipotente, puesta,
y ordenadas por su providencia para govierno de esta Ma-
quina, como se dexa discurrir en los sucessos siguientes.

VISITA GENERAL, Y RESIDENCIA
Politica.

DEsestrellando Coluros, desencaxando Zonas, cru-
hasta la Salispero el Sol encendido de que huviene q...
en luzes se las apostaste, turbado, y medio tartamudo
procesò sus causas, diziendo: Esta Bizarra Señora,
de condicion altiva, es la que trabuca, y baraja el Go-
vierno, Resoluciones, y Estatutos de los Calabozos de
Geminis: no ay propuesta que no se le consulte, de que
quando alteraron la residencia vnas mal confusas vozes
de *fuego, fuego en los Calabozos de Leon*, assustaronse las
han resultado algunos alborotos en la Carcel. Esta que
està à su lado derecho, se vale de los altivezes para tra-
zar ocultas trayciones, y admite adelantados intereses
por dudosos Goviernos. Aquella Soberana de Cancer
desvarata vnos negocijos publicos; aqui llegaba el Sol,
esse incendio son humos solos de mal apagados carbones,
que en las cenizas de el Cancer no han acabado de per-
der las lumbres; y assi prosiga la residencia, que el da-
ño es leve; dixo el Sol: Estos Mancebos son esperança-
dos Alcaydes de estos Encierros, sus causas son: dexe-
mente purgados sus defectos. A essa Dama, que todo
Marte, à estos sentencio à que se casen, que es el ma-
yor castigo que se les puede dàr, y assi quedan sobrada-
las Secretario. Hablò Venus, que los pecados de estos
yo los conozco mejor; y assi con licencia de mi Juez
lo quiere mandar, que prosiga; y si no tiene otro delito,
vaya libre, y sin costas. A la de la traycion oculta, que
se le multe en hazer publicos sus ideas. Y à la que de-
...oda, se le con...lena à
...blicos re...
...udez
...os, que no...

AVTORIS VITA.

DIVVS Vincētius cognomēto Ferrarius, natione Hiſpanus, patria Valentinus, patre notario publico natus eſt. Is nimirum ex uxore tres ſuſtulit filios. Petrum primo loco natum, qui cum ea quam duxerat uxore uitam exegit laudatiſsimam. Alteri nomen fuit Bonifacio. Is iuris utriuſq; doctor, demortua tandem uxore, Cartuſienſium religioni ſe addixit, tanta uir prudentia, uiteq; ſanctimonia, ut eum inierit magiſtratū, geſſerit q; feliciſsime, quem Prioratum generalem Cartuſienſes uocitant. Tertius fuit hic de quo uerba ſumus facturi Vincentius, qui poſt bonam adoleſcentie partē literis humanioribus non ſegniter impenſam, etatis annum agens octauum ſupra decimum, quicquid uite ſuperabat, celo deuouens, fratrū diui Dominici, quos Predicatores appellant, ordini uoluit adſcribi. Theologie tandem lauream adeptus, a confeſsione fuit (uulgus confeſſorem dicit) Petri Lune, qui clementi ſuccedens in ſchiſmate, Benedicti decimitertij nomen ſortitus eſt. Auinioneq; ſedit cum curia, Vrbano Rome pontificem maximum agente. Quum autem Vincentius nulla ratione poſſet Benedicto perſuadere ut eccleſie quieti cōſulturus pontificatu ſe abdicaret, ſuumq; cum Vrbano diſsidium ad concilium Conſtantiēſe referret, eius neceſsitudine exoſus, ſe totum apoſtolico mancipauit officio. Aragoniā ſiquidē, Cataloniam, Valentiam, Caſtellam, Appuliam, Britanniam, ſed eam minorem, Allobrogas, Borbonium, Franciam, aliasq; regiones non ualde paucas ita ſuis cōcionibus annorum triginta ſpatio illuſtrauit, ut ſue ſanctitatis opinionem perquā facile mortalibus iniecerit. Tanta quippe (ut illibatam eius uirginitatem, ceteraque uirtutum ſpecimina noſtro ſeculo inuentu non perinde facilia ſubticeſcam) fuit abſtinentia, ut ſemel omnino in die ueſceretur. ea uite ſanctitate, ut & ſpiritu prophetico & miraculis non infrequentibus uel uiuus claruerit. eruditione tam rara, ut ſolos Bibliorum libros ſecum uehere, ex eisq; luculentiſsimas illas declamationes concinnare diceretur. Septuagenarius demum apud Venetos, que ciuitas eſt minoris Britannie, felicem animam omnifariam uirtutibus inſignem celo reddidit, anno poſt Chriſtum natum. M.cccc xviij. menſe Aprilis, die Mercurij ante ramos palmarum, ſepultus in ede maiori, & id honorificentiſsime. Pontificante Martino. v. imperante autē Sigiſmundo. In ſanctificio preerat opera, quem Vincentius ipſe pōtificem fore, ſeq; ab eo magnis honoribus affectum iri predixerat. Hec de beato Vincentio ſtudioſiſsime lector utcunque protraxi, quatenus mihi per charte modum licuit, plura quidem eo ſpectantia dicturus, ſi modo liberior mihi patuiſſet campus,

Vale.

TABVLA ALPHABETICA.

INDEX AMPLISSIMVS in ſermones hyemales ſancti Vincentij ad literarum alphabeti ſeriem digeſtus.

A

Aer caliginoſus an locꝰ penalis demonum ſit. Ser. ij. dominice in ſeptuageſima. pag. 110

Audiendi uerbū dei tres modos. Require ſermone dominice Iudica. 443

Augmentū corporale xp̄i. Require ſermo. tertio dominice infra octa. Epiphanie. 160

Autoritatē confitendi cōfeſſor habere debet. Sermone quinte ferie poſt Iudica. 458

Auaricie ſpecies. Require ſermone ſecūdo quarte ferie poſt Inuocauit. 294

Auaricie ſeptem ſpecies. Require ſer. ij. quinte ferie poſt Oculi. 390

Abſoluit xp̄s mulierē in adulterio deprehenſam dicens ſibi, Vade, nullam penitentiā ſibi iniungendo. require ſermone ſabbati poſt Oculi. 399

Accepit Ieſus duos ſanctos ueteris teſtamenti, Moyſen uidelicet & Heliā in ſua glorioſa transfiguratione. ſer. primo ſabbati poſt Inuocauit. 309

Accepit xp̄s in ſua glorioſa transfiguratione dūtaxat tres diſcipꝭos. ſermone primo ſabbati poſt Inuocauit. 309

Accuſationes quatuor, quibꝰ Iudei xp̄m accuſauerūt, de quibꝰ ſe excuſauit, ex qua excuſatiōe multi in xp̄m credide rūt. ſer. iij. ferie poſt Letare. 416

Accuſationes ſeptē, quas puēri ſine baptiſmo decedētes faciūt. ſermone tertie ferie poſt dn̄icam palmarum. 488

Ad habendū deum prope, ſeptē uie nobis neceſſarie ſunt. Sermone. vij. ſecū de dominice aduentus. 62

Adorat xp̄s in ſpiritu ſex modis. Sermone ſexte ferie poſt Oculi. 394

Aduentus Chriſti triplex ad quemlibet peccatorem ſe conuertere uolētem. Sermone. vij. tertie dn̄ice aduētus. 89

Ad adorationē perfectā duo requiruntur. Sermone primo Epipha. dn̄i. 136

Adoratio digna trium regum. Sermone primo Epiphanie domini. 136

Adoratio gaudioſa qua xp̄m ſancti patres in limbo adorauerunt, quādo ad ipſos in morte ſua ſanctiſsima deſcendit. Habetur ſermone ſabbati in uigilia Paſche. 521

Altare conſecratum laicus accedere & tangere non preſumat. Sermone in octa. Epiphanie. 176

Ambulatio fortis ſanctorum trium regum, habetur ſermone primo in Epiphania domini. 136

Angeli ſancti utrum aliquid cooperent ad mortuorum reſurrectionem. Sermone primo prime dn̄ice aduentus. 1

Anima triplici nomine nominatur. Sermone tertio prime dn̄ice aduēt. 12

Anime a corpore recedētis triplex opꝰ. Require ſermone tertio prime dominice aduentus. 12

Antichriſti deceptiones cōtra xp̄ianos. Sermone. ij. dn̄ice aduentus. 11

Angeli in natiuitate xp̄i quare paſtoribꝰ miſsi ſunt. Sermo. natiuitatis Chriſti. 112

Angeli ſtelle dicuntur. Ser. j. in Epiphania domini. 136

Anime bone & perfecte poſt hoīs mortem ſtatim tria cōtingunt. Sermone. iiij. in Epiphania domini. 150

Anima quō ad purgatorium portetur. Sermone quarto Epiphanie dn̄i. 150

Anima ab operibus que ab homine fiūt per prius meretur uel demeret. Sermone quarto Epiphanie domini. 150

Anima Chriſti poſt mortem eius ſanctiſsimam quo iuit aut quid fecit, per pulchre declaratur Sermo. in uigilia Paſche. 521

Aīe ſeparate ſe mutuo cognoſcūt. Sermone ſecūdo dn̄ice in ſeptuage. 210

Animam peccatricem xp̄s curare uolēs ſeptem conditiones ſeruat. ut habetur Sermone quinte ferie poſt diem cinerum. 261

Aīa ad xp̄m aſcēdere uolens, ad modum palme diſpoſita eſſe debet, q̄ ſeptem

tamos habet,& super quẽlibet auem unam & florẽ. sermone primo in die sancto palmarum. 473
Aperti sunt celi cum xps baptizaretur, cũ tamen oĩa xpo aperta sunt. sermone in octaua Epiphanie. 176
Apostoli xpm clare ipis loquentẽ nõ intellexerunt,cũ tñ ipis apte loqueret. quare hoc euangelista dicat,sermone primo dñice in quinquagesima. 244
Appreciates se de generis nobilitate,cõtra hos habeẽ moralizatio quedã. sermone quite ferie post Inuocauit. 298
Aquile natura ad personã superbã moralizata.habetur sermone secũdo dominice infra octa.Epiphanie. 163
Articuli fidei quidã ad diuinitatẽ,quidã uero ad hũanitatẽ xpi pertinent. sermone.iiij.tertie dñice aduẽtus. 78
Arma quibus demon erat armatus cum Christum in deserto tentauit. sermone dominice Inuocauit. 276
Argumenta quatuor que xps contra Iudeos ad eorum superbiam corrigendam & extirpandam arguit. sermone quinte ferie post Inuocauit. 298
Arbitrium liberum deus unicuiq; dimittit,hoc declarat sermo.ij.sabbati post Reminiscere. 360
Arma quibus nos sancta mater ecclesia per tempus quadragesimale armauit. sermõe primo dominice Oculi. 364
Assumpsit xps humanitatem. Rationem huius quere sermone. j. sabbati post Inuocauit. 309
Asinus qui Christi natiuitati affuit quid significet. Require sermone natiuitatis Christi. 112

B

Baptizari quare Christus uoluit. Ratio huius habetur sermone qui fit in octaua Epiphanie domini. 176
Baptizari a te debeo, dixit btũs Ioã. xpo, quare hoc. quere sermo. in octaua Epiphanie. 176
Baptismi effectus. Require sermone. j. dominice in sexagesima. 229
Baptizari oẽs q saluari uoluerint tenentur. sermo. ij. dñice in sexagesima. 233
Bellum intrantes qualem intentionem, si martyres esse uolunt, habere debeant. sermone. vj. secũde dominice aduentus domini. 58
Biuia septem uolentium ire ad regna paradisi. sermone primo in Epiphania domini. 136
Biuia quinq; que xps ambulauit, & nos si bene ambulare uolumus, ambulare oportet. sermo. vj. in Epiphania domini. 156
Blasphemie tres spẽs. Require sermo. quarte ferie post Iudica. 453

C

CApitanei demones, septem peccatorum mortalium suggestiui, qui sint & quomodo nominentur. Require sermo. ij. quarte ferie post Inuocauit. 294
Catholica fides a solo deo. habeẽ sermo. iij. dñice infra octa. Epi. dñi. 202
Castitas utrũ sit uirtus. hoc uide ser. vij. prime dominice aduentus. 31
Caste uiuere uolenti tria necessaria sunt seruanda. sermone primo dominice infra octa. natiuitatis xpi. 118
Casus quibus persone a ieiunio excusantur. sermo. j. sab. post Inuocauit. 309
Charitatis actus, & cõditiões. sermone. iij. dominice in quinquagesima. 252
Celi empyrei cõditiões. require sermone quarto prime dñice aduentus. 19
Celebrare an sacerdotẽ liceat quolibet die. ser. iij. tertie dñice aduẽtus. 74
Censualium due conditiones habẽtur. ser. ij. quarte ferie post Inuocauit. 294
Cerimonie que in sepultura honorabilis persone contingunt, quas etiã demones in inferno in morte hominis peccatoris habent. ser. quinte ferie post Reminiscere. 348
Cerimonias septem xps seruauit in ceci illuminatione, de qua est ser. quarte ferie Leta. 420
Cerimonias quinq; xps in Lazari resuscitatione seruabat, ut habet in sermone sexte ferie post Letare. 428
Circũcisionis dies propter tria in eo facta solennis, dicitur sermone in circunsione

cunsione domini. 125
Circũcidi quare xps uoluit. quere in sermone de festo circũcisionis dñi. 125
Circũstãtie que in circũcisione dñi seruate fuerunt. sermone festi circunsionis. 125
Circũstãtia & conditiões sex que in xpi passione fuerũt, sex cõditiõibus siue preuaricationibus correspõdẽtes, subtilissime declarãtur. ser. qui fit in die Parasceues. 505
Cithara qua Dauid demonẽ ligauit, crucem dñi sctissimã significat. sermõe dominice Reminiscere. 317
Cithare sonus, q̃ demõ fugat, septẽ uerba que xps in ara sctẽ crucis dixit significat. quere ser. dominice Reminiscere. 317
Cithare cõditiones. require sermõe. iij. dominice in quinquagesima. 252
Ciuitas una in celo est, & nõ plures. ser. vij. tertie dñice aduentus. 89
Cognitio angelorũ utrũ ad hominũ cogitationes se extendat. sermo. j. sexte ferie post diem cinerum. 164
Conditiones personarum paradisum introeuntium. Require sermo. v. tertie dominice aduentus. 82
Cõditiones angelorũ require ser. vij. tertie dñice aduentus domini. 89
Cõtra penitentes pauperes nõ se defendere uolentes, require sermo. j. quarte dominice aduentus domini. 93
Conditiones sex stultorũ, require ser. ij. dominice infra octa. nati. xpi. 122
Cõmunio duplex est, spũalis scilicet & sacramentalis. ut habetur sermone secundo in Epiphania domini 142
Cõditiões tres defunctorũ, & quale munus quilibet defunctorũ deo offerat. require sermõe. iiij. in Epi. domi. 150
Cõditiões aiarũ impfectarũ que sunt. require sermo. iiij. in Epi. domini. 150
Cõditiones purgatorij. require quarto sermone in Epiphania domini. eodẽ
Cõficit sacerdos malus sicut bonus, sermone sexto in Epipha. domini. 156
Cõditiones quatuor, quibus seruatis aliquid meremur in hoc seculo. require ser. iiij. dñice infra octa. Epipha. 205
Cõfessoris actus in confessione obseruandos require ser. iij. prime dominice post oct. Epiphanie domini. 185
Cõfitentis actus in cõfessione obseruandos, require. iij. ser. prime dñice post oct. Epiphanie domini. 185
Conditiões tres hoĩm qũo semp ad mortẽ parati fore debẽt. sermone. j. dominice in septuagesima. 207
Conditiones lepre, & qũo mortale peccatum lepre adequetur. ser. qui fit in die cinerum. 257
Cõfitẽs suis criminibus se, nõ aliũ in cõfessiõe accusare debet. require sermone. v. ferie post diem cinerũ. 261
Cõditiões septẽ ab omnibus seruãde in audiendo missam festiuis diebus, require ser. ij. tertie ferie post Inuocauit. 288
Cõtẽplatiõis deuote tres ỹtutes habẽtur ser. j. sabbati post Inuocauit. 309
Cõditiões tres ỹe oĩoni maxĩe necessarias. reqre ser. dñi. Reminiscere. 317
Contritio ỹa qũo esse debeat, & qũo in duobus consistit, & que sit materia, & que sit forma contritionis. Hec oĩa habentur sermone. j. tertie ferie post Reminiscere. 331
Contendebãt apli dei inter se quis eorũ maior esset. ser. ij. tertie ferie Reminiscere. 335
Conuersio pctõris ad deum quinq; necessaria habet. require sermõe. ij. sabbati post Reminiscere. 360
Cõfirmatiõis sacramentũ quinq; ỹtutes habet. sermõe scd'o dñice Oculi. 369
Cõditiões quatuor gẽtiũ, de quibus dat doctrinã qualiter corrigẽdi sunt. sermone tertie ferie post Oculi. 378
Cõgregamur tribus modis in Iesu nomine. ser. tertie ferie post Oculi. 378
Confitẽs qui cõfitetur alicui presbytero, non potenti discernere pericula pctõrũ, uel nõ habenti potestatẽ absoluendi, an talis sit absolutus, quere sermone tertie ferie post Oculi. 378
Confessores qũo xpi exemplo Lazarum resuscitantis se habere debeant in cõ-

ſeſsione. ſermone ſexte ferie poſt Letare. 428
Cõſortiũ nõ habeãt clerici cũ laicis. ſermone. ij. ferie poſt Letare. 411
Concluſiões ſex inter xp̃m ex una pte & principes Iudeorum ex altera pte de xp̃i paſsione diſputate. habentur ſer. dñice Iudica. 438
Congregatiões ſctas quatuor xp̃i Ieſu, require ſer. ſexte ferie poſt Iudica. 463
Cõditiões quinq; gentiũ in hoc mundo requiſ ſermõe i uigilia palmarũ. 468
Concurrũt ex Chriſti paſsione multa ad hoĩs ſaluationẽ pertinẽtia. require ſermone in die Paraſceues ſctã. 505
Continentie tres gradus require ſermone ſexte ferie poſt Letare. 428
Colligẽt angeli in ſeculi cõſummatiõe bonos & malos. Malos quidẽ ad conburendũ in faſciculos colligent, bonos ỹo ad eterna gaudia. ſermo. iiij. dominice poſt octa. Epipha. 205
Correctio inſtructoria contra iſtos qui modico uẽto moti, a ꝓpoſito bono ad malũ recidiuant. require ſermõe. j. tertie dominice aduentus. 66
Correctionis iurantium tres modos require ſermone. ij. ſecunde dominice poſt octa. Epiphanie. 199
Correctio blaſphemie & iuramentorũ quibus liceat. require ſermo. v. ferie. poſt Letare. 425
Correctiões peccatorũ ſecũdũ peccatorum diuerſitatẽ applicande ſunt. Sermone ſecũde ferie poſt palmarũ. 484
Corpora ſanctorũ utrum ſubtilia erunt poſt reſurrectionẽ. Ser. primo prime dñice aduentus domini. 1
Corpora ſctõrũ poſt reſurrectionẽ utrũ erunt impaſsibilia. ſermone. j. prime dominice aduentus. eodẽ.
Corpora glorioſa poſt reſurrectionem utrũ agilia erunt. Sermo. j. prime dñi ce aduentus. eodẽ.
Corporis glorioſi dotes, per imaginem regis, que in denario ipſius corone quatuor liliorũ ſignificatur. Sermõe. v. dñice in ſeptuageſima. 221
Culpa paſsionis domini que fuerit. require Sermone. ij. quarte ferie poſt feſtum palmarum. 497
Curſus xp̃iane eccleſie. require Ser. iij. ſecunde dominice aduentus. 44
Curie due in quib⁹ deus oẽs dat ſñiam. require ſermone ſecũdo quarte ferie poſt Reminiſcere. 345
Claritas utrũ corporibus glorioſis conueniat. require Sermone. j. prime dñi ce aduentus. 1
Clarificationes ſeptem, propter quas ſepties dicitur uox in pſal. xxviij. Ser. ij. ferie poſt palmarum. 484
Clarificationes decẽ quas xp̃s bñdictus quo ad hũanitatẽ petijt, & a deo pꝛe obtinuit. Ser. in uigilia palmarũ. 468
Clauſule quinq; in themate, Parate uiam dñi &c. myſtice ſecũdum ordinẽ exponuntur Ser. iij. quarte dñice aduentus dñi. 100
Clauſule quatuor uitã & mortẽ xp̃i ſanctiſsimã declarantes & ſignificantes, in quadã autoritate Eſa. xlix. pulcherrime deſignantur. ut habeẽ Ser. ſabbati in uigilia Paſche. 521
Creãtur quindecim nobiles creature in peccatorum remiſsione. ſermone. v. ferie poſt Iudica. 458
Creationem uniuerſi non propter ſe, ſed propter nos deus fecit. Sermo. iij. in Epiphania domini. 146
Creaturarũ triplex differẽtia, quas deus creauit. Ser. iiij. in Epipha. dñi. 150
Credere qd xp̃ianũ oporteat ut ouis xp̃i dicaẽ. Ser. iiij. ferie poſt Iudica. 453
Credẽtia uirtualis apoſtolorũ, habetur Sermõe. j. dñice poſt octa. Epiphanie domini. 180
Creſcere xp̃s uoluit ex pueritia ſicut ceteri hoĩes, quare hoc, q̃re ſer. iiij. dñice infra octa. Epiphanie dñi. 205

D.

DAmnantur plures homines q̃ ſaluãtur. quare hoc, require Sermo. j. dominice in ſeptuageſima. 207
Damnãtur infideles dicentes, ſi ſcirem⁹ q̃ fides xp̃iana eſſet uera, & deus nobis eam reuelaret. quare hoc fiat, require Ser. iij. ferie poſt Letare. 416

Deus

Deus ignis dicitur tripliciter, ut habetur Sermone. vij. prime dñice aduẽt⁹. 31
Deus quot modis dicaẽ eſſe ꝓpe creaturis omnibus. ſermo. vij. ſcd'e dominice aduentus. 62
Declarationes tres huius uerbi euangelici. ſ. Erunt primi nouiſsimi &c. Ser. j. dñice in ſeptuageſima. 207
Deceptiones quas diabolus ad hoĩem decipiendũ facit. require Sermo. tertio dñice in ſexageſima. 236
Defenſores fidei in aduentu antixp̃i cadent, & quare deus hoc pmittet. Ser. iij. ſcd'e dñice aduentus domini. 44
Demonũ ſeptẽ noĩa, quorũ qlibet unius pctĩ mortalis capitaneus eſt. Ser. vij. tertie dominice aduẽtus. 89
Declinauerũt Iudei xp̃m per oẽs caſus grãmaticales in ſua ſctiſsima paſsiõe. Hoc pulchre declaratur Ser. ſexte ferie poſt Iudica. 463
Depoſito xp̃o de cruce, oẽs plage & uulnera, preter quinq; principalia, ob matris reuerentiam & conſolationem non apparuerunt. Sermo. in die Paraſceues. 505
Differunt iniquitas, peccatum, ſcelus, & delictum. habetur Sermone. iiij. ferie poſt Letare. 420
Dies quatuor a principio mundi uſq; in finem mundi ſecundum quatuor leges. habetur ſermone ſecunde ferie poſt palmarum. 484
Differunt ſenſus allegoricus, tropologicus, anagogic⁹, & qũo quilibet iſtorum ſenſuum ſpãli uirtuti theologice correſpondet. ut habetur Ser. ij. ferie poſt Iudica. 443
Diſpoſitiões ſeptẽ in peccatorũ remiſsione perſona peccatrix habere debet, ut habetur ſermone quinte ferie poſt Iudica. 458
Diſputationes tres magne inter xp̃m & alias perſonas, habẽtur ſermõe ſexte ferie poſt Oculi. 394
Diſtinctionem & expoſitionẽ huius autoritatis. ſ. Hec eſt uita eterna, ut cognoſcant te ſolum uerũ deum. In qua Arrius hereticus multum erronice locutus eſt. quere Ser. in uigilia palmarum. 468
Diuinitas xp̃i ſanctiſsima, poſtq̃ anima xp̃i ſanctiſsima, & corpus eius ſanctiſſimum diuiſa fuerunt, tota fuit cum anima in limbo, & cum corpore in ſepulchro. ut habetur ſermone ſabbati in uigilia Paſche. 521
Diuinitas xp̃i oſtẽſa & manifeſtata fuit quadrupliciter ſecundum quatuor loca iferni, quomodo & qualiter require Ser. ſabbati in uigi. Paſche. 521
Die quolibet in principio creationis quid deus fecit. quere Ser. vij. ſecunde dominice aduentus. 62
Differentiam inter prophetam, & plus q̃ prophetã, require Ser. vj. tertie dominice aduentus dñi. 86
Differentia uinee ab agro, habetur Ser. iij. dñice in ſeptuageſima. 215
Differentia eſt inter tps carnale quadrageſimale. ut habetur Ser. iij. dñice in quinquageſima. 252
Differt cognitio dei ab hominum cognitione. Sermo. ſexte ferie poſt diẽ cinerum. 264
Differentia eſt inter comedere & mordere. Sermo. j. ſecunde ferie. poſt Inuocauit. 280
Differẽtiã inter uanitatẽ & ſuperbiã require Ser. ij. quarte fe. poſt Inuo. 294
Differentiam inter natiuitatem & cõceptionem xp̃i. require Ser. in uigilia natiuitatis Chriſti. 107
Dignitates tres Chriſti in euangelio oſtenduntur. de quo eſt Ser. j. ſe. ſcd'e poſt Reminiſcere. 323
Dignitas in duo membra ſecatur, ut habetur Sermo. iij. tertie dominice aduentus. 74
Diminutio ſtatus & uite hominum, habetur Sermo. ij. dñice poſt Epipha. domini. 197
Dimittit angelus ꝓprius hoĩem qũo & qualiter. require Ser. vij. tertie dñice aduentus domini 89
Diſputatio quam ſcribe ſiue doctores Iudeorum habuerunt, cum xp̃s in medio eor⁹ in templo ſedebat. habetur

ser.iiij.dominice infra octau. Epipha. 170
domini.
Doctrine quatuor perutiles quas xps iudeis dedit, & per Iudeos ad nos peruenerũt. habẽtur ser.j. quarte ferie post Inuocauit. 291
Doctrine quinq; morales Christi, saluationi nostre multũ proficue. habentur ser.iij.fe.post dñicam Oculi. 378
Doctrine tres subtiles peccatorem respicientes, ut a uia peuersa se diuertat. habentur sermo.ij.sabbati post Remiscere. 360
Doctrine quas btũs Ioannes predicauit. ser.j.quarte dñice aduentus. 93
Doctrinas quas btũs Ioanes his q suo sermoni attẽderũt dixit & tribuit, & qũo unicuiq; secũdũ suũ statum. require ser.j.quarte dñice aduentus. 93
Dominica in septuagesima inter dominicas maiores anni connumeratur. rõnem huius quere ser.iij. dominice in septuagesima. 215
Dñica Iudica in quadragesima quare dominica in passiõe domini intituletur, cum tamen Christus in tali dominica passus non fuerit. require sermone dominice Iudica. 438
Dormire homines tripliciter dicuntur. ser.iiij. dominice post octauas Epiphanie. 205
Dormire contingit tripliciter, hoc habet in notabili quod ponitur post ser.uni cũ quarte dominice post octa. Epiphanie. 206

E

Eucharistie sacramento uenerabilissimo an sine eo saluari possimus. ser.ij.in Epipha.domini. 142
Euãgelica lex gloriã celestem omnibus generibus personarum promittit. ut habetur ser.sabbati post Letare. 433
Euãgelium de sancta Maria Magdalena quare tempore passiõis legatur. ratio huius habetur sermo.v. ferie post Iudica. 458
Ecclesiasticum dominium in decem partes diuisum est. ut habet ser.ij.secunde dominice aduentus. 38
Ecclesia sancta quare dominica in quinquagesima mentionem de Christi passione facit. require sermo.j.dominice in quinquagesima. 244
Ecclesia modos mulieris habet. quomodo hoc, quere serm.ij.dominice Oculi. 369
Efficitur homo pater, mater, & filius, & filia Christi, per uoluntatis xpi factionem. sermo. primo .iiij. ferie post Inuocauit. 291
Eleemosyne quomodo sint dande, inueniuntur tres subtiles expositiones. sermo.j.vj.ferie post diem cinerũ. 264
Eleemosynam te faciẽte nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Hoc uerbum tres expositiones habet. ser.j. vj. ferie post diem cinerum. 264
Elongari quomodo homo a deo poterit, cum deus sit ubiq;. ser. secundo sabbati post Reminiscere. 360
Eleemosyna si meritoria esse debeat, tria exiguntur. sermo. primo dominice Oculi. 364
Equitas culpe & pene, & econtra, habet ser.ij.dñice in septuagesima. 210
Error credentium peccatum finiri uita hominis finita. sermo.ij. dominice in sexagesima. 233
Error dicentium uirginẽ Mariã & alios sanctos genuflectere, uel stare in iudicio extremali. sermo.ij.ij. ferie post Inuocauit. 283
Etates mundi septẽ sunt. require sermo. uigilie natiuitatis Christi. 107
Etates humane nature septem sunt. ser. in octa. Epipha. 176
Examinationes quatuor Iudei fecerunt de ceci illuminatione, ut ueritatẽ scrutarentur. de quo est ser.iiij.fe.post Letare. 420
Exultationes quatuor hũanas xpi in nouo testõ reperimus. sermo.ij. fe. post Iudica. 443
Excellentie quatuor beati Ioanis super alios sanctos. quere sermo. iiij. dominice aduentus dñi. 93
Excellentie seu priuilegia beate uirginis grauide super alias mulieres grauidas. require

require ser.uigilie natiuita.xpi. 107
Excellentie hois super oẽs creaturas. require ser.ij.dñice infra oct.Epipha. 122
Excellentie quinq; quas ppls spũsctõ illuminatus xpo attribuebat. reqre ser. j.iij.fe.post Inuocauit. 285
Excellentias quatuor altissimas xps de seipo declarat. ut habet ser.ij. secunde ferie post Reminiscere. 327
Excellentior est magnificentia in conseratione in pluribus q̃ in incarnatiõe xpi. sicut hr ser.ij.dñice Oculi. 369
Excellentias quatuor magnas & altas de xpo declarat euãgeliũ. de quo est ser. j.quinte fer.post Oculi. 386
Excellentie tres xpi Iesu habẽtur ser.ij.ferie post Letare. 181
Excellentias tres euãgelica lex supra legem Mosaicam habet. ut habet ser.sabbati post Letare. 433
Exire de inferno non põt Lucifer, nisi in aduentu Antichristi, sed in interitu ad nos mittit alios demones. ser.ij. quarte fe. post Inuocauit. 294
Exẽplũ cuiusdã prouincie, in qua quolibet anno ducẽ nouum elegerũt. Ser.j. tertie dñice aduentus. 66
Exẽplum uirginis gloriose, que filiũ suũ dilectissimũ ab infantia ecclesijs appli cauit, quomodo parentes pueros ecclesijs aptare debent. Ser.iiij.dñice infra octa. Epipha. 170
Exemplum de quodã homine neq̃, qui in eodẽ loco in quo matrẽ percussit, suspensus fuit. Ser.iiij.dominice infra octa. Epipha. 170
Exẽplum quomodo btissima ỹgo Maria pessimũ pctorẽ, qui sine confessione & contritione decessit, a demonũ impugnatione redemit. Serm.j.dñice .j. post octa. Epipha. 180
Exemplũ de archidiacono Lugdunensi, qui illo die quo moriebat, mille hoim eodem die per mũdũ moriebantur, quorũ dũtaxat quinq; saluabãtur. Ser. vj.dñice in septuagesima. 224
Exemplum de iuuene rapto ad iudicium xpi, qui subito pre timore factus est canus. Ser.iij.dñice in sexagesima. 236
Exemplum trium latronum, qui causam furis recenter suspensi inquisierunt. Ser.j.dñice in quinquagesima. 244
Exemplum quod dicit sanctus Hieronymus, quomodo pisces maris se supra aquas ante extremũ iudicium uocifferando eleuabunt. require Ser.in uigilia palmarum. 468
Exemplum de quodam scutifero in stabulo confesso, quomodo peccata cooperuit. habetur Sermo.j.ij.ferie post Inuocauit. 280
Exemplo mulieris Chananee orare nos docemur in quadã moralizatiõe. Ser. dominice Reminiscere. 317
Exemplũ mulieris Chananee, quãdo de monis suggestionem sentimus, ad dei filium cõfugere debemus. Ser. dñice Reminiscere. eodem.
Exemplum heremite, qui se orãdi modũ a pauperibus didicisse asserebat. ut hr Sermo .ij. quarte ferie post Reminiscere. 345
Exẽplum de Dauid cum uxore Vrie quo postea etiã uirũ eiusdem interfecit, ut habetur Ser.ij.quarte ferie post Remiscere. 345
Exemplum de Ezechia rege, contra quẽ fuit data sententia iustitie dei, ut moretur, que historia quarti regũ. xx. habetur, & recitatur Ser.ij. quarte ferie post Reminiscere. 345
Exemplum & similitudo declarans diuinitatem nõ dereliquisse aiam nec corpus in sua sanctissima morte. Serm. in sabbato sancto Pasche. 521
Exemplũ cuiusdã philosophi, qui se quẽdã debitorẽ habere asserebat, quẽ in dies persoluisset, qui tamen minime contentaretur, quem debitorem ueutrem proprium existimauerat. ut habetur Ser.ij.v.fe.post Oculi. 390
Exemplũ cuiusdam heremite inuitati a quodã epo, qui comedere noluit aliquod mortuum. ut habetur Ser.ij.v.ferie post Oculi. 390
Exemplũ de quodã religioso, qui in predicando de sancta & individua trinitate confusus fuit, quod sibi contigerat

propter non petere cõsilium & informationem ab expertioribus se. ut habetur dominica Letare. 404
Exemplum de regis filia, que parentibus orbata, expulsa per quendam de regno proprio fuit. Et tandem per aliũ filium regis ad propriam possessionẽ reducta, quo de xpo & hũana natura moralizetur Ser.j. in die palmarũ. 473
Exemplũ de quodã magno magistro, q per aliquot dies ad scrutandum quod dã notabile dubium ieiunabat, & angelus domini sibi postea apparẽs, eũ de dubio certificauit, ut habetur Ser. dñice Letare. 178
Exemplũ de Pompeio, qui in omnibus bellis uictoriam habuit, sed postq̃ templum domini dehonorabat, postea in singulis bellis uincebatur. ut habetur Ser.ij.fe.post Letare. 411
Exẽplum cuiusdã Lõbardi ad quotidie aliquam orationẽ dicendã nos incitat. habetur Sermo. dominice Remini scere. 317
Exẽplum de diabolo, qui in corpore obsesso hominũ peccata diuersa pendebat. Et quomodo peccatũ unius scuti feri ꝓdidit, qui tãdem in stabulo stabulario confessus, damnationem euasit. habetur in Sermo. dñice Iudica. 438
Exemplũ de quodã inuido, super quẽ ex solo cogitatu domꝰ sua corruit. ut habet Ser.iij. ferie post Iudica. 448
Exemplum de quodã homine, q habuit tres amicos, quorũ primũ dilexit plus q̃ se, secundum sicut seipm, tertium parum dilexit, & quo ille quẽ parũ dilexit in necessitatibus sibi astitit. ut habetur Ser.iiij.fe.post.Iudi. 453
Excõicationẽ quomodo quis cauere debeat ne ipsam incurrat, exẽplo cuiusdã qui breuiariũ de ecclesia abstulit, & in quãdã arborem posuit, que propter excõicatiõem factã cõtra q̃libet habentem breuiarum, arescebat & perijt. ut habetur Ser.ij.iij. fer. post Reminiscere. 335
Exemplum de quodam magistro, qui a quadã uetula more insolito baptizatꝰ fuit. Ser.ij.dñice Oculi. 369
Expositio subtilis huiꝰ uerbi, Omnis plãtatio quã nõ plantauit pater meus eradicabitur. habetur Ser.iiij. ferie post Oculi. 383
Expositio & declaratio ualde subtilis huius dicti ꝙ Christus discipulis suis dixit, scilicet, Nõne. xij. hore sunt diei, ut habetur Sermo. sexte ferie. post Letare. 428
Expositio subtilis huius uerbi ꝙ xps dixit. s. Pater & ego unũ sumus, & quod dedit mihi pater, maius omnibus est. habetur Sermo. quarte ferie post Iudica. 453
Expositio subtilis huius autoritatis Ezechielis .xviij.s. Si impius egerit penitentiam &c. habetur Sermo. dominice Iudica. 438
Expositio subtilis huius autoritatis Matthei. xiij. scilicet, Omni habenti dabitur. Sermo. sexte ferie post Iudica. in fine. 463

F

FActa nostra siue bona fuerint, siue mala, oĩa a deo notantur, & tempore deo placente remunerantur. habentur Serm.ij.ij. ferie post Reminiscere. 327
Facta tria de Christo Iesu que habuit inter Iudeos tempore sue amarissime, & impreciabilis, sanctissimeque passionis, declarantur Ser. iij. ferie post Iudica. 448
Febres septem anime, que per febres septẽ corporis significantur. Ser.ij.v.fe. post Oculi. 390
Fenicis natura, & quomodo Christus Fenici assimiletur. Sermone.j. in die palmarum. 473
Ferrũ quatuor cõditiones ab igne, si ignitũ fuerit, recipit. ut habet Ser.vij.j. dominice aduentus. 31
Festa quibus Iudei tẽplum in Hierusalẽ uisitare tenebantur, habentur Ser.iiij. dñice infra octa.Epipha. 170
Fidẽ solus deꝰ diuisit, ut habetur Ser. iij. dñice infra octa.Epipha. 165
Fides

Fides arũdinis cõditiões habet, ut habet Ser.iiij.iij.dñice aduentus. 78
Figura q̃ habet Leuiti.iij. ex qua declaratur ꝙ in principio, in medio, & usq; ad finẽ misse hoies pseuerẽt. Ser.ij.iij.fe. post Iuuocauit. 288
Filios tres habuit Oseas ꝓpheta. Nomẽ primi erat Israel. Nomen secũdi absq; mia. Nomẽ tertij, nõ ppꝰ meus, quo isti tres filij tres cõditiões xpianor significẽt. Ser.ij.iij.fe.post Inuo. 288
Fur uel raptor q plura furatꝰ est, & ꝓuenit infirmitate uel pauptate, sic ꝙ restituere nõ põt, quo satisfaciet. reqre Ser.iij.j.dñice post octa.Epipha. 185
Fractio decẽ ꝑceptorꝝ quot modis cõtingat. quere Ser.dñice Inuo. 275
Fragmenta sex que in mensa, reperimus subtiliter moralizata. Require Ser.j. dominice Letare. 404
Fructꝰ sex q̃s deꝰ uult, ex qbꝰ dat regnũ celeste. ser.j. sabbati post Remini. 356
Fructus septẽ pnie in palma colligũtur, quorꝝ quatuor corpi dabũtur, reliqui uero tres anime. ut habet Ser.j. in die palmarum. 473

G

GAllus cantãs predicatorem quẽlibet significat, ꝓbat duabus rõnibꝰ. Ser.v.fe.post diem cinerũ. 261
Gentiũ tres cõditiones quas xps de templo eiecit, ut hĩ Ser.j. quarte fer. post Inuoca. 291
Genus humanũ ex peccato primorũ parẽtũ captiuũ diabolo fuit. Ser.ij.iiij.fe post Inuoca. 294
Gloria celestis dicit castrꝝ siue ciuitas ꝓpter tria, ut habet Ser.iiij.j.dñice aduẽtus. 19
Gloria celi quot modis obsideatur. Ser. iiij.j.dñice aduentus. 19
Gloria celi quo differẽter deo & nobis debebatur. ut habetur Ser. iij. in Epipha.domini. 146
Gẽtes duplices, asina & pullus, in quibus xps ĩ die palmarꝝ equitauit, significãt. Sermo.ij.in die palmarum. 476
Gliam celestẽ deus diuisit, ut habet Ser. iij.dñice infra octa.Epipha. 165
Gloriam equalẽ utrum habeant sancti in paradiso. Ser.iij.dñice infra octa.Epiphanie. 165
Gloria paradisi dicit denariꝰ, ꝓpter quatuor denarij similitudines & cõditiones. Ser.v.dñice in.lxx. 221
Gloria paradisi ab omnibꝰ in ea existẽtibus nõ equaliter, sed secũdũ magis & minus participatur. Ser.v. dominice in septuagesima. eod.
Glorie uane quo septẽ modis cõtingũt, pulcherrime habetur Ser.ij.iij.fe.post Reminiscere. 335
Glosa & expositio sup hoc uerbo, Si duo ex uobis consenserint sup terrã de oĩ re quãcũq; petieritis, fiet illis a patre meo. subtilissime habet Ser.iij.fe.post Oculi. 378
Gradus tormẽtorũ inferni ineq̃les sunt. Ser.iiij.in Epipha.dñi. 150
Gradꝰ salutiõis in celis ineq̃les sunt. ut habet.iiij Ser.in Epipha.dñi. 150
Gratiã spũalẽ deus diuisit. Ser. iij. dñice infra octa.Epipha.dñi. 165
Gradus tres uolũtarie paupertatis. Ser.j. dñice infra octa.Epipha. 160
Gradus tres creaturarꝝ. ser.ij.dñice in septuagesima. 210
Gradus tres decedẽtium siue moriẽtiũ, reqre Ser.ij.dñice in.lxx. 210
Gradus quatuor personarũ que seipsos occidunt. Ser.ij.ij.ferie post Reminiscere. 327
Gradus decẽ spũalium creaturarum ab eterno fonte sctissime trinitatis fluẽtium. require Ser.ij.secunde fe. post Reminiscere. 327
Gradus corporaliũ creaturarꝝ ab eterno fonte sctẽ trinita. manãtiũ. reqre Ser. ij.ij.ferie post Reminiscere. eo.
Gradus tres psonarũ bonarꝝ. reqre Ser. ij.dñice in quinquagesima. 248
Gradus tres uisionis & cognitionis dei. quere Ser.ij.fe.post palmarũ. 484

H

HAbitus electiuus quid sit. reqre in Ser.iiij.iiij.dominice aduentus domini. 103
Habitationes tres quas deus a principio crea-

creationis suis diuersis creaturis ordinauit.sermone.ij.quarte dominice aduentus domini. 98
Hierarchie tres sunt in celo, &|q ad ipas deputentur.habetur sermone secūdo sabbati post Inuocauit 313
Historia quomodo deus totā Hierusalem, & totam terrā promissionis destruere uoluit, & quomodo ꝓpheta Ezechiel irā dñi mitigauit.sermone. j.infra octauas natiuitatis xp̄i. 118
Historia omnium actuum trium regum in Epiphania domini factorū habet sermone.j.in Epiphania domini. 136
Historia Bartolsine illius falsi incantatoris.habet ser.ij.in Epipha.dñi. 142
Historia destructionis Hierusalem post xp̄i ascensionem post certos annos pulcherrime describit,ser.in die Parasceues sancta. 505
Historia religiosi cogitantis hoc uerbū, Dirigite uiam domini.quid sibi contigerat.ser.ij.quarte dñice aduēt⁹.98
Historiā Alexādri monarche medicinā querētis ut diu uiueret, quere.ser.ij. in Epiphania domini. 142
Historia moralizata mercatoris q emit margaritam quam uxori custodiendā tradidit.ser.j.dominice infra octauā Epiphanie domini. 160
istoria uisionis Iacob,que habetur Genesis. xxviij. quomodo scalam uidit, & omnia que in scala contigerant,declarantur ser. iij. dominice in quinquagesima. 252
Historia de nobili ribaldo, & homine nouiter nobilitato, quorum secundus dicebat, Nobilitas in me incepit, & in te finietur.ser.v. ferie post Inuocauit. 398
Historia siue exemplum quomodo quedam mulier nobilis in confessione ex magna contritione obijt & salua ta fuit.sermone sexte ferie post Inuocauit. 304
Historia cuiusdā nigromātici,qui se dixit esse Messiam,qui gentibus quendam montem deputauit,ubi in nube ad terrā ꝓmissionis ipsos portaret. ser.ij.ij.ferie post Reminiscere. 327
Historia qūo in tribus annis cum dimidio nō pluit in regno Israel, sic quod aues & iumenta fame moriebantur. ser.j.ter. ferie post Reminiscere. 331
Historia que habetur Exo.xiiij.quomodo Moyses desiderando & nō uocifferando ad dominum orauit.ut habetur ser.ij.quarte ferie post Reminiscere. 345
Historia de rege Achab idolatra,& de monū inuocatore, quomodo dominus ipsum per Hebiam corripuit,habetur sermo.j. quarte ferie post Reminiscere. 341
Historia edificationis templi Hierusalem,& lapidis quē edificātes reprobauerunt,qui factus est in caput anguli,qūo xp̄s qui lapis dicitur significat.ser.j.sabbati Reminiscere. 356
Historia que Iohelis primo habet, quomodo iumenta ad implorandū suū creatorem processionaliter ibant, & ad celum suspexerunt. quere Ser.in uigilia palmarum. 468
Hominū sex iudicia.require Ser.iij. prime dominice aduentus. 12
Honores magnos xp̄o Iesu factos,require Ser.ij.ferie post palmarum. 484
Horam qua gentes templum domini intrare debent,require Ser.ij.tertie ferie post Inuocauit. 288
Humilitas uera in quibus consistit.require Ser.iij.in Epiphania dñi. 146
Hydriarum sex,que posite erant, secundum purificationem uel consuetudinem Iudeorum,moralizatio perpulchra habetur Ser.j.prime dominice post octauas Epiphanie domini. 180
Hydrie sex in nuptijs posite more purificationis Iudeorum quid quelibet representet.habetur Ser.iij.j.dominice post octa.Epiphanie. 185

I

Eiuniorū afflictio qūo seruanda sit, habetur Ser.in die cinerum. 257
Ieiunauit xp̄s unam quadragesimā. Questio exhinc quorundam fatue dicentiū,quare ergo ego qualibet quadragesima ad ieiunandū constringor? Ser. in die cinerum. 257
Ieiunijs quadragesime plures persone subiacent,sed multe debito iure excusantur,& quales,uide Ser.in die cinerum. eodem.
Ieiunia an de eleemosynis uel aliter redimi possunt.Ser.in die cinerū. eo.
Ieiunare corā hominibus quid sit.Ser. j.vj.ferie post cinerum. 264
Ieiunare coram deo qd sit.require Ser. j.ferie.vj.post cinerum. eodē.
Ieiunabant Iudei certis diebus ex superiorū ꝑceptis.Et quāto magis ieiunabāt,tanto magis tribulatio eorū augmentabatur. Rationem huius quere Ser.ij.vj.ferie post cinerum. 268
Ieiuniorum xp̄i quere quatuor modos Ser.dñice Inuocauit. 275
Ieiunium ad triplicem finē ordinatur. Ser.dñice Inuocauit. eodē.
Ieiunare debemus more Christi,Helie, & Moysi,qūo,habetur Ser.ij.sabbati post Inuocauit. 313
Iordanis fluuius unde componatur, & quid signet.Ser.j.iij.dñice aduēt⁹.66
Iudicium quodlibet sex conditiones habet in se.Ser.j.ij.dñice aduentus. 35
Iudicio generali si omnes sancti pro indeuoto & impenitenti intercederēt, nihil obtinerent. Ser.v.iij. dominice aduentus. 82
Iudiciū durissimū cuilibet statim qū moritur fit.Ser.ij.ij. dominice post octa. Epiphanie domini. 199
Iudicio extremo quid fiet,qūo xp̄s cum electis suis sedebit.Ser.j.ij.ferie post Inuocauit. 280
Iudicium quare in fine mundi fiat, cum tamen quilibet hominum mox ipo mortuo sententiatur. Ser. ij.ij. ferie post Inuocauit. 283
Iudicio in extremo tria que a xp̄o iudice fient, habentur, Ser .ij.ij. ferie post Inuocauit. eodē.
Iudicio in extremo sententia primo malis,postea bonis dabitur. Ser.ij.ij. ferie post Inuocauit. eodē.
Iuramentum falsum maius peccatū est quā homicidiū. ut habetur Ser.ij.iij. ferie post Reminiscere. 335
Ius habēdi gloriam est obedientia.ut habetur Ser.vj.tertie dñice aduēt⁹. 86
Ibat Iesus xp̄s secūdū humilitatē sequendo ꝑs.Et nos mox nati ire dicimur. Ser.ij.ij.ferie post Reminiscere. 327
Ignis finalis cōflagrationis in bonos & in malos diuersimode aget.Ser.iij.ij. dominice aduentus. 44
Ignorantes & errātes interrogare non formidēt exēplo xp̄i,cui nihil absconditū est, nec unquā fuit,tū a simplici apō Philippo interrogabat.Vñ eme m⁹panes &c.Ser.j.dñice Letare.404
Iesus hoc nomen nostre redemptionis tripliciter representat.ut habetur Sermone de circuncisione. 125
Intentio dantiū pueros ad religionem qualis esse debeat. Require Ser.vj. ij.dominice aduentus. 58
Impugnatio dura fidei habetur Ser.iiij. tertie dominice aduentus. 78
Impugnatio articulorum fidei habetur Ser.iiij.iij.dominice aduentus.eodē.
Intellectum triplicē hoc uerbum habet. f.Erunt primi nouissimi &c.ut habet Ser.iiij.dominice in.lxx. 218
Instructiones duas pulcherrimas,& correctiones cōtra ecclesiasticos,& parentum offensores,inuenies Ser.iiij. ferie post Oculi. 383
Inuenire xp̄m possumus tribus seruatis conditionibus. ut habetur Ser.ij. ferie post Iudica. 443
Inclinauit se Iesus bis cum Iudei mulierem deprehensam in adulterio accusabant, quid iste due inclinationes significant. habetur sermone sabbati post Oculi. 399
Impedimēta prohibētia ītroitū celi,habētur Ser.iiij.j. do. aduentus dñi. 19
Impositio uestimentorum super asinā in die palmarum, quomodo iniunctionem penitentie significat, habetur Ser.ij.in die palmarum. 479

L

Abor quē debent habere clerici & laici ad possidendū gaudia eterna,&

na,& regna celestia.ser.iij.do.ī.lxx.215
Laboratores siue iustici dicuntur torrē tes triplici ratione.ser.j.sabbati post cinerum. 271
Latrones,religiosi,clerici, & laici, mali dicuntur.ser.j.dñice in quinquagesima. 244
Lectus pctorū est mala societas.ut habet ser.iij.ferie post Reminiscere. 331
Legem aliquam probare uolens,qd habere debeat.Require ser.iiij.iij.dominice aduentus. 78
Lepre defectus habentur ser.ij.ij. dominice post octa.Epiphanie dñi. 199
Letitie sex in die palmarū xp̄o facte, sex tristitijs in die ueneris sancta opposite,habentur ser.iij.in die sancto palmarum. 479
Lex nature,gratie,& scripte, quid sit,& qūo iste leges differunt. require ser. iij.dñice,in quinquagesima. 252
Liberatur homo a pctīs mortalib⁹,qūo, require ser.in die cinerum. 257
Liberare uoluit & laborauit pro xp̄i redēptione Pilatus,ut habetur ser. ī die Parasceues. 505
Linguagiū celi quale sit,ex quo quis celestis esse noscitur.require ser.j.v.ferie post Inuocauit. 298
Linguagiū terrenum qđ sit,require ser. primo quīte ferie post Inuocauit.eo.
Linguagium inferni qđ sit.habetur ser. j.v.ferie post Inuocauit. eo.
Lingua predicatorū aratro assimilatur. ser.iij.in sexagesima. 236
Loca quatuor in corde terre sunt.& qd in quolibet sit & cōtingat.reqre ser. v.ferie post Reminiscere. 348
Loca animarū ex hac uita decedentium tria sunt.ut habetur ser.ij. dominice in quinquagesima. 248
Loca iferni quatuor,& qd xp̄s mox post suā sctissimā mortē in qlibet ppetrauit.ser.sabbati ī uigilia Pasche. 521
Loquebantur Moyses & Helias cū xp̄o, qd,& de quo cū xp̄s ipsis apparuit.ser. j.sabbati post Inuocauit. 309
Lumina quatuor nobis necessaria pro eundo ad paradisum.ser.vj.ī Epiphania domini. 156
Lupanaria utrū sine peccato a rectoribus cōitatū sustineri possint.ser.ij.ij. dñice post octa.Epipha.199.& ser. ferie quinte post Letare. 425
Luxuriosi homines exemplū ab angelis capere debēt.ser.vij.iij. dominice aduentus domini. 62

M

MAla tria Iudeorū in euāgelio ostē duntur,de qbus est sermo primus sabbati post Reminiscere. 360
Mala pene a deo,mala ꝯo culpe a creatura sunt.ser.ij.iiij. ferie post palmarum. 497
Mala magna inter oīa mala huius mūdi que sint.ser.iij.dñice ī sexagesi. 236
Manifestauit se deus paulatim hoībus secundū tres leges.ser.iij.dñice in qn quagesima. 252
Manifestatio glorie dei quibus personis fiat.ser.ij. prime dñice post octa. Epipha. 182
Mēbra ad modū corpis,sed spūalia aīa habet.ser.iij.tertie dñice aduētus. 74
Medicina optima cōtra peccata passio xp̄i amara & lamentabilis est, iuxta tres species medicine.ser.ij.quarte ferie post palma. 497
Mētio beati Ioanis quare tā sepe & attē te fiat in aduētus tpe,cū aliūde de eo per anni circulū spālia festa habeant. ser.j.quarte dominice aduentus. 93
Mēdaciū qualitercūq; fiat,est pctm̄,si p niciose mortale est,si iocose ueniale est.ser.v.ferie post Inuocauit. 298
Mēbrū hoīem scādalizās qūo abijci debet.Et qdp mēbrū tale intelligatur. ser.j.iij.ferie post Reminiscere. 331
Miracula tria in curatione infirmi qui xxxviij.annis infirmitate affligebatur a xp̄o facta.require ser.vj.ferie post Inuocauit. 304
Miraculū qđ in uitis patrū legit de sctō Machario ,qūo pertrāseūdo nemus qđdā inuenit caput cuiusdā hoīs,ī q sibi aīa loquebat,qūo & quare,reqre ser.iij.ferie post palmarum. 485
Misse sancti Amatoris qūo cum illis agēdum sit.quere in Ser.iiij.iiij. dominice aduentus. 103
Misterium dei ex mera dei uolūtate dēdēs,nō nisi per dei reuelationē sciri pōt.ser.uigilie natiuitatis xp̄i. 107
Mīa maternalis beate Marie uirginis. Ser.j.prime dominice post octa.Epiphanie domini. 180
Mīa dñi quinq; digitos habet,qbus peccatorē curat,ut a peccatis caueat.Ser. v.ferie post cinerum. 261
Modi quibus reuocari nos oportet ad celeste regnū possidendū.Ser. vj.ij. dominice aduentus. 58
Modi tres habēdi regnū dei in sacra scriptura inueniuntur.Ser.j.quarte ferie post palmarum. 493
Mollibus uestimentis q uestiuntur rep hēdūt.Ser.v.iij.dñice aduēt⁹. 82
Mortalib⁹ ī pctis hō dormire dicit.Ser. v.prime dñice aduentus dñi. 24
Mors damnatorum est amara, est amarior,est etiam amarissima. Ser.iiij. in Epiphania domini. 150
Mors hoīs cadere dicitur.Ser.ij.dominice in sexagesima. 233
Morientiū quatuor conditiones quere Ser.ij.dñice in sexagesima. eo.
Mori xp̄s uoluit in cruce,cū tū alie passiones quas ipse sustinuit sufficiētes fuissent pro totius humani generis redēptione.Ser.in die sancta Parasceues. 505
Motiuū sancti Petri xp̄m orātis ut tria in monte Thabor tabernacula faceret.Ser.ij.sabbati post Inuocauit. 313
Mot⁹ celi empyrei qualiter a deo patre factus sit.Ser.natiuitatis xp̄i. 112
Mulier Chananea, de qua Mat.xv. mentio fit,Iesum filium Dauid, & nō dei uocauit dicendo,fili Dauid miserere mei.Ser.dominice Reminiscere. 317
Mulier in adulterio deprehensa,de qua Ioannes loquitur, quid significet, & quare lapidari debuit,quere Ser.sabbati post Oculi. 394
Multi sunt uocati &c. hoc uerbū difficultatē ex tribus habet.Ser.vj.dñice in septuagesima. 224
Mundi uita respectu uite paradisi nox dicitur tribus rationibus.ser. vj. prime dominice aduentus. 27
Mundus quare solitudo secundum Dauid ,pphetā dicat.ser.j. dominice īfra oct.natiuitatis xp̄i. 118
Mund⁹ dicit mare triplici rōne.Ser.iij. dñice post octa.Epipha.dñi. 202
Mundus arbori comparatur.Ser.dominice Inuocauit. 275

N

NAtiuitas Christi gloriosa quinq; pulcherrimis cōclusionibus declaratur & ostenditur.Ser.natiuitatis Christi. 112
Natiuitatem xp̄i sancti patres & pphete qualiter a deo patre desiderabāt.Ser. natiuitatis xp̄i. 112
Natiuitates tres in sacra scriptura inueniunt.Ser.tertie ferie post pal. 488
Natiuitatem qua bonum fuisse Iude natum non fuisse.require Ser.iij. ferie post palmarum. eo.
Nauis ad quā ascendit saluator noster xp̄s in tempestatibus positā, ut dicit Marci.vj.qūo ecclesiā & statum eccle sie significat.Ser.sab. post cinerū.271
Naufragia duo in natura humana,habētur Ser.in die cinerum. 257
Nauicula ad quā xp̄s ad predicādū ascēdebat, penitentiā triplici ratione significat.Serm.tertie dominice post octa.Epiphanie domini. 202
Nobilitas unde ortū habeat.Ser.v. ferie post Inuocauit. 298
Nobilis quis dicatur.Ser.j.quinte ferie post Inuocauit. eo.
Noīa bonorū in cathedris celestibus, & noīa malorū in inferno scribunt.Ser. v.ferie post Reminiscere. 348
Numer⁹ iste,scilicet septuagesie septicis tripliciter exponitur. Serm.iij. ferie post Oculi. 378
Nuncij Ioanni in uinculis per xp̄m missi qui sunt.Ser.iij.tertie dominice aduentus. 378
Nuptie q iā in mūdo fiūt, septē peccata mortalia claudūt in se.hī Ser.j.prime dñice post octa.Epiphanie dñi. 180

OBedientie uiam xp̃s sex conditioni bus hoim tribuit. sicut habet ser mo. iij. in Epiphania domini. 146
Obedire dei mandatis est maximũ ope rum, quod pro nostra salute facere possumus. hoc declaratur in triplici bono, ser. iiij. prime dñice post octa. Epiphanie. 187
Obediendũ est rectoribus, quantũcun que malis, ꝓpter doctrinas quas xp̃s posuit. ser. ij. tertie ferie post Remi niscere. 335
Ociosus quis dicatur. require sermo. ij. dominice in septuagesima. 210
Offerre debemus deo cum tribus regi bus tria munera. que sunt, quere ser mo. j. in Epiphania domini. 136
Operum uiuorũ, mortuorũ, mortifica torum, differentia require. ser. v. prime dominice aduentus domini. 24
Opera xp̃i que Ioanni uinculato per nũ cios significauit, que fuerunt. sermo ne. iij. tertie dominice aduentus. 74
Opera q̃ deus a nobis uult fieri. ser. j. do minice infra oct. Epipha. dñi. 160
Opera tria peccatorũ xp̃m perdentium ut ipsum rehabeant. ser. iiij. dominice infra octa. Epipha. 170
Opera xp̃i pricipalia, q̃ xp̃s a die qua de celo descendit per incarnationẽ, usq; ad diẽ sue gloriose ascẽsionis. Et quõ quodlibet eorum in missa representatur. sermone. iiij. prime dominice post octa. Epipha. dñi. 187
Opera propter que Christ⁹ maxime lau dãdus est sunt tria. sermone. j. in quin quagesima. 244
Opera in peccato mortali facta aĩe ad gloriã nõ ꝓsunt, sed tamẽ ad omnia alia prosunt. ut habetur ser. j. tertie fe rie post Reminiscere. 331
Opera bona que si ad usum hoĩm fiant, cum possent secrete fieri, an sit pecca tum, require sermone. ij. tertie ferie post Reminiscere. 335
Opera dei quatuor manifestant, quãdo infans innocens patitur. ser. iij. ferie post Letare. 420
Opera penitentialia duodecim, que ꝓ uia eundi ad paradisum sufficiunt. ser. j. quarte ferie post palmarum. 493
Opera principalia que deus in terra alie na. s. Iudeorum fecit. require ser. primo secunde ferie post Oculi. 373
Opera que Christus fecit, sibi testimo nium dabant de duobus. ut habet ser mone ferie. iiij. post Iudica. 453
Originale peccatum quid sit. quere ser. ij. dominice in sexagesima. 233
Orationis deuote tres modi seruandi. sermone in die cinerum. 257
Oratio & ieiunium sunt maxime necessaria ad ueram penitentiam. ser. Re miniscere. 317
Oratio deuota quõ fieri debeat. q̃re ser mo. j. quarte ferie post Remini. 341
Oratio deuota quid sit. sermone. ij. sab bati post Reminiscere. 360
Oratio pc̃ũ si a xp̃o exaudiri debeat, exẽplo xp̃i tria debet habere in se re quisita, sicut declarat in euãgelio. de quo est ser. in uigilia palmarum. 468
Orationis bone & exaudibilis a deo du os modos quere ser. in uigil. palma rum. eodem
Oratio impetratiua deoq; accepta rei petite correspõdeat. sermone. vij. se cunde dominice aduentus. 62
Ostio clauso orandũ est, quomodo hoc intelligatur. quere sermone. j. sexte ferie post cinerum. 264
Ouis xp̃i hõ ex quinq; uirtutibus efficit. ser. j. secũde ferie post Inuocauit. 280

P

PArcendi inimicis duos modos que re ser. ij. secunde ferie post Re miniscere. 327
Participatio xp̃i cum septem statibus ho minum. in ser. v. tertie dominice ad uentus. 82
Passio & mors Christi quadrupliciter accipi potest, secũdũ q̃ quater passio xp̃i tpe passionis xp̃i in ecclesia secun dum quatuor euangelistas legit. ser mone tertio in die palmarum. 479
Passio Christi amara comparatur tribus nauibus, quibus diuersarum cõditio num homines nauigare debent. Ser. do. Reminiscere. 317
Passio Christi est medicina' confortati ua septem uirtutũ. Ser. ij. iiij. fe. post palmarum 497
Pax dei seruatur tribus primis preceptis domini seruatis. Ser. ij. in Epiphania domini. 142
Peccãs mortaliter perdit omnia bona & merita que congregauit. Ser. ij. sabba ti post Reminiscere. 360
Peccatũ ingratitudinis Iude quã magnũ sit, & quot enormia peccata fecerit. Sermone terie fertie post palma rum. 488
Peccator obligatur primo Christo, secũ do beate uirgini, tertio oĩbus sanctis paradisi, quarto sanctis angelis, deinde animab⁹ purgatorij, exhinc uiuis, deinde proximo, ut habetur Ser. uigi lie Epiphanie. 131
Peccata septẽ que communiter sunt se creta, habentur Sermone sabbati Le tare. 399
Peccata mortalia dupliciter cõmittun tur. Ser. j. v. fer. post Oculi. 386
Peccata clericorũ quatuor fiunt in tem plo, que sunt deo maxime odibilia. Ser. ij. fe. post Letare. 411
Peccatũ angelorũ & damnatarũ anima rum irreuocabile est. Ser. ij. do. in se ptuagesima 210
Peccata tria diaboli, ex quibus Iudei dia bolo assimilantur, ratione quorum deus ipsis dixit, Vos ex patre diabolo estis. Ser. primo quinte ferie post In uocauit. 398
Peccatum mortale febris conditionem habet. Ser. ij. v. fer. post Oculi. 390
Peccator in peccato mortali existẽs per Ioanẽ incarceratũ declaratur. Ser. iiij. iij. do. aduẽtus domini 78
Penitentia quomodo sit uirtus uel pas sio. habetur Sermone primo quarte domi. aduentus. 93
Penitẽs cuilibet persone in diuinis obli gatur dare rationem ꝓ peccatis. Ser. uigilie Epiphanie domini 131

Pena passionis dñi a quo fuerit. Serm. ij. iiij. fer. post palmarum. 497
Penitentie tres gradus, contra confesso res dicentes penitentiam esse arbitra riã. Ser. j. v. fer. post Oculi. 386
Penitẽtia mari assimilatur, propter quẽ dã que in penitentia fiunt & fieri de bent. Ser. j. do. Letare. 404
Penã inferni deus dimisit. Ser. iij. do. in fra octa. Epiphanie domini. 165
Penitentia digna in quatuor consistit. Ser. ij. prime dominice post octa. Epi phanie domini. 182
Pena eterna data pro peccato tempora li uel momentaneo quomodo hoc fiat, & nõ tantum pro toto. Ser. ij. do. in septuagesima. 210
Penitentia est uirtus moralis. Ser. iij. do. in sexagesima. 236
Pena dãnatorũ nunquã reuelabitur. ser. ij. do. in quinquagesima. 248
Penitentia pro consecutione regni cele stis post lapsum peccati mortalis ne cessãria est. Ser. in die cinerum. 257
Penitentia uera iustitia dicitur. Serm. j. sexte ferie post cinerum. 264
Penitentiã ueram tria concerunt. Ser. j. sexte ferie post cinerum. 264
Personarum tria genera a Christo maxi me diliguntur. sermo. sabbati post Le tare. 433
Personarum quatuor conditiones. req re Ser. do. Letare. 404
Pericula mundi aliqua signa celestia pre cedunt. sermone. iij. secunde domini ce aduentus 44
Persone que certam spem hereditatis uite eterne habere pñt que sint, patet sermo. uigilie Epiphanie domini. 131
Petitio supplex Ioseph ꝓ suspitione im pregnationis uirginis Marie facta. ser mone uigilie natiuitatis Christi. 107
Petendi gratias a domino. viij. modos require sermone secũdo quarte ferie post Reminiscere. 345
Petere regnũ dei est oratio deo perma xime placens. Ser. j. quarte ferie post palmarum. 493

Piscina Probatica quomodo est Hierosolymis, in qua omnium languorum genera curabantur certis anni tēporibus. Et unde illam uirtutem talis piscina habuit. quere in Sermo. sexte ferie post Inuocauit. 304
Piscina Probatica, & quid eius aqua significet, habetur in Serm. sexte ferie post Inuocauit. eo.
Piscina Probatica in qua natabat pars ligni, que postea fuit facta pars sancte crucis, talis piscina habet quinq; porticus. Sermone. vj. ferie post Inuocauit. eo.
Pons per quem ad gaudia celestia itur, decem habet arcus. Serm. uigilie Epiphanie. 131
Positus quare sit saluator noster in sua natiuitate inter animalia. Ser. natiuitatis Christi. 112
Pueri sine baptismo decedentes qd cum illis fiet & fit. quere Ser. iij. ferie post palmarum. 488
Pugnas tres fortes Iesu Christo a Iudeis factas declarat euangeliū. de quo est Ser. quarte ferie post Iudica. 453
Puncta tria que Iudei in consilio de passione dñi fienda habuerunt. Ser. vj. ferie post Iudica. 463
Purgatorium duplex est, ut habetur Sermone. jiiij. domini. aduentus domini. 74
Plage decem Egypti, que figura Christianitatis fuerūt. Ser. vj. j. dom. aduentus domini. 27
Preeminentiam an habeant angeli in celis super animas. Ser. vij. iij. domi. aduentus. 89
Predestinationem & prescientiā Christi, & quedam subtilia de his, quere Sermone primo. ij. ferie post Reminiscere. 323
Preparatio aptā trium sanctorum regū ad offerendum regi nouiter nato. habetur Sermo. primo in Epiphania domini. 136
Preparationis modus, quomodo Christum uenturum nouum natum recipere debemus. Sermo. tertio quarte do. aduentus 100
Princeps septem peccatorum mortaliū quis est. require Ser. primo in Epiphania domini. 136
Proditiones quas faciunt homines Christiani contra Christum. Ser. v. ij. dom. aduentus. 53
Probatio certa fidei. Ser. iiij. iij. domini aduentus. 78
Probatio fidei quomodo per deum fiat. Ser. quarto tertie dominice aduētus domini. eo.
Promissio duplex stelle a deo in lege ueteri & noua, habetur sermo. j. in Epipha. domini. 136
Processionem lamētabilem exitus Christi ad caluarie locum sanctus Bernardus subtiliter describit. Ser. in die parasceues. 505

Q

QVare Christus saluator noster permittit opera diabolica in Christianitatis destructionem. ser. iij. ij. domi. aduentus. 38
Quare deus animam eternaliter dānat. ser. iij. j. do. aduentus. 12
Quatuor sunt quib⁹ nos optime defendimus contra omnes impugnatiões diabolicas coram Christo. ser. j. ij. fer. post Reminiscere. 323
Que & quot fiebant dum sanctus Ioannes saluatorem nostrum baptizaret. ser. j. iij. do. aduentus. 66
Questio est, quare Christus tantum fecit mulierem Chananeam expectare quod petebat. due rationes ad hoc habentur sermone dominice Reminiscere. 317
Questio est populi communis, utrum hoc oporteat quod a rectoribus opprimantur. Vide ibidem quomodo rectores maius onus portāt. Ser mone secundo tertie ferie post Reminiscere. 335
Questio est, an aliquis qui est factus seruus diaboli per peccatum, an perdiderit liberum arbitrium. sermone secundo sabbati post Reminiscere. 360
Que

Questio est, cum Christus nomen diuitis epulonis sciuerat, de quo Luc. xv. habetur, quare ip̄m ꝑprio noīe nō nominauerat. Sermo. v. fer. post Remini scere. 348
Questio est, quare in symbolo canit uel legitur, Confiteor unū baptisma. Ser. ij. dñice Oculi. 369
Questiões tres magne, quas xp̄s disputauit & determinauit, habentur Ser. iiij. fe. post Oculi. 383
Questio est, quare xp̄s demonia que expulit ab obsessis, non sinebat loqui. huius rationes quere Ser. j. v. ferie post Oculi. 386
Questio est, xp̄s in conuiuio quod in deserto preparauerat quinq; milibus hoīm, quare noluit ne comederent nisi prius ordinati fuerint. Ser. j. dñice Letare. 404
Questio est, quare Christus uēdentes & nūmularios de tēplo expulit, & quare id peccatum grādius ceteris correxit. Ser. ij. fe. post Letare. 411
Questio est. an potius in die Iouis sancta, uel in die Pasche cōmunicādū sit. Ser. iij. fe. post palmarum. 488
Questio est, xp̄s tēpore quo erat apud inferos in sua sanctissima morte, utrum omnes aīas que tunc erant in purgatorio liberauit. Ser. sabbati in uigilia Pasche. 521
Questio discreta sanctorum trium regū. Ser. j. in Epiphania dñi. 136
Questio quid in isto calu faciēdum sit a confessore, qñ peccator nō proponit abstinere a pctis &c. Sermo. iij. fe. post Oculi. 378
Questio est, quare Christus sanauit a febre socrū Simonis, cum tñ alios infirmos per manus impositionē sanauerat. Ser. ij. v. fe. post Oculi. 390
Questio est, utrum uir posset dimittere uxorē propter xpm. Serm. vj. fer. post Oculi. 394
Questio est, an in aliquo iudicio aliquis posset esse simul testis & iudex. Serm. sabbati post Letare. 433
Questio est, illi Iudei & ceteri hoīes qui sciuerūt xp̄m esse uerū Messiā, utrum ex hoc peccauerūt, ꝙ xp̄m uerū Messiā esse nō dicebāt, aut defensauerunt. Ser. iij. fe. post Iudica. 448
Questio est, cū ꝑdestinati sint de numero saluandorū, quare xp̄s pro ipsis orauit. Et ualde subtilia inuenies dicta, & quarūdā questionū solutiones, Ser. in uigilia palmarum. 468
Questio est, quare xp̄s in tam parua uia ad Hierusalē in duobus aīalibus equitauit. Ser. ij. in die palmarum. 476
Questio est, ga multi infirmi & uulnerati in corpore cōicāt, qui tñ in aīa non curātur, imo peccata in talibus magis augmētantur. Ser. in cena dñi. 500
Questio est, utrum aliquod aliud opus xp̄i sufficiens esset ad redemptionem generis humani preter eius mortē, & an esset de necessitate moriturus. Solutionem huius require Ser. in die parasceues. 505
Questio est, quare de duobus latronib⁹ cum Christo crucifixis unus tantū, & nō aliter cōuersus fuit. Ser. in die sancta parasceues. 505
Quiescendi quinq; modos in die festo, require Ser. iij. fe. post Letare. 416
Quid erit de pueris, qui moriuntur sic ꝙ non fecerunt aliquod bonū aut malū. Ser. j. aduentus dñi. 1

R.

RAtiones quatuor quare discipuli nolebant ꝙ xp̄s iret in Iudeam, ubi tandem crucifixus fuit. Ser. fer. iij. post Iudica. 448
Recursus ad demões & diuinos ꝓhibet Ser. dñice Reminiscere. 317
Reducit peccator quinq; modis detenebris peccatorū ad gratie claritatē. Ser. iiij. fe. post Letare. 420
Reditus peccatorū ad deū cū ab eo per peccata elongati fuerint. Ser. ij. ij. dñi. post Epipha. dñi. 199
Refrigeriū sentit aīa. ī purgatorio statim exhis q̄ ꝑ ea fiūt. Ser. ij. dñi. ī. lxx. 210
Reformatio hoīs p tres ⁊tutes erga deū, erga ꝓximū, & erga ꝓpriū corp⁹. Ser. ij. dñice infra octa. Epipha. 163

Reformaſ peccator tripl'r. Ser.j.dñi.intra octa.Epipha. 160
Regala generalis diuine ꝓuidentie ab initio mũdi a deo ſeruata. Ser.vij.iij. dñice aduentus. 8)
Regnũ celorũ quot modis a nobis habe ripõt. Ser.vj.fe.poſt Reminiſce. 354
Regnũ celorũ pueri mox nati & baptizati decedentes, qui nullũ bonũ fece rũt, qũo adipiſcent. Ser.vj.fe.poſt Reminiſcere. 354
Religioſi quatuor habẽt, que ſi regulariter & bene uiuere uoluerint, cuſtodire debẽt. Ser.vj.fe.poſt Remini. 354
Remouere ſi aliquẽ uellẽt prelati a ſuis ordinationibus, a deo, aut agr̃a dei, qũo ipſis ſit obediẽdũ, & qũo nõ. Ser. ij.iij.fe.poſt Reminiſcere. 335
Reprobauerũt pontifices Iudeoꝝ xp̃um ſextupliciter. Ser.j.ſabbati. poſt Remi niſcere. 356
Remediũ ꝙ pcta hoĩm in iudicio xp̃i in ſcãdalũ peccatorũ non uideãtur. Ser. ſabbati poſt Oculi. 399
Remiſſionẽ pctõꝝ quatuor cauſe cõcer nunt. Ser.v.fe.poſt Iudica. 458
Remittere pcta nullus niſi deus habet. ra tionẽ huius quere Serm.v.fe. poſt Iudica. 458
Reſidentia angelorꝝ & animarũ, utrum. ſangeli a dextris, & anime a ſiniſtris reſideant in regno dei. Ser.vij.iij.dñi. aduentus. 89
Reſurgentiũ quatuor cõditiones. quere Ser.tertio dñice in.lxx. 215
Res diuine in ſacra ſcriptura ſub figuris, parabolis, & ſimilitudinibus ponunt. Ser.j.dñice in.lxx. 207
Rñſionem nullã xp̃s dedit Petro petenti ut tria tabernacula in ſua ſanctiſsima transfiguratione faceret. Ser.j.ſabbati poſt inuocauit. 309
Rñſiones tres quas xp̃s dedit interrogã tibus. ſ. hoc mõ, Quãta audiuimus de te facta in Capharnaũ, fac & hic. Ser.ij. fe.ij.poſt Oculi. 376
Rñſiones tres quas xp̃s Iudeis dedit ſup accuſationes mulieris in aduterio reperte. Ser.ſabbati poſt Oculi. 399
Rñſiones reprehenſiue ſex pro iudicib⁹ ſecularibus in iudicijs & ſententijs ſeruande, habentur Sermo. ſabbati poſt Oculi. 399
Reſpõſio duplex xp̃i, q̃ de⁹ dedit ludeis cũ ip̃m Samaritanũ eſſe dicebãt. Ser. dñice Iudica. 438
Reſpõſio ad quãdã queſtionẽ, quã fatui facere ſolẽt dicẽtes, Quid mihi ꝓdeſt paſsio xp̃i, ſi ego pn̄iam agere habeo? Ser.dñice Iudica. 438
Retributionis quatuor modos inter homines, require Ser.quinte fe.poſt Iudica. 458
Reuelationẽ impregnatiõis ſue ỹgo Maria caſtiſsima ſpõſo ſuo admodũ meſto non ſtatim fecit. Ser. uigilie natiuitatis xp̃i. 107
Ritus & modus quẽ ỹgo Maria electiſsima in ſui dilectiſsimi filij paſsione habuit. Ser.in die paraſceues. 505
Ros qui repertus fuit in uellere Gedeonis, de quo habetur hiſtoria Iudicũ. vj. quid ſignificet. habetur Ser.ij.fe. poſt Iudica. 443

S.

Sacramẽta ſeptẽ qũo in p̃o. xxviij. ubi ſepties dicit, Vox, pulcherrime de ſignat. Ser.ij.dñice Oculi. 369
Sacerdos ſimplex an cõferre poſsit ſacramentum confirmationis. Ser.ij. dñice Oculi. 369
Saluatio hominis neceſſario tria requirit. Ser.j.quarte ferie poſt Reminiſcere. 341
Saluationẽ celeſtialẽ xp̃s maxime fidei attribuit. Ser.vj.fe.poſt Iudi. 463
Secreta octo, q̃ xp̃s de ſua paſsione diſcipulis reuelauit, & qũo i euãgelio oſtẽditur, de quo eſt Ser.j.iiij.fe. poſt Reminiſcere. 341
Secreta fidei que xp̃s ore proprio reuelauit. habetur Ser.vj.iij. dñice aduentus domini. 86
Seduxit Euam ſerpens quibuſdã q̃ſtionibus, ut habetur Sermo.iiij.fe.poſt Iudica. 453
Semita a uia differt. Ser.iij.iiij.dñice aduentus. 100

Sepulture electio in eccl'ia utrum iuuet animam, uel an ſit peccatũ, cũ tñ deus expulit uiua animalia de tẽplo. Ser.ij. fe.poſt Letare. 411
Sequebantur xp̃m plurime turbe, cũ de ciuitate in ciuitatem ad predicandum iret. quare hoc, quere Sermo.j. dñice Letare. 404
Sequi Chriſtum debemus quatuor modis. Ser.j. dñice.ij. poſt octa. Epiphanie. 197
Sermo xp̃i exemplo ieiuno ſtomacho fiendus eſt. Sermo.vj.ferie poſt Oculi. 394
Seruitia tria magna, que xp̃o die palmarũ a tribus conditionibus gẽtium facta ſunt. habentur Sermo.ij. in die palmarum. 476
Sex ſecreta ualde ſubtilia de xp̃o, nota. Ser.vj.fe.poſt Oculi. 394
Signa fienda in extremo iudicio. quere Sermone.j. ij. domice aduentus domini. 35
Signa duodecim que ſol anno quolibet pertranſit. habentur Ser.ij.ij.dñice aduentus. 38
Signa que faciet antixp̃s per demonum miniſteria. Ser.iij. ſecunde dominice aduentus. 44
Signa ſeptem inhoneſte mulieris. quere Ser.uigilie natiuitatis xp̃i. 107
Signa tria in xp̃o nato cõparata cuilibet paradiſum intrare uolenti. Sermo.j. dominice infra octa.natiuitatis Chriſti. 118
Signo Thau qualiter omnes ſerui dei ſignãtur in frontibus eorꝝ. Ser.ij. dñice infra octa.natiuitatis xp̃i. 122
Signa euidentia aduẽtus antixp̃i in nota bili poſito poſt ſermonem .iij. dñice poſt octa.Epipha.dñi. 206
Signa quindecim que xp̃s Iudeis manifeſtauit, ex quibus ſe uerũ Meſsiam oſtendebat. Sermone.ij. ferie poſt Letare. 411
Signa tria ſpiritualia xp̃s ſuis electis prebet. ut habetur Sermone ſexte fe. poſt Iudica. 463
Signũ primũ quod fecit Ieſus eſt cõuerſio aque in uinũ. Sermo.j.j.dñice poſt octa.Epipha. 180
Solutio cuiuſdã apparẽtis cõtrarietatis uerborũ xp̃i. Quia in uno loco dicit, Attendite ne faciatis iuſtitiã ueſtram coram hominibus. Et in alio loco dicit, Videant opera ueſtra bona. Ser.j. ſexte fe.poſt cinerum. 264
Solutio aſine, quam diſcipuli domini ſoluerũt i die palmarũ dño ad equitãdum, qũo ſolutionẽ a uinculis peccatorum ſignat. Sermone.ij. in die palmarum. 476
Superbia quatuor modis contingit. Ser. ſexte fe.poſt Oculi. 394
Suſcitauit xp̃s publice iuuenẽ defunctũ. Luc. vij. quare hoc, hr̃ Ser.v. fer. poſt Letare. 425
Superbientes ex bonis tẽporalibus ſtulti demõſtrantur. Sermo.iij.iiij.dñice aduentus. 100
Suſcitationis Lazari tres mirabiles cauſe notãtur in euãgelio, de quo eſt Ser. vj.fe.poſt Letare. 428
Scire quatuor nos oportet nobis multũ neceſſaria ad bonum regimen noſtre uite. Sermone quinte ferie poſt Reminiſcere. 348
Speculationes tres altiſsimas de xp̃o declarat euãgeliũ. de quo eſt Ser. pro ſecũda fe.poſt Reminiſcere. 323
Speculatiua doctrina ẽ, qũo xp̃s i primo aduentu uenit ad hoĩes qui pierunt, ſed in ultimo ad omnes. Ser.dñice Reminiſcere. 317
Spiritusſanctus, cum Chriſtus baptizaretur, in ſpecie columbe, ſuper ipſum deſcendit. Sermone in octauis Epipha. domini. 176
Status ſeptem xp̃ianorum. Ser.v.iij.dñi. aduentus. 82
Status religioſorum qpinque a Chriſto recepit, in quibus eorũ diſpoſitio cõſiſtit. Sermo.v.tertie dominice aduẽtus. eod.
Status clericorũ duo a xp̃o recepit. Sermone tertio dominice infra octauas Epipha. 165
Status ſecularis unum a Chriſto recepit.

Ser.eodem.
Stimuli quatuor quibus a xpo diuinitus excitamur ad paradisu m.Ser. iij. dominice in xl. 364

T

TEmpus quadrageſimale bello cõparatur. Ser. primo dominice Oculi. 364
Terram ſanctam potius Agareni & infideles poſsident q̃ fideles. Ser. iiij.ferie poſt Leta. 420
Terra promiſsionis ultra mare in duas partes diuidebatur. Et qui & quales in qualibet parte morabantur.Ser.tertie ferie poſt Iudica. 448
Terribilia que fiunt tempore Antichriſti,habentur Ser.iiij. dominice ſecunde aduentus dñi. 50
Terra uel regio ad quã finaliter ibimus que ſit,require Ser. tertio in Epiphania domini. 146
Terra natura ex diuerſis tẽporibus anni ad perſonam luxurioſam moralizatur.Ser.ſecundo dominice infra octauas Epiphanie 163
Teſtimonium ſacre ſcripture maius eſt quã cuiuſcũq; reſurgentis. Ser. vj.ferie poſt Reminiſcere. 354
Teſtimonium xpi eſſe uerum,xps tripliciter probat contra Iudeos.Ser ſabbati poſt Letare. 433
Turturis naturã quere Ser. j.in die palmarum 473
Thabor mons eſt,in quo xps ſemp bene dictus tranſiguratus eſt.Ser.ij. ſabbati poſt inuocauit 313
Theologia ſacra utrũ acceperit rationes humanitus inuentas.Ser.iiij.tertie dominice aduentus. 78
Tranſitus terre & celi qualis fiet poſt extremum iudicium,habetur Ser.ſexto. ij.dñice aduentus. 58
Tranſigurari quando xps uoluit,quare ſecum tres diſcipulos aſſumpſit. Ser. ij.ſabbati poſt Inuocauit. 313
In transfiguratione xpi quare duo ſancti ueteris teſtamenti ibi fuerunt, Moyſes ſcilicet,& Helyas. Ser.ſecũdo ſabbati poſt Inuocauit. 313
Trãſeũt bti ad dãnatos obiectaſr, & damnati trãſeũt ad ſctos obiectaſr. Ser. v.ferie poſt Reminiſcere. 348
Transfiguratiõis glorioſe Ieſu xpi tres ſubtiles contẽplatiões habentur Ser. j.ſabbati poſt Inuocauit. 309
Tranſigurari quare xps uoluit.Ser.j.ſabbati poſt Inuocauit. 309
Transfiguratio xpi ab apoſtolis Moyſe & Helia placide accepta fuit.Ser.j.ſabbati poſt Inuocauit. eodem.
Tribulationes in hunc mundũ in breui uenture habentur Ser.iij.ſecunde dominice aduentus dñi. 44
Triſtitia quã Ioſeph uir ſanctus ex Ceſaris Auguſti edicto habuit. Ser.natiuitatis xpi. 112
Tribulationes quatuor huius mundi, & que harũ martyrem efficiat.Ser. uigilie Epiphanie domini. 131
Triſtitia quam ẏgo Maria ſanctiſsima, & Ioſeph uir ſctũs,cũ xpm pdiderunt in Hieruſalem,que & qualis erat.Ser. iiij.dñice infra octa.Epiphanie. 170
Tria xps de ſe in euangelio oſtendit de quo eſt Ser. unico. quarte dñice poſt Epiphaniam dñi. 205
Trucidari quare deus ſuos permittet ab antixpo.Rationẽ huius require Ser. iij.dñice.ij.aduentus dñi. 44

V

VAnitates mulierum plerunq; uiros in exceſſus labi nitũtur.Ser.v.dominice tertie aduentus. 82
Venti quatuor fidem xpiani agitantes. Ser. quarto tertie dominice aduentus domini. 78
Verba noſtra ſi recta eſſe debeãt, ac deo placita,tres conditiones habere oportet. Ser.ſexto ſecunde dominice aduentus 58
Verbum dei ſeptem uirtutes habet.Ser. j.dñice in ſexageſima. 229
Venit xps ſepties in Hieruſalẽ, & nunq̃ tantus honor ſibi exhibitus fuit, ſicut in die palmarũ.quare hoc,quere Ser. iij.in die palmarum. 479
Veritas triplex regni dei oſtendit.Ser.j. tertie ferie poſt Inuocauit. 285

Verbum

Verbum ocioſum eſt quod ſine ratione factum eſt.require ſermone ſecundo tertie ferie poſt Reminiſcere. 335
Veritates quinq; quas xps Iudeis predicauit.Ser.dominice Iudica. 438
Veritatem circa fidei aliquis tripliciter peccare poteſt. require in ſermone tertie ferie poſt Iudica. 448
Veſte duplici ſecundum duos aduentus xpi xps indutus eſt. Sermo.v. tertie dominice aduentus. 82
Via domini que ſit,per quã itur ad xpm. Sermo.ſecundo tertie dominice aduentus domini. 71
Victoria xpi ſeptem demonum ad peccata mortalia irritantium.Ser.vij.tertie dominice aduentus. 89
Viam paradiſi ante xpi natiuitatẽ nullꝰ quantũcũq; ſctũs inuenire potuit. ratio huius habetur Ser. j. dñice infra octauas natiuitatis xpi. 118
Via paradiſi a primis parentibus tribus modis errata fuit.Sermo tertio in Epiphania domini. 146
Vie tres quibus poſt lapſum in peccata directe ad deũ reuertimur, quas xps ordinauit.Sermone tertio in Epiphania domini. 146
Vitium triplex ocioſitatis habeẽ Sermo. vij.dñice in ſeptuageſima. 227
Viatori aſcẽſuro ad caſtrum alte ſitum, cuiuſmodi eſt regnum celorum, tria neceſſaria ſunt.Sermo.ſecundo dñice in quinquageſima. 248
Vie tres ſunt, quas per fidẽ ſcimus. Ser. ſecundo in quinquageſima.eodem.
Vie tres quas nos xps ambulare iubet. Ser. j.ſecũde ferie poſt Inuocauit.280
Violentiam opera penitentialia requirunt. quomodo hoc,Ser. ferie ſexte poſt Reminiſcere. 354
Virtutes quatuor quibus ſaluator Ioannem extollebat, nobis etiam admodum neceſſarie pro uite noſtre reparatiõe.Ser.ij.tertie dñice aduentꝰ.71
Virtute quadruplici uia domini regit. Ser.ij.quarte dñice aduẽtus dñi. 98
Virtutis diffinitio habetur.Ser.iiij.quarte dominice aduentus domini. 103
Virginitas ſemel amiſſa recuperari non poteſt.Ser.j.tertie ferie poſt Reminiſcere. 331
Vir lineis indutus quis ſit,ut dicit hiſtoria Ezechi. ix. Ser.ij.dominice infra octa.natiuitatis. 122
Viri ſex interficiẽtes nõ ſignificatos qui ſunt, de quibus dicit hiſtoria Ezech. ix.Ser.ij.dominice infra octa.natiuitatis Chriſti. 122
Virtutes ſeptem in quibus Chriſtus moratur,habentur Serñ.ij.in Epiphania domini. 142
Virtutes quatuor nobis ad ſciendũ maxime neceſſarie,quibus placidi efficimur xpo.Ser.iij.dominice poſt octa. Epiphanie. 202
Via quam xps tenuit in die palmarum ueniendo in Hieruſalem, in ſex punctis ſubtiliter cõprehendit. Ser. iij.in die palmarum. 479
Viſitationes tres dei in hoc mũdo nota. Ser.quinte ferie poſt Leta. 458
Vita quam ſaluator noſter habuit ad uite noſtre inſtructionem.Ser.j.iij.dominice aduentus. 66
Vita ſancta & uirtuoſa eſt uia per quam itur ad xpm. Ser.ij.quarte dominice aduentus. 98
Vitari & reprobari a nobis quatuor uult xps, que habentur Ser.ij.ferie tertie poſt Reminiſcere. 335
Vocat deus peccatorem tripliciter,ut ne nator falconem. Sermo.v.in Epiphania domini. 153
Vocantur homines ad gaudia celeſtia ſecundũ quinq; etates principales hominũ.Ser.j.dñice in ſeptuageſ. 207
Vocatio duplex, qua deus operarios ad ſe uocat.Ser.iij.dñice in ſeptuageſima. 215
Voluntas dei eſt,ut omnes homines ſaluentur,quare tunc dãnantur.Sermo. primo dominice infra octa.Epiphanie domini. 160
Vexatio ipſius Saul a demonio,quomodo Dauid demonem cithara amouit. Ser.dominice Reminiſcere. 317
Vox de celo a deo patre. qñ xps baptizatur

tur quare fiebat, cum certū sit ꝙ xp̄s tunc non incepit esse filius dei, quia est deo patri coeternus. Ser. in octa. Epiphanie domini. 176
Vtrum opera extra charitatem facta alicuius boni saltē temporalis sint meritoria. Sermone quinto prime dominice aduentus. 24
Vtrum post hanc uitam sit purgatorium. Ser. iij. prime dn̄ice aduentus. 12
Vtrum resurrectio futura mortuorū sit naturalis. Ser. j. aduentus. 1

FINIS.

DIVINI uerbi preconis & predicatoris ac sacrarū literarum interpretis & professoris subtilissimi sancti Vincentij cōfessoris de Valētia ordinis diui predicatorū Sermones fructuosissimi hyemales de tempore incipiunt feliciter.

Dominica. j. aduentus dn̄i. Sermo. j.

BEnedictus qui uenit in nomine domini. Habetur uerbum istud Mat. xxj. c. & officiatur in euangelio hodierno. Ista dominica est de maiorib⁹ dominicis toti⁹ anni: quia est prima dn̄ica aduētus dn̄i in qua sc̄ta mater ecclesia dimittit officiū ꝙ ante faciebat & incipit officiū aduēt⁹ domini. Ideo uolēs me cōformare cū sancta matre ecclesia, cogitaui nūc p̄dicare de aduētu domini nostri Iesu xp̄i. s. qūo ueniet in fine mūdi iudicare bonos & malos, retribuendo cuilibet secūdū opera eius. Si placet deo habebimus multas bonas instructiōes. Sed primo salutet uirgo Maria &c. Benedict⁹ q uenit &c: Verbū ꝓpositū est una breuis cātilena q̄ fuit a pueris & turbis cantata in aduētu Christi in ciuitatē hierusalē dicētib⁹, Benedict⁹ q uenit &c. Pro huius uerbi maiori declaratione & materie p̄dicāde introductione, sciēdū ꝙ in sacra scriptura clare & manifeste inueniuntur tres aduētus dn̄i in hūc mūdū & solēnes & notabiles, generales & principales.

Primus fuit de humilitate uirtuosa.

Secundus de charitate gratiosa.

Tertius de maiestate rigorosa.

Primus aduentus iā est ꝑteritus, secūdus presens, tertius est uēturus. Ex his tribus aduētibus correspōdēt tres hebdomade aduentus, & de tertio aduētu ultimo & maiori intelligitur thema principaliter, quia tunc dicent boni, Benedictus qui uenit &c. Primus aduentus domini fuit de humilitate uirtuosa, & iste iā est preteritus, qñ scilicet uoluit descēdere per incarnationem, cōuersationem, captiua tionē, flagellationem, & passionem, ut sibi credentes ac obediētes ascenderēt in celū: ratio quare uenit in tanta humilitate, fuit superbia Ade & Eue: quia noluerunt obedire deo: sed potius proprie uoluntati. Peccatum enim Ade fuit superbia: ut dicit bea. Tho. ij. sentēt. distin. xxij. q. j ar. j. &. ij. ij. q. clxiij. arti. j. Et ut dicit sanctus Tho. Inobedientia in eo causata fuit ex supbia. & ideo Aug. dicit ad Orosiū quod homo elatus superbia suasioni serpentis obediēs precepta dei cō tempsit. Verū etiam in peccato primorū parentū, ut dicit sanctus Tho. ij. ij. ubi supra in solu. ad secundū argumē. gula locū habuit. Dicitur enim Gene. iij. Vidit mulier quod lignum esset bonum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectu delectabile, & tulit de fructu eius & comedit: non tamen ipsa bonitas & pulchritudo ibi fuit primum motiuū ad peccādū, sed potius suasio serpentis q dixit. Aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij. ꝙ appetēdo superbiam mulier incurrit, & ideo peccatū gule deriuatū est ex peccato superbie, qm̄ ideo prius fuit pctm̄ superbie quam gule. Et superbia est fundamētū oīm peccatorū. Verbi gratia. Quare aliquis est auar⁹, ex superbia est, quia nō uult obedire p̄cepto dei dicētis, Nō concupiscas, uel non furtum facies &c. Quare aliquis est luxuriosus, nūquid ex superbia, quia non uult obedire p̄cepto? Non fornicaberis. Idem de gula & alijs peccatis. Autoritas. Initiū omnis peccati est superbia. Eccle. x. Ideo Christus ad reformandum uenit in magna humilitate quasi famulus ad ministrandum nobis opera redemptionis per humanam incarnationē. Sed uultis intelligere bene hanc maximam Christi humilitatem, cogitate quod si essent multi magni domini & parui congregati in conuiuio, & non haberent seruitorem aliquem, quod sciens filius regis depositā uestē regali simpliciter indutus ueniret ad seruiendum omnibus. Primo dando aquā manibus. Secundo ministrando escas. nunquid ista esset magna humilitas filij regis? maior fuit incomparabiliter humilitas filij dei. Omne genus humanū erat

congregatū in ſala huius mūdi, ſpectans bonū prādiū celeſtiū epularū, ſed nō habebamus ſeruitorē qui illas nobis miniſtraret, ꝓpter qd' filius dei mutata, imo magis occultata ueſte deitatis, & aſſumpta ueſte humanitatis uenit ad miniſtrādum nobis, licet per incarnationē nullo modo mutat⁹ fuerit. De hoc uide in iij. parte ſancti Tho. q. j. ar. j. ad primū. &. q. ij. ar. vj. ad primū. & iij. ſcrip. diſt. j. q. j. ar. j. ad primū. Autoritas. Qui cū in forma dei eſſet indut⁹ ſcilicet ueſte deitatis, ſemetipſum exinaniuit, id eſt, humiliauit, formā ſerui accipiēs, in ſpecie deſpecta in ſimilitudinē hominū factus & habitu inuētus ut homo. ad Philip. ij. ſcilicet ut nobis ſeruiret & miniſtraret. Et primo dedit aquā manibus noſtris immundis, quia oēs eramus cōcepti, nati, & nutriti in peccatis. Dicit enim apoſtolus ad Ro. v. Per unū hominē in hūc mūdū peccatū intrauit, & per peccatū mors, & ita in omnes hoīes mors pertrāſijt, in quo oēs peccauerūt. Et habet dē cōſe. di. iiij. c. firmiſſime tene. ꝓpter hoc primo ordinauit ſanctū ſacramētū baptiſmi. Baptiſm⁹ enim eſt ordinat⁹ in remediū cōtra peccatū originale, eſt eñ q̄dā ſpiritualis regeneratio & ianua ſacramētorum. Vñ & pueri carētes omni actuali peccato propter peccati originalis infectionē ī quo cōcepti ſunt baptizant. Eramus inq̄t apoſtolus natura filij ire. ad Ephe. ij. Hoc enim peccatū per actū nature ſiue per uitiatā originē a parēte in ꝓlē reducit. de quo ſanctus Tho. luculēter & ſubtiliter tractat. ij. ſcrip. diſt. xxxj. q̄ō. j. ar. j. & ij. & etiā prima ſecūde. in q. lxxxj. Deinde dedit eſcas di. Ecce jā triduo ſuſtinent me, nec habēt qd' māducent. Mar. viij. & dedit eſcas ſpūales ſcilicet doctrinas euangelicas & celeſtes. Secundo dedit eſcas miraculorū, infirmos curādo, mortuos ſuſcitādo. Tertio dedit eſcas uirtutum. Nota quomodo erāt ſapide & cōfirmabiles. deinde poſt prandiū iterū dedit aquam calidā manibus & pedibus. etiā in cena aquā calidā, quia de latere ſuo exiuit ſanguis & aqua. Prima aqua fuit baptiſmi. ſecūda uero penitētie q̄ a xp̄i paſſione habet uirtutē & efficaciā lauādi animas a ſordib⁹ peccatorū. De iſto ſerui tio humilitatis ipſemet xp̄s dicit, filj⁹ hominis nō uenit miniſtrari, ſed miniſtrare & dare animā ſuā in redēptionē pro multis. Mat. xx. & loquit de primo aduētu iā preterito, de quo oportet ipſum cō mēdare & laudare, unā dictionē thematis mutādo & dicēdo, Benedictus q uenit in nomine famuli. In primo aduētu xp̄s uenit ut famulus, ſed in iſto ſecūdo aduētu uenit ut ſocius. Ratio quia conſuetudo & mod⁹ ſociorū eſt ſimul ſtare, ſimul ire, ſimul conuerſari, ſimul comedere & bibere. ita Dñs Ieſus xp̄s uenit de celo ad domū noſtrā ad ſimul prādēdū nobiſcū in cōmunione. O qualis refectio eſt anime deuote q̄ homo paratus cōicatur, reficitur intellect⁹ fidei claris illuminationibus, memoria optimis recordationib⁹, uolūtas ſanctis & bonis deſiderijs. Os deuotis orationib⁹ & finaliter totū corp⁹ fortificat ad penitentiam & bonā uitā cōtinuādā. nec recedit a nobis poſt cōionē, niſi dem⁹ ſibi congeriū p peccatū mortale, qa alias nō recederet, tātū placet ſibi noſtra ſocietas. Ideo dicit ipſemet. Delitie mee eſſe cū filijs hominum. prouer. viij. Nota cum filijs hominum, ſcilicet Patriarcharum prophetarum, apoſtolorum, & doctorū, qui nos genuerūt de fide catholica. Ecce quomodo eſt ſocius noſter. Autoritas. Fidelis dñs in oīb⁹ uerbis ſuis, ſcilicet cōplēdo ꝓmiſſum, qa dictis uerbis ſiue a bono ſiue a malo presbytero ſtatim uenit in hoſtiā. Secūdus aduētus eſt de charitate gratioſa. & iſte eſt p̄ſens, qa quolibet die in ſacramento altaris in hoſtia cōſecrata eſt ita realiter ſicut uenit in primo aduētu ī uterū uirginis dictis uerbis a uirgine Maria, Ecce ancilla dñi &c. Ita ī qualibet miſſa dictis uerbis cōſecrationis a ſacerdote uenit xp̄s ī hoſtiā. Ideo nos ip̄m in ſacro altaris adoramus. De iſto aduētu debem⁹ ip̄m commēdare & laudare dī. Benedict⁹ q uenit in noīe ſocij, qa ibi nō oſtēdit ſuū dñiū.

Tertius

Terti⁹ aduētus erit de maieſtate rigoroſa. qñ. ſ. ueniet ad iudiciū ad retribuēdū iudiciaſr. Licet qñ hō moriat aīa ſtatī uadat ad iudiciū, & dñs ſibi retribuit ſecūdū opa ei⁹ que fecit hic, qa ſi hic fecit de p̄cīs cōdignā pnīam ſtatī dat ſibi gloriā eternā. ſi autē ſit mala & impenitens, dat ſibi penā infernalē, ſi aūt fuit medio cris, qa nec ex toto bōa nec mala ſed mediocris, ſcilicet qa fuit cōfeſſa, ſatiſfecit & remiſit iniurias &c. ſed nō fecit cōdignā penitētiā, dat ſibi retributionē pene purgatorij, ſed iſte retributiōes ſolū ſunt animarū qa corpa tā bonorū q̄ malorū q̄ iuuarūt aīas adhuc nō hñt retributionē, ſed ſūt incinerata. Ideo uenit dñs ad iudiciū gñale ut retribuet nō ſolū aīabus ſed etiā corpibus ſecūdū opa eorū. Iudiciū eñ gñale futurū eſt in fine mundi, ut ex trib⁹ beat⁹ Tho., ꝑbat. in iiij. diſt. xlvij. ar. j. Primo ut ſicut de⁹ in principio oīa creauit ſimul, ita ſimul iudicet oīa. & ſic uniuerſale iudiciū correſpōdet ex ad uerſo prime rerū ꝓductiōi in eſſe. Sc̄d'o qa ut dicit bea. Tho. ubi. ſ. in ſolē ad ſecūdū ar. homo dupl'r cōſiderari pōt. ſ. ut hō ſing'laris, & ut pars multitudinis, unde & duplex ei iudiciū debet. Vnū ſingulare quod de eo fiet poſt mortē qñ recipiet iuxta ea q̄ ī corpe geſsit, q̄uis nō totaſr, qa nō quo ad corp⁹ ſed quo ad aīam tm̄. Aliud iudiciū debet eſſe de eo ſec'm q̄ eſt pars toti⁹ humani gñis, & ſic de eo fiet iudiciū ī uniuerſali & gñali iudicio, nec tū de⁹ bis iudicat in idip̄m, qa nō infert duas penas pro uno p̄cō, ſed pena q̄ ante iudiciū cōplete inflicta nō fuerat, i ultimo iudicio cōplebit, cū mali & ip̄i punient ſimul in corpe & aīa. Tertio patet, qa licet qlibet dānat⁹ ſit cert⁹ de ſua dānatiōe & beat⁹ de ſua gl'a, nō tū oībus oīm dānatio uel ꝑmiū innoteſcit, quod tū expedit ut ab oīb⁹ ſciat, ut ab oīb⁹ appareat dei iuſticia, & hoc cōiter fiet ī generali iudicio ubi oēs ſimul cōgregabūtur. De hoc aduētu dicit ipſemet. Filius hominis uēturus eſt in gloria patris ſui cū Angelis ſuis, & tūc reddet unicuiq; ſecundū opera ei⁹. Mat. xvj. rūc nō ueniet in hūilitate, paupertate, & ſimplicitate, ut in prīo, nec ſoci⁹, ut in ſecūdo, ſed uenit ut dñs cū tāta maieſtate & ptāte q̄ totus mūdus timebit & tremet. Veniet enim ad inſtar potētiſſimi regis q uenit ad uillā uel ciuitatē ſibi rebellē uel inobediētē cū gentib⁹ armorū cū bōbardis & baliſtis &c. ita ueniet dñs ad uillā ſeu ciuitatē huius mūdi in qua ſunt multi rebelles & inobediētes regi xp̄o, qui uult & precipit humilitatē, & ipſi ſunt ſuperbi, uani &c. precipit miam & liberalitatem, & ipſi ſunt auari, uſurarij, latrones, raptores peſsimi, precipit caſtitatē, ipſi ſunt luxurioſi. Idē de alijs. Credētia aūt ſine obediētia nō ſaluat hominē. nullus rex uel dñs eſſet contentus de credētia ſubditorū ſine obediētia, ꝓpter hoc ueniet Chriſtus ad ciuitatē huius mūdi nō ut famulus, nec ut ſocius, ſed ut dñs cū multis gētibus, quia in illa die celū euacuabit, quia nulla creatura humana nec angelica ibi remanebit, quia omnes uenient cū rege ad iudiciū. tube ſiue trompete erunt tonitrua fulgura, &c. intantū quod celū & terra contremiſcent. Nota ſi celū & terra & creature que nunquam peccauerūt cōtra deū, nō poterūt ipſum aduentū ſuſtinere, quid faciēt tūc peccatores qui tot peccata fecerūt cōtra deū? tunc magis uellent eſſe in inferno quā uidere deū. De hoc dicit Iob in perſona peccatoris. Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me, & abſcondas me donec pertranſeat furor tuus. Iob. xiiij. Sed in illa die boni ſtabūt ſecuri nec timebūt. Ideo ſancta mater eccleſia orans pro quolibet fideli dicit. Libera me dñe de morte eterna in die illa tremenda qñ celi mouendi ſunt & terra dum ueneris iudicare ſeculū per ignē. Tunc Chriſtus oſtēdet ſe ut dñs & oēs gētes cognoſcēt eius dñiū. Dauid. Cognoſcet dñs iuſticia faciēs in operibus manuū ſuarū comprehenſus eſt peccator. ꝑs. ix. Tūc beati & boni de eius aduentu leti dicent thema in propria forma. Benedictus qui uenit in noīe dñi. patet thema. In iſto aduentu ad iudiciū Chriſt⁹ Ieſus ut dñs faciet

ciet quatuor secūdū sanctam scripturam que debent fieri in omni bono iudicio maxime in criminali, que quatuor sunt.

Conuocatio uniuersalis.

Ordinatio diuinalis.

Diffusio sententialis.

Executio perpetualis.

Ex p quolibet istorū debem⁹ deū lauda re & dicere, benedict⁹ q uenit ī noīe do mini. Primū ergo ꝙ faciet xp̄s ī isto iudi cio, erit cōuocatio uniu̇ſalis, qa oēs par tes ibi cōuocabūt, ut audiāt ibi sn̄iam dif finitiuā, & iudex manifestabit se oīb⁹ & uidebit ab oībus, qa alias sn̄ia posset dici ꝑphana. Nota practice qūo illo die xp̄s cū matre sua, angelis, archangelis, princi patib⁹ &c. patriarchis, prophetis apostolis, & ceteris beatis cū gloria descendet ad iudicādū. Querit a q̄busdā ad q̄d erit necessariū istud iudicium, cū iā aīe tam bonorum q̄ malorū sunt iudicate & sn̄ia te. Respōsio ꝙ illud iudiciū est necessa riū, q̄n xp̄s ut iustus iudex retribuit uni cuiq; secūdū opa ei⁹ bona uel mala q̄ fa cit, & qa dicta opa p pri⁹ fiūt ab aīa cogi tādo, tractādo, deliberando, & delectan do. Deinde exequunt a corpe: uerbi gra tia, primo de bonis operib⁹, deinde de malis. Nota practice. Rō qa aīa prius de meret uel meret q̄ corp⁹. nō iustū est ut aīa p pri⁹ hēat gloriā uel penā q̄ corp⁹, ut de aīabus sc̄torū Petri & Pauli &c. & malorū, ut Iude & Machometi &c. Et qa in executiōe dictorū operū corpa socia bātur aīab⁹, iō in generali iudicio resur gēt corpa & associabūt aīab⁹, ut hēant si mul gloriā quātū ad bonos, uel penā & dānationē q̄tū ad malos. ecce hic rō iu dicij generalis & resurrectiōis uniu̇ſalis corporū q̄ tāgit ab apostolo dicēte, Oēs nos manifestari oportet ante tribunal xp̄i, ut referat. i. reportet unusq̄sq; ꝑpria corporis ꝑut gessit siue bonū siue ma lū. ij. ad Cori. v. No. ꝙ in resurr. nouissi ma aīa idē corp⁹ numero resumet. secū dū illud Iob, ī carne mea uidebo deū sal uatorē meū. xix. Loq̄t autē Iob de uisio ne post resurrectionē, ꝙ patet ex hoc ꝙ ꝓcedit, In nouissimo inquit die de terra resurrecturus, ergo idē corpus numero resurget. Itē sicut Damascen⁹ dicit iiij. li. de resurrectiōe ꝙ cecidit secūda surrec tio, sed hoc corpus quod nūc gerimus per mortē cadit, ergo idem numero re surget. Dicit eā beatus Tho. in iiij. dist. xliij. arti. j. quod ad hoc quod sit uera re surrectio, oportet quod idē corp⁹ ꝙ ce cidit resurgat & aīa resumat, quia resur rectio est iterata surrectio. eiusdē aūt est surgere & cadere. unde resurrectio ma gis respicit corpus quam aīam, quia cor pus post mortem cadit, sed anima post mortē uiuit, & ita si nō eēt idē corp⁹ ꝙ anima resumit, non diceret resurrectio, sed magis noui corporis assumptio. Et oppositū dicere, sicuti qdā heretici dixe rūt, est ueritati resurrectionis ꝑiudicare quā scriptura sacra affirmat. Nota practi ce hāc cōuocationem seu citationem fa ciēdā secundū aliquos docto. per sanctū Michaelem in uoce tube. i. terribili, q̄n non erit ibi tuba materialis, sed uox xp̄i imperātis resurrectionē q̄ clamabit for titer ad quatuor ptes mūdi dicēs, surgite mortui uenite ad iudicium. Tūc uirtute diuina subito tā boni quam etiā mali re surgēt: & qlibet inueniet suū corp⁹. que rit sc̄tus Tho. in iiij. di. xliij. utrū resur rectio futura corporū erit naturalis. Re spondet S. Thomas, ubi supra art. j. q. iij. ꝙ resurrectio erit miraculosa simplici ter. ſ. ex pte principij supnaturalis. i. dei. Sed naturalis, secūdum ꝙ rōne termini. Idē dicit cōtra gētules. iiij. li. c. lxxxj. fina. Item a priuatione in habitum non fit re gressus secundum naturam. Sed mors est priuatio uite, ergo resurrectio per quā est reditus de morte ad uitam, non est naturalis. Sic ergo resurrectio erit & fiet diuina uirtute. Et erit in instanti, er go ad illud quod fiet uirtute dei, non au tem quo ad illud quod fiet per minister rium angelorum, ut dicit sanctus Tho. in iiij. distin. xliij. arg. iij. q. iij. si instans dicat indiuisibile temporis, quia angeli non sunt potentie infinite. Sed si instans accipiatur pro tempore imperceptibi li, tunc etiam ex parte angelorum erit in

in instāti. i. tempore imperceptibili. Di cit eā apostolus. j. Cor. xv. Omnes qui dem resurgem⁹ in momēto in ictu ocu li, ergo resurrectio erit subito quo ad id quod fiet in ea immediate uirtute Dei. Itē uirtus infinita subito operat. Sed si cut Damascen⁹ dicit, Crede resurrectio nē futuram diuina uirtute. de qua con stat ꝙ infinita est. ergo resurrectio fiet subito, & in instanti quo ad id quod fiet in uirtute dei immediate. Querit idē S. Tho. ubi supra & alij docto. Vtrū angeli aliquo modo ad resurrectionē coope rentur. Respondet sanctus Tho. ubi su pra ar. ij. q. iij. ꝙ in resurrectione est ali quid ad transmutationē corporū pertinens. ſ. collectio cinerū & eorū prepa ratio ad reparationē humani corporis. unde quātū ad hoc in resurrectiōe utet De⁹ ministerio angelorū. Quia sicut di cit Aug. iij. de tri. sicut corpora crassiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodā ordine reguntur, ita oīa corpora reguntur per spīm uite rationalem. Et hoc etiā Grego. in. iiij. dialogorum tangit. Vnde in omnibus q̄ corporaliter a Deo fiūt, utiq̄ Deus ministerio angelorū. Sed aīa sicut immediate a Deo creata est, ita immediate a Deo corpori iterabit & uniet. Similiter etiā gloriā corporis ip sefaciet absq; ministerio angelorū, sicut & animā immediate glorificat. Hec san ctus Tho. ubi s. de ista resurrectione di cit xp̄s. Nolite mirari hoc qa ueniet ho raī qua oēs q̄ in monumētis sunt audiēt uocē filij Dei. Ioan. v. Nota, Nolite mira ri, q̄n ille q de nihilo oīa creauit pōt de puluere reformare corpa nostra ut argē tari⁹ phialā de argēto puluerisato. Non mirabaī de hoc Iob q dicebat, Scio quod redēptor me⁹ uiuit, & in nouissimo die de terra surrectur⁹ sum, & in carne mea uidebo deū saluatorē meū &c. Iob. xix. Nota, scio, nō dicit opinor, ꝙ redēptor me⁹ uiuit. Argumētū est insolubile con tra Iudeos ad ꝓbādū diuinitatē xp̄i secū dū quā uiuebat ante incarnationē suam. Nota, audiēt uocem filij Dei. cū tñ dicat uox archangeli Michaelis. Responsio ꝙ ista uox citatoria erit xp̄i imperatiue, & erit uox Michaelis in executione siue executiue. auto. Hoc eā uobis dicimus, in uerbo domini. Q̄n ipse dominus in iussu & in uoce archāgeli & tuba Dei de scendet de celo, & mortui q in xp̄o sunt resurgēt primi &c. j. ad Thes. iiij. Et ꝑce dent q bona fecerūt, in resurrectionē ui te. ſ. glorioſe, & ī etate. xxx. annorū. Qui uero mala, in resurrectionē iudicij. Io. v. Querit S. Tho. in. iiij. scrip. dist. xliij. ar iij. q. j. Vtrum omnes resurgēt in eadem etate. ſ. iuuenili. Respondet ubi s. ꝙ oēs resurgēt in etate iuuenili, nō quo ad nu merū annorū, sed quātū ad statū qui ex annis in corpore humano relinquitur. Vnde Adam dicit in etate iuuenili for matus ꝑpter talē corporis conditionē quā primo die formationis sue habuit. Primū probat sanctus Tho. ij. argumen. ſ. quod nō oēs resurgent in eadē etate. ſ. iuuenili quo ad numerū annorū. Quia etas cōputat secundū mēsurā temporis preteriti, sed impossibile est tēpus quod fuit preteritū nō preterisse, ergo impos sibile est eos q maioris etatis fuerūt ad etatē iuuenile reduci, supple quo ad nu merū annorū. Secundū probat S. Tho. in corpe articuli. ſ. ꝙ oēs resurgēt in eta te iuuenili quo ad statū &c. Quia hō re surget absq; oī defectu humane nature, qa sicut De⁹ humanā naturā absq; defe ctu instituit, ita sine defectu reparabit. Deficit aūt hūana natura dupliciter. Vno modo qa nōdū ꝑfectionē ultimā est cō secuta. Alio modo qa ab ultima ꝑfectiōe iā recesit. Et primo modo deficit ī pue ris. Secūdo deficit in senibus. Et ideo in utrisq; reducet hūana natura p resurrec tionē ad statū ultime ꝑfectiōis q̄ est in iuuenili etate ad quā terminat mot⁹ ang menti, & a quo incipit mot⁹ decremēti. hoc S. Tho. confirmat per id quod dicit ad Ephe. iiij. donec occurram⁹ oēs in ui rū ꝑfectū ī mēsurā plenitudinis xp̄i. Sed xp̄s resurrexit ī etate iuuenili que circa xxx. annos incipit ut Aug. dicit, ergo & alij in illa etate resurgent oēs. Preterea homo in maxima ꝑfectiōe resurget. Sed

natura humana perfectissimū statum habet in etate iuuenili, ergo in illa etate resurgēt oēs. Hec sanctus Tho. ubi. s. & bene. Querit idē sanctus Tho. in scrip. ubi s. qstiuncula ij. Vtrū oēs resurgēt eiusdē stature. Ad hoc rndet sanct⁹ Tho. q̄ oēs resurgēt in eadē q̄titate. Sed quilibet resurget in illa q̄titate in qua fuisset in termino augmēti, si natura nō errasset uel defecisset. quod autē supereſt ut in gygātib⁹ uel q̄d deficit ī hoie ut nanis resecabit uel supplebit diuina potētia. Hui⁹ rōnē dat sanct⁹ Tho. ubi. s. qa in resurrectiōe reparabit natura humana non solū quātū ad idē in specie, sed etiā quātū ad idē in numero. Et ideo in resurrectione nō solū attēdēdū est quid cōpetat nature speciei, sed quid cōpetat nature indiuidui. Natura autē speciei habet aliquā quātitatē que nec excedit nec ab ea deficit absq; errore, que tamē q̄titas habet aliquos gradus latitudinis. & nō est accipiēda secundū unā mensurā determinatam. Vnūquodq; autē indiuiduū ex specie humana assequit infra terminos illi⁹ latitudinis aliquē gradū q̄titatis que cōpetit nature indiuidui, & ad hāc perducitur in termino augmenti, & hoc si non fuit aliquis error in opere nature p quē sit aliquid additū uel subtractū predicte quātitati. cuius quidē mēsura accipit secundū proportionē caloris extēdētis & humidi extēsibilis quod nō est eiusdem uirtutis in oībus. & ideo non oēs resurgēt in eadē quātitate, sed in quāta peruenissent natura nō errāte, remoto superfluo ut in gygātibus, & suppleto defectu ut in nanis. Ex quo patet q̄ in nouissima resurrectiōe nulli erūt gygātes uel nani. quāq̄ nō oēs resurgētes erūt eque magni. ita ponit sanct⁹ Tho. iiij. cōtra gentiles. c. lxxxj. iiij. xcviij. Sed quia in prefata apostoli autoritate dicit, donec oēs occurramus in uirū perfectū. Ideo alia q̄ occurrit. Vtrū oēs resurgēt in sexu uirili. Ad hāc sanctus Tho. in iij. & supra q̄stiuncula. iij. respōdet q̄ non oēs resurgent in sexu uirili, sed omnes uiri in suo sexu scilicet uirili, & femine in suo sexu scilicet femineo. qd̄ sic p̄bat, qa sicut cōsiderata natura indiuidui debet quātitas diuersa diuersis, ideſt omnibus: ita considerata natura indiuidui debet diuersis diuersus sexus. Et ideo sicut in diuersa quātitate, ita in diuerso sexu resurgent. Hec etiā diuersitas sexus cōpetit perfectioni speciei cui⁹ diuersi gradus implētur per dictā diuersitatē sexus uel quātitatis. Et ideo sicut resurgēt homines ī diuersis staturis, ita in diuersis sexib⁹. Nec cōfundent rōne mutue uisiōis, sicut nūc fieret si mutuo se uiderēt, qa ī patria aberit & cessabit fiue non erit libido incitās ad turpes actus, ex quibus cōfusio & uerecūdia hic causat. Nec obstat uerbū apostoli preallegatū. Quia ut dicit sanctus Tho. ubi supra ad primū arg. dicuntur oēs xp̄o occurrere in uirū perfectū, nō propter sexū uirilē sed p̄pter uirtutē animi que erit in oībus & uiris & mulieribus. hoc idē patet per beatū Augu. qui dicit. xxj. lib. de ciui. dei. Melius sapere uident qui utrūq; sexū resurrecturū esse nō dubitāt. Cōfirmat hoc idē. deus reparabit in resurrectione quod in homine fecit in prima cōditiōe, sed ipse fecit mulierē de costa uiri ut patet Gen. ij. ergo ipse sexū femineū in resurrectiōe reparabit. hec sanct⁹ Tho. ubi. s. Nota hic de pulchritudine, impassibilitate, agilitate, subtilitate, claritate, & odore corporis glorioſi. Querit sanctus Thomas iiij. scrip. distin. xliij. questione ij. de cōditionibus beatorum, & circa hoc quatuor mouet questiones secundum quatuor dotes corporū glorioſorum q̄ sunt ut dicūt impassibilitas, subtilitas, agilitas & claritas. Primo igitur querit utrū corpora sanctorū post resurrectionē erunt impassibilia, ad quā respondet ubi. s. arti. j. q. j. q̄ corpora sanctorū erūt impassibilia, passione p̄prie dicta que abijcit a substātia patiētis. secundū q̄ dicimus illud pati quod uirtute agentis trahitur extra naturā suā ad naturā agentis, sicut ligna patiuntur ab igne. Et ratio huius est uictoria anime supra corpus. Quia cū perfecte anima subijcietur deo, & corp⁹ perfecte

perfecte subijcietur anime, ita ut in corpore glorioſo non poterit esse aliqua mutatio contra dispositionem illā qua perficitur ab anima, & ita corpora illa erunt impassibilia passione proprie dicta ut dictū est. Erūt tamē passibilia passione que est salus & perfectio, que passio nihil abijcit a substātia, sed in sola receptione cōsistit & passim perficitur, sicut aer a lumine solis patitur quādo illuminatur passione nō abijciente sed perficiente. Ratio dicti est, quia nihil quod est perfectionis corporibus glorioſis auferendū est. Ad idem scilicet q̄ corpora sanctorū erūt impassibilia passione proprie dicta, quia omne passibile hoc modo est corruptibile, quia passio magis facta abijcit a substātia, sed corpora sanctorum post resurrectionē erūt incorruptibilia ut dicit. j. Corin. xv. Seminat in corruptione resurget in incorruptione. ergo erunt illo modo impassibilia. Itē fortius non patitur a debiliori, sed nullum corpus erit fortius corporibus sanctorum, de quibus dicit. j. Corin. xv. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute, ergo erūt impassibilia, supple passiōe proprie dicta. sanctus Tho. ubi. s. in corpore arti. duplicē distingnit passionē, scilicet cōmuniter dictā, & proprie dictā. uide eū ibidē. Primo modo passio perfectiua dicitur passio inquātū omnis receptio dicit passio, sed nō secūdo modo, quā Damascenus sic diffinit in secūdo libro, passio est motus preter naturā. Vnde immoderatus motus cordis passio eius dicitur, sed moderatus dicitur eius operatio &c. Hec autē impassibilitas in corporibus beatis existēs erit inequalis in beatis, si secundū suā causam cōsideret, & erit maior hoc modo in uno beato q̄ in alio. Quia causa eius est dñium anime super corpus, quod quidē dñium causat ex hoc q̄ fruit deo immobiliter. Vnde in illo qui perfectius fruit est maior impassibilitatis causa. & maior impassibilitas secūdū suā causā cōsideratā. Addo si secundum suam causam consideretur impassibilitas, quia solam priuationem uel negationem importat, non suscipit magis & minus, sed erit equalis in omnibus beatis. Hec sanctus Thomas iiij. ubi supra questiuncula ij. Nec hec impassibilitas tollet sentire a beatis, quia per passionem hanc que est in actu sentiendi, que non est aliud quam receptio secundum immutationem spiritualem sensus a sensibili: non trahitur corpus extra naturalem suam qualitatem, sed spiritualiter perficitur. Hec sanctus Thomas ubi supra questiuncula. iij. Addit idem doctor. ubi supra questiuncula sequenti, quod omnes sensus beatorum post resurrectionem erunt in suis operationibus secundum quod spiritualiter immutantur. Quia sensus est perfectior coniunctus actui quam sine actu. Querit secundo sanctus Thomas circa conditiones corporum beatorum. Vtrum corpora beatorū erunt subtilia. Ad hoc respōdet sanctus Thomas in iij. distin. xliiij. q. ij. arti. ij. questio. j. quod corpora glorioſa erunt subtilia, non subtilitate que est per rarefactionem quemadmodum aer dicitur subtilis, sed erunt subtilia p̄pter perfectionem spiritus supra corpus. Vnde per hunc modum corpora in quibus forma multum dominatur supra materiam solemus uocare subtilia, sicut aurum dicitur subtile quando perfectissime completur in esse & uirtute speciei sue. Quia ergo corpus glorificatum perfectissime completur in esse per spiritum. ideo subtile & spirituale est. dicitur enim corpus glorioſum spirituale quasi omni spiritui subiectum. Queritur tertio utrum corpora glorioſa erunt agilia. Ad hoc respondet sanctus Thomas ubi supra articulo tertio questione prima, quod sic. Ratio quia corpus glorioſum erit omnino subiectum anime glorificate nō solum ut nihil in eo sit quod resistat uolūtati spiritus, quia hoc etiam fuit in corpore Ade, sed etiā ut sit in eo aliqua perfectio effluens ab anima glorificata in corpus, per quam habile reddat ad subiectionē predictā, que quidē

perfectio dos glorificati corpris dicit, aia autē dupliciter cōparat ad corpus & ei dē dupliciter unitur. s. ut forma, & ut motor, & utroq; modo oportet ꝙ corpus glorioſum aie glorificate ſit ſumme ſubiectū. Vnde ſicut per dotem ſubtilitatis ſubijcitur ei totaliter inquātū eſt forma corpis dās eſſe ſpecificū. Itē p dotē agilitatis ſubijcit ei inquātū eſt motor, ut ſcilicet ſit expeditū & habile ad obediendū ſpūi in oībus motibus & actionibus aie. Sic ergo cauſa agilitatis attribuit anime a qua gloria in corpus emanat, uerū ut dicit S. Tho. ubi. s. in ſolu. ad tertiū, Per dotē agilitatis corpus glorioſum reddit habile, nō ſolū ad motum localē, ſed ad ſenſum & ad alias omnes operationes anime exequendas. Vtenſ etiā beati aliquando ſua agilitate, ita ꝙ aliquādo mouebunt, ut dicit S. Tho. ubi. s. l. q. ij. ar. iij. q. ij. ſicut & corpus Chriſti motum eſt in ſua aſcenſione, & corpora ſanctorū que de terra reſurgent, ad celum empyreum aſcendēt. Etiā poſtq̄ ad celū empyreum aſcendēt ueriſimile eſt ꝙ aliquando moueanſ pro libito ſue uoluntatis, ut illud quod habent in uirtute actu exercentes diuinā ſapientiā cōmēdabilē oſtendāt. Et etiā ut uiſus eorum reficiat pulchritudine creaturarum diuerſarū in quib⁹ Dei ſapientia eminēter relucebit. Senſus enim nō pōt eſſe niſi preſentiū, quāuis magis a longinquo poſsint ſentire corpora glorioſa quā non glorioſa. Nec tamen per motū perit aliquid de eorum beatitudine que conſiſtit in uiſione Dei quē ubiq; preſentem habent, ſicut & de angelis dicit Greg. ꝙ intra Deū currunt quocūq; mittātur. Et hoc eſt quod dicit Eſa. xl. Current & nō laborabunt, uolabunt & nō deficiēt. Et ſimiliter Sap. iiij. dicitur, Fulgebunt iuſti: & tanq̄ ſcintille diſcurrent in arūdineto. ergo erit aliqs motus corporū glorioſorum. Queritur quarto, utrum corpora glorioſa erunt clara, uel utrum claritas conueniet corporibus glorioſis? Ad hanc queſtionem reſpondet S. Tho. in iiij. diſt. xliiij. q. ij. arti. iiij. q. j. ꝙ ſic. & hoc oportet ponere propter autoritatem ſacre ſcripture que hoc promittit. Et claritas illa cauſabitur ex redundantia glorie anime in corpus. Qūo enim recipiť in aliquo? non recipiť per modū influentis, ſed per modū recipientis, & ita claritas que eſt in anima ſpūalis recipiť in corpore ut corporalis, & ideo ſecundum ꝙ anima erit maioris claritatis ſecundū maius meritū, ita etiā erit differentia claritatis in coporibus, ut patet p apoſtolū. j. Corin. xv. ubi dicit, Stella a ſtella differt in claritate, ſic & in reſurrectione mortuorū, quia erit & manifeſtabitur unus ſplendidior altero. & ita in corpore glorioſo cognoſciť gloria anime, ſicut in uitro cognoſcitur color corpis quod cōtineť in uaſe uitreo. ut Gre. dicit ſuper illud Iob. xxviij. Non adequabitur aurum ei uel uitrū. Itē Mat. xiij. dicitur, Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorū. in iſta reſurrectione glorioſa dicit Dauid de malis, nō reſurgent impij in iudicio, neq; peccatores in conſilio iuſtorū. Vnde ſequitur intantum ꝙ ſi a nobis poſſent uideri &c. De ſupradicta autoritate Ioan. v. Qui uero mala egerunt in reſurrectionem iudicij ſ. damnationis. No. de turpitudine & fetore corporis dānati. Querit S. Tho. in iiij. diſt. xliiij. q. iij. ar. j. q. j. utrum corpora damnatorum cū ſuis deformitatibus reſurgēt. Ad hoc doctor ubi ſupra in ſententia reſpōdet ꝙ deformitas corporis eſt duplex. Quedam eſt accidentalis & propter nature defectum aduemiens, ſicut febris & mutilatio membrorū. Quedam uero deformitas eſt naturalis que omne corpus naturale cōſequitur, ſicut ponderoſitas & paſsibilitas. Et cū prima quidē deformitate nulla reſurgent corpora damnatorum, ſed cum ſecunda. Cuius ratio eſt, quia ut dictum eſt prius, autor qui naturā condidit, in reſurrectione eam integre reparabit. Et ideo tolletur omnis defectus accidentalis uel ex nature corruptione procedens uel ex ipſius debilitate, ſed gloria reſurrectionis excludent etiam defectus naturaliter conſequentes a corporibus glorificatis

catis beatorū. Sic igitur boni reſurgent ſine omni deformitate: nō autē mali, q ut patuit reſurgent ſine defectibus accidentalibus. Dicit eīm. j. ad Cor. xv. Mortui reſurgent incorrupti. S. Tho. in iiij. ubi ſupra exponit. i. ſine aliqua diminutione mēbrorū, ergo mali reſurgēt ſaltē ſine aliquib⁹ deformitatib⁹. Preterea in dānatis nō erit aliqd quod ſenſum doloris in eis impediat. Sed egritudo impedit ſenſum doloris inquātū per eā debilitanſ organa ſentiēdi. Similiter etiā defectus membri impediret, nec eſſet uniuerſalis dolor in corpore, ergo ſine iſtis defectibus damnati reſurgēt. Et ſi dicaſ, ſicut reſurrectio ſanctorū erit ad ultimā perfectionē, ſic & reſurrectio impiorū ad ultimā miſeriā. Sed ſanctis reſurgētibus nō auferet aliqd quod ad eorū perfectionē pertinere poſsit, ergo nec impijs reſurgētibus aliqd auferet quod ad eorū defectū uel miſeriā pertineat. Huiuſmodi autem ſunt deformitates, ergo uideť ꝙ damnati cū omnib⁹ deformitatibus reſurgēt. Reſpōdet S. Tho. ubi ſupra ad ſecūdum argumētū, ꝙ nō eſt ſimilis ratio de bonis, & de malis, eo ꝙ poteſt aliqd eſſe purū bonū, non autē pure malū. Vnde ultima ſanctorum felicitas hoc requirit, ut ab omni malo penit⁹ ſint immunes, ſed ultima malorum miſeria nō excludit omne bonū, qa malū ſi integrū ſit nō corrūpit ſemetipſum, ut Philoſophus dicit in iiij. Ethi. Vnde oportet ꝙ miſerie damnatorū ſubſternaſ nature bonū in ipſis, quod eſt opus cōditoris pfecti q ipſam naturā in perfectione ſue ſpeciei reparat. Erūt autem corpora dānatorū turpia & deformia, ſed incorruptibilia. Quod erūt incorruptibilia patet, qa dicit Apo. ix. In dieb⁹ illis querēt homines mortē, & nō inueniēt eā, & deſiderabūt oēs mori, & fugiet mors ab illis. Itē damnati punienť in aīa & corpore pena ꝑpetua. Mat. xxv. Ibūt hi in ſuppliciū eternū. Sed hoc eſſe non poſſet, ſi eorū corpora corruptibilia eſſent, ergo eorū corpora erūt incorruptibilia. Non tamen eadem ratione, ut dicit S. Tho. in ſumma in iiij. q. corpora beatorum. Nihilomin⁹ erūt corpora damnatorū paſsibilia, quia corp⁹ cooperaſ aīe ad peccatū. Ergo poſt reſurrectionē corpora cū animab⁹ punienť, quod non eſſet ſi impaſsibilia forēt dānatorū corpora. Que ritur, qd erit de pueris q ſic moriunť qui nūquā fecerūt aliquod bonū, uel malū. Reſpōdeo ꝙ oēs reſurgent etiā in etate xxx. annorū uel circiter, quo ad ſtatum. Etiā qui mortui fuerūt in utero mr̄is, & cognoſcenť a matre. Et illi q deceſſerūt cū baptiſmali innocētia, tūc reſurgēt, & ueniēt ad iudiciū, ad oſtendendū ꝙ nō ꝓprijs meritis, ſed merito paſsiōis Chriſti ſunt ſaluati. Illi uero qui abſq; baptiſmo deceſſerūt, reſurgēt & ueniēt ad iudiciū ad accuſandū uel excuſandū parētes, uel alios, quorū culpa mortui ſunt abſq; baptiſmo, ſecūdū aliquos. Dicatur quomodo mulier grauida ſe debet cuſtodire, cauere, & abſtinere a multis. Et eſt bene tractāda a uiro, uel accuſabūtur in illo iudicio. Dicaſ cōtra mulieres que ad cooperiēdū pctm̄ ꝓcurant ſibi aborſum. Cōtra medicos & apotecarios ipſas adiuuātes, qūo accuſabunť in illo iudicio? De iſta uniuerſali ꝓuocatione dicit Athanaſius, Ad cuius aduentū oēs hoīes reſurgere habent cū corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis ꝓprijs rationē. ſecūdū quod erit in iſto iudicio erit ordinatio iudicialis: qa que ſunt a Deo ordinata ſunt, ut dicit Apoſtolus ad Rom. xiij. De iſta ordinatione dicit ipſemet iudex, Cū uenerit filius hoīs in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cū eo: tūc ſedebit ſup ſedē maieſtatis ſue: & cōgregabunť ante eū oēs gētes, & ſeparabit eos abinuicē, ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis: & ſtatuet oues quidē a dextris, hedos autē a ſiniſtris. Mat. xxv. Vbi erūt ordinati in tres partes. Quoniā apoſtoli & uiri apoſtolici erūt tūc cū Chriſto in aere cōiudices cū Chriſto: boni uero erūt in terra a dextris Chriſti, mali autē a ſiniſtris. Modo eſt hic queſtio, qualiter apoſtoli & uiri apoſtolici ſtabūt cū Chriſto, utrū ſtando, an ſedendo. Item qualiter

ſtabit tūc ſancta Maria, quia depingitur q̄ tunc uirgo Maria orabit &c. quod eſt falſum & erroneū, qa tūc uirgo Maria ſe debit. Autoritas iuxta intellectū allegoricū. Sedit rex Salomon ſuper thronum ſuū poſitusq; eſt thronus matris regis q̄ ſedit ad dexterā eius. iij. Reg. ij. Et erit iudex cū filio. Apoſtoli etiā & uiri apoſtolici omnes ſedebūt. Autoritas. Dixit Petrus ad Ieſum. Ecce nos reliquimus oīa & ſecuti ſumus te. quid ergo erit nobis. Mat. xix. Reſpondit xp̄s. Amen dico uobis q̄ uos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue, ſedebitis & uos ſuper ſedes duodecim iudicātes duodecim tribus Iſrael. Nota iudicātes, nō dicit iudicādi duodecim tribus Iſrael, id eſt, uniuerſitatē gētiū. Dic ubi erūt beati in die iudicij, ſcilicet beatus Dominicus, beat⁹ Franciſcus, & boni religioſi de uita apoſtolica, quia cū Chriſto iudicantes. ubi Aug. & gloſe de quolibet uiro apoſtolico dicūt idē eſſe intelligendū. Nota quā tū laboraret quilibet ſi ſciret, q̄ ſuis laboribus poſſet acquirere honorē uel coronā papalē uel regnū, q̄ nihil eſt reſpectu illius honoris uel corone. Dic practice quomodo ſi aliquis religioſus de uita apoſtolica caſu remaneret in terra ad dexterā, quomodo Chriſtus ipſum uocaret, & ipſum faceret aſcendere, & in cathedra collocaret. Autoritas. Quis ſicut dominus deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in celo & in terra? p̄s. cxij. A dextris autē ſtatuet oues. id eſt obediētes qui habēt cōditiones ouium ſcilicet obediētiā, patientiā, & erubeſcētiā. Sunt autē obedientes illi paſtori qui dicit. Ego ſum paſtor bonus. Io. x. qui in ſuis actibus nolūt ſe regere iuxta ſuā inclinationē, ſed iuxta paſtoris ordinationē, nec ſecundū eorum ſenſualitatē, ſed ſecundū paſtoris uoluntatē. Itē ouis eſt patiens & uidetur habere uerecundiam, quia cauda cooperit uerenda ſua. Secus de hedis ſiue de capris &c. Si penitentes cauda finalis penitentie cooperiunt uerenda ſuorū peccatorū, ita in die iudicij nō apparebunt peccata in confuſionem ipſorū. Aut. Dauid. Beati quorū remiſſe ſunt iniquitates, & quorū tecta ſunt peccata. ſ. xxxj. A ſiniſtris uero ſtatuet hedos, id eſt, inobediētes & impenitentes qui nolunt ſe regere in ſuis operibus iuxta paſtoris ordinationē, ſed ſecundū malā inclinationē. Paſtor autē precepit humilitatē, & ipſi uolūt eſſe ſuperbi, uani &c. Precepit ut uadant per uiam mīe & liberalitatis, & ipſi ad inſtar hedorum deuiāt p uiā auaritie, cupiditatis, & ſic de aliȷs. quib⁹ dicit xp̄s. Vos nō eſtis ex ouibus meis, oues mee uocē meā audiunt. Ioā. x. Itē hedi uidēt inuerecūdi uerēda oſtēdēdo, ſic impenitētes & notorij peccatores inuerecūdi ſunt, qa notorie peccāt & nō cooperiūt eorū peccata cauda penitētie. Si hedi erūt a ſiniſtris, ubi tūc erūt capre, id eſt, mulieres cornute? Reſpōdeo q̄ ibidē cū hedis, patet ergo ordinatio iudicialis. Tertiū eſt, uel erit diffinitio ſentētialis. Dic practice qūo xp̄s forte ſecūdū aliquos interrogare poterit matrē ſuā, & alios qd fiēdū primo de his q̄ ſunt a dextris &c. Licet nō indigeat cōſilio alicuius, nihilominus tamē uolēs honorare matrē ſuā & apoſtolos, & apoſtolicos uiros interrogabit eos &c. Quē admodū Salomō ſapiētiſsimus honorādo ſuos cōſiliarios ipſos interrogabat, licet ipſe melius ſciret qd facturus eſſet. Et licet ſecūdū aliquos illud iudiciū fiat mētaliter, uel ſecūdū aliquos uocaliter, ſiue uocaliter & mētaliter ſecūdum aliquos. Ego dicā uobis ut me intelligatis. Tūc xps poterit interrogare matrē ſuā dicēdo. Mater mea, quid uobis uī facīē dū. Reſpōdebit ȳgo Maria. Ex quo multa fecerunt uobis, & mihi, uī mihi quod iſti qui ſunt a dextris, ex quo uixerūt in mūdo iuxta ueſtrā ordinationem &c. q̄ ſint hic nobiſcū in gloria. Idē de interrogatione, & reſpōſione apoſtolorū. Tunc dicet xps. Et ego ut iudex & dominus uniuerſalis dico, ut fiat prout dicitis. Tūc uertens ſe ad bonos facie leta dicet ad eos, Venite benedicti patris mei &c. Tūc boni ſibi regratiando forte dicent, Gloria

Gloria tibi dñe qui natus es de uirgine &c. & ſtatim uirtute glorie aſcēdet cum angelis in aera. Autoritas. Hoc enim uobis dicimus in uerbo domini, qa nos q̄ uiuimus qui reſidui ſumus in aduētu domini, ſimul rapiemur cū illis in nubibus obuiā xp̄o in aera, & ſic ſemp cū dño erimus. j. ad Theſ. iiij. Dic etiā practice de malis q̄ erūt a ſiniſtris qūo xps interrogare poterit matrē & apoſtolos, & data ſententia irreuocabiliter cōtra illos uertens ſe ad malos terribiliī di. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū &c. Tūc illi flētes faciēt planctū. Hiere. xx. Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea nō ſit benedicta, maledictus uir qui annunciauit patri meo, di. natus eſt tibi puer maſculus. & quāto in hoc mūdo amores fuerūt maiores, tāto tūc erit unus cōtra aliū peior, ſcilicet uir cōtra uxorē & econuerſo, pater cōtra filium & econuerſo. Quartum erit executio perpetualis, nō ut faciūt aliqui dñi q̄ datā ſentētiā nūquā exequunt. Dū autē mali ſic flebūt, xps clamare poterit uoce magna di. Inferne aperi os tuū & deגluti oēs impios iſtos. Dicit xp̄s de Iuda dānādo, bonū erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille. Mat. xxvj. Dicit hic gl. ordinaria. Melius fuiſſet Iude nūquam fuiſſe q̄ dānatū eſſe. Deinde xp̄s cū matre aſcendet in celū p̄cedentibus angelis & cātatibus & ſequētib⁹ ſanctis ſicut uenerūt, qui quādo oculis corporalibus uidebūt ſolē, lunā, celum &c. dicere poſſunt xp̄o cui poterūt loqui ut patri. O dñe iſta eſt luna, uel ſol qui illuminat nos. Idē quādo uidebūt pulchritudinē celi empyrei in quo quilibet inueniet ſuā cathedrā parātā inter angelos cū nomine ſuo ſcripto. Ideo Chriſtus dicit. Gaudete & exultate, quia nomina ueſtra ſcripta ſunt in celis. Lu. x. tunc quilibet eorum accipiet coronam glorie de manu dei. O qualis honor. Collocabuntur in ſua cathedra, & ſic eternaliter ſtabunt in illa gloria. Et de cetero null⁹ habitabit in iſto mūdo. quod naturaliter poteſt oſtendi, quia habito fine ceſsāt ea q̄ ſunt ad finem ſecundum Philoſophum. Et habito termino ceſſat motus. v. phyſicorum.

Dominica. j. aduentus domini.

Sermo. ij.

ECce rex tuus uenit tibi manſuetus. Matth. xxj. Aduentus filij dei in hunc mundum eſt triplex principaliter, ſcilicet,

Per incarnationē in uētre uirginali.

Per iuſtificationē in mēte humanali.

Per retributionē in iudicio generali.

Iſti tres aduentus dñi myſtice notantur in euā. quod hodie legitur de hac cauſa, quāuis eius hiſtoria ptineat ad diē ramorum. Primus in principio uſq; Soluite & adducite mihi. ubi nota quatuor, ſcilicet finē, ꝓpter quē uenit qui eſt pacificatio hominis cū deo & cū angelis, & cū ſeipſo & cū ꝓximis ibi. Cū appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis. Nā Hieroſolyma pacificatio uel uiſio pacis interpretatur. ad Ephe. ij. Ipſe enim eſt pax noſtra q̄ fecit utraq; unū, & ueniēs euāgelizauit nobis pacē. uia p̄ quā uenit eſt ȳgo Maria, Ber. Virgo egregia ipſa eſt uia regia per quā ſaluator uenit ad nos. ibi. Et cū uenīſſet Bethphage quod interpretatur domus oris, qa in apertione oris per cōſenſum dicēdo, Ecce ancilla dñi &c. facta eſt domus dei. Ideo cantaī Domus pudici pectoris templū repente fit dei &c. Cauſa quare uenit eſt eminentiſsima mia diuina ibi, Ad montem oliueti, ad Ephe. ij. Deus qui diues eſt in mīa, ꝓpter nimiam charitatē ſuam q̄ dilexit nos cū eſſemus mortui peccatis cōuiuificauit nos. Act⁹ ad quā uenit q̄ eſt illuminatio mūdi, nō tantū p̄ ſe, ſed etiā p̄ diſcipulos, & quātū ad gentē iudaicā, & quātū ad populū gētilem ibi. Tūc miſit duos diſcipulos &c. Ioā. xij. Ego lux in mundū ueni, ut oīs q̄ credit in me in tenebris non remaneat. Secūdus in medio. Dicite filie Syō id eſt aīe humane. Ecce rex tuus uenit tibi mā ſuetus. Nota, quatuor circa aduētū iſtū. ꝓpinquitatē aduenientis: qa ecce ſcilicet preſens eſt ad oſtiū, ideo cito recipiendus. Apo. iij. Ego ſto ad oſtium & pulſo, ſi quis

si quis audierit uocē meā & aperuerit ianuā, introibo ad illū, & cenabo cū illo, & ille mecū. Eius dignitatē: qa rex tuus: ideo hospitiū preparandū est ei diligenter. Greg. in homel. pentecostes. Tergat sordes praui opis q Deo preparat hospitiū cordis. Aduētus utilitatē: qa uenit tibi. i. ad utilitatē tuā. Ideo uehementius desiderādus. Mat. viii. Ego uenīā & curabo eū. Aduentūs humilitatē: qa māsuetus. Ideo imitādus. Mat. xj. Discite a me qa mitis sum, & humilis corde &c. Tertius in fine ibi, Turbe autē q̄ pcedebāt, & q sequebātur &c. Cōmune canticū omniū bonorū erit in die iudicij, Benedictus q uenit in noīe domini. Mat. xxiij. Nō me uidebitis donec dicatis, Benedictus qui uenit in noīe domini. Quib⁹ respōdebit xp̄s, Venite benedicti p̄is mei, possidete paratū uobis regnū a cōstitutione mundi. Esuriui eū & dedistis mihi &c. Mat. xxv. Diuersum erit canticū malorū, Hiere. xx. Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea nō sit benedicta &c. Quibus respōdebit Christus, Discedite a me maledicti in ignē eternū: qui paratus est Diabolo, & angelis eius. Matthei. xxv.

Dñica. j. aduentus. De aīabus. Ser. iij.

DIcite filie Sion. Ecce rex tuus. Mat. xxj. Secundum materiā quā uolo predicare hoc sermone, uerbum propositū est uerbum Dei ad sanctos angelos, ut loquātur amicabiliter anime sancte, bone & iuste, ab hac uita recedēti, tanquā cōciui eorū, & coheredi dicentis, Dicite filie Sion, id est anime sancte, quādo representatur regi Christo per angelos, dicētes animæ, Ecce rex tuus quē tam ardenter desiderasti, amasti, & cui tam fideliter seruiuisti. Iuxta prosecutionem huius intellectus inuenio in sacra scriptura q̄ anima nominatur quadrupliciter, siue sit bona siue sit mala: iuxta quatuor operationes ipsius anime nouiter in hoc mundo recedentis, ex quolibet opere anima nominatur proprio nomine.

Primū opus aīe est exitus corporalis.
Secundum ambulatio spiritualis.
Tertium introitus patrie celestis.
Quartum premiatio meritalis.

Ex primo opere si anima sit sancta & bona, nominatur filia principis. Si autē mala, dicitur filia latronis.

Ex secundo opere, si est bona, dicitur filia Sion. Si est mala, dicitur filia Edom.

Ex tertio si est bona, dicitur filia Iuda. Si sit mala, dicitur filia Babylonis.

Ex quarto, si sit bona, dicitur filia Hierusalem. Si sit mala, dicitur filia Belial.

Ecce hic tota materia de secundo opere. Christus sanctis angelis loquitur in themate. Dicite filie Sion. Primum opus aīe nouiter recedētis de hoc mundo est exitus corporalis. Oportet eīm dimittere corp⁹, & si aīa sit bona, sancta, & penitēs, & cōtrita, & cōfessa, remisit, satis facit, nō exit sola de hoc mundo: qa si est in puncto exeūdi de corpore, subito angelus bonus custos ipsius qui preuidit horā mortis sue, ascendit ad Christum, q licet sciat oīa, tamē potest sibi dicere q̄ facim⁹. Cui dicere potest angel⁹, Domine, talis quē cōmendastis mihi, uixit ī bonis operib⁹, seruauit precepta uestra, noluit uiuere secundū sensualitatē, sed iuxta uestrā uoluntatē, nec secundū suas inclinatiōes, sed secūdū uestras ordinatiōes, modo est in articulo mortis: statim tūc Christus mittit filios, & filias, si quas habet in paradiso, ad sociandum aīam illā quandoq;, ut pie credit. Et hoc patet ex multis miraculis: & quando aīa exit de corpore, statim uidet angelos & filios, quos optime cognoscit, & nominat ipsos angelos filios, & filias, que honorifice associat ab eis. Ex isto opere aīa dicit filia prīcipis. Ratio illi⁹ est, qa sicut filia principis in die nuptiarū non uadit sola corā spōso, sed notabiliter associata baronib⁹ militib⁹ & scutiferis: sic aīa bona & sancta angelis. Autoritas. Quid uidebis in sunamite, nisi choros castrorū, q̄ pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia

tis filia principis. Can. vij. Nota sunamitis īterpretat mortificata. qa persona sancta & bona in hoc mūdo mortificat corpus suū p penitētiā ipsum castigādo, eo q̄ inclinat ad uitia & pctā. Ideo dicit apostolus, Mortificate mēbra uīa q̄ sunt sup terrā. ad Col. iij. Quid ergo uidebis ī sunamite, id est, p̄sona p penitētia mortificata, nisi choros castrorū, id est angelorū qui dicūtur castra dei, ita uocauit eos Iacob cū sibi in itinere obuiarēt dicēs, castra dei sunt hec. Gen. xxxij. Quā pulchri sunt gressus tui, id est passus uirtutū, qa sicut pedibus ambulamus in hoc mūdo, sic uirtutibus & operib⁹ meritorijs ambulamus ad deū. Dauid, Ibunt de uirtute in uirtutē, uidebit deus deorū, id est angelorū in syō. ps. lxxxiij. ita uitijs, peccatis & malis operib⁹ ambulamus ad infernū, qa sicut optima calciamēta ornant & decorāt pedes, ita intētiōes recte ornāt & decorāt bona opa nra. Quam pulchri sunt gressus tui, scilicet uirtutū & bonorū operū in calciamētis, id est intētionibus rectis uersus deū filia principis. Per oppositū autē si aīa sit mala & īpenitēs, dicit filia latronis. Rō qa sicut quādo latro data sentētia cōtra eū debet duci ad furcā & ad portā carceris, sunt sagiones expectātes ei⁹ exitū. Ita de anima īpenitente filia latronis. Ade q cōtra uolūtatē & p̄ceptū dei de horto paradisi furatus fuit fructū uetitū, ꝓpter qd ibāt oēs ad furcā inferni. Nota cōtra furātes fruct⁹, Ita peccator cōtra p̄ceptū dei furat fructus de arbore superbie, de quo precepit deus ne homo comedat. Cuius fructus sunt uanitas, pōpositas, uana gloria, presumptio, de quibus latro, id est peccator recipit. Idē de arbore auaricie, cuius fructus sunt usura, rapina, retentio, calūnia, fraus &c. Idē de arbore luxurie cui⁹ fructus sunt fornicatio, adulteriū, incestus, raptus &c. Idem de arbore inuidie cuius fructus sunt odiū, rancor, mala uolūtas, diffamatio &c. Idē de arbore gule cuius fructus sunt comessationes, ebrietates, ieiuniorū fractiones &c. Idē de arbore ire, cuius fructus sunt uindicte, uulnera, dāna, prōpter hec in exitu anime de carcere corporis expectant sagiones inferni filiā latronis. Autoritas, Nūc uastaberis filia latronis. Michee v. Dicit anima mala pro se & alijs, Obsidionē posuerūt super nos. ibidē. Ita est tūc de ista misera anima, sicut de ista perdice in mata intra quā est a uenatoribus obsessā, ita de anima. Caro est mata intra quam est aīa abscōdita, & in morte cōpellitur exire baculis dolorū & infirmitatum. Dauid. ps. xvij. Circūdederunt me dolores mortis. Canes autē inferni stāt in circuitu, & potest dicere misera anima, Circūdederūt me canes multi. ps. xxj. Falcones in aēre, sunt demones in media regione cōmorātes. ideo potest dicere anima, Obsidionē posuerūt super nos. Ad quam demones, Nūc uastaberis. nūc, scilicet in exitu de corpore, uastaberis, id est destructa eris filia latronis, id est, peccatoris īpenitētis. Secūdū opus ipsius anime. Post exitum a corpore est ambulatio spiritualis. Corpus remanet ibi, anima aūt uadit ad sursum uersus celū si est bona, uel deorsum uersus infernū si est mala, & hec dicit ambulatio spiritualis, qa spiritus uadit sine corpe. Nota quomodo ab hinc usq; ad celū empyreū est uia lōgissima, & in media regione est maxima multitudo demonū, qui ibi remāserunt quando de celo ceciderūt. Modo uideamus quo modo anima poterit trānsire. dico q̄ si anima est bona & sancta & sanctis angelis sociata, demones fugiūt & dimittunt eā in pace, & anima uidet eos & cognoscit ipsos a quibus in hoc mūdo fuit tentata, & cuilibet dicere poterit, O ꝓditor nūqd tu es leuiathā q tentasti me de supbia &c. Sed deus sua misericordia me iuuit. Idē de māmona, asmodeo & ceteris, & sic aīa sancta trānsit libere sine timore. Ex isto aspectu anima bona dicitur filia syō, id est speculatiōis. Autoritas. Nō trānsibit super eos ultra exactor, quia nūc uidi oculis meis, exaltata satis filia syon. Zach. ix. Nota, exactor significat diabolū qui exacte prouocat hominē ad peccādum. Nō transibit super eos vl. Ecce quare dicit the.

cit the. anime ſancte. Dicite filie Syō. Si uero aīa ſit mala uadit ad infernū, & nō dicitur filia Syon, ſed filia Edon, que interpretatur ſanguinea, quia peccata mortalia in ſancta ſcriptura dicūtur ſanguis. Ideo Dauid poſt peccata ſua orādo dicebat ad dominū. Libera me de ſanguinibus, id eſt peccatis. deus de⁹ ſalutis mee. ps. J. ꝓpter hoc aīa impenitēs & peccatis plena dicitur filia Edon. Autoritas. Filia Edon q̄ habitas in terra hus, ad te quoq; pueniet calix & inebriaberis atq; nudaberis. Treñ. iiij. Nota hus. i. cōſiliatoris ſeu feſtinātis, quia diabolus dicitur feſtinās, qa feſtināter peccauit, qa ſtatim quādo fuit creatus uoluit parificari deo, & multi angeli ſibi cōſenſerunt, ideo facti ſunt demones, & multi ſibi contradixerunt. Pro dictorū intelligētia nota q̄ demones nō ſunt natura mali, uel naturaliter ſed ꝓpria uolūtate. ut dicit Dion. iiij. c. de diuinis nominib⁹, cuius rationem ponit b. Tho. j. parte. q. lxiij. art. iiij. quia quelibet natura intellectualis habet ordinem ad bonum uelle quod poteſt apprehendere & quod eſt obiectū uolūtatis, modo ſi ſit aliquid cuius natura ordinetur in aliquod bonū ſecūdū cōmunē boni rationē. hoc ſecūdū ſuā naturā nō poteſt tendere in aliquod malū: ſed demones ſunt ſubſtātie intellectuales, igit nullo modo poſſunt habere inclinationē naturalē in aliquod quodcūq; malū, & ideo nō poſſunt naturaliter eſſe mali. unde Aug. x. de ciui. dei reprehēdit Porphyrium de hoc q̄ Por. dixit q̄ demones erāt naturaliter fallaces, dices eos nō naturaliter eſſe fallaces, ſed ꝓpria uolūtate. ut dicit ſanctus Tho. in ſo. ad primū. Oēs enim angeli boni, & mali fuerūt in gīa a deo creati, ut dicit b. Tho. in j. parte. q. lxij. art. iij. dicit enim b. Aug. xij. de ci. dei, q̄ deus ſimiliter erat in eis cōdēs naturā & largiēs gratiā, angeli tamen in gratia creati peccare potuerūt, quia non fuerūt in gratia cōfirmati. ut di. b. Tho. q. lxiij ar. j. imo de facto aliq peccauerūt q & demones effecti ſunt ſecundū illud Iob. iiij. In angelis ſuis repit prauitatem & a creatiōe ſua uſq; ad peccatū, & a para diſi expulſione uix trāſiuit ſpaciū unius momēti. ecce qūo fuit feſtinās q̄ hītas i terra hus, id eſt feſtinātis ad te quoq; ꝓueniet calix. de quo Ioan. Bibēt de uino ire dei qd' mixtū eſt mero in calice ire ipſius. Apo. xiiij. & inebriaberis, qa ſicut ebrius, neſcit qd facit, ſic nec aīa qñ ſentit penas intolerabiles inferni. & nudaberis ſcilicet meritis gaudijs & omnib⁹ bonis. Cauete ergo ne aīa uſa ſit filia Edō. Tertiū op⁹ eſt introitus patrie celeſtis, qa ſi aīa ſit bona intrat patriā paradiſi, ſi mala patriā inferni. Ex ingreſſu paradiſi dicit filia Iude, ex ingreſſu inferni filia Babylonis. Poſtq̄ aīa eſt a corpore egreſſa cū illa honorabilis comitatus intrat celū empyreū, & uidēs illā ineſtimabilē pulchritudinē celi admirat ualde. & aīe beatorū & ſancti angeli uident aīam nouiter intrātem & regratiātur deo, & ſalutare eā poſſunt di. O bñdicta creatura benedicta dies & hora in qua dimiſiſti pōpā, uanitatē &c. & feciſti penitētiā. Que ſtupefacta reſpōdere poterit. Non nobis dñe nō nobis, ſed nomini tuo da gloriā. Ex iſto ītroitu aīa dicit filia Iude. Autoritas. Audiuit & letata eſt Syon, & exultauerunt filie Iude propter iudicia tua dñe. ps. xcvj. No. letata ē Syon. i. aīa ſctā q̄ dicit filia Syon propter egreſſum ſpūalē: & exultauerūt filie Iude. i. cōfidētes exīgreſſu paradiſi ꝓpter iudicia tua dñe. Que quidē iudicia ſunt ſex: tria in hoc mūdo: & tria in alio q̄ attribuuntur deo. Primū iudiciū in hoc mūdo eſt contritio cordis, qñ homo dolet de peccatis & recipit bonū ꝓpoſitū cōuertēdi di. O miſer qd erit de me, ego ſum religioſus &c. Dic de quolibet ſtatu. Ecce primū iudiciū in quo peccator iudicat q̄ corrigat ſe. Secūdū eſt oris cōfeſsio. qñ homo dicit cōfeſſori oīa ſua mala & peccata tā q̄ iudici, & hoc iudiciū eſt neceſſariū, quia de glādula curāda neceſſariū eſt, ut inde exeat corruptio. Idē de peccatore. Et qñ cōfeſſor q̄ eſt iudex dicit ſecundū q̄ ut deo ex dictis uris, uos eſtis ſupbus &c. iō decetero humilietis uos. Idē de alijs. tunc

tunc cōfeſſor ut iudex abſoluit eū. Tertiū iudiciū eſt corporis afflictio. optimū iudiciū eſt caſtigare carnē ne caſtigetur in alio mūdo a ſagionibus inferni. In alio mūdo ſunt alia tria iudicia. Primum eſt aſſociatio ſanctorū angelorū in exitu aīe a corpore, ex quo aīa fuit in hoc mūdo aſſociata uirtutibus & operib⁹ bonis, iudicat dñs ut tunc aſſocietur aīa ſanctis angelis, ut pie credēdū eſt. Secūdum eſt demonū fugatio in media regiōe aeris. iudiciū eſt rectū ex quo aīa in hoc mundo fugit & uitauit tentationes demonū q̄ tunc ipſi fugiāt & permittāt eā libere trāſire. Tertiū eſt ipſius aīe cōmendatio & laudatio in introitu paradiſi, ex quo anima in hoc mūdo benedixit & laudauit deū, iudicat deus ut in introitu paradiſi laudetur & cōmendet a ſanctis angelis & animabus. Ecce quare dicit, Exultauerūt filie Iude propter iudicia tua dñe. Modo gira chartā per oppoſitū, ſi aīa ſit mala & impenitēs intrat patriā inferni. Dic quādo eſt in ianua inferni, qūo ſtatim aperit & exit inde fetidus fumus de ſulphure & horribilis. Et aīa miſera flens & clamās dicere poteſt. O miſera & huc intrabo & quid forte erit de me ultra? ul tra dicūt demones, traditor quia hic oportet uos ſtare in eternū. Et ex iſto introitu anima dicitur filia Babylonis, id eſt cōfuſionis, qa ſicut in paradiſo eſt optima ordinatio angelorū & ſanctorū, ꝓ oppoſitū in inferno eſt inordinatio & cōfuſio. Vbi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Iob. xiiij. Ideo aīa dicit filia Babylonis. Autoritas. Filia Babylonis miſera. Beatus qui retribuet tibi retributionem tuā quā retribuiſti nobis. pſal. cxxxvj. uerba ſunt ſanctarū pſonarū. Beatus ſcilicet eſt ille q̄ retribuet tibi retri. &c. Quia in hoc mūdo peccatores & mali pſequūt bonos ipſis multipliciter iniuriādo dicēdo hypocrita beghart &c. & in hoc mūdo a nullo reprehē dūtur, ſed in alio mūdo grauiter punientur a deo. Ideo beat⁹ q retri. ti. &c. Quartū opus eſt recipere premium meritale, uel in celo ſi eſt bona, uel ī inferno ſi eſt mala. Dic qūo ex quo anima ſancta eſt in padiſum ītroducta uenit ad cathedrā xp̄i cui deuote oſculat man⁹ & pedes etiā ỹgini Marie qb⁹ regratiat, ut ꝓbabile eſt &c. & ibidē a xp̄o coronat corona gle. Aut. Accipiēt regnū decoris & dyadema ſpeciei de manu dñi. Sa. v. Demū collocat in cathedra glorie in aliquo ordine angelorū ubi erit eternaliť ī pace cōtinua. ex quo aīa dicitur filia Ieruſalē q̄ interpretat pacifica. Autoritas. Letare & exulta in omni corde filia Ieruſalē, abſtulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos. Rex Iſrael dominus in medio tui, nō timebis malū ultra. Soph. iij. No. differētiā inť leticiā & exultationē, qa letitia cōſiſtit int⁹ in corde, exultatio autē cōſiſtit ī corpore & oñdit ex̄. unde exultatio quaſi ex̄. ſaltatio p̄ gaudio. Sic ỹbi gratia qñ dicit, uobis, filius ueſter eſt ſanus, uos de hoc habetis leticiā, licet ſi dicat uobis q̄ filius ueſter ſanct⁹ eſt eps uel cardinalis, tunc habetis etiam exultationē. ſic aīa ſancta qñ intrat paradiſum habet leticiā, ſed ī die iudicij maximā habebit exultationē qa tūc gloria & leticia anime ſaltabit extra p redundantiā: quia ſicut modo eſſe aīe cōmunicat corpori, ita etiā eſſe glorie ipſius aīe cōmunicabitur corpori. Ecce qualiť dicit autoritas. Letare & exulta. &c. Per oppoſitū ſi aīa eſt mala, recipit in inferno ꝑmiū ſuū iuxta peccata & mala opera q̄ fecit. ỹbi gratia. Si in hoc mūdo pſona fuit ſupba, uana, pōpoſa, ſe ſup alios eleuādo, talis aīa in iferno recipit ſalariū, qa ibi humiliat in maximis penis, & calcat pedibus demonū. Si ỹo fuit pſona auara, uſuraria, crudelis & ſine mia, in morte mittitur aīa in plūbū liquefactū, & ibi coquit &c. ſi luxurioſa, ponit in ueru cū meretrice ſua ad inſtar cirogillorū & ibi ſe calefaciūt. Sic iracūda aīa eſt in cōtinua guerra & diuiſionibus, & ſic de alijs peccatis. Et ex hoc aīa dānata dicitur filia Belial. Autoritas. Quaſi una de filiabus Belial. j. Reg. j. Belial dupliciter interpretat. primo Belial, id eſt ſine iugo. ſecūdo Belial id eſt abſq; dño. Prima interptatio oñdit

quare

quare aīa dānaī, qa fuit absq; iugo, secūdo q̄ de⁹ īposuit nobis iugū pceptorū dicēs, Tollite iugū meū sup uos & discite a me qa mitis sū & hūilis corde, & īuenietis reqē aīab⁹ uestris. Iugū em̄ meū suaue est & on⁹ meū leue. Mat. xj. Leue est parui pōderis, quia solū x. librarū. Prima est, Non habebis deos alienos &c. Multi nolūt iugū istud portare. ecce absq; iugo quilibet uult uiuere ad libitum iuxta suas inclinationes malas, & nō curat qđ precepit dominus. ecce hic culpa, ppter hoc sequit pena quā habet aīa in īferno, qđ ostēdit in secūda interptatiōe absq; dño, quē nunq̄ uidebit, qa sibi ī hoc mūdo nō obediuit. Questio est hic ad clarificādū intellectus nros. quare de⁹ dānat eternaliter aīam, nūquid sufficeret q̄ tm̄ duraret pena quātū culpa seu pctm̄. s. tm̄ p pctō. ut si peccatū durauit p horā siue p diē uel p mēsem uel p annū &c. q̄ tātū duraret pena, & hoc esset iustū & rōnabile. Sed pro pctō unius hore uel diei &c. q̄ aīa dānet eternaliter, hoc nō uidetur iustū & rationabile. Pro rnsiōe sciēdū q̄ quādiu aīa est unita & cōiuncta corpori essentialiter aīa recipit aliquas cōditiones a corpore ut socius a socio. Cōditio corporis est q̄ est mutabile & uariabile, qa modo est sanū, modo infirmū, modo letū, modo triste, mō calidū, modo frigidum &c. hāc cōditionē recipit aīa a corpore q̄diu est sibi cōiuncta, licet de se sit immutabilis & īuariabilis. Sed unita corpori est mutabilis & uariabilis, quia licet modo sit bona, potest esse mala, & econuerso modo est in gra dei, modo in ira & in pctō, mō deuota, modo indeuota. Autoritas. Corp⁹ q̄ corrūpitur aggrauat animā. Sap. ix. s. trahēdo ipsam ad condiciones corporis. Sed a corpore anima separata efficitur immutabilis & inuariabilis, qa si in gra recedit a corpore, ita confirmat in eo q̄ non pōt ipsam pdere nec amittere aliquo mō, ideo habebit eternaliter gloriā. Si autē recedit a corpe in culpa & pctō, ita cōfirmat & obstinat in ipso q̄ nō pōt penitere nec ab eo exire, ideo eternaliter hēbit penā. uerbi gra. si aīa in morte recedit a corpore in culpa seu pctō superbie &c. sic obstinat & confirmat in illa q̄ nō pōt penitere. Itē de alijs peccatis. Autoritas, Si ceciderit lignū ad austrū aut ad aqlonē, in quocūq; loco ceciderit ibi erit. Eccleſia. xj. Loquit de hoīe q est ut arbor plātata in uiridario ecclesie. Marci. iiij. Video homines uelut arbores scindi p mortē corporalē. Iā enim securis ad radicē arboris posita est. Mat. iij. Auster q est pars calida & humida significat psonā q est in statu gratie q̄ est calida p deuotionē, & humida ex peccatorū cōtritiōe lacrymādo. Aqlo q est ps frigida & sicca significat psonā q nō est in gra dei q̄ est frigida ex indeuotiōe, & sicca & sterilis ex operibus mie & pnie. Dicit ergo. Si ceciderit &c. Ex quo ergo pctm̄ seu culpa durat eternaliter in aīa, ro pena erit etiā. eterna, patet rō. Tu forte credebas aīa recedēs p mortē corporalē q̄ dimitteret pctm̄ & culpā, qđ nō facit nisi in gra recedat. Ideo mō est hora penitēdi. Ecce qualiter aīa dānata dicit filia Belial sine iugo uel absq; dño. Pro doctorum plenior intelligētia, nota q̄ b. Tho. iiij. sent. dis. xlvj. q. j. ar. iij. hanc mouet questionē. Vtrū ex diuina iustitia inferat peccatoribus eterna pena. Ad quā ut supra rndet, q̄ sic loquendo de culpa mortali, quia duratio pene nō rndet duratiōi culpe. Dicit Aug. xxj. de ciuit. dei, Non enim adulteriū quod in momento tēporis perpetrat momentanea pena punitur, etiā secundū leges humanas. Sed duratio pene respicit dispositionē peccantis. Quando enim ille qui peccat in aliqua ciuitate ex ipso peccato efficitur dignus ut totaliter expellatur a societate ciuitatis, uel per exiliū perpetuū uel etiā per mortē. Quandoq; uero nō reddit dignus ut totaliter a societate ciuiū excludatur, & ideo ut possit esse cōueniēs mē brū ciuitatis, pena ei prolōgat uel breuiatur secūdū q̄ eius expedit correctiōi, ut in ciuitate cōueniēter & pacifice uiuere possit. Ita secūdū diuinā iusticiā aliquis ex peccato dignus redditur penitus a ciuitatis dei consortio separari, qđ fit per

omne peccatū quo quis cōtra charitatē peccat, qui est uinculū uniēs ciuitatē predictā, & ideo ppeccato mortali quod est cōtrariū charitati aliqs in eternū a societate sanctorū exclusus eterne pene adijcitur. Quod autē pena quā ciuitas mundana infligit ppetua nō reputat, hoc est per accidens, in quantū hō nō perpetuo manet uel inquātū etiā ciuitas ipsa deficit. Vnde si hō in perpetuū uiueret pena exilij & seruitutis q̄ p legē humanā inferunt in eo ppetuo pmaneret. Qui uero hoc mō peccāt ut tn̄ nō reddātur digni totaliter separari a sancte trinitatis cōsortio sicut peccātes uenialiter, tāto eorum pena erit breuior uel diuturnior, q̄tomagis uel min⁹ purgabiles erūt secundū q̄ peccata eis plus uel minus inheserūt, qđ in penis hui⁹ mundi & purgatorij secundū diuinā iustitiā seruatur. Inueniunt & alie rōnes a sanctis assignate, quare iuste pro peccato tpali. s. mortali aliqui pena eterna puniant. Vna est, quia peccauerūt cōtra bonū eternū dū cōtēpserūt uitam eternā. Et hoc est q̄ Aug. in li. p dicto dicit, fact⁹ est malo dign⁹ eterno, qa hoc ī se peremit bonū qđ esse posset eternū. Alia rō, quia hō in suo eterno peccauit. Vnde dicit Gre. in. iij. dialo. q̄ ad magnā iustitiā iudicātis ptinet ut nunq̄ careant supplicio qui nunq̄ carere uoluerūt peccato. Et si obijciat q̄ quidā peccātes mortaliter pponūt uitā suā in melius q̄nque cōmutare, & ita secundū hoc nō essent digni eterno supplicio, ut uī. dicēdū q̄ ex hoc ipo q̄ mortaliter peccat, finē suū in creatura cōstituit. & qa ad finē uite tota uita ordinat, ideo ex hoc ipo totā uitā suā ordinat ad illud pctū, & uellet ppetuo in peccato pmanere, si hoc esset sibi impune. Et hoc est q̄ Greg. dicit. xxxj. moral. sup illud Iob. Estimauit abyssum quasi seneſcētē. Iniquo ideo cū fine deliquerūt, quia cū fine uixerūt, uoluissent quippe sine fine uiuere, ut sine fine potuissent in iniquitate pmanere. Potest & alia. s. tertia rō assignari quare pena peccati mortalis sit eterna, quia p eā contra Deū qui est infinitus peccatur, unde cū nō possit esse infinita p intētionē, quia creatura nō est capax alicuius qualitatis infinite, requirit q̄ sit saltē duratione infinita. Est & quarta rō ad hoc idē quia culpa manet in eternū, q̄ culpa cū nō possit remitti sine gratia quam hō nō pōt post mortē acquirere, nec debet pena cessare q̄diu culpa manet. Cōfirmat qđ dictū est p id qđ dicit Mat. xxv. Ibūt hi. s. peccatores in suppliciū eternū. Itē sicut se habet premiū ad meritū, ita pena ad culpā. Sed secundū diuinā iustitiā merito tpali debet premiū eternū. Ioā. vj. Omnis q uidet filiū hois & credit in eū habet uitā eternā, ergo & culpe tpali secūdū diuinā iustitiam debet pena eterna. Preterea secundū philosophum. v. Ethi. Pena taxat secundū dignitatē eius in quē peccatur. Vnde maiori pena punit qui pcutit alapā principē q̄ aliū quēcunq;. Sed qui peccat mortaliter, peccat cōtra Deum cuius precepta transgredit, & cui⁹ honorē. aliis impartitur dū in alio finē cōstituit. Maiestas autē Dei est infinita, ergo quicū q; mortaliter peccat dignus est infinita pena, & ita iuste pro peccato mortali aliquis ppetuo punitur. Hec Sanctus Tho. ubi. s. Idem ponit. j. ij. q. lxxxviij. arti. iij. ubi concludit q̄ peccatum mortale quātum est de se inducit reatū pene eterne. Idem secundo scripto. distin. xlij. ar. v. in quo ponit differentiam inter peccatum ueniale & mortale per penam eternam & temporalem. De animabus autē que non statim uadunt ad paradisum, quia non sunt condigne nec perfecte penitētes, nec uadunt ad infernum, quia ante mortē habuerūt contritionē de peccatis & fecerūt confessionē & non satisfactionem. Tales uadūt post mortem corporis ad purgatorium ad purgandū penitētiam, qua completa introducuntur in celum. Pro dictorum maiori intelligentia queritur utrū post hanc uitā sit purgatoriū. Ad hanc questionem respōdet Sanctus Tho. iiij. scrip. xxj. dist. q. j. ar. j. q. j. q̄ sic, & q̄ de necessitate fidei est ponere purgatoriū. Quia iustitia hoc exigit, ut peccatū per penā debitā ordinet, modo

multi sunt q absoluti sunt & quibus culpa est dimissa, sed nondū compleuerūt penitentiā, eo ꝙ p cōtritionē deleta culpa nō tollit ex toto reatu pene, nec etiā semper uenialia dimissis mortalib⁹ tollunt, quibus restat aliqua pena tēporalis perficienda, & ideo oportet ꝙ taliter decedentes post contritionē de peccatis & absolutionē ante satisfactionē debitam post hāc uitā punientur. Et ita oportet locum dare in quo tales aīe puniant. Et hic dicit purgatoriū. Et ideo illi qui purgatoriū negāt, cōtra diuinā iustitiā loquūtur, & ꝓpter hoc erroneū est a fide alienum. hoc idē tenet Grego. Nicenus, qui dicit. Si aliqs xp̄o amico cōsentiens in hac uita purgare peccata minus potuerit post trāsitū hinc p purgatorij ignis cōflationē expedire. Hoc predicamus dogma ueritatis seruātes, & ita credim⁹. Hec ille. Hoc etiā uniuersalis ecclesia tenet ꝓ defunctis orans ut a peccatis soluant, quod nō pōt nisi de illis qui sunt in purgatorio intelligi. Ecclesie autē authoritati q̄cunq; resistit heresim incurrit, qđ cōfirmatur. Quia dicit. ij. Macha. xij. Sancta & salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare, ut a peccatis soluant. Sed pro defunctis qui sunt in paradiso nō est orādum, quia illi in nullo indigēt. Nec iterum ꝓ illis qui sunt in inferno, quia illi a peccatis solui non possunt, ergo post hanc uitā sunt aliqui a peccatis nondū absoluti, qui solui possunt, & tales charitatem habent sine qua non fit peccatorum remissio, quia uniuersa delicta operit charitas. Prouer. x. Vnde ad mortem eternam nō deueniēt, quia qui uiuit & credit in me nō morietur in eternū. Io. xj. nec ad gloriam inducent nisi purgati, quia nihil immundū ad illā peruenit, ut patet Apoc. xxj. ubi dicitur. Nō introibit in ea aliqd coinquinatū. ergo aliqua purgatio restat post hanc uitā, & sic est ponendū purgatorium. Idem ponit S. Tho. iiij. contra gentiles. ca. xcj. Item idē est ignis inferni & purgatorij, ut dicit S. Tho. ubi. s. scilicet. iij. scrip. distin. ij. q. j. art. j. q. ij. Et ignis purgatorij est eternus secundum substantiā, sed tēporalis secundū effectū purgationis. Dicit enim B. Greg. ꝙ sicut sub eodē igne aurum rutilat & palea fumat. Ita sub eodem igne peccator cremātur & electus purgat. Ergo idē est ignis inferni & purgatorij. Stultum est tamen differre satisfactionem usque post mortem, q̄uis possit in purgatorio fieri & fit plene solutio. Quia ut dixit Sanct⁹ Tho. ubi supra. questiuncula. iij. Pena purgatorij minima, excedit maximam penam huius uite. Est enim in purgatorio duplex pena, una damni, inquantū. s. retardantur a diuina uisione, alia est sensus secundū quod ab igne corporali puniunt. Et quantum ad utrumque pena purgatorij minima, ut dicit Sanctus Thomas ubi supra, excedit maximam penam presentis uite. Quanto enim aliquid magis desideratur, tanto eius absentia est molestior, & quia affectus quo desideratur summum bonum post hāc uitam est intentissimus, quia nō retardatur affectus mole corporis. Et etiam quia terminus fruendi summo bono iā adueniisset nisi aliquid impediret, ideo de tardatione maxime dolent. Et ista pena est maxima pena. Similiter etiam cum dolor non sit lesio, sed lesionis sensus, tanto aliquis magis dolet de aliquo lesiuo quanto magis est sensitiuū. Vnde lesiones que fiūt in locis maxime sensibilibus, sunt maximum dolorem causantes. Et quia totus sensus corporis est ab anima, ideo si in ipsam animam aliquod lesiuum agat de necessitate oportet ꝙ maxime affligat. Quod autem anima ab igne corporali patiatur ad presens supponitur. hoc enim Sanctus Tho. iiij. distin. xliij. in fine distinctionis pulchre probat. Et hoc patet ex sententia dñi. Matt. xxv. Ite maledicti in ignem eternū qui paratus est diabolo & angelis eius. Et ideo patet ꝙ pena purgatorij q̄tum ad penam damni & sensus excedit omnē penam istius uite. Quidā autē assignant rationē ex hoc ꝙ anima tota punit, nō autem corpus. Sed hoc nihil est, qa sic pena dānatorū esset minor post resurrectionē q̄ante, qđ est falsum.

falsum. Hec Sanctus Tho. ubi. s. Stultum igitur est usque ad purgatorium differre penitentiā & satisfactionē. Purgātur autē in purgatorio, ut dicit Sanctus Tho. ubi. s. q. j. ar. j. q. v. electi sola diuina iustitia, nō ministerio demonum quorū uictores extiterūt, nec ministerio angelorum qui ciues suos nō tā uehemēter affligerēt. Sed tñ possibile est ꝙ eas ad loca penarū deducāt. & etiā ipsi demones qui de penis hominum letātur eas concomitant & assistunt purgandis, tum ut eorū penis satient, tū ut in earū exitu a corpore suo aliquid ibi reperiant. hec S. Tho. ubi. s. De istis etiam dicit Christus angelis. Dicite filie Syon &c. pro earum consolatione. Deo gratias.

Dñica prima aduētus dñi. Ser. iiij.



Te in castellum quod contra uos est. Mat. xxj. Sermo noster est quomodo oportet nos parare in hac uita ut uadamus ad gloriam eternam finaliter. Materia erit utilis & profitiosa, sed ut sit Deo acceptabilis & gratiosa salutetur uirgo Maria gloriosa. Ite in castellum &c. Hoc uerbum ad literam dixit Christus duobus discipulis suis quos mittebat in Hierusalem di. Ite in castellum &c. Christus ciuitatē Hierusalem uocabat castrū, quia habebat conditiones castri ad literam quantum ad situm, & quantum ad fortitudinem magnā quam habebat in muris, turribus, fortalitijs & huiusmodi, & erat in alto posita ad instar castri fortissimi & quasi inexpugnabilis. ideo dicit, Ite in castellum quod contra, id est, ante uos est. sed spirituali maxime anagogice, ab ana qđ est sursum & goge ductio, quasi sursum ductio. celestis gratia dicit castrū siue ciuitas propter tria, uel propter tres proprias cōditiones castri.

Prima quia castrum est situm in loco alto & eminenti, sed nihil creatum est altius celo empireo.

Secūda qa castrum est inexpugnabile.

Tertia quia est prouisum de omnibus necessarijs.

Primo est in alto positū. Dauid. ps. xc. Altissimū posuisti refugiū tuū. Nota altissimū. Alti sunt montes & elemēta, sed altiores sunt celi lune, mercurij &c. sed super oēs altissimū est celum empireum intātū ꝙ physici nō peruenerūt ad eius cognitionem, quia nō potuerūt tantum ascendere. Dicit Sanctus Tho. ij. scrip. di. ij. q. ij. ar. j. ubi querit. Vtrū celū empireum sit corpus, ꝙ celum empireū rōne inuestigari nō potest, quia quicqd de celo cognoscimus hoc est aut per uisum aut per motū. Celū autē empireū nec uisui subiacet nec motui, ut habet in litera. ij. sentētiarū. di. ij. sed p autoritatē est habitū & est corpus illud qđ principaliter ordinatū est ut sit habitatio beatorū. & hoc magis ꝓpter homines quorū corpora glorificabunt, quibus locus debet, q̄ ꝓpter Angelos q loco nō indigēt. Et quia illa gloria excedit inuestigationem humanā, ideo etiā celū empireū, & est celū empireū corpus secūdū ꝙ dicit. ij. sen. di. ij intellectuale & intelligibile & non uisibile, quia nō subiacet nr̄o uisui. sed intellectu tñ capit, & est īmobile. Et iō philosophi ipm nō cognouerūt, ut dicit S. Tho. ubi. s. i solutiōe ad q̄rtū. nec aliquā de eo mētionē fecerūt, qa nec motui nec uisui subiacet. itē celū empireū, ut dicit S. Tho. ubi. s. ar. ij. est īcorruptibile, īmobile & lucidū, qa cū oīs res determinet a fine, oportet cōditiones celi empirei accipere secundū ꝙ cōuenit statui beatorū ꝓpter quos factū est. Et qa illi sunt in plena ꝑticipatiōe eterne lucis q̄etis & eternitatis. Iō decet empireū celū lucidū, īmobile, & īcorruptibile esse. Vñ. ij. sen. di. ij. in lfa dicit ꝙ dicit ēpireū nō ab ardore sed a splendore. Dī ēt ꝙ a uolubilitate mūdi secretū ē, ut dicit ēt ꝙ nō habet ardorē. nō aūt dicit lucidū hoc mō ꝙ radios suos emittat nr̄o sensui uisibiles, sed qa in natura sua lucē habet eo ꝙ ē maxime formale. Hec S. Tho. ubi. s. Itē. i. parte. q. lxv j. ar. iij. Secūdo ē inexpugnabile. Dauid. Non accedet ad te malum, scilicet culpe. & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Psal. xc.

Tertio est ibi oim bonor̃ ꝓuisio. Vnde Boe. iij. de cõso. philosophie dicit ꝙ beatitudo est statꝰ oim bonorũ aggregatione pfectus. Dicit etiã gloriosa ciuitas signata per ciuitatẽ Hierusalẽ: eo ꝙ hẽbat multas libertates & caput & mater erat aliarũ ciuitatũ. Ita ẽt gr̃a celestis. Autoritas. Illa q̃ sursum est Hierl̃m libera est, q̃ est mater nr̃a. ad Gal. iiij. Patet ergo rõ quare gr̃a celestis dicit ciuitas uel castellum, de qua analogice dicit xp̃s in themate oĩbus nobis. Ite in castellũ. q. d. in hoc mũdo nõ potestis diu stare, imo oportet nos habitationẽ mutare, qa non habemꝰ hic manentẽ ciuitatẽ sed futurã inq̃rimus, ut dicit ap̃s ad Heb. xiij. Iõ dicit. Ite scilicet ꝓ bona opa ꝓ passus uirtutum ĩ castellũ scilicet glorie celestis, qđ cõtra uos est. Sed quare dixit qđ contra uos ẽ? nũqd gr̃a celestis est inimica nostra? Modo iuxta hoc inuenio ĩ sacra scriptura ꝙ gr̃a celestis est ꝓ aliqbus & est cõtra aliquos. Primo gr̃a celestis est ꝓ innocẽtibꝰ in baptismo purificatis. Secũdo gr̃a celestis est cõtra delinquẽtes criminaĺr alienatos. Dico primo &c. qa ipi nunq̃ peccauerũt nec corde male cogitãdo nec ore male loquẽdo, nec ope cõtra deũ, nec cõtra ꝓximũ. iõ celestis gloria est ꝓ istis. Rõ patet ꝓ regulã philosophie iiij. physi. qa locꝰ & locatũ debẽt ꝓportionari, uel qlibet locꝰ cõpetit locabili sibi nõ cõtrario sed proportionato. uerbi gr̃a. Mare siue aqua maris cõpetit piscibꝰ, qa ille locꝰ est eis naturalis iuxta eorũ ꝓprietates & cõditiões. aer aũt est pro auibꝰ. Terra uero pro aĩalibꝰ, qa habẽt cõditiões & ꝓprietates similes loco. Modo uideamꝰ si pueri nouiter baptizati hñt qualitates & cõditiões & ꝓprietates similes celo empyreo, & apparet ꝙ sic, qa celũ est locus, habitatio seu domꝰ dei proprie. Licet enim deus sit in omni loco, tñ in celo maxime manifestat gloriam suã sanctis. Ideo Dauid. Ad te leaui oculos meos. scilicet in oratione qui habitas in celis. ps. cxxij. Cũ isto loco dicti pueri habẽt cõueniẽtiã qa per sanctũ baptismũ facti sunt filij dei & sancte matris ecclesie, cũ ante baptismũ essent sorlũ filij Ade. Dicit eñ beat. Aug. in lib. de baptismo paruulorũ. & habet de cõse. di stin. iiij. Ad hoc ualet baptismꝰ ut baptizati Christo incorporent̃ ut mẽbra capiti. De hoc dicit sanctus Tho. iij. parte. q. lxxix. art. v, ꝙ ĩcorporatio est effectꝰ baptismi. qa per baptismũ aliquis regenerat̃ in spiritualẽ uitã que est ꝓprie fidelium xp̃i. Vita autẽ nõ est nisi mẽbrorũ capiti unitorũ a quo motũ & sensum suscipiũt. Idẽ dicit sanctꝰ Tho. iiij. dist. iiij. q. ij. art. ij. q. v. Et in signũ ꝙ sunt filij dei dãtur eis per baptismũ matrine & patrini, qa sicut a parẽtibꝰ carnalibꝰ recipiũt esse carnale, ita a parẽtibus spũalibꝰ recipiũt esse spirituale. Hereditas aũt patris que est celũ, optime cõpetit filijs, & est prolijs. Quis ergo prohiberet filijs ne ingrederẽtur domũ patris eorũ? Ista rõne dictis pueris locus paradisi conuenit. ideo apostolus dicit, Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro ꝙ sumus filij dei. Si aũt filij, & heredes. heredes quidẽ dei, coheredes autẽ xp̃i. ad Ro. viij. Secũda cõditio celi est, qa ubi est plena sanctitas, nõ est ibi aliquod peccatũ, nec actuale, mortale, seu ueniale, nec originale. Omnes sunt ibi sancti. Autoritas. Oĩs qui relictus fuerit in Syon & residuus in Hierusalẽ sanctꝰ uocabit, oĩs qui scriptus est ĩ uita in Hierusalẽ. Esa. iiij. Nota oĩs qui relictus fuerit. hoc dicitur ꝓpter demones qui fuerũt creati in celo, sed propter peccatũ inde expulsi sunt, & oẽs angeli qui ibi remãserunt sancti sunt. Ideo dicit. Qui relictꝰ fuerit in Syõ, id est, gloria in qua deꝰ cõtẽplat̃, sanctꝰ uocabitur. Hãc cõditionẽ hñt pueri nouiter baptizati ꝙ oẽs sancti sunt uirtute baptismi, q̃ non solũ dictos pueros sanctificat sed ẽt adultos ꝓfideles nisi ficte accedant ad eũ. Ideo dicit apostolus talibꝰ, Templũ dei sanctũ est ꝙ estis uos. j. ad Corin. vj. Tertia cõditio celi empyrei est pulchritudo corporalis, que tãta est ꝙ si a nobis modo posset uideri, nolemus comedere nec bibere &c. Ideo Dauid. Quã dilecta tabernacula tua dñe uirtutũ, cõcupiscit & deficit ãima mea in atria dñi. ps. lxxxiij. ita etiã anime dictorũ puerorum tantã habẽt pulchritudinẽ ꝙ si nos possemus eas uidere, essemus extra nosipsos pre admiratiõe. Et in signũ hui⁹ pulchritudinis ponitur eis cappa alba in baptismo uariata picturis & ornata. Itẽ dicit sanctus Tho. iij. parte. q. lxvj. art. x. ad iij. ꝙ baptizatis tradit̃ candida uestis in signũ gloriose resurrectionis ad quã homines per baptismũ regenerant̃ & ad significandũ puritatẽ uite quã debẽnt post baptismũ obseruare secũdũ illud ad Ro. vj. In nouitate uite ambulemus. Quarta conditio celi est, ꝙ ibi est cõtinua claritas & est corpus lucidũ & incorruptibile, iõ nõ emittat radios uisi biles secundum sanctũ Tho. j. parte. q. lxvj. & ij. scri. dist. ij. Secus in hoc mũdo in quo diuidi tur in diẽ clarã & noctẽ obscurã, sed in celo semper lucet ibi sol. nõ iste sol naturalis, qa ciuitas illa nõ eget sole neq; luna ut luceãt in ea. Apoc. xxj. sed illumiatur a sole iustitie xpo. de quo dicit uirgi ni Marie. Ex te ortꝰ est sol iustitie Christus deus noster. Hãc cõditionẽ etiã hñt dicti pueri. Dicit philosophus iij. de aĩa. ꝙ aĩa in sua prima creatione est tanq̃ tabula rasa in qua nihil est depictũ, sed in baptismo, recipit claritatẽ & abũdãtiã omniũ uirtutũ habituaĺr. de quo sanctus Tho. iij. parte. q. lxxix. ar. v. ubi dicit quorundã reprobãs opinionẽ falsam, ꝙ necesse est ꝙ pueri in baptismo recipiãt influxũ gr̃e & uirtutis. & ꝓbat dupĺr. quia pueri sicut & adulti in baptismo efficiũtur mẽbra xp̃i, unde necesse est ꝙ a capite recipiãt influxũ gratie & uirtutis, sicut & demõni prohibebat̃ uirtute diuina ab inuestigatiõe uirginitatis beate Marie, nec nouerat diuinitatẽ xp̃i. sed cõfitebatur suspicando ut dicit sanctus Tho. iiij. scrip. dist. xxx. q. ij. art. j. & iij. pte. q. xxix. xij. art. & xliij. & xlviij. Secũdo quia nisi pueri in baptismo reciperẽt gr̃am & uirtutes, pueri decedẽtes post baptismũ nõ peruenirẽt ad uitã eternã. qa ut dicit ad Ro. vj. Gr̃a dei est uita eterna, & ideo nõ ꝓfuisset eis ad salutẽ baptizatos fuisse.

Idẽ tenet sanctꝰ Tho. iiij. scrip. dist. iiij. q. ij. art. ij. questiũcula. j. Sed impedit̃ a corpore, qa nõ põt eas statĩ ostendere, sicut nec tassea argẽtea multũ lucida & clara sub chlamide abscõdita nõ põt ostẽdere suã claritatẽ, sed ad solẽ posita fulget intãtum ꝙ mirũ est ita ꝙ obscurat uisum. Idẽ de aĩa pueri sub chlamide carnis abscõdita sed a corpe sepata statĩ habet tñ lumẽ & claritatẽ scientie plusq̃ habuerit aliqs unq̃ in hoc mũdo, & in signũ huius claritatis qñ pueri baptizant̃ accenditur lumẽ. Si ergo qlibet locꝰ naturaĺr cõpetit locabili &c. ideo pñt dicere, Qui non est aduersum nos. s. locꝰ celestis, est pro nobis. Mat. ix. Iõ qñ tales moriunt̃ in statu innocẽtie baptismalis dicit eis. Ite in castellũ qđ ꝓ uobis est. Dicã uobis unã gratã historiã que recitat̃ a tribꝰ Ethãge. Mat. xix. Mar. x. & Luc. xviij. Semel cum xp̃s ꝓdicasset post sermonẽ gẽtes ex deuotione portabant filios suos ad xp̃m ut eis daret suã benedictiõem & tot uenie bãt ad eũ ꝙ dicit textꝰ ꝙ discipli increpabãt eos & ꝓhibebãt ne xp̃o appropiquarẽt. hoc uidẽs xp̃s idigne tulit & dixit discipl̃is. Sinite paruulos uenire ad me & nolite ꝓhibere eos, taliũ eñ ẽ regnũ celorũ. dicit Mar. Et ãplexãs eos & ponẽs manus suas sup illos bñdicebat eos. Nota cũ dicit finite paruulos &c. ubi ponit tres clausulas secũdũ ꝙ sunt tria magna impedimẽta uolẽtibꝰ celũ itrare. Primũ est in morte ĩ qua ueniũt demones, solũ uirgo Maria obtinuit per gr̃am ne ueniret in morte sua ut pie credit, & multi q̃ in morte credũt ascẽdere in celũ, tũc capiunt̃ a demonibꝰ & descẽdũt in ĩfernũ ꝓpter eorũ mala & pcã, sed dicti pueri nõ timẽt qa tũc xp̃s dicere põt demonibus, ꝓditores finite paruulos uenire ad me. De multis aũt pauci saluant̃: qa fere oẽs sũt aut supbi aut auari, aut luxuriosi &c. Nota dictũ archidiaconi Lugdunen sis, ꝙ de. xxx. milibꝰ solũ quinq; fuerunt saluati, iõ gaudẽdũ esset de morte puerorũ innocẽtiũ. Secũdũ impedimẽtũ est post mortẽ in aere in media regiõe ubi est maior multitudo demonũ, & multi q̃

forte euadūt primū impedimētum, capi possent in istoꝝ secūdo, secūdū ꝙ reuelatum fuit beato Antonio. De dictis pueris dicet xps demonibꝰ, nolite ꝓhibere eos. Tertiū impedimētū est in porta celi in qua portarij ſtricte examinant, quia multe anime nō solū bone sed etiā male permissione diuina possunt uenire usq; ad portā. Autoritas, Cū intrauerit paterfamilias scilicet xps in die ascēsionis & clauserit ostium incipietis foris stare & pulsare ad ostiū dicentes Dñe dñe aperi nobis. Et rñdens dicet uobis, nescio uos unde sitis. Tūc, incipietis dicere. Māducauimus corā te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet uobis nescio uos, discedite a me oēs operarij iniquitatis, Lu. xiij. Nota cū dicit nescio uos. Et nūquid scit oīa. dico ꝙ xps scit oīa scientia simplicis intelligētie, sed nō scientia approbationis. Sed de dictis pueris dicit xps portarijs. Dimittatis ipsos intrare qa talium est regnū celorū. Ergo ite in castellum quod pro uobis est. Dico secūdo ꝙ gloria celestis est cōtra delinquētes. Ratio fundat̄ per regulā philosophie dicentis. Omnis locus est cōtrariꝰ locabili cōtrarias qualitates habēti ad ipsum. uerbi gratia. Aqua est auibꝰ locꝰ cōtrariꝰ & animalibus, terra uero piscibus ex cōtrarijs qualitatibꝰ. Modo uideamus si peccatores habēt cōtrarias qualitates & cōditiones cōtra locū celi. Prima conditio celi ut dixi est, qa locus habitatio est & domus dei & filiorū suorū. Sed peccatores nō sunt filij dei, sed inimici, licet fiūt filij dei. Alia ratio istius est, quia secūdū sanctū Tho. super Ioā. xij. aliquis fit filiꝰ dei tripliciter secūdū triplicem assimilationem hominis ad deū, scilicet per gratiā, per perfectionē operū & p gloriā. Et nihil horū habent peccatores, ergo non sunt filij, licet aliquo modo possunt dici filij secūdū similitudinē nature uestigij & imaginis, nō tñ gratie & glorie, qa secūdū sanctū Tho. iij. parte. q. xxxiij. ar. iij. aliquis secūdū istā quintuplicē similitudinē dicit filius dei, sed tñ ꝓprie secūdū illā triplicem assimilationē hominis ad deū inimicus dei est. qa secūdū sanctum Tho. sup Esa. l. Homo per peccatū uēdit quatuor per que incurrit inimicitia dei. i. animi uirtutē, celestē hereditatem, anime libertatē, & diuini amoris honorē, tamē ex peccatis facti sunt ei inimici, qa ꝙtomagis augmentant & crescūt in corpore uel sciētia uel potentia uel officijs, tāto sunt peiores in cōscientia. Superbi presumptuosi nolentes obedire ꝑceptis dei sunt inimici dei. Autoritas, Inimicos meos illos qui nolūt me regnare super se. Luc. xix. Verbum est xpi. Patet ergo ꝙ habēt cōtrariā qualitatē. Secūda cōditio celi est: quia est locus sanctitatis ut dixi, sed peccatores sunt maculati, corrupti & abominabiles facti. Esa. j. Ve genti peccatrici populo graui iniquitate, semini nequā, filijs sceleratis. Dereliquerunt dñm & blasphemauerūt sanctū Israel, alienati sunt retrorsum. Nota, uegēti peccatrici quantū ad peccatū superbie, populo graui iniquitate, quantū ad auaritiā, semini nequā propter luxuriam, filijs sceleratis quantū ad inuidiā, dereliquerunt deum propter gulā. Blasphemauerunt sanctum Israel propter iram, alienati sunt retrorsum propter acidiā. Tertia cōditio celi est pulchritudo, sed peccatores sunt immundi & turpissimi, intantū ꝙ qñ anima peccatoris uenit ad portam paradisi possunt angeli & sancti clamare ad infernum, de qua Hiere. ij. Quā uilis facta est nimis iterans uias tuas scilicet peccatorum, & ab Egypto cōfunderis sicut cōfusa es ab Assur dicit dominus. Quarta conditio celi est ꝙ celū est clarū, & peccatores sunt, tenebrosi. Dauid. Nescierunt neq; intellexerūt, in tenebris ambulāt, quia secūdū sanctū Tho. super Io. v. Effectus peccati in mente est quadruplex, scilicet infirmitas, cecitas, instabilitas, & indeuotio. Et quatuor uulnera sūt causata in anima ex peccato Ade primo & cōsequēter ex alijs peccatis, scilicet infirmitas in rasibili, cōcupiscentia in cōcupiscibili, ignorantia siue cecitas in ratiōe & malitia in uolūtate, ad que sequūtur alia duo mala scilicet dolor, & error.

prima

prima secūde. q. lxxxv. arti. iij. Et etiā secundū sanctū Tho. ps. l. Mali nō cognoscunt sua peccata triplici rōne, scilicet cecitatis, obliuionis, & adulationis. Ite in celo est maxima pax & cōcordia quicqd placet uni & alteri. Sed peccatores semper sunt in guerra uel cōtra ꝓximū, uel cōtra patrē, matrē, uxorē, filios & fres &c. Nota hic secundū sanctū Tho. super Esa. lix. Peccatū causat quadruplicē diuisionē. discordie a ꝓximo cōtrarie affectionis a seipso, auersionis a deo, & dissimilitudinis a sanctis. Ite dicit sanctus Tho. ij. ij. qō. xxix. arti. ij. ad tertiū, ꝙ pax uera est tantū in bonis, & bonorū, apparens autē in malis. Ite ad quartū dicit ꝙ perfecta pax est tātū in beatis, sed imperfecta est in uiatoribus. ideo quilibet peccator pōt dicere. Qui nō est mecū, scilicet cōcorditer, cōtra me est. Mat. xij. Licet ergo locus celi empyrei non sit pro peccatoribus, imo sit cōtra eos, ut ꝓbaui, nihilominus tamē ne desperent dicit eis xps in themate. Ite in castellū qđ cōtra uos est, quasi dicat, Ite quēadmodum uadūt peccatores & gētes armorū ad capiendū castrū eis cōtrariū ui armorum. ita etiā capi pōt castrū celi. Hoc nō auderem dicere nisi qa xps dicit. A diebus Ioannis baptiste usq; nunc regnū celorum uim patitur & uiolēti rapiunt illud. Mat. xj. Hec uiolētia fit per penitentiā, quod innuitur ibi. A diebus Ioānis baptiste. qa ille qui primus predicauit quod regnū celorū potest haberi per penitentiā fuit ipse. Ideo cepit predicare & dicere. Penitentiā agite, appropinquabit enim regnū celorū. Mat. iij. ideo tanq̄ boni bellatores debemus obsidere castrū celi & ipsum impugnare. Primo cū bombardis quod fit per lamentabilē cōfessionē, sicut in bombarda est foramē ubi ponitur puluis, & magister mittit ferrum ignitum & puluis inflāmatur & lapis sic mittitur contra castrum & capitur. Isto modo in confessione foramen ubi est puluis niger & fetidus peccatorum est cor uel memoria, ibi debent congregari peccata. Ferrū ignitū est cōpunctio seu contritio cordis que a magistro seu a spiritu sancto mittitur & inflammatur cor. & tūc proijcitur lapis magnus peccati mortalis & perforatur murus paradisi. Propter hoc dicit Iob, Tedet animā meam uite mee, dimittam aduersum me eloquium meū, loquar, scilicet in cōfessione in amaritudine anime mee. Iob. xiiij. Secūdo trabucando per secretas miserationes. Trabucus etiā lapides mittit cōtra castrum, sed nō cū clamore nec soni tu sicut bombarda, sed secrete. Sic etiam est de eleemosyna que secrete est faciē da. Confessio debet fieri cum clamore & tumultu gemituum & suspiriorum, sed eleemosyna secrete mittendo uicine pauperi uidue &c. panem uel uinum, uel uestē, uel pecunias captiuis uel puellis dando dotem x. florenos uel xiij. sic diruitur turris muri paradisi, ideo Christus, Cum facis eleemosynam, noli tuba ante te canere sicut hypocrite faciūt. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Mat. vj. Tertio balistando per efficaces orationes, unde os nostrum ad instar balliste est factum duorum lignorum. Arcus balliste est lingua. Sagitte uero oratio. Et lignum per medium arcus est rectitudo orationis. Ideo auisa cogitando cum quo loqueris in oratione, quia cum Christo dicendo Pater noster, uel cum uirgine Maria dicendo Aue Maria &c. Cogitando quod uides Christum in cathedra sedentem iratum contra te, & sic mittitur sagitta deuote orationis, & uulneratur Christus uel uirgo Maria, quod uulnus bene placet eis, & tunc licet est iratus contra te ex peccatis tuis, parcit & remittit tibi peccata dicēs uulnerasti me, ideo parco tibi. Idem de uirgine Maria, ideo de sagitta deuote orationis dicit scriptura, Oratio humiliātis se nubes penetrabit. Eccles. xxxv. Quarto scalando castrum per scalam uirtutum ascendendo ad instar hominum armorum qui cum scala ascendunt secrete, & quando sunt superius. clamant fortiter uiuat uiuat. Ita bona uita & uirtuosa

tuosa est scala cuius gradus est humilitas castitas, paupertas, temperantia, iusticia. &c. Ideo dominus. Consurgite & ascendite ad gentem quietem & habitantem confidenter. Hiere. xlix. Nota exemplū de Eustachio & uxore, ut habetur in uitis patrum. Ideo regnū celorum uim patitur. Matthei. xj. Qui potest capere capiat. Matth. xix. Ergo ite uos peccatores per penitentiam ad castellum quod contra uos est. Deo gratias.

Dñica prime aduētus dñi. Sermo. v.

HOra est iānos de sōno surgere. ad Roma. xiij. & in epistola &c. Pro huius uerbi declaratione & predicande materie introductione sciendum quod in sacra scriptura status mortalis peccati dicitur dormire, quādiu enim homo est in peccato mortali, tandiu dormit duplici ratiōe. Prima quia sicut ille qui dormit nihil operatur nec loquit aliquid, sic nec persona que est in peccato mortali nihil operat meritorie, quia gratia est principium merēdi remotū, charitas uero proximum. iij. scrip. dist. xxx. sed talis caret utraq;, quia licet posset facere multa bona opera de genere, quia peccatū mortale nō aufert homini liberū arbitriū, tamē ex illis operibus nihil lucratur pro gloria paradisi. Licet enim ex ipsis lucretur bona tēporalia. s. sanitatem, filios, honores, diuitias, & ex illis meretur exire de peccato mortali aliquo modo dispositiue. Vt dicit Sanctus Tho. in. iiij. di. xv. q. j. arti. iij. q. iij. &. iij. parte. q. lxxix. ar. vj. ideo quādo homo sentit se ī peccato mortali, nō debet dimittere bona opera sed magis augmentare. sed nō sunt lucrativa glorie, quia quādo in sero mortis homo uenit ad cōptum cū xpo ipse dat retributionem solū pro bonis operibus factis in statu gratie, quia erunt uiua per charitatem secundum Sanctum Tho. ibidem. sed de bonis operibus factis in statu culpe nil retribuet, quia sine charitate facta sunt, ergo mortua, & per consequēs nullo modo meritoria, ibidē &c. quia iam in hoc mundo ipse dedit retributionem pro illis, ꝓpter hoc dicebat Christus. manete in me & ego in uobis, quia qui manet in me & ego in eo hic fert fructum multū, quia sine me nihil potestis facere. s. meritorie. Ioā. xv. Pro dictorū intelligētia nota differētiā inter opera uiua mortua & mortificata. Nam illa opa hominis ꝓprie dicūtur uiua. ut dicit sanct⁹ Tho. iiij. scrip. di. xiiij. q. ij. ar. iij. q. ij. que hominē ad eternā uitā perducere possunt, quia oīa illa dicunt uiuere que habēt debitā operationē uel effectū, & illa que priuant hac dicunt mortua, sicut dicimus aquā uiuā que est in impetu fluendi, ꝓprius aūt effectus humanorū operum est ꝙ per ea homo ad ultimū finem humane uite perueniat, scilicet ad beatitudinem. idē dicit Sanctus Tho. iij. parte. q. lxxxix. ar. iiij. sic igitur opa uiua dicunt que fiūt & sunt cū charitate, sed illa opera hominis dicunt mortua q̄ hoc faciēdi potestatem nō habēt, & q̄ fiūt sine charitate. dicit enim Sanct⁹ Tho. iij. parte. q. lxxxix. ar. vj. in solu. ad secundū ꝙ opera de genere bonorū sine charitate facta dicuntur mortua propter defectū charitatis & gratie sicut prīcipij. sed opera hominis dicūtur mortificata que hanc potestatē perducendi ad eternam uitam amiserunt cū prius eam habuerint, & sic opera mortificata dicūtur que fiūt cum charitate sed nō sunt cū ea, ꝓpter sequēs peccatū mortale. Et ideo opera bona ex charitate facta in eo qui gratiam habet uiua sunt, in eo autē qui gratia caret, nō ex charitate facta mortua sunt. opera autem prius in charitate facta in eo qui gratiam dimittit per peccatum mortificata sunt, quia peccatum sequens impedit ꝙ homo per illa opera nō posit ad uitam introduci. hec Sanctus Thom̄. iiij. scrip. dist. xiiij. ubi. s. Nota etiā secundū Sanctum Tho. ī. iij. parte. q. lxxxix. ar. vj. ꝙ a peccatis aliquid dicitur mortuum dupliciter. uno modo effectiue, quia scilicet est causa mortis. & hoc modo peccatum siue opera peccati dicuntur opera mortua. secundum illud ad Heb. Sanguis

xpi

xpi emūdabit cōscientias nras ab operib⁹ mortuis ad seruiendū deo uiuēti. ad Heb. ix. Alio mō dicitur opus mortuū priuatiue, qa scilicet caret uita spūali q̄ est ex charitate p quā aīa deo cōiungit ex quo uiuit sicut corpus p aīam & sic opatio sine gratia dicitur opus mortuū. Et p hūc modū etiā fides q̄ est sine charitate dicit mortua. secūdum illud Iac. ij. Fides sine opibus mortua est. Querit Sanct⁹ Tho. in. iiij. dist. xv. q. j. ar. iij. q. iiij. utrū opera extra charitatem facta fiūt alicuius boni meritoria saltē tpalis. Ad quā questionē respondet ꝙ opera extra charitatem facta nō sunt meritoria ex condigno neq; eterni neq; tēporalis alicui⁹ boni apud deū. dicit enim Aug. ꝙ peccator non est dign⁹ pane quo uescit, sed quia diuinā bonitatē decet ut ubicūq; dispositionē inuenit pfectionē adijciat. Ideo ex merito congrui dicit aliquis mereri aliquod bonū p opa extra charitatē facta. Et secūdū hoc opera ista ualēt ad triplex bonū. scilicet ad tpalium consecutionē, ad dispositionē, ad gratiā, & ad assuetudinem bonorū operū. concordat dñs Albertus in. iiij. di. xiiij. &. xv. Cōcordat etiā cum dictis Raymūdus. Quia tū hoc meritum nō proprie meritū dicit, ideo magis cōcedendū est ꝙ huiusmodi opera nō fiūt alicuius meritoria quam quod sint. Hec Sanctus Thomas ubi. s. De hoc etiā Sanctus Thomas, iij. parte. q. lxxxix. ar. vj. in solu. ad tertium. Itē. ij. scrip. dist. xxvij. ar. iij. in corpore dicit Sanctus Thomas ꝙ opera bona ante donū gratie facta premio sibi proportionato nō carent. Causant enim quandā habitudinē ad gratiā, & secum etiā quandam honestatē & pulchritudinem habent in quibus precipue eorum premiū consistit. Et aliqua etiam per accidens causant ut bonorum temporalium affluētiā aut aliquid huiusmodi, quia frequenter ut dicit Gre. Deus in hoc mundo remunerat quod premium future glorie nō meretur, ut sic nullum bonum irremuneratū inueniatur. Hec ille. Secūda ratio quia sicut persona que dormit, nullum habet sentimentum nec uidet, nec audit, nec odorat, nec tangit, quia omnes potētie sensitiue & intellectiue sunt ligate. Ita de persona que est in statu peccati mortalis totū sentimentum rerū spūalium perdidit. licet sentiat sapores rerū tpalium, tamē nō uidet periculum in quo est propter peccatū, nec audit deū per uerā obedientiam ad eius mandata, nec odorat per deuotionem, nec tangit per penitentiā, nec gustat per cōtionem. De his quere prima secunde. qō. lxxxv. ar. iij. Animalis homo non sentit ea que spūs dei sunt. j. ad Corin. ij. si ergo persona q̄ in peccato mortali est nihil lucratur meritorie nec sentit res spūales, ergo dormit. patet ratio ꝙ stat⁹ peccati mortalis dicit dormire. Ideo sicut homini qui diu dormiuit dicit, surge, quia diu dormiuisti, ita dicit apostolus cuilibet peccatori, surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit tibi xps. ad Ephe. v. Nota exurge a mortuis. i. a peccatis mortalibus & illuminabit tibi xps. Quare dicit tibi & non te? Rūdeo, regula generalis est sacre scripture, ꝙ ubi uidetur incōgruitas, ibi est magnū secretū ut hic, quia plus est illuminare homini quā illuminare hoīem. uerbi gra. De⁹ illuminat solem, sed nō illuminat sol. i. non dat sibi lumē ad utilitatē sui sed ad utilitatē nostram. ita multi sunt illuminati a deo de magna scientia uel de magno intellectu, sed nō ad utilitatē suam, sed ad deceptionē aliorū. sed qñ de sciētia seu intellectu sciūt se bñ regere in saluationē aliorū & ipsorū, tūc deus illuminat eis, scilicet ad utilitatē propriam. sed uidet incōgruitas. Ideo dicit Aug. Indignū uehementer existimo ut uerba sacri eloquij restringam regulis Donati, ecce quare dicit. Illuminabit tibi Christ⁹ idest ad utilitatem tuā. Ideo dicit thema. Hora est iam nos, quia iam claritas solis iustitie orit ī officio ecclesie. patet thema. Inuenio ꝙ. x. sunt seruanda & fienda in surgendo a somno peccati mortalis que fiunt & seruantur in surgendo a somno corporali nocturno in quo homo facit cōiter decē. Primo homo ape-

rit oculos ad uidẽdum que hora est,& si est dies dicit hõ,O surgamus qa dies est clara:ita ille q dormit in peccatis debet primo apire oculos p peccatorũ cognitionẽ & piculi in quo est. Cognitio in qua est prim⁹ actus in oĩbus operationi bus q̃ fiunt electiue:qa electio in hoĩb⁹, sequit inquisitionẽ,& p̃supponit cognitionẽ,ut dicit S. Tho.j.scrip.di.xlj.ar.j.ĩ solu.ad primũ.Est eñ electio actus uolũtatis nõ absolute sed in ordine ad intellectũ ordinãte. Actus autẽ uolũtatis cognitionẽ p̃supponit,eo quod uolũtas de se ceca est & monet ab intellectu p̃sentã te sibi suũ obiectũ specificatiue.licet ẽt uolũtas mouet intellectũ quo ad exercitiũ act⁹ qñ religiosus apit oculos,recognoscendo se dicit. O miser & tot anni iunt q̃ sum in ordine &c.mõ apit oculos.Idẽ de clerico dissoluto.Idẽ de xp̃ianis qui solo noĩe dicunt xp̃iani,sed non regũt se iuxta diuina precepta,sed iuxta eorũ sentimẽtum.Ecce hic aptio oculorũ spũalium.Ideo Dauid postquã apuit oculos & cognouit statũ peccati & periculum in quo erat dicebat deo.Amplius laua me ab iniquitate mea,& a peccato meo munda me &c.& allegat rõnem di. Quoniã iniquitatẽ meã ego cognosco &c.ps.l.Ecce qũo tenebat oculos aptos. Ita debet facere quilibet pct̃or cogitando suã malã uitã quã tenuit.Secũdo homo in lecto erigit se quasi sedẽdo.Ita q surgit a pct̃o debet erigi per cõtritionẽ. qui sedet in lecto est erect⁹,scilicet a cingulo superi⁹,sed iacet inferius.Ita cõtritio uera importat duo. Primo dolorem & displicentiã de peccatis iã iacet basse. Secũdo per respectũ ad deũ quẽ offendit,modo est erectus:qa si dolor uel displicẽtia pct̃orum uenit respectu mũdi, fame uel periculi nihil ualet,totus iacet basse in terra,oportet q̃ displicẽtia sit respectu dei,tunc est contritio.de hoc.iiij. scrip.distin.xvj.Ita faciebat ille rex Ezechias di.Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee.Esa. xxxviij.Nota tibi,nõ dicit mundo fame nec periculo,sed tibi,ideo qñ homo recordat̃ de peccatis debet percutere pectus eleuãdo oculos uersus celũ dicendo.Tibi soli peccaui dñe miserere mei. Tertio induit camisia & ceteris indumẽtis.Ecce ꝓpositi boni assumptio.Firmũ eñ ꝓpositũ in bonũ nõ est sine indumẽto diuine gr̃e,quia hoc nõ est sine perfecta preparatione ad gratiã que est simul cũ infusione gratie,& meretur gloriã & non gratiã,que iam habet prima secũde q.cxij.ar.ij.ad primũ.Si eñ uolũtas pr̃ōpta est secũdũ illud q̃ habet accepta est, nõ secũdum id q̃ nõ habet.ij.ad Corin. viij.Alie uirtutes sunt alia indumẽta,dicut uidebit expedire.ió apostolus.Induite uos electi dei sicut sancti & dilecti uiscera mĩe,benignitatẽ,humilitatem,modestiã,patientiã supportantes inuicem. ad Coll.iij.Quarto a lecto recedit,ecce recessus a mala societate & ab occasiõibus.De hoc pulchre uide Sãctum Tho. super Mat.iij.c.Aliter propositũ abscidi a peccato non est perfectũ nec firmum. ideo dicit scri.Salua animam tuã noli respicere post tergum tuũ,nec stes in oñi loco circa regionem, sed in mõte saluũ te fac ne & tu simul pereas. Geñ.xix.ió recedite statim, quia si modo ꝓponitis nõ peccare,quia estis modicũ deuoti,tamen post prãdium uel cenã habita occasione peccabitis.ideo etiã poeta hoc dicit.Que nocitura tenes quãuis sint chara relinque.Quinto sputa & huiusmodi emittunt̃ propter ebullitionem stomachi.Ecce oris confessio,que uere nõ est nisi spuere flegma putridũ de peccatis. sic autẽ purificatur stomachus nostre cõscientie.Autoritas.si confitemur peccata nostra fidelis & iustus est deus ut remittat nobis peccata nostra & emundet nos ab omni iniquitate nostra.j.Ioan.j. Sexto calciatur homo.ecce iniuriarum remissio. Qui incedit discalciat⁹ statim sentit punctiones lapidum & spinarum, secus quando homo incedit calciatus.q̃ non sentit se de iniurijs ad uindicandũ sed totum remittit, talis calciatus incedit,sed ille qui indignatur & querit uindictã nec ult dimittere incedit discalciatus.

Ideo dicit scriptura sct̃a. Omnis iniurie proximi ne memineris,& nihil agas in operib⁹ iniurie.Eccl.x.ideo calcia te per bonã patientiam iniurias remittendo.iuxta illud. State calciati pedes in preparatione euangelij pacis.ad Ephe.vj. Septimo cingitur homo.ecce hic debitorum restitutio. Quidam incedũt sine cinctura scilicet amplos uentres portãtes in magnis pompis & usuris de bonis alterius que habẽt per usuras rapinas calũnias &c.Ideo oportet se cingere stringẽdo se cum bonis suis de bono iusto,restituẽdo omnia alia de malo & iniusto. Autoritas. Reddite oĩbus debita,nemini quicquã debeatis nisi ut inuicem diligatis &c.ad Ro.xiij.Nullus debet se ampliare in bonis alienis.ideo dicit Christ⁹,sint lumbi uestri precincti & lucerne &c.Lu.xij.Lucerne ardẽtes sunt opera meritoria, que non ardẽt quãdiu homo retinet bona alteri⁹ iniuste.Octauo manus lauantur. Ecce eleemosynarum largitio quando facta est restitutio de hoc quod supereſt de bono iusto homo facit eleemosynã que mundat & purificat aiam a peccatis.Autoritas.Quod supereſt date eleemosynam,& ecce oĩa munda sunt uobis.Lu.xj.Nono manus applicantur ad aliquod opus.ecce spũalis oratio que cõmuni cursu debet fieri eleuatis manibus sursum.q.d. Domine pauper sum,ideo leuo manum dexterã ut detis mihi spũalia,& sinistrã ut detis mihi bona temporalia.Volo uiros orare in omni loco leuãtes puras manus sine ira & disceptatione.j.ad Ti.ij.Decimo & ultimo cibus sumitur hora prandij.ecce eucharistie cõmunio in qua anima reficitur & recreatur,qa recipit xp̃m qui dat uitam gratie & uitã glorie.ideo dicit ipse,accipite & manducate,hoc est corpus meum.j.ad Corin.xj. Qualiter debet accipi ostenditur ibidem cũ dicitur,probet autẽ seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat.qui eñ manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit.Vbi dicit glos.Amb. ita punietur ac si Christum proprijs manib⁹ interfeciſſet.ecce quomodo debemus surgere a somno peccati mortalis, propter hoc dicit thema. Hora est iam nos de somno surgere. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo.vj.

NOx precesſit,dies autẽ appropinquauit.ad Roma.xiij. Thema propositũ & etiã tota epistola declarãt nobis finẽ mundi esse de propinquo, ut nullus ponat in ipso spem nec amorem suum,quia qñ homo scit quod domus sit antiqua & minatur ruinã,nullus nisi stultus uult in ipã remanere ad habitãdum.idẽ de naui antiqua ad nauigãdum.ita est de domo huius mundi antiqua & ruinosa.ideo nullus nisi sit stultus debet ipsam appetere nec diligere,nec in nauibus uite nauigare,sed ut materia presentis sermonis sit deo acceptabilis & gratiosa,& nobis utilis & proficua salutẽ uirgo Maria.Nox precesſit &c. Pro huius uerbi declaratione & materie predicãde introductio ne sciendum est quod in diuersis locis sacre scripture reperitur quod uita hui⁹ mundi dicitur nox respectu uite paradisi.Hoc declaratur p tres proportiones, scilicet solis lune & Iesu Christi. Luna habet claritatem,sed sol habet maiorem septẽpliciter,ut dicunt doctores & etiã glo.ordi.super illud Esa.xxx.Erit lux lune sicut lux solis,& lux solis erit septẽpliciter sicut lux septem dierum.ex peccato Ade sol & luna perdiderũt multum de claritate.Nota tamen secũdũ Sanctũ Tho.in.iiij.dist.xlviij.qõ.ij.ar.iij.ad tertiũ,q̃ ꝓbabili⁹ dicit q̃ illa minoratio luminis ex lapsu primi parentis nõ est secũdum realẽ luminis defectum,sed quo ad usum hominis qui non tm̃ bñficiũ ex lumine corporũ celestiũ consecutus est quãtũ ante fuisset,nec sequit si lux corporum celestium minorata nõ est in homine peccãte,q̃ realiter nõ sit augenda in eius glorificatione quia pct̃m hominis nõ immutauit statum uniuersi,cum etiã hõ prius & post habuerit aĩalem uitã q̃ motu & gñatiõe creature corporalis

lis indiget, sed glorificatio hominis statū totiꝰ creature corporalis immutabit, ideo nō est simile, unde tūc facta fuit luna ut preesset nocti. Gen. j. & in resurrectione erit lux lune sicut lux solis. Esa. xxx. si tamē nō peccasset tātū cōmodum habuisset ex lumine lune, sicut nūc ex lumine solis, sed ipsam recuperabūt in iudicio generali, sed claritas xpi incōparabiliter excedit claritatem solis. modo in hac uita sol & luna dāt nobis claritatem, sed nō illuminat celū nec infernū, sed celū illuminatur a xpo. Ciuitas illa nō eget sole neq; luna ut luceāt in ea, nā claritas dei illuminat eā. & lucerna eius est agnꝰ id est Christus. Apo. xxj. Nota, lucerna eius est agnus, id est xps. cuius cera est caro, q̄ ad instar cere liquefacta fuit in passione igne amoris, bobix albus, aīa eius mūdissima, lumē diuinitas sanctissima. Modo fiat ratio. Si tēpus presens illuminatū claritate solis dicit dies, quāto magis celū claritate xpi illuminatum debet dici dies, respectu cuius diei dies iste tē poralis dicitur nox. Ideo q̄ aīa dehinc trāsit & intrat celū inter cetera de quibꝰ miratur est de tāta claritate, di. credebā esse i die & erā in nocte, nocte ad instar noctue, que lumen lune credit esse magnū lumen, sed si posset uidere solis lumē, lumē lune quasi nihil reputaret. Ita aīa nostra modo credit habere magnam claritatē, sed quādo uidebit Christi claritatē, hec claritas nihil est, & poterit dicere tūc anima, nox scilicet uite tēporalis precessit, dies autē appropiquauit. Thema ꝓpositū innuit q̄ finis mūdi est prope, & potest hoc declarari per x. plagas Egypti q̄ fuerūt figura christianitatis. Auctoritas. Oīa in figura contingebāt illis, scripta sunt autē ad correptionē nostrā, in quos fines seculorū deuenerunt. j. ad Cor. x. Prima plaga Egypti fuit sanguis, quia uolūtate dei tota aqua Egypti tam fontiū q̄ fluminū fuit cōuersa in sanguinē & omnes pisces mortui fuerūt. Hec plaga fuit magna Egyptijs, de qua Exo. vij. dicitur q̄ Moyses eleuās uirgā percussit aquā fluminis coram Pharaone & seruis eius que uersa est in sanguinē, & pisces qui erant in flumine mortui sunt. sed fuit figura nobis xp̄ianis de passiōe martyrum, in qua aqua scilicet baptismi cōuersa est in sanguinē martyrij in persecutione tyrannorū, in qua pater accusabat filiū & ecōuerso. d. q̄ erat xp̄ianus, uir uxorē & ecōuerso, que quidē plaga durauit ultra. cc. annos usq; ad tēpus sancti Siluestri Pape quādo Romanorū Imperator, qui erat fons istiꝰ sanguinis, effectus fuit xp̄ianus. De hac plaga predixerat Christus. Venit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequiū se p̄stare deo. Io. xvj. Secūda plaga fuit ranarū que exibāt de aquis in tāta multitudine q̄ intrabant domos, cameras, lectos, furnos, nec cōburebātur, & etiā intrabāt ollas. extēdit Aarō manū super aquas Egypti & ascēderūt rane super terrā Egypti. Exo. viij. Maxima plaga fuit tūc Egyptijs, sed fuit figura nobis xp̄ianis de errore hereticorū, & sicut rane sunt lacubus ita heretici qui ad instar ranarū exibāt de aquis baptismi, quia xp̄iani nō erāt sed heretici, & intrabāt domos, & ad omnē locū peruertēdi articulos fidei seminādo uarios errores, intātū q̄ xp̄iani nesciebāt cui credere debebāt. hec plaga maxime abundauit tempore Eusebij Vercellēsis, & Athanasij q̄ cōtradixerūt eis. Hec plaga fuit a beato Petro ꝓpheta ta di. erūt magistri mēdaces qui introducēt sectas pditionis. ij. Pet. ij. Tertia plaga fuit cinifum de puluere terre exeūtiū crudeliter mordētiū. extēdit Aaron manū uirgā tenēs p̄cussitq; puluerē terre & facti sunt cinifes in hominibus & iumētis. Exo. viij. plaga fuit Egyptijs, sed fuit signū xp̄ianis & figurabat pſecutionē infideliū qui exierūt de terra, quia infideles nihil habēt in celo. hanc plagam permisit deus in Christianitate, quia ex quo Christiani fuerunt liberati a sanguine martyrū & ab errore hereticorū dederunt se uitijs, & peccatis uiuēdo quiete, propter hoc misit deus illud flagellū scilicet persecutionem infidelium que fuit tempore beati Aug. ideo dicitur in eius

eius hysto. inter que mala fuerūt Augustino lacrime sue panes die, ac nocte. ideo apostolus, Oēs qui pie uolūt uiuere in Christo Iesu persecutionē patiētur. ij. ad Ti. iij. Quarta plaga fuit muscarū grauissimarū, uenit musca grauissima in domū Pharaonis, & in domū seruorū eius, & in omnē terrā Egypti. Exo. viij. significabāt quartū malū Christianitatis scilicet principū importabilē tyrannizationē uolētiū facere de regnis uillis, & populis, ac si esset hereditas, uel possessio eorū, & non est ita, quantū possessio est, ad hoc ut seruiat homini, sed reges sunt, ad hoc ut seruiant regno, & non ecōuerso, qa rex in regno debet esse sicut deus in mundo, & anima in corpore, id est iustus, & clemens secundū S. Tho. in de regno ad regem Cypri. c. xij. sed modo est oppositū, & iam tēpore beati Greg. multi tyrannice ceperunt regnare, & ciuitates, ut proprias possessiones habere, & inceperunt uendere iustitiam, & depredari populos, unde princeps auferens per uim aliena, rapinā committit, & tenetur restituere nisi sit secundum iustitiam pugnando, uel puniendo, secunda secunde. q. ix. ar. viij. ecce musca asini, & fuit completa prophetia. Esa. j. Principes tui infideles, socij furū, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & causa uidue non ingreditur ad eos. Quinta plaga fuit mors omniū animaliū Egypti, scilicet equorū mulorū, & omnium boum, uaccarū. & asinorū &c. Exo. xij. que fuit figura quinti status Christianitatis, scilicet bonorū defunctiōis. Vnde animalia ab aīa dicta significant personas iustas, & deuotas q̄ debent habere animas, id est bonas conscientias. sed iste iam sunt defuncte. Vbi inuenies hodie religiosum, qui habeat conscientiam de fractione regule, uotorū, cerimoniarū? Vbi inuenies clericum deuotū castum, & honestum &c. ubi inuenies prelatum, qui magis curat de animabus q̄ de redditibus? Vbi sunt domini temporales conscientiosi, & milites cōtēti de suis redditibꝰ? plane omnes sunt defuncti. Vbi sunt aduocati iusti, mercatores plani, sine fraude, usura, dolo &c. Vbi sunt laboratores qui bene soluunt decimas & primitias, ubi sunt mulieres bone & honeste? omnes uolunt dici honeste & bone, sed oppositū ostendūt in uanitate &c. omnes sunt defuncte, iā cōpleta est prophetia Miche. vij. Ve mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos uindemie. Non est botrus ad comedēdū. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus nō est. Oēs in sanguine insidiantur, uir fratrē suum ad mortē uenatur. Malū manuū suarum dicunt bonū. Qui optimus est in eis quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Sexta plaga fuit ulcerū turgentiū, scilicet de apostematibus quasi glandulis, sed dabant eis maximū dolorē. Exod. ix. Hec figurabat sextum statū Christianitatis, scilicet animosam diuisionē quando gentes nō occidunt se, sed intus sunt tumentes ueneno odij, rancoris, inuidie & male uoluntatis. De inuidia quere ij. ij. q. xxxvj. & de odio ibidē. q. xxxiiij. & de discordia ibidē. q. xxxviij. & de seditionibus ibidem. xlij. Diu est q̄ hec plaga incepit, & adhuc durat in multis locis. Extra enim ostendunt bonā uoluntatē, sed intus guerra, caue quia si possunt nocēt &c. Contra tales orauit Dauid di. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secūdum opera eorū, & secundū nequitiam adinuentionum ipsorum. p̄s. xxvij. Nota quōmodo est magna stultitia portare odium, iram, seu malā uoluntatem in corde, iuxta responsionem quam fecit magister Vincentius cuidam mercatori di. quod parceret subijpsi &c. Qui querit se uindicare de inimico, primo occidit animam suam gladio quo uult occidere inimicum, & sic intelligitur uerbum Christi di. Omnis qui acceperit gladium, scilicet contra inimicum, gladio peribit, scilicet eodem. Mat. xxvj. item Dauid. Gladius eorum scilicet uindicatorū, intret in corda ipsorum. non dicit in corpora, sed in corda. xxxvj. p̄s. Septima plaga Egypti

gypti fuit grandinum cum tonitruis, & fulguribus destruentibus domos arbores uineas & plantas. Exod. ix. Hec plaga incepit iã in Christianitate, modo sunt lxxx. uel xc. anni, quoniã ante non erant tempestates iste, & modo non est annus in mundo q̃ non sunt tẽpestates in aliqua parte, uel mortalitates, que antiquitus erant inaudite, & modo nõ recedũt de mundo. Ratio est quãtũ ego possum cognoscere ex magnis blasphemijs que dicũtur quotidie cõtra deũ, quoniã ut dicit S. Tho. ij. ij. q. xiij. artt. iij. & iij. parte. q. lxxxj. art. iij. Post idolatriã blasphemia est de maioribus peccatis q̃ possunt fieri cõtra deũ. Et modo pro nihilo statim blasphemant, ideo deus mittit istas tempestates & mortalitates que destruũt totũ mundũ. Vnde sicut cõtra illos qui balistis, & sagittis oppugnãt turrim, mittũt de sursum lapides, siue canceres defendẽdo se, sic contra xp̃ianos, qui blasphemando impugnãt deũ, mittuntur de sursum lapides &c. Que quidẽ cõsuetudo seu abusio iurandi, & blasphemandi incepit ab octuaginta, uel nonaginta annis citra, ideo ab illo tẽpore citrã ueniũt nobis predicta mala, secundũ q̃ de hoc prophetauit Moyses di. Generatio peruersa est, & infideles filij, ipsi me prouocauerũt, in eo qui non erat deus & irrita uerũt me in uanitatibus suis. ignis succẽsus est in furore meo, ardebit usq; ad inferni nouissima. Deuorabitq; terram cũ germine suo, & mõtiũ fundamẽta cõburet. Cõgregabo super eos mala, & sagittas meas cõplebo in eis. Deut. xxxij. Nota generatio puersa, quia dñs dedit nobis linguã ad ipsum laudãdũ, & nos peruertimus eã ad ipsum blasphemãdũ. Octaua plaga fuit locustarũ deuorantiũ omnia uiridia, & de hoc est tex. Dixit dominus ad Moysen. extẽde manũ tuã super terrã Egypti ad locustã, ut descendat super terrã, & deuoret omnem herbam que residua fuit grandini. Exod. x. & ista plaga significauit hypocritarũ multiplicationẽ. Nã hypocrite dicuntur locuste. Ratio, quia locuste uidentur q̃ sint aues nolãtes, & nõ sunt, imo statim cadunt in terrã. Talis est cõditio hypocritarũ qui uidentur nolare per bona opera, & uerba deuota, sed statim descendũt ad terrã ad habendũ terrena, scilicet pecunias, familias &c. Quot religiosi & clerici, quot falsi sunt beguine qui uolunt uiuere ociosi, qui comedunt domos uiduarum. Mat. xxiij. De quibus dicit Christus. Attendite a falsis prophetis, qui ueniũt ad uos in uestimentis oniũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. a fructibus eorũ cognoscetis eos. Ma. vij. de hypocrisi uide. ij. ij. q. cxxxiij. Nona plaga fuit tenebrarũ terribiliũ per tres dies intantũ q̃ nullus de loco in quo stabat poterat se mouere. Istud signũ, uel plagã uidetur tangere text. Exo. x. Extendit Moyses manũ in celũ & facte sunt tenebre horribiles in uniuersa terra Egypti tribus diebus, & nemo uidit fratrẽ suũ, nec mouit se de loco in quo erat. Hoc signũ currit modo propter scisma presens ex ignorãtia ueri Pape, & durat per tres dies, quia tres dicũt se esse Papas, & hoc est ita obscurũ, & tenebrosum, qa ab utraq; parte sunt magni Doctores, & magistri principes, & prelati, & sancti q̃ fecerũt miracula. De his tenebris dicit q̃ nescierũt neq; intellexerũt ĩ tenebris ambulãt, imo nec mouẽt de loco ĩ quo cõclusi sunt ab his tenebris dicẽdo ex quo habeo hic dignitatẽ beneficiũ. & reddit⁹ meos teneo cũ isto. idẽ illi de Frãcia etiã dicũt, Si fuissẽ ĩ Frãcia tenuissẽ cũ illo &c. De scismate. ij. ij. q. xxxix. Decima & ultima plaga fuit angeli percutientis omnia primogẽita Egypti, & statim fuit finalis egressus de Egypto, ut habetur Exo. xj. ubi dicit tex. media nocte ingrediar Egyptũ & morietur omne primogenitũ in terra Egyptiorũ a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius usq; ad primogenitũ ancille q̃ est ad molã, & omnia primogenita iumentorũ &c. Ecce hic subuersio Christianorũ per antichristũ. Angelus enim percutiens figurabat Christum, qui percutiet omnia primogenita, id est, principes Christianorum ex parte quorũ fient

precon

preconizationes cõtra Christũ, & uirginẽ Mariã &c. Et post statim sequitur finalis destructio mundi. De hoc dicit apostolus. Mitter illis deus operationem erroris, ut credent mendacio, ut iudicẽtur omnes qui non crediderũt ueritati, sed cõsenserunt iniquitati. ij. ad Thes. ij. Nota cũ dicit. Mittet. nõ solum permittet, sed mittet etiã. Et nota q̃ in persecutione antichristi erunt duo. Primo culpa & malicia ipsius antichristi, & hanc permittet Christus. Secũdo ibi erit pena, & punitio malorũ, & quãtum ad hoc deus mittet antichristũ. Cũ ergo iã diu est q̃ sumus in nona plaga, patet q̃ dicit thema. Nox precesit, dies autem &c. Et statim ueniet angelus percupiẽs. remediũ ergo q̃ habemus ostenditur in epistola huius dominice, cũ dicitur. Abijciamus ergo opera tenebrarũ &c. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo vij.

INduimini dominũ Iesum Christum. ad Ro. xiij. Hoc uerbũ propositũ habet magnã difficultatẽ in theologia qũo Christ⁹ potest indui cũ non sit uestis, quia dicit thema. Induimini dominũ Iesum Christum. pro cuius declaratione sciendũ est q̃ uita domini nostri Iesu Christi sancta, & uirtuosa quam tenuit in hoc mũdo dicitur uestis in sacra scriptura. Ratio, quia uestes propter duo inuente fuerũt. s. ꝓpter honestatem ad cooperiẽdũ carnes. Secũdo propter frigiditatẽ. Adã & Eua antepctũ in statu innocentie non indigebant uestibus, quia nihil erat eis inhonestũ, nec uerecundũ, nec immũdũ, nec in paradiso terrestri uiget frigus, de hoc pri. p. q. c. ij. ar. ij. Sed statim post pctũ ex quo anima fuit inobediens deo etiã caro fuit inobediens anime, & habuit frigus. Ideo tunc deus fecit eis tunicas pelliceas. Et quemadmodum uestis cooperit corpus seu carnem sic uirtus cooperit animam. Quia secũdũ S. Tho. & Esa. lij. uestes sanctorum sunt ad protegendum, calefaciendum, & ornandũ, & sunt alba, munda, & odorifera. Et secundum cũdem ps. xliiij. uestis eccl'ie est duplex, scilicet doctrina utriusq; testamenti, & opera uirtuosa. Ideo dicit Phil. ij. Ethi. q̃ uirtus est habitus electiuus. Ideo de uirtutibus dicit apostolus. In hoc ingemiscimus habitationẽ nostrã que de celo est superindui cupiẽtes, si tamen uestiti & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus, in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri. ij. ad Corĩ. v. Ecce ergo hic quomodo oportet nos indutos esse, uestibus uirtutum. Et patet responsio ad unam questionem quam facitis uos, utrum in alio mundo erimus nudi, uel induti maxime post diem iudicij. Dico q̃ boni, & saluati erunt induti, mali autem & damnati erunt nudi. Beati enim erunt induti uirtutibus, ut sol est indutus claritate. Ideo dicit beatus Ioan. Apoc. xvj. Beatus qui uigilat, & custodit uestimenta sua ne nudus ambulet, & uideant turpitudines eius. Cum ergo uita domini nostri Iesu Christi, quam tenuit in hoc mundo fuerit sancta, & uirtuosa intantũ quod Christus dicitur, non solum uirtuosus, sed etiam uirtus. j. ad Corinth. j. nos predicamus Christum dei uirtutem. Persona ergo que uiuit uirtuose induit Christum ipsum imitãdo in uita uirtuosa, & secundum hunc modum dicit apostolus in themate. Induimini dominũ Iesum Christum, id est Christum imitamini, in sancta & uirtuosa uita, & conuersatione, patet thema. Modo ut melius possim uobis declarare, qualiter poterimus induere Christum ipsum imitando, reperio motiuum a quadam autoritate sacre scripture que uocat Christum ignem dicens, Deus noster ignis consumens est, ad Hebr. xij. Notat sanctus Tho. Esa. x. quod deus dicitur ignis, quia subtilis est tripliciter, scilicet secundum substantiam scientiam, & apparentiam, & lucidus, quia manifestat, delectat, & dirigit, & calidus, quia uiuificat purgat, & deuastat, & leuis propter motum, situm, & impermixtionem, & ibid. xxxiij. dominus dicitur ignis, qa purgat,

inflammat

inflamat & condēnat, & idē ad Heb.xij. dñs dicit ignis, quia ignis ĩter sensibilia est nobilior, clarior, actiuior, actualior, altior, magis purgans & cōsumens sicut Deus. sicut em ferrū in fornace induitur igne, sic nos possumus induere xp̃m, qd̄ potest fieri quadrupl̄r secundū quatuor cōditiones quas ferrum recipit ab igne.

Prima q̄ fit clarum & lucens.

Secunda calidum & ardens.

Tertia molle se extendens.

Quarta pulchrum & nitens & patens. Sic ad instar ferri igniti nos debem⁹ induere quatuor uirtutes, & sic iuxta cōsilium thematis. Indiuimini dñm Iesum Christū. Prima cōditio ferri quā recipit in fornace qñ induit igne est claritas lucēs, quia totū induit claritate cōtra suam conditionē, quia de se ferrum nō lucet. Sic nos induēdo xp̃m recipim⁹ in nobis claritatem fidei Christiane, amouendo a nobis tenebras & obscuritates errorū, & dubitationum & induimur claritate fidei in fornace sancte matris ecclesie tenendo eius determinationē & ueritatē. Et si forte aliquis nostrū aliqñ dubitauit in aliquo articulo, ponat se in fornace ecclesie eius sententie & determinationi firmiter stando, & nō intellectu suo diffĩnire & determinare aliter q̄ ecclesia determinauit. Si em darentur tibi.xij. floreni de florētia, & tu uelles ipsos probare ad lumē paruū cādele, faceres magnam stultitiam, quia iam probati sunt per tot fornellos quos transierūt. Idē de.xij. ueritatibus & articulis fidei q̄ per tot fornellos transierūt. De hoc habet. ij.ij.q.j.ar.x.& de.po.q.x.ar.iiij. Primo per illum fornellū ardētissimū predicationis xp̃i qui mē tiri nō pōt & tot miraculis probauit, immo si Christus nō fecisset miracula adhuc oēs tenerentur sibi credere, ut dicit Tho. quodlibeto.ij.q.iiij.& supra. Ioan, ca.xv. Secūdo per fornellū publicationis apostolorū, & passionis martyrum qui pro ista ueritate probanda mortui sunt plurima miracula faciendo. Tertio per fornellum disputationis doctorum cum philosophis, im peratoribus & regibus intantum q̄ nullū pōt esse dubiū in fide q̄ non sit examinatum & probatū. Patet ergo stultitia illorum qui lumine paruo sui intellectus uolunt ꝓbare articulos dicentes. Videamus quomodo tres psone diuine sunt unus Deus &c. quia totū hoc est iam examinatū & disputatū & determinatum. Ideo ad instar optimi floreni mittatur in bursa cōscientie per purā credentiā di. Credo dñe. Circa predicta & predictorū intelligētiam querit Sanct⁹ Tho.j.parte.q.xxxij.ar.j. utrū trinitas diuinarū personarum possit per naturalē rationē cognosci. Ad quā questionem idē Sanctus Tho. respōdet di. q̄ impossibile est per naturalē rationē ad cognitionem trinitatis diuinarū personarum peruenire, quia homo per rōnem naturalē in cognitionē Dei peruenire nō potest nisi ex creaturis. secūdū illud ad Ro.j. Inuisibilia Dei per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciūtur. Creature autē ducūt in Dei cognitionē sicut & effectus in causam. Hoc igitur solū ratione naturali de Deo cognosci potest quod competere ei necesse est secundū qd̄ est oīm entiū principiū. Virtus autem creatiua Dei est cōmunis toti trinitati. unde pertinet ad essentie unitatem nō ad distinctionem personarum. per rationē igitur naturalē cognosci possunt de Deo ea que pertinent ad essentie unitatē, non autē ea q̄ pertinent ad distinctionem personarū. Qui autem nititur probare trinitatem personarum naturali ratione, fidei dupliciter derogat. Primo quidem quantum ad dignitatē ipsius fidei que est ut sit de rebus inuisibilibus que rationem humanā excedunt. Vnde apostolus dicit Heb. xj. q̄ fides est de nō apparentibus. & apostolus dicit j. Corin. ij. c. Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam uero non huius seculi neque principum huius seculi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio que est abscondita. Secundo talis derogat fidei quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandum fidē inducit rōnes q̄ nō sunt cogētes

tes cedit in derisionē fidelium. credunt enim q̄ huiusmodi rationibus innitamur, & ꝓpter eas credamus. Que igitur fidei sunt non sunt tentāda probare nisi per autoritates his qui autoritates suscipiunt. Apud alios uero sufficit deffendere non esse impossibile qd̄ predicat fides. dicit enim Hyla. in li. de trini. Non putet homo sua intelligentia generationis secretum posse cōsequi. Amb. etiam dicit. Impossibile est generationis scire secretum, mēs deficit, uox silet. hec Sanctus Tho. ubi. s. Sic igitur articulis fidei firmiter adherendum nō est propter rationem naturalē sed propter diuinā reuelationē & per fidem. Sic enim induimur Christū recipiendo in nobis claritatem fidei, talibus sic indutis dicit apl̄s. Eratis aliquando tenebre, nunc autem lux in domino ut filij lucis ambulate. ad Ephe.v. Super hoc dicam uobis unam figuram quam legimus Ezech.j. ubi dicit Ezech. q̄ Deus ostendit sibi inter cetera animalia unum animal quadrifacia tum dicēs q̄ emittebat scintillas claras quasi aspectus eris candentis. Allegorice hoc animal figurabat quēlibet xp̃ianum, quoniā omnis bonus xp̃ianus habet unū caput quadrifaciatū. Caput est fides catholica, quatuor facies sunt quatuor euangeliste. Prima facies a parte ante est facies hominis. ecce euangelistā beati Mat. qui per hominem figuratur. Secunda facies a dextris est facies leonis. ecce euangel̄. beati Marci. Tertia facies a sinistris est bouis. ecce euangeli. beati Luce. qui per bouē figuratur. eo q̄ tractat de sacrificio. Quarta facies retro altior est aquile. Ecce euangelistā beati Iohā. qui altius alijs tractat de Christi diuinitate. Si bonus xp̃ianus est quilibet debet habere unū corpus & unū caput quadrifaciatū, & debet emittere scintillas claras. s. confitendo articulos fidei: qua non sufficit habere claritatem fidei in corde, sed oportet emittere scintillas, alĩs extinguitur fides in corde sicut lucerna ardēs in laterna que nō potest spirare. Ideo emittere debet scintillas dicēs Credo quolibet die de mane & de sero cū protestatione. & hoc cōciliū est beati Hiero. Et ita faciebat Dauid qui dicit de se. Credidi. s. in corde, ꝓpter qd̄ locutus sum. j. s. in ore emittēdo scintillas & quomodo ego autē humiliatus sum nimis. Pro p̃missorū intelligētia secūdū Sāctū Tho. nota. ij.ij.q.ij. in prin. siue in continuatione q̄ duplex est act⁹ fidei. s. interior & exterior. interior actus fidei est credere, sed cōfessio oris eorū q̄ sunt fidei ē actus fidei exterior. de actu primo siue interiori q̄ est credere agit Sanctus Tho. ij.ij.q.ij.p totū. Et de actu fidei exteriori q̄ est cōfessio agitur. q.iij. Credere aliqua q̄ sunt. s. rōnē naturalem est de necessitate salutis. fi r fides dicit S. Tho. ubi. s. q.ij.iij. scrip. & .iij. di. xxiiij. ar. iij. q. j. īmo credere aliqua q̄ rōne naturali demōstrāt est necessariū. ij.ij. ubi. s. ar. iiij. Sine fide inquit apl̄s ad Heb.xj. impossibile est placere Deo. Credere autē ea q̄ sunt. s. rōnem nō est leuitatis, ut dicit S. Tho. iij. di xxiiij. ar. iij. q. ij. Idē cōtra gētiles li. j. c. iij. Itē querit S. Tho. de actu fidei exteriori. s. cōfessione. utrū cōfessio fidei sit de necessitate? Ad quā rationē rñdet. ij.ij.q.iij. ar. ij. q̄ cōfessio fidei est de necessitate salutis, tunc solum qñ ex eius omissione periclitat honor Dei uel utilitas proximi, puta si aliq⁹ interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur uel q̄ nō haberet fidē uel q̄ fides nō esset uera uel alij p eius taciturnitatē auerterentur a fide. in huiusmodi enim casibus cōfessio fidei est de necessitate salutis. Autoritas ad hoc ad Ro.x. Corde creditur ad iustitiā, ore autē cōfessio fit ad salutē. Dico secūdo q̄ ferrū in fornace nō solū recipit claritatē, sed etiā calorē ardētē cōtra suā naturā, sic nos induendo xp̃m nō solū recipimus claritatem fidei sed etiā calorē ardentis charitatis cōtra frigiditatem indeuotionis & negligentie faciēdo opera Dei cum ardore & feruore spiritus diligenter. De isto ergo ardore dicit Christus Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat. Luce.xij. Ardet autem ignis charitatis quā-

do religiosus nō est negligens sed diligēs. Itē dicat de clericis & laicis secūdū ꝙ expediēs erit. De isto igne charitatis dicā nobis unā figurā, de qua Leuit. vj. precepit Deus di. Ignis in altari semper ardebit quē nutriet sacerdos subijciens ligna mane per singulos dies imposito holocausto desup. Allegorice altare est cor deuoti Christiani in quo offertur Deo illud sacrificiū de quo dicit Dauid, Sacrificiū Deo spūs cōtribulatus, qđ fit qñ homo recedit de pctis in mala uita quā tenuit. & cōiter offert Deo isto modo sacrificiū in altari cordis. De quo dicit. Ignis in altari semper ardebit. s. ignis ardentis charitatis, sed statim extinguit, sic religiosi in nouiciatu incipiunt bene & deuote seruire Deo, sed extinguitur postq̄ sunt professi, & habent partem in cauda asini, quia &c. Idem de clericis qñ dicunt missam nouā, sed post extinguitur &c. Idē de laicis in quibus accendit ignis charitatis & deuotionis in aliquo sermone, sed post statim extinguitur. O benedictus esset si moreret dū ignis ardet. ideo dicit, Ignis in altari semper ardebit. Sed quō tiet dicit. Quē nutriet sacerdos &c. Ille ignis accendit in missā cū lignis, qđ fit qñ dicitur Confiteor Deo omnipotenti. Introitus &c. Deinde ponunt magna ligna in canone, & sic tādē uenit xps in hostiā cōsecratā. ideo dicit. Quē nutriet in missā sacerdos sufflando in p̄dicatione. ita faciebat xps & apli, & ignis accendebatur in corpore populi. ideo dicit ignis ille erit perpetuus qui nunq̄ deficiet in altari. Leui. vj. Dico tertio ꝙ qñ ferrū indut igne, recipit mollitiē cōtra cōditionē sue duriciei, sic & nos induendo xp̄m debemus recipere mollitiē remissionis iniuriarum cōtra implacabilitatē impatientie. ideo ad instar ferri igniti qđ per multos ictus mallei extenditur, sic & nos per multas mallei ationes tribulationū debemus extēdi ad omnes diligēdo & iniurias remittendo. Iuxta illud qđ dicit apostolus. Estote benigni inuicē, misericordes donantes inuicem, sicut & Deus in xp̄o donauit uobis. ad Ephe. iiij. Nota ꝙ benignitas refert ad socialē cōuersationē. Missa ad pauperū compassionē. Donatio ad iniuriarū remissionē. Hec tria habemus exemplariter in xp̄o, & concludit. Sicut Deus in xp̄o donauit uobis. Dico quarto ꝙ qñ ferrū indut igne recipit ex eo pulchritudinem delectabilem. & sic nos xp̄m induētes debemus recipe in nobis pulchritudinē placētis honestatis, qđ fit p purā cōtinētiā & castitatē dimittendo īmunditiā carnalitatis, qñ inter alias uirtutes pulchrior est castitas q̄ multū placet Deo & angelis, ideo Sap. iiij. O quā pulchra est casta gnātio cum charitate. Querit S. Tho. ij. ij. q. clj. ar. j. utrū castitas sit uirt⁹? & rndet ꝙ sic, quia in hoc rō uirtutis humane cōsistit ꝙ sit aliqd secū dū rationē modificatū. sed nomē castitatis sumit ex hoc ꝙ p rationē cōcupiscentia castigatur, q̄ ad modū pueri est refrenāda, ut patet p philosophū. iij. Ethi. Vñ manifestū inquit S. Tho. est castitatē esse uirtutē, & est subiectiue in aīa, sed materiā habet in corpe. & castitas ꝓprie dicta est uirtus spālis habēs spālem materiā. s. cōcupiscētias delectabiliū que sunt in uenereis. sed large dicta siue metaphorice est gnālis uirtus, ut dicit S. Tho. ubi. s. arti. ij. & ista dicit castitas spūalis cui opponit fornicatio spūalis, p quālibet enim uirtutē retrahit mens humana ne rebus illicitis delectabiliter coniūgatur, principaliter tamē ratio huius castitatis est gnālis uirtus & dicit metapho. cōsistere in charitate & in alijs uirtutibus theologicis quibus mens Deo coniungitur, & modo charitas est pulcherrima uirtutum. Nota cum charitate magis quā cum tumiditate, ideo Esa. lij. Mundamini qui fertis uasa domini. & subdit, Precedet enim uos dominus & congregabit uos Deus Israël. In hac autoritate propheta ponit tres rōnes ostendentes quomodo castitas est magis necessaria modo quā ante incarnationem Christi. Prima ibi, Mūdamini qui fertis uasa domini. uasa domini sunt nra corpora que portamus que sunt uasa anime. sed ante

xp̄i

xp̄i incarnationem non erant uasa dñi, quia ipse non habebat corpus. secunda ibi, precedet enim uos dominus, scilicet Christus in puritate, quia xps nescit qđ est illud experimentaliter, licet sine peccato potuisset habere uxorē. sed noluit ut daret nobis exemplum castitatis. Tertia ibi, Cōgregabit uos Deꝰ Israël. s. cum angelis suis purissimis & castis. Apoc. xxj. Non intrabit aliquid in eam coinquinatū aut abominationē faciens. ecce quare dicit thema, Indiuimini dominum Iesum Christum.

Dñica. ij. aduē. dñi. Ser. j. de euangel.

Erunt signa in Sole & Luna & stellis. Lu. xxj. in ista dñica sancta mater ecclesia facit officium de aduentu xp̄i ad iudicium, & in sancto euangelio hodierno Christus ostendit nobis sex que requiruntur in omni iudicio que semper debent fieri.

Primum est intimatio temporis.
Secundum preparatio loci.
Tertium citatio partium.
Quartum comparatio personalis.
Quintum diffinitio iudicialis.
Sextum executio effectualis.

Et de primo. s. intimatione temporis, quia iam scitis quomodo iudex assignat tēpus partibus dicēs tali die uenietis ad audiendam sententiam. Sic facit Deus, nō ꝙ dicat nobis diem, sed dedit nobis signa in quibus cognoscetur tempus iudicij, dicens, Erūt signa in Sole Luna & Stellis, quia dies iudicij nō est soli Deo. iiij. scrip. di. xliiij. q. ij. & di. xlvj. q. j Non dat nobis signa in rebus occultis sed in manifestis que toto mundo uidentur, ut totus mundus possit illud tempus iudicij cognoscere. Not. secundū S. Tho. in iiij. di. xlvij. q. j. & xlviij. ꝙ non omnia signa in euangelio pertinentia ad genera le iudicium, immo forte nulla sed alia signa erunt ibi. Que autem sint ista signa hoc declarat ipsemet Math. xxiiij. dic. Sol obscurabitur & Luna non dabit lumen suum & stelle cadent de celo. Item Ioel. ij. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem anteq̄ ueniat dies dñi magnus & horribilis. No. secundum S. Tho. in. iiij. scrip. dist. xlviij. q. j. Sol & Luna obscurabuntur per priuationē sui luminis uel simul uel diuerso tempore circa diem iudicij, non autem illo die nec post. Obscuritas illa solis potest intelligi iuxta obscuritatem tenebrarum solis, que fuerunt tēpore Moysi in terra Egypti, secundū ꝙ legit Exo. x. Quia gētes non poterant se mouere de loco in quo erant, nec se uidere nec se iuuare mutuo, & durauerunt p tres dies. Modo hic cogitate. Si Deus uolens dare finem uni regno tantam induxit obscuritatem solis s. per tres dies, quantam ergo obscuritatem dabit in fine mūdi, qñ dabit finem & terminum toti mundo, non solum per tres dies sed forte p. xxx. nec alia lux cerei uel lucerne poterit in mūdo uiuere. Ecce hic signa que erunt in Sole. Luna autē cōuertet in sanguinem. quia tota erit in colore sanguinis &c. Dicit em Hier. ꝙ ante diē iudicij arbores & plante pluent sanguinem, & stelle cadent de celo, quia tunc assub & fulgura erūt de celo. hoc intelligit de assub q̄ uidetur quasi stella cadēs de celo. quia tūc assub & fulgura erūt p totū mundū & p totū aērem & cōburent uillas, ciuitates, castra, & domos. Ecce qūo ad literā erūt signa in Sole, & Luna, & stellis. No. tū secundū S. Tho. in. iiij. scrip. di. xlviij. q. j. ꝙ illa signa. xv. nō asserunt a beato Hiero. sed dicit se reperisse ex annalibus Iudeorū, & habēt parum ueri simili tudinis. Sed spiritualiter loquēdo hec signa sunt iā completa. Quoniam in sacra scriptura, intelligit status papalis per Solē. per Lunā status mūdalis. p stellas autem quelibet psona spūalis. Sol aūt. i. status papalis iam obscuratus est, triginta anni sunt quod non uidetur certissime quis uerus sit papa. Quidam dicunt talis est. Alij non. immo talis est. & ab utraque parte sunt magni magistri & doctores. & quod fortius est sancte persone clarentes miraculis, immo sunt modo tres soles, quale signū esset de sole ma-

teriali, si diuideret in duos uł tres soles, hoc signū est modo cū stat⁹ papalis diuisus sit in tres personas, hoc signum ergo intimat nobis tēpus iudicij quod cito & in breui erit. Autoritas. Diuisum est cor eorū nūc interibūt. Ozee. x. Itē luna, id est, status humanalis, siue potestas cōuersa est iam in sanguinē intantum ꝙ reges & principes, & dñi temporales se trucidant, & occidūt, intantū, ꝙ in toto mundo est guerra, quot mille moriūtur quotidie in bellis? De isto signo autoritas. Sanguis sanguinē tetigit, propter hoc lugebit terra. Ozee. iiij. Sanguis, scilicet iniuriati tetigit sanguinē injuriātis. Tertio stelle cadent de celo. Stella dicit quelibet persona deuota que fixa stat in celo per deuotionē, de quibus dixit deus Abrae, Multiplicabo semē tuū sicut stellas celi. Gen. xxij. Sed modo iam ceciderunt de celo ad terram. Primo religiosi quoque affectio debet esse tota in celo, sed iā ceciderūt in terrā affectātes terrena, scilicet diuitias, honores, dignitates, magistratus &c. Idē de clericis, & laicis, iam nullus respicit celū, sed terrā. Ideo uerificatur illud Dauid, Oculos suos statuerunt declinare in terram, & sequitur, Susceperūt me, sicut leo paratus ad predam. hoc dicitur propter antixpm. Patet ergo intimatio tēporis iudicij per signa manifesta. Ideo Christus dās nobis unā cōparationē de signis dicit. Videre ficul neam, & omnes arbores cū producunt iam ex se fructus, scitis qa prope est iam estas, ita & uos cū uideritis hec fieri, scitote quia prope est regnū dei, id est, xps ad iudiciū. Luce. xxj. Secūdū ꝙ erit in iudicio erit loci preparatio. quēadmodū preparatur locus iudicialis regi uolenti facere iudiciū, idē de rege Christo qui habet iudiciū facere in cōmuni loco, ne sit alicui partialis, quia omnes tam boni quam mali, id est, tam beati q̄ dānati habent interesse in illo iudicio, ideo si illud iudiciū fieret in celo posset esse locus suspectus damnatis, si in inferno nō esset locus congruus beatis, ideo fiet in terra qui est locus communis omnibus. Autoritas. Ecce dies ueniūt dicit dñs, & suscitabo Dauid germē iustū, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciū & iustitiā in terra. Hiere. xxiij. Nota in terra nō in celo nec in inferno. Quomodo autē intelligendū est ꝙ fiet iudicium in terra, habes. s. in sermone primo aduentus domini. Nota suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet judiciū, & iustitiā in terra, quia modo uidetur ꝙ dormiat cum tot mala & peccata fiant, & ipse tacet nec punit oīa. Ideo oportet ꝙ locus paret, quoniam si rex deberet hic tenere curias in domo in qua habitauerūt porci, & iumēta, illa domus mūdaret, & purificaretur. Idē de domo huius mūdi in qua habitauerūt iumenta, qui uiuunt, ibi secūdum rationē sunt homines, qui uiuūt secūdū sensualitatē sunt bestie, superbi sunt leones, auari uulpes, luxuriosi porci, inuidi sunt canes, gulosi sunt lupi, iracundi serpentes siue uipere, pigri autē sunt asini, propter quod domus huius mundi est corrupta, immūda, & infecta. Cōputruerunt iumenta in sterc ore suo. Iohel. j. & ij. c. Necessariū est ergo, ut mundetur, & purificet, que purificatio fiet per ignem qui accendet, & inflammabit ad quatuor partes mūdi in oriente, & occidēte &c. & cōburet totū mundū. Iste ignis secundum sanctū Tho. iiij. scrip. dist. xxvij. qō. ij. ascēdet tantū q̄tū aque diluuij ascēderunt, scilicet usq; ad mediū aeris interstitium, & ista purgatio elementorum fiet per ignē in fine, quia est similior glorie, & actiuior, & minus inficit. Et iste ignis cōflagrās mundū quo ad purgationem precedet iudiciū, sed quo ad inuolutionem impiorū sequetur. Post hec descendet Christus ad iudiciū cū uirgine Maria matre sua, & baronibus, & militibus celi. Si autē domus mundi nō esset purificata, diceret forte uirgo Maria filio suo. O fili mi ubi me adduxisti in loco tam fetido. Si dicatur, o frater non sentimus nos fetorem &c. nec pisces sentiūt amaritudinem maris, quia ibi sunt nati, & nutriti, nec stabularius sentit fetorem stabuli,

stabuli. sed miles sentit quando ibi intrat, sic nec nos sentimus fetorem huius mundi, quia nati sumus, & nutriti in isto fetore, sed si ueniret unus beatus de paradiso ille sentiret. De hac preparatione dicit propheta Dauid. Ignis ante ipsum precedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terre, uidit, & cōmota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini, a facie domini omnis terra. ps. xcvj. Nota inimicos eius. qui sunt eius inimici, & quomodo illi solū sentiūt illū odorē maximū in illo igne? qa amici xpi sine dolore morient in illo igne. Sicut ququagin ta rhetores beate Katharine. Alluxerūt fulgura. Dic quomodo uno fulgure una domus destruet, alia remanebit, uir occidetur, & uxor remanebit &c. Et econuerso. De isto dicit euangeliū. Erit in terris pressūra gentium pre confusione sonitus maris, & fluctuū, arescentibus hominibus pre timore, & expectatiōe que superueniet uniuerso orbi. dic quomodo illi qui modo nolunt cōfiteri tunc querent confessorē. Idem de uindicantibus qui modo nolunt remittere nec pacē facere. idem de usurarijs qui modo nolūt restituere, idem de clericis qui non habent modo breuiariū. idem de religiosis qui modo nihil seruant de suo ordine, nec de regula nec de cerimonijs &c. Tertiū quod erit in illo iudicio erit partium citatio. Iudex quādo uult dare sententiam facit citare partes. Ita faciet dās noster Iesus Christus rex, & iudex. Michael ut preco clamabit uoce magna di. Surgite mortui uenite ad iudiciū. Quomodo hec intelligātur quere in primo sermone prime dominice aduentus. De illa uoce dicit Hiero. Siue comedā siue bibā semper uidetur mihi sonare in auribus meis illa uox, surgite mortui &c. De hac uoce dicitur in euāgelio. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocē filij dei principaliter. Ioā. v. Illa uox erit filij dei principaliter, sed erit beati Michaelis instrumentaliter. Sicut uox preconis est uox regis imperatiue, & ipsi⁹ preconis executiue. Et subito omnes resurgent. de hoc habes pulchre in primo sermone prime dominice aduentus. Dic quomodo gaudebit anima beata, quādo induet corpore glorioso, sicut gaudet spōsa in die nuptiarū quādo induitur preciosa uestе sibi missa a sponso. Oppositum erit de damnatis. Quartum est cōparitio personalis, quoniam in illo magno iudicio nullus potest cōparere per procuratorem, sicut fit modo hic in curia regis, sed omnes tam magni domini q̄ parui habēt ibi cōparere personaliter & dare rationē de seipso, quā tumcūq; sit rudis, & grossus. Autoritas. Vnusquisq; nostrū pro se reddet rationem deo. ad Ro. xiiij. Hoc iudiciū faciet Christus in illis partibus ubi iniuste fuit ipse iudicatus, scilicet in ualle Iosaphat, ut dicit sanctus Tho. in iiij. scrip. distin. xlvij. qō. j. art. iiij. Iohel. iij. In diebus illis & in tempore illo cū cōuertero captiuitatem Iuda, & Hierusalē cōgregabo oēs gentes, & deducā eas in uallē Iosaphat, & ibi disceptabo cū eis, quasi dicat ibi se debo ut iudicē omnes gētes in circuitu. Si queratur, quomodo ibimus illuc uel per mare uel per terram &c. Dic quod quilibet tam bonus q̄ malus portabitur illuc a suo bono angelo ut creditur. tūc enim uirtutes celorū mouebūtur, scilicet ad portandū. Dic practice quomodo boni portabūtur honorabiliter, mali autem uituperabiliter. Sanctus Tho. tamē dicit in iij. scrip. dist. xlviij. q. j. art iiij. ꝙ uirtutes celorū, id est, angeli, tunc mouebūtur nō secūdū statum glorie, sed ex admiratione uel a motu celi cessando. Quintū erit diffinitio iudicialis, q̄ ostēditur ibi. Et tūc uidebūt filiū hominis uenientē in nube cū potestate, & maiestate magna. Dic quomodo xps tūc ueniet cū maiestate associatus angelis archāgelis &c. ad saluandū bonos, & cū potestate uel maiestate ad damnandum malos. Nota, Christus apparebit in iudicio corporaliter, ut dicit Sanctus Tho. iiij. dist. xlvij. q. j. art. j. ij. & xxxiij. Itē cōtra gentiles lib. iiij. c. xcvj. &. xxxij. Querit etiam

Sanctus Tho.in iiij.distin.xlviij.q.j.ar.j. Vtrū xpus in forma serui siue hominis sit iudicaturus. Rñdet q̄ sic.Dicit enim Ioā.v.Potestatē dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis est.Itē Iob.xxxvj.dicitur.Causa tua quasi impij iudicata est. Glosa,a Pilato.Ideo iudiciū causamq; recipies.Glo.ut iuste iudices.sed xps secūdum humanā naturā iudicatus est a Pilato.ergo secūdū humanā naturā iudicabit.itē eius est iudicare cuius est legem cōdere,sed xps in humana natura apparens nobis legē euāgelij dedit, ergo & secundū eandē naturā iudicabit,quia in dicta autoritate Lu.xxj.Tūc uidebūt filium hominis uenientē in nube cū potestate magna,& maiestate.Maiestas autē, & potestas ad gloriā pertinēt.Ideo queritur utrū Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa. Ad quā questionem respondet Sanctus Tho.in iiij.parte.dist.xlviij. q.j.art.ij.q̄ sic,quia sicut quando iudicandus aduenit in forma infirmitatis apparuit,ideo oportet q̄ quando iudicaturus aduenit in forma glorioſa appareat.Iudicari enim infirmitatis est,& iudicare autoritatis,& glorie. Et quia in secūdo aduētu ad hoc ueniet ut iusticiam patris in homines exequatur,dignū est,& cōgruū ut in forma glorie,& autoritatis appareat.Et sicut uisio glorie humanitatis Christi,ut dicit Sanctus Tho.ubi supra in solutione ad quartum, erit iustis in premium, ita inimicis erit eis in supplicīū,quia sicut gloria amici est delectabilis,ita gloria, & potestas eius que odio habetur maxime contristat.Vnde Esa.xxvj.Videant,& cōfundantur zelantes populi,& ignis,scilicet inuidie hostes tuos deuoret.Poterit autem corpus Christi gloriosum ab omnibus uideri in generali iudicio etiam a nō glorificatis.Quia corpus gloriosum habet in potestate sua ut se demonstret, uel non demonstret oculo non glorioso.hec Sanctus Thomas.ubi supra in solutione ad tertium. Sententia diffinitiua pro bonis erit.Venite benedicti patris mei,possidete paratum uobis regnū a constitutione mundi.Mat.xxv.Sententia autem diffinitiua pro malis erit. Discedite a me maledicti in ignem eternū &c.ibidem. Sextum erit executio effectualis,ibi.Celum,& terra transibunt,scilicet quātū ad istas operationes,& qualitates.Verba autem mea nō transibunt, supple sine effectu executionis. Tunc Christus forte clamabit uoce magna dicens.Inferne aperi os tuum,& degluti impios istos.Tunc subito terra aperietur,& mali in corpore,& anima descendent in infernum,ubi erunt sine fine,& non poterunt mori nec penitere.Dixit Christus ad Iudam.Bonum erat ei,si natus non fuisset homo ille.Deinde faciet executionem de bonis ipsos introducēdo in celum cū coronis,& in cathedris glorie ipsos collocando. Esa.xxxv. venient in Syon cum laude,& letitia sempiterna super capita eorum gaudium,& letitiam obtinebunt,& fugiet dolor,& gemitus.

Dñica.ij.aduētus dñi.Sermo secūd⁹.

ERunt signa in sole.Luc. xxj.& in euāgelio hodierno.Materia presentis predicationis erit de sancto Euangelio, & habebimus si deo placet multas bonas declarationes ad intelligendū prouidentiā diuinā quo modo gubernat istum mūdū a principio usq; ad finē.Sed primo salutetur uirgo Maria &c.Erunt signa in sole.Sanctum Euangelium hodiernum loquitur de signis terribilibus uenturis in fine mundi ante diem iudicij.Et ponit signa futura. primo in celo. secundo in terra.tertio in angelis.de signis que erunt in celo loquitur the.diens,Erunt signa in sole.Pro huius declaratione,& materie introductione sciendum est q̄ in sacra scriptura Christus dicitur sol.patet ratione que dat scientiam,& autoritatē que confirmat credentiā. Ratio quare Christus dicitur sol est,quia tota uita Christi in summa representatur in sole in eius motu,& cursu quem facit.Iam uidetis quomodo quolibet die sol de nocte est absconditus

sconditus a nobis,& secretus,sed in aurora oritur,& sic transiens finaliter uisitat totū mundū ipsum illuminādo,calefaciendo animalia, homines, & plantas fructificare faciēdo usq; ad occasum. sic & Christus aliquādo fuit absconditus,& secretus in mundo quādo fuit in ciuitate Nazaret in domo matris quousq; habuit etatē xxx.annos, nec cognoscebāt q̄ esset deus.Propter hoc dixit Ioannes baptista Iudeis.Medius uestrū stetit quē uos nescitis,ipse est qui post me uenturus est.Qui sol sequitur luciferum,Ioan. j.sed ortus fuit in aurora sue predicationis,& cepit illuminare mūdum qui erat in tenebris errorum,& falsarum opinionum,sed Christus sua predicatione illuminauit intantum q̄ plus scit modo una uetula de uirtutibus fidei quam antiqui tus unus magnus philosophus,ipsi gratias sol.Secundo calefacit totū mundū in amore dei,in ardore,& desiderio paradisi.Tertio facit fructificare humanū genus in bonis operib⁹,uirtutib⁹ & meritis transeundo ut sol de uilla in uillam discurrēdo,predicādo usq; ad occasum, scilicet mortis.Ecce quomodo motus, & cursus solis,& eius influētia representat uitam Christi,& tūc fuit cōpleta prophetia Zacharie prophete dicentis, Visitauit nos oriens ex alto . Illuminare his qui in tenebris,& in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.Luc.j.Nota illuminare, scilicet cōtra errores.Ecce primus effectus his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent.Ecce secūdus cōtra frigiditatē dilectionis dei ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis,scilicet ad meritorie operandū.Ecce tertius.Ecce ratio quare Christus dicitur sol. Autoritas.Orietur uobis timentibus nomen meū sol iustitie, non dicit sol nature. Malach.iiij. Verbū est dei patris.Itē in nouo testamento dicit sancta mater ecclesia uirgini Marie. Exte ortus est sol iusticie xps deus noster. De isto sole ego intelligo thema propositū.Erunt signa in sole,id est,in Christo uero deo,& homine,patet thema.Et sum in materia predicanda,licet sit subtilis,& difficilis,tamen bene poteritis eam intelligere,si uultis attendere diligenter.Dicunt astrologi,& uerū dicunt,& concordant cum eis theologi,q̄ sol nature in anno pertransit semel.xij. signa Zodiaci cuiusdā circuli, quē astrologi notant in celo,quasi coronam diuidentē celum,in quo sunt.xij.partes equales,& uocantur secūdum cōstellationes.

Pria pars dicit aries.	Septia libra.
Secunda taurus.	Octaua scorpio.
Tertia gemini.	Nona sagittari⁹
Quarta cancer.	Decia capricorn⁹.
Quinta leo.	Vndecima aquarius.
Sexta uirgo.	Duodecima pisces.

Et ita sunt duodecim menses in anno. primus mensis fuit martij.in isto sol stat in primo signo,scilicet ariete.In secūdo mense,scilicet aprilis,in secūdo,scilicet tauro,& in tertio mēse,scilicet maij,stat in geminis,& sic per totū annū pertranasit ista.xij.signa que ab astrologis dicuntur cōstellationes,a theologis autē signa dicuntur quia signāt.xij.status mūdi huius,in quibus debuit esse Christus sol iustitie a principio mūdi usq; ad finem. Et tūc erit sol iustitie in signis, scilicet trāsitiue.De hoc Gen.j.Fiant luminaria in firmamento,& diuidant diem ac nocte, & sint in signa, & tempora,& dies,& annos. sed quādo dicitur,Erunt signa in sole,scilicet causatiue.Primum signum dicitur aries.Ratio,quia si ille stelle linearentur que sunt in prima parte Zodiaci,facerent figuram arietis cum suis cornibus.Et in illo primo signo stat sol in primo mense , scilicet martij. Hoc signat primum statum mundi a creatione Ade, & duranit usque ad Moysen. Tunc enim filius dei fuit in signo arietis.Ratio, aries totam suam fortitudinē, & uirtutem habet in capite.Si tūc in primo statu mundi gentes se gubernabant solo intellectu capitis in credendo,& in bene uiuēdo,quia tūc nō habuerūt magistros neq; doctores,neq; etiā libros, sed ad instar illius qui intrat magnū palatiū per intellectū naturalē statu cogno

scit ꝙ magn⁹ dñs debuit esse q illud edificauit, licet ipsum non uideat. Sic tunc gentes que fuerūt in primo statu mundi ex magnitudine operis siue palatij hui⁹ mundi cognoscebant deū, & eius infinitā potentiā, gubernabāt se in bona uita intellectu naturali, di. Quilibet dñs uult seruos fideles ne uadant ad suos inimicos, & sic iā naturaliter seruabant primū preceptum. Non habebis deos alienos. Item quilibet dñs uult honorem a suis subditis & ꝙ cum reuerētia loquant de ipso, & sic seruabāt secundum preceptū. Item quilibet dñs in dominio suo aliquod seruitiū uult, ideo eligebāt unam diem quā dabant domino in hebdomada. Itē quilibet dñs uult ut minores honorent maiores. Ecce quartū preceptū scilicet honorationē parentum. Itē nullus dominus uult ꝙ sui recipiant uindictam in presentia sua. Ecce quintū preceptum, nō occides. Item uult ꝙ nullus tangat filias nisi petat eas in uxores. Ecce sextum, nō mechaberis. Item quilibet dominus uult ꝙ ipse sit contētus de parte quā ipse dedit. Ecce septimum preceptum, nō furtum facies. Item quod nullus diffamet alium. Ecce octauum precep tum, falsum testimoniū non facies, & sic de alijs. Ecce quare dicebat quod sol esset in signis tanquā in effectu. De hoc autoritas. Cum gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt, huiusmodi legē nō habētes ipsi sibi sunt lex. Ro. ij. Quia oīa precepta moralia semper seruari debēt ab omnibus, quia sunt de lege nature, ut dicit Tho. Matth. xxiij. Et omnes actus uirtutū inquātum uirtuosi sunt de lege nature nō autē secundū species suas, prima secunde. q. xciij. ar. iij. sed illa lex nature fuit obfuscata in gentibus quo ad multa. iiij. scrip. di. xxxij. q. j. ar. iij. & prima secunde. q. xciij. ar. iiij. v. &. v j. &. q. xcix. ar. ij. Ecce primum signū. Secundum signum est taurus in quo stat sol in secūdo mense. s. aprilis. Rō quare dicit taurus, est qa si ille stelle que sunt in lineatione zodiaci linearentur facerent figurā tauri. Hoc signū significat secundū statū huius mūdi, scilicet a tpe Moysi usq; ad Ioānē baptistā, in quo filj⁹ dei fuit in tauro. Ratio: quia taurus est animal terribile, & ꝙ uocatus statim ferit cornib⁹. Ita tūc de⁹ data lege scripta si irritabatur & ꝙuocabat ab aliquo statim percutiebat puniendo. Verbi gratia. Exodi. xxxij. qū popul⁹ fecit uitulum &c. tunc irritauerunt taurū, ideſt dei filiū qui percussit de populo quasi. xxiij. milia quos occidit. Itē qū murmurauerūt contra deū. Nume. xuij. prouocauerunt eū qui percussit & occidit de ipsis sexcenta milia. Item in murmuratione principū scilicet Chore, Dathan & Abyron. Nume. xv. prouocat⁹ occidit eos. Itē ex peccato luxurie cum filiabus Moab. Nume. xxv. prouocauerunt eū & occidit ex ipsis. xxiiij. milia. Item postq̄ fuerūt in terra promissionis ꝙuocauerunt eū idolatrando propter quod eiecit. x. tribus de terra promissionis, ut patet. iiij. regum. xvij. Ecce quomodo erat tunc in tauro, quia non expectabat ipsos ad pnīam sicut nunc, sed sicut taurus prouocatus statim percutit, de hoc prophetauerat iam Moyses dicēs in persona filij dei. Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus & irritauerūt in uanitatibus suis. Et ego prouocabo eos in eo q non est populus, & in gente stulta irritabo eos. infra. Congregabo super eos mala, & sagittas meas cōplebo in eis. Deut. xxxij. de hoc uide Sanctū Tho. ad Heb. x. c. & ratio omniū penarum ueteris legis ponitur prima secūde. q. v. ar. ij. Tertium signū dicitur gemini. Ratio, quia si de una stella ad aliam protraherentur linee facerent figuram geminorū omnino similium. In isto signo stat sol in tertio mense scilicet maij. in isto signo fuit sol iustitie in tertio statu mundi, scilicet in sua benedicta incarnatione, quādo in utero uirginis due substantie, scilicet humanitatis & diuinitatis in unitate suppositi cōiuncte sunt. Christus autem in sua incarnatiōe a diuinitate habuit duo, scilicet essentiam diuinalem, & suppositum personale, a nobis habuit solum

unum, ideſt humanitatē sed non personalitatem, quia nō assumpsit personam, sed humanitatē in suppositō diuino suppositam, & fuit cōpleta prophetia dicta figuratiue. Iam tempus pariendi aduenerat & ecce gemini in eius utero reperti sunt. Geñ. xv. De hoc in tertia parte in plurib⁹ questionibus, & ī tertio scripto in pluribus distinctionibus. Quādo aūt xps dixit, Erūt signa in sole, loquebatur de nouē signis futuris. Quia de trib⁹ p̄dictis dixit. Fuerunt signa in sole, ut in causa, uel erit sol in signis scilicet causatiue, sicut fuit in tribus signis predictis tranſitiue. Quartū signū dicitur cancer. ratio ut supra de alijs. In isto signo stat sol quarto mēse, scilicet iunij. in isto signo fuit filius dei in sua passione. Ratio qa sicut cācer non incedit recte, sed retrograde & abscondit se intra arenam, sic filius dei in sua passione ibat p trāsuersum, qa primo uoluerūt ipsum facere regē, ut patet Io. vj. & in passione dicebāt. Nō habemus regē nisi Cesarem. Primo dicebāt ipsum esse regē & deum creatorē, & in passione dicebāt xp̄m esse hominē incantatorem. Prius honorabant eum, & in passione uituperabant ipsum. Prius associebant eum & in passione dimittebāt ipsum solū. Item in die ueneris sancta cū cruce in collo p trāsuersum ducebatur cespitando, & impulsus usq; ad locum passionis. Ecce quomodo fuit ut cancer transuerse quousq; fuit absconditus in monumento. Et fuit completa prophetia Esa. in persona dei patris di. ad filium inquantum homo. Ecce intelliget seruus meus & exaltabitur & eleuabitur & sublimis erit ualde. Sicut obstupuerūt super eum multi, sic inglorius erit inter uiuos aspectus eius, & forma illius inter filios hominū. Esa. lij. Verba sunt dei patris ad Christum hominem, qui inquantum homo est seru⁹ dei patris. Et sicut in quātū ad humanitatem fuit passus, sic etiam in quantum homo fuit exaltatus in uirtutibus predicationibus & miraculis multis, & quantomagis fuit exaltatus tanto magis in passione fuit inglorius. De hoc. iij. parte. q. xlix. ar. vj. & in primo sermone aduentus domini. & de passione eius. q. xlvj. &. xlvij. &. xlviij. &. iij. scrip. dist. xix. xx. &. xxj. &c. Quintum signum fuit leo ratione predictorum. In isto signo stat sol in. v. mēse, scilicet iulij. In hoc signo fuit sol iustitie Christus in sua resurrectione gloriosa. Ratio, quia sicut leo qñ uult capere predam ponit se in saltu in porta spelunce. Sic Christus cuius corpus fuit in sepulchro ut leo uirtute diuinitatis, anima uero ut leena in limbo q̄ in die resurrectionis saltauit resurgendo, & cepit predam sanctorum patrum quos eduxit de limbo. Ecce quomodo sol iusticie fuit in leone. De hoc prophetia Iacob patriarche dicentis de Christo. Ad predam ascendisti fili mi requiescēs accubuisti ut leo & quasi leena. Geñ. xlix. Nota ad predam ascendisti, scilicet arborem crucis ubi recepit totius mūdi dominium uniuersaliter. Specialiter autem omnes credentes sibi & obedientes. De hoc dicit ipsemet. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Iob. xij. Requiescēs accubuisti ut leo, quantum ad corpus in sepulchro & quasi leena quātum ad animā in limbo. Ideo Hiere. iij. Ascendit leo de cubili suo & predo gentium se leuauit. de hoc iiij. parte. q. liij. &. iij. scrip. dist. xxj. Sextū signum dicitur uirgo. Ratio ut. s. In hoc signo stat sol in sexto mense. In hoc signo fuit sol iusticie Christus deus noster in sua gloriosa ascensione quando fuit in ecclesia triumphante, que dicitur uirgo purissima. Dic quomodo est duplex ecclesia, scilicet militās, que est presens in qua militamus contra mundum, contra carnem, & contra demones, & contra malas inclinationes. Alia est ecclesia triumphans, scilicet illorum qui habuerunt hic uictoriam de mundo, & carne, & diabolo. & differunt, quia in presenti ecclesia militante multe sunt corruptiones ex defectibus tam in religiosis quam in clericis & laicis. Dauid dicit, Corrupti sunt & abominabiles fa-

cti sunt, nō est qui faciat bonum, scilicet pnīam, non est usq; ad unum, scilicet de adultis. Isto respectu pūs eccīa militās non potest proprie dici uirgo, quia uirgo est que nunquā nec mente nec corpore fuit corrupta, sed ecclesia triūphās nullam habet corruptionem, nec maculam nec defectum alicuius peccati. ideo dicitur uirgo purissima, de qua dicit apostolus. Despondi enim uos uni uiro uirginem castā. ij. ad Corin. xj. In hac uirgine fuit Christus in die ascensionis quando recessit de ecclesia militāte, & intrauit ecclesiam triumphantem. Et fuit cōpleta prophetia Esa. lxij. Habitabit iuuenis cum uirgine & habitabunt in te filij tui. Iuuenis est Christus qui surrexit in etate. xxx. annorum. qui habitabit cū uirgine, scilicet sine corruptione. De ascensione eius uide Sanctū. Tho. iij. parte. q. lvij. &. iij. scrip. dis. xxij. Septimū signum dicitur libra ratione predicta, quia stellis lineatio remanet signū de libra. In hoc signo fuit sol iustitie xps deus noster in septimo statu mūdi. scilicet in psecutione sanctorū martyrū qñ imperiū Romanorū q dominabāt toti mūdo psequebāt xpianos, quia male pōderabāt articulos fidei & legem xpi. Quādo beati apostoli Petr⁹ & Paulus inceperūt predicare Rome, q de⁹ unus q est primum principiū, & prima causa erāt tres psone realiter distincte. Romani hoc pōderātes dicebāt uideamus qui sunt isti qui hoc dicūt, quia piscatores. deinde uideamus quid dicunt philosophi. Philosophi dicūt q primū principiū est impartibile, & uerū dicūt, sed cū hoc stat q tres sunt psone diuine, & qa male ponderāt, ideo ipsos occidebāt. Idem quando predicabāt de incarnatione filij dei in qua deus factus fuit homo. Sed philosophi dicebāt q finiti ad infinitū nulla est proportio. uerū est equalitatis, sed tñ est causalitatis, pportio, quia infinitū est causa finiti. Idem quādo predicabant de Christi resurrectiōe, que fuit ualde difficilis ad credendum philosophis dicētibus quod a pura priuatione non est regressus ad habitū. uerū est naturaliter, imo est regressus ad habitū supernaturaliter. Idem qū predicabant de sacramento altaris dicētibus philosophis, q locus & locatum debēt ꝓportionari seu adequari, nō intelligētes posse diuinū q intra tunicam auellane posset totū mūdū concludere, iō male pōderabāt. Hec statera fuit ostē sa beato Ioanni euangeliste, ideo dicit, Vidi & ecce equus niger, & qui sedebat sup eū habebat stateram in manu sua. Apoca. vj. Equus niger figurabat iperiū Romanorū nigrum ex errore infidelitatis. Miles qui sedebat super eū erat imperator. s. Nero & ceteri mali imperatores. De hoc uide de regno & rege ad regem Cypri. lib. iij. Octauū signū dicitur scorpio, rōne predicta, in hoc signo fuit sol iustitie tpe hereticorū qñ cessauit persecutio martyrū tpe Siluestri p conuersiōnem impatoris Cōstātini, tunc uenit psecutio hereticorū. s. malorū xpianorum q ad instar scorpionū ibāt capite inclinato humiliter & simpliciter, sed eleuabāt caudā uenenatam mordēdo seminando errores & falsas opiniones p mundum, corrūpētes & destruētes fidem catholicā in cordibus gentiū, & duraut bñ. ccc. annis. Et fuit cōpleta prophetia beati Iohannis apostoli di. De fumo putei exierūt locuste in terram & data est illis ptās sicut habēt ptātem scorpiōes terre. Apoca. ix. Fumus putei infernalis sunt tentationes fidei quas dant heretici qui dicūtur locuste que uolare uidentur per simulatam denotionem quam ostēdunt. Nota hic de illo epo hereticorum disputāte cum magno Vincentio, asserente, q uera ecclesia esset apud ipsos & nō apud nos, qñ ecclesia Christi fundata in paupertate & humilitate quas ipsi tenent, solum ideo &c. Rñsio scientialis est, qa ibi est fallacia figure dictionis, quia mutatur quid in quale. A simili. uxor regis q prius erat pauper & humilis, nigra, post efficitur dives, superba, & alba. ergo nō erit uxor regis. non ualet ista cōsequentia, quia mutatur quid in quale, quia ex hoc non deficit esse uxor regis. idem de

ecclesia. Nota de hoc pulchre in quolibeto. xij. q. xix. qūo est una ecclesia ueritate fidei & scōrum autoritate & ꝓfessiōe, licet sit aliud tps eccīe nūc quā tpe apl̄orū uel status eius. Nonū signū dicit sagittari⁹ rōne pdicta. hoc signū figurat nouū statū huius mūdi. scilicet tps sctōrum doctorū & pdicatorū. s. Gregorij, Augustini, qa qlibet uerus & bon⁹ pdicator est balistari⁹. cui⁹ balista est pdicatio, arc⁹ est uita aspera reflexa p penitētiā. chorda recta ē doctrina sctā & determinatio eccīe, sagitte sunt autoritates, rōnes & similitudines q uulnerāt corda pctōrum, qñ superbus & tan⁹ ex aliqua bona predicatione humiliatur & recipit bonū propositū, talis uulneratus est in corde, idē de alijs Dauid. Sagitte potētis acute. Nota potētis. i. predicatoris q debet esse potēs p bonam uitā & sanā doctrinā. Acute, quia pōt uulnerare reges, principes & barones, ciuitates & cōitates, tunc sol. i. Christ⁹ fuit in sagittario. De hoc prophetia. Apoc. vj. Vidi & ecce equus albus, & qui sedebat super eū habebat arcum, & data est ei corona. Nota equus albus significat castitatē & puritatē predicatoris, cui datur corona singularis in paradiso ratione predicationis. Rō quia sicut miles cui rex cōmisit castrū in terra inimicorū lucratur coronā si ipsum bene custodit & fideliter, singularem tñ coronā meretur miles qui nō solū custodit castrū sibi cōmissum fideliter, imo scaramussando & bellando acq rit regi multa alia castra inimicorū. Ita in proposito deus cōmisit cuilibet nostrum castrum proprij corporis positum inter inimicos ut ipsum custodiam⁹ fideliter, & ex hoc meremur coronam in paradiso, sed singularem coronā meret pdicator q fideliter custodit castrū proprij corpis regi xpo & ipsum prudenter gubernat, & ultra hoc predicādo acquirit xpo multa castra. i. pctōres qui sunt castra diaboli. de premio & aureola doctorū & predicatorū in. iiij. scrip. di. xlix. & q. v. & dist. xxxiij. q. iij. ar. iij. Decimū signū dicitur capricornus, rōne ut. s. hoc figurat illū statum in quo sumus modo, qm populus xpianus cōsueuit esse uni⁹ cornu ex unico papa, sicut unicornis cornu unicum. s. xpi uicarium. mō aūt habet tria cornua. i. tres papas, consilium Constantie. s. añ. Nota de bestia quā uidit daniel. c. vij. que habebat cornua. x. inter q exiuit cornu paruulum &c. super que dicūt omnes glose ordinarie, & docto. qd⁷ ista quarta bestia figurabat imperiū Romanum quādo iam est diuisum in. x. partes. nec potest intelligi de diuisione dominij tēporalis, quia iam diu perditum est. sed intelligitur de diuisiōe dominij ecclesiastici quod iām nunc diuisum est in decem partes siue diuisiones.

Prima est Indorū sub pbro Ioanne.

Secunda est Asiriorum sub Aquino quodam tyranno.

Tertia est Africanorum sub Machometo.

Quarta est Grecorum sub imperatore Constantino.

Quinta est Armeniorum sub eorum rege.

Sexta est Georgianorū sub quodam pseudo propheta.

Septima est xpianorum documenta sub quodam heresiarcha.

Octaua est Italicorum sub Bartholomeo Barensi.

Nona est Gallicorū sub Petro de candia.

Decima ꝑs pars populi catholici est Hyspanorum sub domino Benedicto nostro uicario Iesu Christi.

Iste decem diuisiones simul iā stant, ita q possumus dicere. In fortitudine nīa assumpsim⁹ nobis cornua. Amos. vj. de scismaticis. ij. ij. q. xxxix. per totū. & ibidem ar. j. ad. iiij. Scismatici proprie dicūtur qui ꝓpria ptāte & intentiōe sepant se ab unitate eccleſie renuentes subesse pape & cōmunicare mēbris eccleſie. Vndecimū est aquarius eadē rōne, & figurat. xj. statū mūdi hui⁹ futurū post mortē antixpi, qa tūc sol iustitie erit i aquario: qa tūc oēs gñatiōes infideliū baptizabunt. O qualis pressura erit ad baptis-

mũ nõ sufficiẽt clerici, nec cõpatres, nec cõmatres, nec patrini & matrine, tũc cõplebitur ꝓphetia Ezec. xxxvj. Tollã qppe uos de gẽtibus, & cõgregabo uos de uniuersis terris, & adducã uos in terram uestrã. s. ecclesiã militãtẽ, & effundã sup uos aquã mũdã, & mũdabimini ab oĩb⁹ inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris mũdabo uos. Duodecimũ & ultimũ signũ dicitur pisces eadẽ rõe. Et signat duodecimũ statũ huius mundi futurũ. s. finẽ mũdi, & diẽ iudicij, qa tunc sol iustitie. s. Christus erit in piscib⁹, quãdo ad instar piscatorũ qui extrahũt sagenã de mari, & eligũt bonos pisces, & malos proijciũt. Sic modo ecclesia militãs que est sagena cõtinens bonos pisces, & malos, scilicet Christianos trahitur cõtinue, & in die iudicij erit usq; ad litt⁹, tũc eligẽtur boni pisces, scilicet persone de uote humiles penitẽtes, & ibũt ad gaudiũ paradisi, mali aut pisces, id est, xpani mali indeuoti, impenitentes ibunt in ignẽ inferni eternũ. De hoc ad literã dicit xps, Simile est regnũ celorũ. glo. ecclesia militãs sagene misse in mari, & ex omni genere pisciũ cõgregati, quã cum impleta esset educẽtes, & secus littus sedẽtes elegerũt bonos in uasa sua, malos autẽ foras miserũt, sic erit in cõsummatione seculi, exibũt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittẽt eos in caminũ ignis, ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Ma. xiij. Modo scitis totũ statum mũdi, & prouidentiã diuinã, & gubernationẽ mundi. ecce quare dicit thema, erũt signa in sole. Si autem uolumus loq de effectibus, dicitur erit sol in signis. Si autẽ uolum⁹ loqui de causa dicemus, Erunt signa in sole. Et iuxta istum modum predicaui ego. Et sic patet quod finis mundi est prope. Patet Sermo.

De eadem dominica. Sermo tertius.

ERunt signa in sole, & luna & stellis. Luce xxj. Sermo noster erit de sancto Euangelio hodier. ꝙ totũ est doctrina, & istructio Iesu xpi, auisando nos de magnis malis, & tribulationibus uẽturis in finẽ mũdi, & de signis q̃ erũt ante eius aduẽtũ ad iudiciũ. Credo ꝙ erit materia nobis utilis &c. Erũt signa &c. Pro hui⁹ uerbi declaratiõe, & materie ꝑdicãde introductiõe sciẽdũ, secũdũ quod inuenif in scriptura diuina, & patet experiẽtia sensuali, qñ aliqua magna, & grauis tribulatio est in hũc mũdũ uẽtura, cõiter ostẽdũt aliqua signa ꝓnũciatiua in celo, uel in aere, & hoc fit ex mia dei, ut scilicet gẽtes ꝓuidẽtes p signa tribulationẽ futurã, p orationes, & bona opera sententiã dei cõtra illos in curia celesti datã reuocare obtineãt in curia mie, uel saltẽ p penitẽtiã, & uite emendationẽ, se ꝓparent cõtra uenturã tribulationẽ, ideo cõmuniter ante mortalitates solent apparere congressus, & ante fames terremot⁹, & ante terrarũ uastationes terribiles uisiones. Dicãt hic signa terribilia postẽsa ludeis per multũ tẽpus ante desolationẽ ciuitatis Ierusalẽ, & tẽpli. Cõtigit autem p uniuersam Hierosolimorũ ciuitatem uideri diebus. xl. per aera equites discurrentes auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorũ p ordines digestos, & cõgressiões fieri cõminus, & scutorũ motus, & galeatorũ multitudinẽ gladijs districtis, & telorũ iactus, & aureorũ armorũ splẽdorem omnisq; gñis loricarũ, quapropter oẽs rogabãt mõstra in bonum cõuerti, post hoc Antiochus interfecit populũ, & depdatus fuit tẽplũ. ij. Mac. v. Ideo Exo. vij. Ego multiplicabo signa, & ostẽta mea in terra. Modo tres magne, & oĩm grauissi me tribulatiões sunt in breui in hoc mũdo uẽture terribiles. Prima erit tribulatio antichristi hominis diabolici. Secũda erit cõflagratio mũdi terrenalis. Tertia erit tribulatio iudicij uniuersalis. Et ĩ his tribulationib⁹ finietur iste mũdus, ergo secundũ regulã diuine prouidẽtie prius declaratã ante hec erũt signa prenũciantia in celo, in sole & luna & stellis, ut dicit nostrũ thema ad literã, patet thema.

Prima tribulatio in breui grauissima in hoc mũdo uẽtura erit tribulatio antichristi

christi hoĩs diabolici qui tribulabit totũ mundũ que subtiliter tangitur in principio Euang. cũ dicitur. Erũt signa in sole luna & stellis, & in terris pressura gentiũ pre cõfusione sonitus maris, & fluctuũ. In hoc textu sunt quatuor clausule in quibus tangũtur quatuor modi, quos tenebit antichristus ad decipiendũ Christianos. Prima clausula est ibi. Erũt signa in sole. Sciẽ. ꝙ in sacra scriptura Christ⁹ dicitur sol, ratio, qa uos uidetis ad oculũ ꝙ de pulchrioribus creaturis corporalibus a deo creatis est sol, in quo sunt tres litere. s. o. l. id est sol, super omnia luẽs, secundũ etimologiã, sic Christus est pulchrior omnibus sanctis, & lucet sup oẽs in claritate glorie, nõ solũ inquantũ de⁹, sed etiã inquãtũ homo. Et sicut oẽs stelle recipiũt claritatẽ a sole, & ipse eã a nullo recipit, sic omnes sancti recipiũt a Christo claritatẽ glorie, sanctitatẽ uirtutẽ, sapiẽtiã & intelligentiã, & influentiã, ecce ratio quare xps dicitur sol, & nomine solis ꝓmisit ipsum deus pater mittere in mũdo. di. Vobis timentibus nomẽ meũ orietur sol iustitie. nõ dicit sol nature. Mat. iiij. Itẽ ecclesia dicit in laudẽ uirginis Marie. Felix nãquã es sacra uirgo Maria, & omni lau. dig. quia exte or. est sol iu. Christus deus noster. Dicit ergo prima clausula quod tẽpore antichristi erũt signa in sole, i. in xpo. que autem erũt ista declarat Mat. di. sol obscurabif nõ in se, sicut nec sol nature obscurat in se, sed ex interpositiõe uaporũ, & nubiũ uidetur nobis obscurari, sic tẽpore antichristi sol iustitie obscurabitur ex interpositione bonorũ diuitiarũ tẽporalium q̃ dabit antichrist⁹ intãtũ ꝙ claritas fidei Iesu Christi, & bone uite non lucebit in Christianis, qñ dñi tẽporales, reges, & principes &c. ne amittant dñium statim erũt cũ antichristo. Idẽ ꝓlati ne amittant dignitates, religiosi & presbiteri, ut habeãt honores, & diuitias dimittẽt fidem Christi, & adherebũt antixpo q erit uer⁹ homo, sed ita superbus ꝙ nõ solũ debet uelle habere dñiũ uniuersale totius mũdi, sed etiã dicetur deus, & faciet se adorari, ut deũ. Autoritas. reuelabitur, ut homo peccati filius perditionis qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colif, ita ut in tẽplo dei sedeat ostendẽs se tanquã sit deus. ij. ad Thes. ij. uide ibidẽ in postilla pulcherrima S. Tho. Sed qualiter ad hoc perueniet, dic qũo antixps mĩsterio demonũ habebit omne aurũ, & argẽtum terre, & maris, & margaritas, & lapides ꝑciosos mundi. Autoritas. Dñabif thesaurorũ auri, & argẽti. & in omnibus preciosis Egypti, id est mũdi. Dan. xj. in fine. Cũ his cõgregabit oẽs gẽtes armorũ mũdi ad pugnandũ cõtra oẽs sibi cõtrarios. Autor. Seducet gentes q̃ sunt super quatuor angulos terre Gog, & Magog, cõgregabit eas ad preliũ, quorum numerus est, sicut arena maris. apo. xx. Nota seducet gẽtes s. auro, & argento, & honoribus Gog, id est tectũ, & Magog, id est detectũ, qa tãtecti q̃ detecti, id est occulte mali, & manifeste erũt cũ eo, tũc domini tẽporales & prelati ecclesiastici timore perdẽdi regnũ, uel prelationẽ statim erũt cũ eo, qa nullus erit rex, nec eps nisi quos ipse uolet. Ceteri autẽ, ut religiosi, & pbri, & laici, ut habeãt &c. statim erunt cũ eo, tunc erũt signa in sole, scilicet iusticie, qa obscurabitur in corde Christianorũ ꝙ non dabit claritatẽ fidei, cessãbit ꝑdicatio melioris uite ex interpositione uaporũ, & nubiũ, id est bonorũ temporaliũ. Autoritas. Multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatẽ in multis, & terrã diuidet gratuito, id est, ad suũ placitũ. Dan. xj. Questio quare deus permittet istũ errorẽ in Christianitate, cũ sit deus, & homo potẽtissimus &c. Respõsio p quandã regulã theologie q̃ dicit, p que quis peccat per hec & torquet. Sap. xj. Per que peccãt gẽtes hodie in hoc mũdo cõtra deũ, ꝓpter honores habẽdos, diuitias, & dignitates &c. ideo ꝓmittet deus ꝙ tũc decipiãtur ab antixpo honorib⁹ diuitijs &c. Si ergo tũc nõ uultis decipi, modo in cordibus uestris cõtẽnatis, & dispiciatis bona terrenalia, honores &c. & appetatis bona celestia, cogitando ꝙ bona huius mundi

sunt

sunt trāsitoria, & uana, & celestia seu spiritualia eterna, & sic eritis fortes. hoc cō silū dat beatus Ioannes. Nolite diligere mundū neq; q̄ in mundo sunt, quoniam trāsit mūdus, & cōcupiscētia eius. j. Io. ij. Secūda clausula dicit, erūt signa in luna. Sciēdū q̄ ī sacra scriptura luna significat sanctā matrē ecclesiā uniuersalē, seu uniuersitatē Christianorū, quia q̄ homo dicit ecclesiā, nō loquit homo de lapidib⁹, & parietib⁹, sed de cōgregatione fideliū q̄ dicitur ecclesia, & eccha significat per lunā, & quinq; status in q̄bus fuit ad instar lune, q̄ primo est noua, secūdo crescēs, tertio est plena, quarto est minuta, quīto est girata seu uersa, talē cursum facit ecclesia Christianorū. primo fuit noua. s. tēpore Christi, & sicut q̄ luna est noua, uī primo quasi filū cornutū. & habēs cornua, & sequit solē, sic ecclesia tēpore xp̄i primo habēs duo cornua, id est duos apostolos solū. s. Andreā & Petrū q̄ sequebātur xp̄m. Secundo fuit crescēs q̄ Christ⁹ habuit. xij. apostolos. & lxxij. discipulos, dinde fuerūt. cxx. deinde tria milia &c. Tertio fuit plena, qa in oī parte mūdi, regno, & ꝓuincia fides xp̄i fuit recepta. Dauid, In omnē terrā exiuit sonus eorū &c. Quarto fuit minuta, qa ne scierūt seruare quod sctī apli lucrati fuerūt. prīo fuit minuta p totā Indiā per illū q̄ dicitur ꝑbf Ioānes, secūdo Asyriorū p unū tyrānū. Tertio Africanorū p machometū. Quarto Grecorū cū imperatore Cōstātino. Quinto Armeniorū cū eorū rege. Sexto Georgianorū cū quodā pseudo ꝓpheta. Septio Christianorū documenta cū quodā hereśiarcha. Octauo Italicorū cū Bartholomeo barēsi. Nono Galici cū Petro de cādia. Quinto modo est girata seu uersa, qa modo iā nō est in illo statu ecclesia in quo xp̄s eam fundauit. Ecclesiā Christus fundauit in magna humilitate, & paupertate, modo iā totū uersum in superbiā, pompā, & uanitatē, ut patet in quolibet statu. de mīa, & libertalitate cōuersa est, in symoniā, usurā, rapinā &c. De castitate in luxuriā, immunditiā, & corruptionē. De claritate in inuidiā, & malignitatē. De tēperātia in gulā, & uoracitatē. De patiētia ī irā, & guerrā, & diuisiones. De diligētia in negligētiā, solū restat, ut eclipsetur quod fit per interpositionē terre inter ipsam, & solē, ut fit ī plenilunio. Autoritas, Peccata uestra diuiserunt inter me, & uos. Ecclesia eclipsabitur tēpore antichristi, ut luna, qa tūc luna, id est ecclesia nō dabit lumē suū. Mat. xxiiij. qa tūc nullū faciēt miraculū Christiani quātūcūq; sint sanctī, sed antichristus, & sui faciēt miracula, nō tamē uera, sed tantū apparentia, & falsa ad decipiēdū gētes. De quibus Io. Apo. xiij. di. q̄ faciēt ignē descēdere de celo. i. de sphera ignis, qa hoc potest facere diabolus deo nō impediēte, & ꝑmittēte, sicut fecit iā antiqtus ad cōburēdū oues Iob, ut habet ibid. j. ca. O quō gētes hic mirabūt, hic cadēt multi. Nō q̄ antixps faciet aliqua uera miracula quo ad naturā rei uirtute demonū, sed falsa quo ad rōem miraculi. de hoc j. q. cx. ar. iiij. Secūdo faciet loq imagines, & pueros umⁱ mēsis. dic p̄ctice quō iterrogabūt imagines, uī pueros, ut dicāt ỹitatē de illo dño q uenit nouissimus an sit saluator, & diabolus mouebit labia sua, & formabit uerba sic dicēdo q̄ ille est uer⁹ saluator mūdi, hic cadēt multi. Et luna. i. ecclesia nullū faciet miraculū. Si dicatur ab aliquo illa miracula nō sunt uera, sed suscitare mortuos, sicut fecit dūs Iesus xp̄s. Dic practice quō ficte suscitabūt mortuos patrem tuū, & matrē tuā &c. & dicent idē uos faciatis in nomine uestri Iesu Christi. Christiani nō poterūt facere. De his falsis, miracul⁹, & signis auisauit nos Christus. di. Surgēt pseudo Christi, & pseudo ꝓphete, id est filij Christianorū qui perdiderunt iam fidē ex donis antichristi, & dabūt signa magna, & prodigia, ut in errorē inducantur, si fieri potest etiā electi. Ecce predixi uobis. Matt. xiiij. Quomodo si dicat quare Christus permittet ista opera diaboli in destructionē Christianitatis? Respōsio iuxta regulā theologie per que quis peccat, per hec & torquetur. Sap. xj. Et quia gentes mundi operibus

ribus diaboli peccant cōtra deū, recurrēdo ad diuinos sortilegos cōtra deū ī necessitatibus suis, scilicet pro rebus perditis, pro filijs habendis, pro sanitate obtinenda, cum tamen deberent recurrere ad deum omnipotentē, ideo permittet deus, ut tunc operibus demonum decipiantur, qui ergo tunc noluerit decipi, ponat totā suam spem, & confidentiam in nomine Iesu Christi &c. & nolle miracula aliqua nisi fierēt in nomine Iesu, & sic eritis fortes. De hoc Dauid. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in uanitates, & insanias falsas. ps. xxix. Nomen domini est Iesus. Lu. ij. Vocatum est nomē eius Iesus. Dic practice quomodo debet poni super plagam deuote cum signo crucis. Antichristus assumet omnia alia nomina Christi, sed hoc nomen Iesus persequetur, ut dicunt pleriq; sancti. Ideo per oppositum hoc nomen Iesus debet a Christianis maxime honorari quādo nominatur in ecclesia inclinādo caput, ut patet extra lib. vj. c. decet &c. quia alias quodlibet nomen dei est honorandum septupliciter secūdum S. Tho. & Esa. lvj. quia scilicet est magnum ad timendū, sanctum ad uerandum, dulce ad meditādum, copiosum ad miserandum, efficax ad impetrādum, uirtuosum ad saluandū, & occultū ad sciēdum. Esa. xxx. dicit q̄ filius dei est nomē patris tripliciter, scilicet quod honoratur, inuocatur, & manifestatur, & iij. par. q. xxxvij. ar. ij. dicit quod in omnibus nominibus que ponuntur Esai. vij. viij. & ix. significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuū salutis, ergo & maxime honorandū. Tertia clausula dicit. Erunt signa in stellis. In sacra scriptura stelle clare lucentes dicuntur literati sicut magistri in theologia Doctores, & licentiati. Autoritas. Qui ad iustitiam erudiūt multos, quasi stelle in perpetuas eternitates. Dan. xij. in his stellis, id est literatis erūt signa tēpore antichristi, quia stelle cadent de celo, ut dicit Christus Matt. xxiiij. & hoc in tertio bello antichristi, scilicet disputationis. Tūc stelle, id est, literati cadent de celo, id est a ueritate fidei catholice. dic practicam disputationis nunciorum antichristi cū literatis erit solum de textu biblie ueteris testā. & literati nō poterunt respōdere, imo nec loqui. Tunc stelle, id est magistri cadēt de celo, id est, de altitudine fidei. Autorit. Et faciet iuxta uoluntatem suam rex scilicet antichristus, & eleuabitur, & magnificabitur contra omnē deū, & aduersus deū deorum loquetur magnifica, id est, insolubilia quantū ad homines. Dañ. xj. Questio, quare Christus permittit hoc q̄ illi qui habent defendere fidem cadent &c. Respōsio, quod hoc permittet Christus duplici ratione. Prima iuxta regulā theologie per que quis peccat &c. quia modo quasi nullus magister curat de Biblia, sed de poetis &c. Secunda ratio est dolorosa, & mala uita, & peccatis literatorum, quia ut in pluribus quanto sunt maioris scientie, tanto sunt peioris conscientie, uel sunt superbi, elati, ebriosi &c. Qui ergo potest ligare leonā, bene potest ligare ouē, si ergo diabolus iā mentes tenet ligatas literatorū ꝓpter eorū prauā uitā, qd mirū si tunc pōt ligare ouē. i. līguā ne possint loqui. Multo melius fuisset talib⁹ q̄ fuissent ignorātes, qa scīa inflat. j. ad Co. viij. ut patet in multis Doctorib⁹ in medicinis &c. si ergo multis esse fortes, teneatis consilū apli dicētis. Fides nra nō sit in sapientia hominū. s. fundata, sed in uirtute dei. j. ad Cor. ij. Rōnes, & argumēta bona sunt ad cōfortādū intelligētiā, sed nō ad firmandū credētiā. Amb. Tole argumēta, ubi fides querit. Quoniā fides est tenenda ex obediētia, qa Christus ipsam nūciauit, & apli ipsam predicauerūt, & sancta mater ecclesia ordinauit. Ideo credo dñe &c. Quarta clausula dicit. Et in terris pressura gentiū pre cōfusione sonitus maris, & fluctuū. Ecce hic tormēta antichristi que dabit, & in terris pressura gentiū pre cōfusione sonitus maris, & fluctuum, id est preconisationes quas faciēt tūc dūi qui iā erūt cū antixp̄o, qa null⁹ audebit Christū, nec uirginē Mariā noīare sub pena

mortis

mortis & fluctuũ.i.tormẽtorũ q̃ nunquã fuerũt ita terribilia sicut erũt illa q̃ anti christus dabit. De hoc iam auisauit nos xp̃s, erit tũc tribulatio magna qualis nõ fuit ab initio mundi usq; modo nec fiet, & nisi abbreuiati fuissent dies illi nõ fieret salua oĩs caro, sed ꝓpter electos abbreuiabunt dies illi. Mat. xxiij. No. breuiabunt. Apoc. xvij. cũ uenerit oportet illũ breue tps manere. dicũt doc. cõiter q̃ antixp̃s regnabit solũ trib⁹ annis cum dimidio qui faciũt dies mille ducentos & nonaginta. de hoc uide Dañ. xij. & Lyrã ibidẽ. Si dicat quare Deus permittet q̃ xp̃iani ita trucident &c. Rñdeo iuxta regulã theologie. Per q̃ quis peccat, per hec & punit. Quia modo gẽtes peccãt cõtra Deũ p guerras & diuisiones & blã dositates & scindũt se gladijs occidẽdo se mutuo. Ideo pmittet xp̃s q̃ tũc scindãtur & occidant ab antixpo si ergo tũc nõ uultis scindi mõ cũ omnib⁹ habeatis pacẽ & cõcordiã iuxta cõsiliũ ap̃li dicẽtis. Cũ omnib⁹ hominib⁹ pacẽ habete non uos defendẽtes charissimi. i. uindicãtes, sed date locũ ire. scriptũ est enim, Mihi uindictã, & ego retribuã dicit dñs. ad Ro. xij. & Deut. xxxij. Secũdũ malũ siue retributio erit cõflagratio mundi terrenalis que tangit in secũda pte Euãgelij. Arescentib⁹ hominib⁹ pre timore & expectatione q̃ supueniet uniuerso orbi, nã uirtutes celorũ mouebũt. Quia mor tuo antixpo a fulgure in mõte oliueti, & diuulgata ei⁹ morte p mundũ, mundus iste solũ durabit. xlv. diebus. Non dico annis, sed. xlv. diebus, ut clare inueni tur Dañ. xij. A tpe quousq; ablatum fuerit iuge sacrificium & posita fuerit abominatio in desolationem dies mille du centi nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit usque ad dies mille. cccxxxv. Dicunt hic sancti doct. q̃ illos. xlv. dies dabit Deus ad cõuersionem & penitentiam his qui per antixp̃m fuerint seducti, sed tot erũt diuitie & delitie ab antichristo dimisse q̃ licet gentes conuertẽtur ad fidem Christi, nõ em̃ est alius saluator nisi xp̃s, nõ tũ conuertentur ad bonam uitã. Tũc in quatuor partibus mundi scilicet in oriẽte, occidente, aquilone & meridie uirtute diuina accendetur ignis. dic modũ, & totũ mũdũ inflãmabit succesiue & nihil elemẽtatũ remanebit in mũdo. Tunc q̃n gẽtes sentient tumultũ ignis & uidebũt fulgura ab ipo ꝓcedẽtia & currẽtia & discurrentia &c. Arescẽtibus hominib⁹ pre timore. s. illi⁹ ignis & expectatione scilicet dãnationis eterne &c. De hoc dicit ap̃s. Terribilis nãq; est expectatio iudicij & ignis emulatio que consumptura est aduersarios ad Heb. x. Nã uirtutes celorũ mouebũtur. Hoc dicitur ad innuẽdũ q̃ ille ignis nõ ueniet naturaliter, ut aliqui false opinantur dicendo q̃. xl. annos ante non pluet &c. Sed ille ignis ueniet rigore diuine iustitie & ministerio angelorũ q̃d ostenditur ibi, nam uirtutes celorũ mouebuntur. Et ille ignis descendet ad purgandum alia tria elementa que ex peccatis hominum sunt infecta & corrupta. De illo dicit Dauid. Ignis ante ipsum precedet & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terre, uidit & commota est terra. Mõtes sicut cera fluxerunt a facie domini, a facie domini omnis terra. ps. xcvj. Nota inimicos eius. Dic quomodo peccatores sunt inimici Christi. Sed quare dicit q̃ inflammabit inimicos cum tam boni quã mali morientur in illo igni. Ratio quia boni & amici Dei morientur in illo igne, sed sine pena & dolore, sed mali & inimici morientur cum maxima pena & dolore. Ideo solũ nominat inimicos xp̃i. Not. pulchre de hoc. iiij. script. dist. xlvij. ar. vj. q. ij. &. iij. &. j. q̃ ignis ille finalis cõflagrationis q̃tum ad hoc q̃ iudicium precedet, aget ut instrumentum diuine iustitie, & iterum per uirtutem naturalem ignis quantum pertineat ad uirtutem naturalem ipsius simul aget in bonos & malos qui uiui reperientur utrorumque corpora in cinerem resoluendo. inquantum uero aget ut instrumentum diuine iustitie diuersimode aget in diuersos quãtũ ad sensum pene.

Mali

Mali enim per actionẽ ignis cruciabuntur. boni uero in quibus nihil purgandũ inuenietur, omnino nullũ dolorẽ sentient, sicut nec pueri senserunt in camino. Dañ. iij. q̃uis eorũ corpora non seruãtur integra sicut puerorũ seruata fuerũt, & hoc diuina uirtute fieri põt ut sine doloris cruciatu resolutione corporis patiant. boni uero in quibus aliquid purgandum reperietur, sentient cruciatum doloris ex illo igne plus uel minus pro meritorũ diuersitate, & illi subito purgari poterũt ꝓpter tres causas. Vna est quia pauca purganda in eis inueniẽtur cum terroribus & persecutionib⁹ ꝓcedentibus fuerint purgati. Secũda est qa uiui & uoluntarij sustinebunt penam. Pena autẽ in hac uita uolũtarie susceptа multo plus purgat q̃ pena post mortem inflicta, ut patet in martyribus, quod si quid pergandũ in eis inuenitur passionis falce tollitur. ut Aug. dicit, cũ tñ pena martyrũ breuis fuerit in cõparatione ad penam que in purgatorio sustinetur. Tertia est quia calor ille recuperabit in intensione q̃tũ amittit in tẽporis abbreuiatione. Sed q̃tum ad actum quem post iudicium ignis ille habebit in dãnatos tantum aget, quia omnes boni habebũt corpora impassibilia. Moraliter nota hic contra illos qui nolunt facere penitẽtiam. modo quot dñi tẽporales, quot prelati ecclesiastici &c. tunc uellent facere q̃ uidebunt ignem, sed nihil ualebit, quia non charitate sed timore seruili fiet. Dic pratice de quolibet statu, ideo modo faciatis penitentiam, remittatis iniurias, restituatis ablata, seruate religionem uestrã, cõsiteamini, clerici ematis breuiaria. Quoniã si essetis certi q̃ ista uilla deberet in breui cõburi, quid faceretis? nunquid mutaretis omnia bona uestra, sic est de mundo isto in breui comburendo. Ideo mittatis corda uestra in celum, & os loquendo de Deo cũ reuerentia & opera bona faciendo. Hoc consilium est Christi di. Nolite thesauri zare thesauros in terram, ubi erugo & tinea demolitur. & ubi fures effodiunt & furantur. Mat. vj. Nota ubi erugo & tinea. i. antixp̃s & ignis deuorabunt omnia. Tertium malũ erit tribulatio iudicij uniuersalis, que tangit in tertia parte euangelij ibi. Tunc uidebũt filiũ hominis ueniẽtẽ in nube cũ potestate magna & maiestate. Dic practice qũo post mundi conflagrationẽ xp̃s dñs iudex cũ uirgine Maria & cũ omnibus angelis & sanctis descendet ad faciendum iudicium sedens in throno in aere, & archangelus Michael clamabit uoce magna dicens, Surgite mortui, uenite ad iudiciũ. Tũc subito uirtute diuina resurgent omnes mortui tam boni q̃ mali, etiam pueri resurgent adulti, & omnes congregabunt ad iudicium, etiã illi qui mortui fuerũt in utero matris, ut dicit S. Tho. ad accusandum illos quorũ culpa mortui sunt sine baptismo, & omnes resurgẽt in etate. xxx. annorum ut supra patuit in primo sermone prime dñice aduentus. De isto iudicio uniuersali dicit ipsemet Christus. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue & congregabuntur ante eum omnes gentes & segregabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hedis, & statuet oues quidem a dextris eius, hedos autem a sinistris. Mat. xxv. Athanasius. Ad cuius aduentum oẽs homines habẽt resurgere cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem. & qui bona egerũt, ibunt in uitam eternã qui uero mala egerunt in ignẽ eternũ. Dic que sunt oues & qui sũt hedi. & quo modo dicet Christus his qui erũt a dextris. Venite benedicti patris mei &c. Hedis autem qui erunt a sinistris dicet. Discedite a me maledicti &c. & ibunt hi. s. mali in supplicium eternum. iusti autẽ in uitam eternam. Mat. xxv. Et de cetero nullus habitabit in isto mundo, quia habito fine cessant ea que sunt ad finem, & habito termino cessat motus. Ideo ecclesia in persona cuiuslibet Christiani dicit orãdo, Libera me domine de morte eterna in die illa tremẽda quando ce

li mouendi sunt & terra &c. Deo gras.

De eadem dominica. Sermo.iiij.



Runt signa in Sole & Luna & Stellis. Luc.xxj. Euãge.hodiernum nõ declarat que signa erũt ista, sed Ioanes cui xps reuelauit declarat ista signa. Apoc. vj.di.Ecce terremotus magnus factus est,& Sol factus est niger tanquã saccus cilicinus,& Luna tota facta est sicut sanguis,& stelle ceciderunt de celo super terrã, sicut ficus emittit grossos suos cũ a uento magno mouetur,& celum recessit sicut liber inuolutus. In his quinque clausulis ponit b.Io.signa terribilia que erunt tẽpore antixpi,de quibus dicit thema propositum. Erunt signa in sole &c. Prima clausula dicit ecce terremotus factus est magnus.Ecce hic subiugatio humanalis, quia ille maledictus antichristus subiugabit omnem terram diuersis modis. Ideo dicit. Ecce terremotus factus est magnus.Et loquitur de futuro ac si iam fuisset preteritum propter certitudinẽ prophetie,quia sicut preteritũ non potest esse non preteritum,sic istud impossibile est nõ euenire. Antixps subiugabit sibi oẽs generationes mundi.Primo Iudeos quos decipiet di. q ipse est messias promissus in lege,& recipiet circumcisionem,& statim Iudei sequentur eum dicendo, Viuat uiuat, iste est noster messias,quia sicut cecus postq̃ amisit bordonem seu ductorem suum, nihil afferre per se potest.sic populus iudaicus postq̃ amisit bordonem suũ,id est Christũ messiam uerum ipsum negando. de quo tamen dicit Deus pater, Ecce testẽ populis dedi eũ ducem ac preceptorẽ gentibus.Esa.lv.Nota testẽ. scilicet de secretis fidei,ducem ac preceptorem quia cepit Iesus facere & docere. Act.j. Et Iudei habebant ipsum in manibus, quia inter ipsos fuit natus,nutritus & conuersatus. Sed amiserunt eum eorum culpa & non Christi dicentes coram Pilato. Non habemus regem nisi cesarem. Ideo modo recipiunt ut ceci omnes quotquot ueniunt,ut patet de Barcosina quem receperunt ut messiam,& regnauit.xxx.annis.idem de Bencosina incantatore.idẽ de diabolo in insula Candie,ut patet in historia ad uincula sancti Petri. Idem de Tabellano. Autoritas. Ambuiabũt ut ceci,quia dño peccauerunt. Sopho.j.Ideo tunc statim recipient antixpm qui fraudulẽtijs & cooperto modo recipiet circunciſionem & seruabit sabbatũ & alias cerimonias.propter hoc dicitur gog.h coopertus.Ezech.xxxviij.Factus est sermo domini ad me di.Fili hominis,id est Ade pone faciẽ tuam contra gog. Tunc Iudei ut reprobati istum recipient. De hoc dicit Christus Iudeis, Ego ueni in nomine patris mei & non accepistis me, si uero quis alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Io.v. Secundo subiugabit sibi omnes agarenos,tureos & inndeles non cooperte sed discooperte & per uiolẽtiam per homines armorum, quia dicit scriptura q̃ erit dñs omnium thesaurorũ auri & argenti & margaritarum que sunt & fuerunt in uenis terre siue in mari.Dañ.xj.Et omnia ista habebit ministerio demonũ Deo permittente. Secus modo,quia diabolus non potest dare obolum, quia Deus modo non permittit, sed tunc permittet propter peccata hominum,& faciet preconizationẽ q̃ dabit cuilibet homini armorum mille flore. pro mense, ut faciant guerram contra infideles, & statim omnes gẽtes de Francia de Italia &c.erunt cum eo,& cum istis subiugabit sibi omnes infideles,discooperto modo, & propter hoc dicitur alio nomine magog,idest discoopertus. non credatis q̃ gog & magog sunt ille decẽ tribus que sunt ultra montes caspios,de quibus loquuntur doctores opinatiue sed nõ determinatiue,sed ille gog & magog est antichristus. de quo Ezechie.xxxviij. Fili hominis pone faciem tuã cõtra gog & magog & terrã. idest contra gentes terrenas &c. Tertio subiugabit sibi xpianos qui sibi facient maiorem resistentiam quam infideles, eo q̃ sunt iam aduisati per scripturam sacram

sacram & per predicatores, & propter hoc dicit antixps ab anti q̃ est contra & Christus, idest q̃ est cõtra xpm.i.xpianos,de isto noie dicit beatus Ioanes.Filioli mei nouissima hora est & sicut audiuistis antixps uenit.j. Io.ij. Ecce quomodo subiugabit sibi totum mũdum.de hoc ad literã dicit Daniel ut exponit ab oĩbus doctorib⁹. Ingredief terras & conteret & pertransiet & intrabit in terrã gloriosam,& multe gentes corruẽt. He autẽ sole saluabũtur de manu eius Edõ & Moab & principes filiorũ Ammon. Dañ.xj.No.ingredietur terras. s. infideliũ &c.& cõteret & pertrãsiet &c. & introibit in gloriam.s.xpianitatis.Et multe.s.gentes xpiane corruẽt,sed non oẽs. he autẽ sole saluabunt.Edom qd⁹ interpretat sanguinea,quia gentes sanguinee saluabũtur, scilicet ille q̃ potius eligent mori, q̃ abnegare Christũ.& Moab qd⁹ interpretat de patre uel ex patre.Ecce hic innocentes qui nõ negabunt fidem xpi. Et principes filiorum Ammon, qd⁹ interpretat populus meroris.ecce hic pe nitẽtes oẽs isti saluabuntur principes & principaliter pniam faciẽtes. Ecce quare dicit prima clausula, terremotus factus est magn⁹.O qualis terremotus erit q̃ oẽs reges principes & dñi terrarum erunt sibi subditi. Et amotis armis & signis xpi ponent arma & signa antixpi & fient preconizationes,ordinationes & leges ex parte antixpi, & omnes erũt cõtra Iesum xpm. Secũda clausula dicit q̃ sol factus est niger tanq̃ saccus cilicinus, quia ex falsis miraculis antixpi & suorũ discipulorũ xpiani perdẽt fidẽ. Isto modo sol iustitie fiet niger in cordib⁹ xpianorum,& tanq̃ saccus cilicinus. quia nõ retinebũt aquã baptismalẽ,immo negabunt fidẽ xpi.& sicut ciliciũ est asperũ & durũ,sic tũc fides xpiana uidebit aspera & dura confitentibus eam. Ad practicam de falsis & apparentibus miraculis antixpi dicit beatus Ioannes apostolus Apo. xiij. q̃ faciet descendere ignem de celo,& faciet loqui imagines uirtute diabolica. Tunc dicent gentes.Et nunquid uidistis tam magnũ miraculum. Ista debet esse ueritas q̃ iste est saluator mundi,& sic denigrabit xps in cordib⁹ xpianorũ,si dicatur eis faciatis miracula que fecit xps,suscitate mortuos &c.Dic practice quõ facient hec uirtute diabolica ad decipiẽdũ gẽtes. Ecce quõ sol factus est niger, nõ in se, sed in suis xpianis sic deceptis qui perdent fidẽ. Ideo Christus auisando nos dicit. Surgẽt pseudoxpi & pseudoprophete & dabũt signa magna & prodigia,ita ut in errorem inducant si fieri potest etiã electi.Ecce predixi uobis. Mat. xxiiij. Tertia clausula dicit.Et luna facta est tota sicut sanguis. ecce hic tormẽta que dabit antixps. quũ erũt multe sancte persone q̃ nõ credẽt illis falsis miraculis,imo stabunt fortes in fide xpi. Cõtra istos dicet antixps,& sui morian. & dabũt illis talia tormẽta q̃ tormenta primorũ martyrũ,scilicet Bartholomei, Vincẽtij,Katharine &c.nihil fuerunt respectu istorũ,quia durabũt per annũ uel plus scindẽdo mẽbra corporis per articulos &c.Secundũ tormẽtũ erit cordis quando corã parentibus recipiẽt filium per pedes dicẽdo quis uiuet xps an antixps,si dicit uiuat iste dñs,erit damnatus. si dicit uiuat Christus,coram te occidet filium tuum qui erit martyr Christi. De hoc auisando nos dicit Christus,Erit tũc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet, & nisi abbreuiati fuissent dies illi,non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Matth.xxiiij. & antichristus solum regnabit tribus annis cum dimidio. Daniel.xij.& Apocap. xvij. Cum uenerit, scilicet antichristus oportet illum breue tempus manere. Quarta clausula dicit,& stelle de celo cadent super terram sicut ficus emittit grossos suos cum a uento magno mouetur. Ecce quartus modus, scilicet disputationum, quia uerba non sunt nisi uentus. Dicent discipuli antichristi. Veritas non querit angulos. ideo disputemus.Dic practicã disputationis, & quomodo illi arguent cum argumentis so-

phisticis,& rõnibus palleatis,qa diabolus loquetur in ore ipsorũ intatũ q̃ nec magistri nostri nec doctores poterũt eis respõdere,quia diabolus ligabit linguã ipsorũ permittente deo ꝓpter malã uitã literatorũ. Qui ergo ligare põt leenam, id est,animã,bene põt ligare quẽ,id est, linguã que nõ est nisi fructũ carnis.Item quia ille disputationes nõ erũt nec fient de rõnibus philosophorũ nec poetarũ, sed de biblia,& ꝓphetis,& modo nullus curat de biblia,imo de re grossa uel materia &c.Ideo tũc xpiani cadẽt de celo, quia perdẽt fidem dicendo. O magistri nõ possunt respõdere,factum est,ista est ueritas,tũc stelle cadẽt de celo &c.si uero aliquis post disputationẽ secrete uellet petere cõsiliũ uel inquirere ueritatẽ ab aliquo magistro uel a suo confessore quid credendũ est?respõdebit,expectetis unũ modicũ,uidebo quid dicit litera uel glosa ordinaria super hoc. Tũc stelle cadẽt de celo &c.de hoc ꝓphetia.Faciet iuxta uolũtatẽ suã rex,& eleuabit,& magnificabit aduersum deũ deorũ, id est, angelorũ,& loquetur magnifica.Daniel xj. Quinta clausula dicit.Celũ recessit sicut liber inuolutus,id est, abscõsus.Ecce hic quintus modus,scilicet donorum,& promissionũ bonorũ terrenorũ.tũc celum recedet,quia pauci curabunt de celo,id est,de promissionibus celestibus a Christo factis,sed de promissionibus antichristi.Dic quomodo antixps mittet discipulos suos per mundũ qui predicabunt aliquas ueritates,scilicet q̃ finis mũdi instat,ideoq; parẽt se singulariter per opera misericordie,& pietatis, quia multum placẽt deo,& ut credatis q̃ nos nõ solũ uerbo predicamus,sed etiã opere,si inter uos sunt alique psone indigẽtes ueniãt ad nos,& faciemus eis miseri cordiã. Nota practice quomodo uidue dicẽt cõmatribus. Audiuistis hodie istos sanctos homines.Ideo uadam?,Dic quo nõ solũ uidue,sed etiã mulieres,milites, & scutiferi pauperes,qui omnia expendunt in uanitatibus,uenient ad eos qui dabunt eis denarios ad copiã. Tunc dicent gentes.Isti sunt boni predicatores qui dant nobis,& nõ illi semper petunt, intantũ, q̃ tũc gentes nollent audire sermones predicatorũ nec minorũ,imo deridebunt sermones illorum. Tunc dicet uxor uiro suo,quare uos non uaditis ad istos sanctos homines,vt dent uobis sicut uicinus noster,talis iuit,& habuit tãtum ab eis,& modo est diues,cũ tñ esset pauper,& modo iam maritauit unã filiã suam &c. Qui respõdebit. O mulier pro certo istud nõ est bonũ signũ,malus est bolus qui strãgulat hominẽ.Et uxor.O benedictus deus tã sanctus estis &c.isto modo habebit oẽs auaros.Itẽ dabit honores,dñationes,potestates,prelatiões, reges amouẽdo,& principes terre,& alios sibi obedientes cõstituẽdo.Sic habebit omnes reges,dominos,principes,& prelatos terre,& quilibet festinabit ad obediendũ ei,ut preueniat inimicũ suũ, Itẽ dabit abũdantiã ciborũ,& escarũ di. Comedatis,& bibatis bene,& quare facte sunt esce.Ille uero Iesus pauper prohibuit ne comederetis.Et etiam de anno amouebit quadragesimam,De mensibus quatuor tempora.De hebdomada diẽ ueneris.Isto modo habebit omnes gulosos.Itẽ dabit omnes delectationes carnis.Frãget totã legẽ matrimonij.Licentiabit clericos,& religiosos ut ducãt uxores.O dicent mali clerici,& religiosi,Iste est bonus dominus,uiuat uiuat.Et dicent religiosi antiqui clerici,& etiam moniales,O iste bonus dominus,& tantum tardauit. Quilibet habebit quatuor, uel quinq; uxores.Si dicat nõ sufficient mulieres.Nota de demonib⁹ succubis, ut tẽpore Noe,& faciet matrimoniũ sine literis in taberna,& ipse prouidebit omnibus de pecunijs.& isto modo habebit oẽs luxuriosos.O miser, & quis remanebit cũ xpo?pauci.Autoritas de hoc prophetia.Multiplicabit gloriam suis,& dabit eis potestatẽ in multis,& terrã diuidet gratuito,Ratio,dominabit thesaurum auri,& argenti.Dañ.xj.ad literã exponitur de antichristo.Ecce quare dicit the.Erunt signa in sole,& luna,& stellis.

Remed

Remediũ contra predicta mala est illud Hiere.xv.Si conuerteris conuertam te.

Dñica secũda aduẽtus dñi. Sermo.v.

RESpicite,& leuate capita uestra.Luc.xxj.In presenti sermone habeo declarare rõnes ꝓpter quas Christus permittet,& sustinebit q̃ ille iniquus,& filius perditionis antichristus faciet tot mala in xpiani tate sicut heri dixi uobis.quibus declaratis nullus mirabitur, imo mirabũtur omnes quare tãtum tardat uenire.Spero in deo q̃ erit bona materia ad peccatorum correctiones, sed primo salutetur uirgo Maria &c.Respicite, & le.ca.ue. Pro breui huius uerbi declaratione,& materie predicande introductione sciẽdum q̃ omniũ sciẽtiarũ humano intellectui inuentarũ principiũ fuit admiratio. Quãdo enim antiqui philosophi uidebant mirabiles effectus rerũ mirabãtur, & eleuabãt intellectũ ad inquirendũ,& sciendũ causas tahũ effectuũ. Ideo dicit philosophus. Vnumquodq; scire arbitramur cũ causas cognoscimus.Et alibi dicit. Scire est rẽ per causam cognoscere. propter hoc antiqui philosophi uidẽtes effectus mirabiles admirãtes moti sunt ut scirẽt causas,quibus scitis intellectus eorũ quiescebat.Ideo dicit philosophus j.Meta.,ꝓpter admirari inceperũt philosophi philosophari, id est, inquirere de causis & rõnibus effectuũ. uerbi gratia. Vidẽtes philosophi q̃ in uere terra produxit herbas uirides, & arbores flores, folia,& fructus,& in autũno oĩa dimittit quasi mutãdo se.philosophi admirabantur quare hoc,& unde talis effectus, & ordinatio,& inceperũt querere,& inuestigare de causa,& inuenerũt,q̃ euenit propter motũ solis qui in uere ascendit,& trahit secũ sursum humores.Ideo terra,& arbores fructus producũt &c.In autumno uero sol descendit,ideo deponunt omnia folia &c.Itẽ quãdo uidebãt in mari illas magnas undas,& aliquãdo est ita planũ q̃ una gallina posset ibi bibere,& una scutella natare, & uidentes fluxum,& refluxũ maris magis admirantes quesierũt,& inuenerũt q̃ hoc fit propter lunã que in plenilunio &c.semper habet singularẽ influentiã super aquas, & super humida,ita qñ uidebant in aere nubes,fulgura,& impressiones,& tonitrua admirabãtur,& quesierunt causam, & inuenerũt q̃ hoc ꝓueniebat ex certis cõstellationibus,& motibus planetarũ. Itẽ qñ uidebãt eclipsim lunẽ mirabãtur, & inuenerũt causam,quoniã luna semp eclipsat in plenilunio quãdo sol est sibi ex opposito,& tũc interponitur terra inter ipsam,& solẽ,& tũc ipsa eclipsat.idẽ de eclipsi solis de quo uidet q̃ sol moritur,qui admirãtes inuenerũt q̃ fit ex interpositione lune inter solem,& nos in cõiunctiõe.Dicit magister historiarũ q̃ in die ueneris sancta fuit eclipsis gñalis solis,qui uoluit indui de nigro sicut milites morte regis. Quod uidẽs Dionysius magnus philosophus admirãs,quia tunc erat plenilunium iuxta pascha Iudeorũ dixit,Aut deus nature patitur,aut tota machina mũdi dissoluetur.patet ergo q̃ oĩs sciẽtia humanitus inuenta habuit suum initiũ in admirari. Ad ꝓpositũ. Heri fuistis admirati de effectibus siue operibus antichristi in hũc mũdũ in breui ueniuris.Et admirãtes queritis cãm quare xps permittet xpianitatẽ sic destrui,& corrũpi,& subuerti.Respõdet the. Respicite, scilicet causam iustã destructiõis,& subuersionis antichristi,& leuate capita uestra.glo.i.mẽtes uestras.Quia nihil sine causa fit in terra.Iob.v. Respicite ergo diligẽter,& uidete causas,& rationes qua re deus permittat predictos effectus seu mala antichristi contra xpianitatẽ. Totũ ostendã uobis in una parabola seu similitudine quã uobis dicã,quia subtilia melius intelligũtur ab hominibus,& retinent per parabolas,& similitudines.Ista est parabola.Sciendũ, q̃ quidã rex nobilissimus,& potentissimus edificauit ciuitatem quandã magnã,& egregiã cũ multis sumptibus,& laboribus, & periculis exponẽdo omnes thesauros in eius edificatione.Deinde dotauit eã multis pri-

uilegijs,& gratijs magnis quã fecit metropolim,& sedem regni sui. In qua ipse rex,& uxor sua cũ filijs morabatur in castro. Ciues autẽ dicte ciuitatis proditores,& ingrati dicto regi inter alia plurima grauamina,& enormia que fecerũt contra regẽ fuerũt. vij. magne ꝓditiões, Prima rũpendo iuramẽtũ fidelitatis qđ fecerũt regi, habebãt sua cõsilia, tractat⁹, & parlamẽta secreta cũ inimicis capitalibus ipsius regis,& hoc sciente rege cui summe displicuit. Secũda proditio, quia reprehẽdebat eos, ciues de hoc ingrati, & indignati cũ maximis iniurijs,& uituperis, armati ensibus euaginatis expulerũt regẽ de ciuitate sua. Tertia, qa postq̃ rex fuit expulsus, misit dici ciuibus qđ ad minus daret sibi suos redditus, q̃ negauerunt sibi, & noluerunt sibi dare sed suis inimicis. Quarta, quia expulso rege denudauerunt reginã uxorẽ dicti regis, & cũ uerberibus,& cõtumelijs eiecerũt ipsam de ciuitate quod maxime displicuit regi. Quinta ꝓ filias regis que remãserũt in palatio ciues dederũt eas ad lupanaria, & luxurias,& corruperũt eas. Sexta quia unicũ filiũ regis qui remãserat in palatio etiã sciderũt,& diuiserunt per medium in duas partes,& in paruas minutas,& decollauerũt,cũ tamen esset iam mortu⁹. Septima, quia oĩa signa seu arma sui regis amouerunt de palatio,& posuerũt ibi signa seu arma inimici regis. Nũquid uidẽt uobis parue iste proditiões. Nihilominus rex benignus post tot proditiones misit eis nũcios querẽs cũ eis recõciliari,& habere cũ eis pacem promittẽdo plenã remissionẽ omnium offensarũ. Sed ciues noluerũt, imo cõtinue multiplicabãt offensas ꝓpter quod post multos annos rex nuſit unũ capitaneũ cũ infinita gente armorũ,& tradidit ciuitatẽ in manus suas, qui totã ciuitatẽ destruxit. Nũquid de hoc debet aliquis admirari aut dicere, quare rex fecit hoc? & certe non, imo dicere debet quilibet quod rex fecit optime. Modo uidendũ est quis est iste rex,& que est ista ciuitas, & qui sunt isti ciues proditores. Rex iste nobilissimus,& potẽtissimus est ille de quo Io. in Apo. xix. Habet in uestimẽto, & in femore suo scriptũ Rex regũ,& dominus dominantiũ. Nota in uestimẽto, ideſt, in humanitate, humanitas Christi dicitur uestimentũ. Ratio, quia sicut uestimentũ cooperit personã, ita humanitas xp̃i cooperiebat diuinitatẽ. Cũ ergo dicitur habet in uestimento,& in femore suo scrip. &c. uult dicere ꝙ Christus inquãtũ deus per generationẽ temporalẽ, & inquãtũ deus per gnationẽ eternã est rex regũ &c. Ciuitas magna nobilis,& egregia quã xp̃s edificauit est xpianitas. Ideo uenit in hũc mundũ ut istã ciuitatẽ edificaret. In cuius edificatione laborauit. xxxiij. annis. quã cum magnis laboribus,& periculis,& expensis edificauit,& magnis priuilegijs,& gratijs ipsam dotauit, scilicet sanctorũ. vij. sacramẽtorũ. De qua ciuitate dixit Dauid. Gloriosa dicta sũt de te ciuit. dei. p̃s. lxxxvj. Ciues hui⁹ ciuitatis sunt oẽs xpiani, quorũ admirãtes aliqui querunt quare rex xp̃s tã nobilis,& potẽs permittet hanc ciuitatẽ destrui,& perdi ab antixp̃o. Quia dicit the. Respicite,& leuate ca. ue.& uidete qm̃ propter septẽ magnas ꝓditiões incorrigibiles quas faciũt dicti ciues regi suo dño nostro Iesu xp̃o. Prima, quia tam hoĩes q̃ mulieres cõtra iuramẽtũ regi xp̃o facto in baptismo recurrũt,& hũt ina colloqa cũ inimicis regis xp̃i, scilicet cũ demonibus, qui licet posset eos subito annihilare in pũcto, tñ nõ uult. Quoniã diuini, sortilegi cõiuratores,& incantatores cũ demonibus faciũt quicquid faciũt. Quoniã si aliquid perdidistis uel pro sanitate uel pro filijs habẽdis ad quẽ recurretis? nõ ad xp̃m nec ad bonũ medicũ, sed ad diuinos inimicos xp̃i. O proditor nũ quid in baptismo fecisti xp̃o iuramentũ fidelitatis,& abrenũciasti diabolo,& põpis eius? Idẽ pro filijs habendis,& sanitate obtinenda recurrũt ad diuinos,& sortilegos, oẽs tales sunt proditores, quia si essent fideles recurrerẽt ad regem xp̃m potentissimũ dicẽdo, dñe ego perdidi hoc uel illud, uos scitis quis habet. Ideo

ponatis

ponatis in corde suo ut tradat mihi,& ego habebo quod meũ est,& ipse saluabit animã suã, tũc esses fidelis. Itẽ pro sanitate,& filijs obtinendis. Quia demones nesciũt secreta oĩa, quia in tenebris sunt,& diffamãt aliquos q̃ nõ sunt culpabiles ut seminent discordias. Idẽ de sanitate,& filijs, quia nullus põt dare sanitatem nec filios nisi deus ad quẽ debetis recurrere dicẽdo. Dñe uos dedistis mihi istũ filium qui patitur &c. uel dñe ego sum de matrimonio, ideo domine detis mihi fructũ matrimonij, quia alias modicũ ualet totũ illud quod fit. Alij recurrũt ad diuinos ut sciãt quid faciat uxor, qui ostendũt in amphora aque ꝙ peccat cũ tali &c.& forte est una sancta mulier, sed diabolus mentitur, quia mendax est, & pater eius. Io. viij. Quot sunt qui quãdo sunt ultra mare dicũt, Certe ego uel lem scire quid modo faciat uxor mea, & recurrunt &c. Alij recurrunt ut possint habere mulieres ad libitũ. Alij ut inueniãt thesaurũ absconditũ, alij ut sciãt quid erit de tali bello uel facto. O quot proditores sunt in mũdo. Etiã si alia nõ esset in mũdo ista sola est sufficiens causa ut ueniat antichrist⁹ tanq̃ capitaneus ad destruẽdũ ciuitatẽ xp̃ianitatis, dicẽte sibi xp̃o, Gog habes gẽtes armo. Ita dñe ut arena maris, ideo uade ad ipos ut moriantur. dicit de hoc Moyses in persona Christi. Generatio peruersa,& infideles filij, ipsi me prouocauerũt in eo qui nõ est deus,& irritauerũt in uanitatib⁹ suis, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta, ideſt, antichristi, irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima. Deut. xxxij. De peccato diuinationis,& eius speciebus. ij. j. q. xcv. Secunda proditio est, quia ciues ense euaginato expellunt regẽ Christũ de ciuitate Christianitatis. Ensis est lingua ad formã ensis facta. Inuaditur rex Christ⁹ iurãdo, & diuiditur membratim, quia Iudei nesciẽrũt ipsum diuidere. Ideo Christiani quãdo sunt in ludo dicunt per caput, per corpus, per cor &c. Domine ecce gratias quas faciunt uobis Christiani, quia eos redemistis. Quia quãdo tu iuras per caput uel per corpus, tantũ reputat tibi ac si amoueres sibi caput, uel corpus &c. Itẽ balista sagittas eũ quando eũ blasphemas. Iam uidetis ꝙ labia sunt ut arcus baliste duorũ lignorũ. Lingua est mediũ rectum per modum baliste super quod ponitur sagitta. Sagitte toxicate sunt blasphemie, scilicet malas grates habeat deus &c. percutere crucẽ denarij, dicendo uerba cõtra Christũ,& uirginẽ Mariam. Quia mirũ est ꝙ terra tales nõ deglutit uiuos ut uadãt in abyssum. Nũquid est ista parua proditio? De hoc propheta Dauid di. Filij hominũ dentes eorum arma,& sagitte,& lingua eorũ gladius acut⁹. Ideo domine, exaltare super celos, scilicet fugiendo. p̃s. lvj. Ad hoc iã deuenit mũdus quod minus datur pro negãdo deũ quã pro destruendo unam formicam, uel pro interfectione unius formice, imo pro una urbanitate etiam in minimis rebus dicitur renego deum si facio. Ideo quãdo antichristus ueniet nõ oportebit facere magnã uim talibus sic assuetis ad renegandum, quia statim renegant deum, imo renegare deum ponitur iam in truffa, quia ad ridendum prouocãt aliquẽ ut iuret,& reneget &c. Domini temporales,& iurati qui circa hoc deberẽt prouidere nõ curant. Ideo dominus conqueritur de ipsis di. Dñator es populi mei inique agũt dicit dñs,& iugiter tota die nomẽ meũ blasphemat. Propter hoc sciet ppl̃s meus nomẽ meũ in die illa, qa ego ipse q̃ loq̃bar. s. ꝓpicẽdo, ecce assum. s. puniẽdo. Esa. lij. Iõ dicet xp̃s antixp̃o. Capitanee habetis gentes armorũ. Ita dñe, ideo uadatis. Tertia ꝓditio est, qa regi xp̃o sic turpiter a terra expulso negãtur sibi reddit⁹, & dãtur eius inimicis. Redditus quos sibi xp̃s retinuit de duobus sunt que nobis pauperib⁹ dedit, scilicet terra,& tẽpus. De terra retinuit sibi reddit⁹ decimarũ,& primitiarũ,& fructuũ,& uult, q̃bñ soluant. Dic quo antiq⁹ mẽsurãdo numerabant unũ duo tres &c.& decimũ mittebãt ad

tepsu dñi, scilicet de grano, uino, oleo, capris &c. Sed mō decime & primitie dā tur inimicis xpi. Aliqui nihil soluūt, aliq soluunt non decimam, sed uigesimā uel trigesimam. Quidam dicunt. O est istud tam bonū dare sacerdoti, dabo ei caligā plenā arena. Dic q̄ nō sacerdoti, sed deo qui illa dat suis seruitoribus, quia ipse ꝑ se nō indiget. Dicunt quidam. O clerici sunt mali &c. Ergo nunquid erit melius ut ego dem filijs meis, & familie mee q̄ ipsis? Rñsio. Nunquid esset bona ratio. Non demus regi reddit⁹ suos, quia ipse tenet malos seruitores & prauos ribaldos &c. Quid faceret rex de nobis si ꝓpter hoc negaremus sibi redditus? ita in proposito de rege xpo, si ipse in domo sua sustinet malos seruitores, ipse corriget eos uel in hoc mundo uel in alio, & propter hoc nō debet fraudari suis redditibus, nec dari debēt inimicis suis scilicet peccatis, pōpis, uanitatibus, ornamētis &c. Nō opus est falso suspendere cymbala collo. Ideo quia sic fraudatis xpm regē ueniunt mali anni ita sepe. Iō dicit ipse, si homo affiget deū, quia uos configitis me. Et dicitis in quo configimus te, in decimis & ī primitiis, & in penuria uos maledicti estis, & me uos configitis gens tota. Inferte omnē decimationem in horreum meū ut sit cibus in domo mea, & probate me sup hoc dicit dominus. si non aperuero uobis cataractas celi & effudero uobis benedictionem usq; ad abundantiam &c. Malach. iij. Secūdo dedit nobis tps quod tuū est de quo sibi retinuit decimam pro reddi tu septimane, diē scilicet dñicam, totum tempus currit in septē diebus, & ipse diuisit, dedit tibi diem lune & martis &c. ad laborādum & operandum &c. dñicā uero retinuit sibi. Ideo nō transgredere illam, sed modo qūo soluitur, quia non datur deo, sed diabolo eius inimico, qa ita aperiuntur apothece & operatoria ad operandum & ad uēdendum merces sicut in alijs diebus, & fiunt contractus & mercatus libere. Ecce qualiter redditus temporis tollitur deo & datur diabolo.

Item in diebus ferialibus hoīes negotiantur, mulieres operātur in domibus suis, sed in die festo ornant se hoīes ex una ꝑte, & mulieres ex alia. Isto mō redditus dñi danf diabolo uocato leuiathā, q tētat de superbia. Alij uero ut lusores taxillorum dāt diabolo uocato māmon qui tentat de auaritia, nec debet dici ludus, sed furtū uel rapina qa nihil pōt ibi lucrari &c. Alij uadunt ad lupanaria &c. isti dāt Asmodeo qui tentat de luxuria. Alij sedēt in portis iudicātes & inuidentes transeūtibus, & sic dātur Beelzebub. Alij bibūt & comedūt excessiue & uisitāt tabernas, & sic dantur Beelfegor &c. Alij cōgregāt amicos ut tractent de uindicta, sic dātur Baalberith. Alij stāt ociosi ī platea cū deberēt audire missam, sermonem, uesperas &c. isti danf Astaroth, qa qūi nō soluimus redditus tpis recipit sibi in cōmissum. & tunc facit uindictam di. Cū accepero tps, ego iustitias iudicabo. ps. lxxiiij. Propter hoc ueniunt mortalitates ita sepe. Contra hoc peccatum precepit deus di. Memēto ut diem sabbati sanctifices. Exo. xx. Nullum preceptum incipit ꝑ memento nisi istud, quasi dicat, ex quo laborasti pro te & domo tua feria secunda & tertia &c. in dominica memento ut quiescas ab omni opere seruili. Nunquid uidetur uobis magna ꝓditio ista negare regi regalas suas & redditus suos, ideo &c. Quarta prodi tio est q̄ reginam uxorem regis nudantes & uerberātes cum uituperijs & contumelijs abiecerūt. Regina uxor & spōsa Christi est ecclesia sctā. Talem habet sponsam qualem & matrē que uirgo cō cepit & uirgo peperit. Et de ecclesia intelligitur principaliter illud Dauid. Asti tit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circundata uarietate. ps. xliiij. Secundo intelligiſ de uirgine Maria. Nota quomodo ecclesia generat filios regi Christo. Cuius uterus est fons baptismi qui concipitur semine uerbi dei. Luce. viij. Semen est uerbum dei. Nunquā aliquis rex tātum dilexit uxorem suam quātum Christus dilexit ecclesiam. Sed modo

modo hec regina denudatur auferendo ab eo, & occupando sibi bona ecclesie, & iurisditionis. Sicut priuant religiosos & faciunt ipsos arestari. hec iniuria est maior quam si coram rege offenderetur regina. O quod peccatum est tangere tales de quibus dicit Dauid in persona dei. Nolite tāgere Christos meos, scilicet sacerdotes unctos, & in prophetis meis, scilicet religiosis, nolite malignari. Iam scitis quomodo uos facitis nihil respiciendo dignitatem persone. Quinta proditio est de filiabus regis datis & laxatis siue traditis lupanari. Filie regis Christi sunt omnes mulieres Christiane quas genuit in baptismo. Dicunt aliqui. O & quod peccatum est solutus cum soluta quam ego non decepi imo solui & sibi placuit & mihi. Nota similitudinem de filia regis soluta, & sibi placet & tibi, & dicis cui facio iniuriam, nunquid regi cui facis proditionem agendo cum filia sua, sed si ipse dat eam tibi in uxorem, tunc fac placitum tuum cum ipsa. Sed modo totum est corruptio, non sufficiunt lupanaria publica que possunt sustineri sine peccato dominorum quia sunt in remedium, sed hospitia & tota ciuitas est plena meretricibus secretis que sunt in laqueū & damnationem rectorum &c. Contra hoc uitium dicit sancta scriptura. Abominatio facta est in Israel & in Hierusalem filiam dei habuerūt alieni. Malach. ij. Nota ī Israel. i. in Christianitate, & in Hierusalem, idest in ecclesiasticis. Sed filiam dei habuerunt alieni, qui scilicet non sunt eius uiri. Sexta proditio est, quia filium dei unicum regis iam iuratum in regno sciderunt, & diuiserunt per medium. Hic filius unicus & primogenitus regis Christi est populus Christianus. de quo scilicet apostolus dicit. Itaq; iam non est seruus, sed filius, qd si filius & heres per deum. ad Galath. quarto. Sed iste filius est iam uere scissus & diuisus ī tres partes propter istud scisma. Non sit nisi unus uerus papa. Loquitur de tempore quo scisma tempore beati Vincentij fuit in ecclesia. Idem de qualibet cōitate, uilla seu ciuitate totus populus est diuisus. Quis habebit regimen propter qd cōitates destruuntur? Dic quō rex offenderetur si in pūtia sua suus primogenitus diuideretur. magis offenditur xps rex ex talibus diuissionib⁹. ideo dixit xps. Diuisum est cor eorum, nūc interibunt. Ozee. x. Nota diuisum est cor &c. Multi uolunt se excusare dicentes. Ex istis diuisionibus non sequuntur uulnera &c. Et nunquid pōt esse peius uulnus quā diuisio cordis quod est principium uite, quia diuisa manu uel pede adhuc pōt homo uiuere, sed diuiso corde non. Quicunq; ergo est causa & occasio harū diuisionū tenetur ad omnia dāna & expensas que sequuntur si uult saluus fieri. Item tenet restituere cōitati quicquid iniuste recepit ab ea uel ratione ambasiate ut ad expensas communitatis faciat sua negocia &c. Septima proditio est quia signa & arma regis amouerunt, & posuerunt sibi signa & arma inimici sui. Signum & arma Christi est sancta Crux ex quo in ea passus est. De quo Esa. xlix. Hec dicit dominus deus. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & exaltabo ad populos signum meum. signum & arma diaboli eius inimici est circulus, quia sicut deuoti & boni clerici quando inuocant deum & incipiunt diuinum officium, faciūt signum Christi. scilicet crucis. sic filij diaboli, scilicet diuinatores & inuocatores demonū faciunt circulum uel rotam de quibus dicit Dauid. In circuitu impij ambulant. ps. xj. Signum & arma regis Christi ponuntur in portis palatij corporis in baptismo. scilicet in portis quinq; sensuum corporalium, Sed uos amouetis signando uos non faciendo signum Christi, sed signum diaboli. Dic quomodo & quando intrāt ecclesiam & recipiunt aquam benedictam qualiter signant se non faciendo signum crucis Christi, sed signum siue circulum diaboli. Item quando ponunt se ad mensam ad comedendum cum

signo diaboli. Item quando ponũt se in lecto ad dormiendum, itẽ mulieres quãdo ponunt infantes in lecto. idem de clericis aliquibus, quod dico cum dolore cordis, qui in sancto sacrificio ubi deberent facere signum Christi, faciunt signum diaboli ex indeuotione & nimia festinatione. O quod peccatũ est. Idem de benedictione aque & panis, & in benedicendo populum in fine misse cum signo diaboli mittunt ipsos ad domum suam. Ostende hic quomodo se debent signare, & dic rationem quare cum dicit In nomine patris, teneas manũ alte. quia pater ab alto misit filiũ suum in uirginis uterum. Item quãdo dicitur & filij, manum debes tenere iuxta uterũ, & significatur Christi incarnatio. Quãdo aũt dicitur & spũsancti, debes manum tenere p transuersum transeunte manu a sinistro humero ad dextrũ. Ratio quia spiritussanctus large fuit effusus in die pentecostes super apostolos & discipulos Christi. Item quia spiritussanctus ducit personas de sinistra culpe ad dexteram gratie & nõ econuerso. Sinistra ergo significat culpam, peccatũ & maledictionem, dextera uero significat misericordiam, grãtiam, & benedictionẽ. Nota cõtra illos qui signando dicunt, In nomine patris in longũ, quia pater maior est filio, quod error est. Et ad dexteram dicunt & filij, quia sedet ad dexteram patris. & spiritussancti ad sinistram, quia sedet ad sinistrã, quod est error, quia filius & spiritussanctus sunt ad dexteram, idest in equalitate patris, & esse ad sinistram est esse inequalem patri, quod est error. Alij faciunt crucem beati Petri ab inferiori incipientes: Ideo de hoc conqueritur Christus dicens in persona trinitatis. Signa nostra non uidemus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. Psal. lxxiij. Signa nostra non uidemus, scilicet in Christianis. iam non est propheta, quia signum crucis est reali ꝓpheta quod homo est de populo Christi. Sed modo iam nõ est. Quelibet predictarum rationum est causa efficiẽs ꝙ Antichristus ueniet. Quanto ergo magis omnes simul septem rationes concurrentes? Propter hoc dicit thema. Respicite & leuate capita uestra. Sed dicet contra me aliquis subtilis argumentator. Frater, uos innuitis in uerbis uestris quod Christus non solum permittet Antichristum uenire, sed etiã ꝙ Christus ipsum mittet. Respondeo ꝙ sic. sed hoc non auderem dicere nisi quia habeo autoritatem sacre scripture. Apostolus enim dicit. Eo ꝙ charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierent, ideo mittet illis deus operationẽ erroris ut credant mendacio .ij. ad Thes.ij. Non ideo mittet illis deus. Ecce non solũ ꝑmittet &c. item Eze. xxxviij. Vaticinare fili hominis, & dices ad gog &c. In nouissimis diebus eris, & adducã te sup terrã meã, scilicet Christianitatem. Quod intelligitur sic, in aduentu & operatione Antichristi erit tibi & culpa & pena. Quantum ad illud quod erit culpe Christus non mittet eum sed permittet, quantum ad illud quod erit malũ pene Christus non solum permittet, sed etiã mittet, quia omne malum pene a deo est effectualiter.

Dñica .ij. aduentus domini. Ser. vj.

CElum & terra trãsibũt. Luc. xxj. Verbũ propositũ ostendit subtiliter statum huius mũdi post diẽ iudicij, de quo statu uolo modo predicare, quia ista materia consequens est ad materiã diei dñice in qua audiuistis totũ statũ huius mũdi a principio usq; ad diẽ iudicij. Ideo modo loqnar de statu mundi huius post diem iudicij, sed primo saluteur uirgo Maria &c. Celum & terra transibunt. Hoc uerbum habet difficultatem in theologia. Ratio, quia inueniuntur autoritates dicentes ꝙ celum & terra habuerunt principium essendi per creationẽ: tamẽ nec celum nec corpora celestia, nec terra habebunt finem in duratione, imo prophe ta Dauid loquens de celo, sole & luna, & stellis di. Statuit ea in eternum & in seculum

culũ seculi. ps. cxlviij. Similiter dicit Salomon de terra. Generatio preterit & generatio aduenit, terra uero in eternũ stat. Eccl. j. Quare ergo dicit thema celũ & terra transibunt? Patet difficultas. Dico quod ille autoritates non repugnant themati. qm̃ dupliciter possunt loqui de celo & corporibus celestibus & de elementis, uel quãtum ad substãtia essentiale: uel quãtũ ad qualitates & cõditiones & opationes accidentales quas hũt. Primo modo celum & terra semper erunt quãtum ad eorũ substantiã essentialem, sed transibũt quãtũ ad qualitates eorum & cõditiones & operationes accidentales, & recipient meliores qualitates sicut tacea argenti antiqua immũda conquassata, postquã argẽtarius sculpit & renouat eam uidetur noua & lucet. Et licet substantia sit eadem, tamen recipit nouã qualitatem & est renouata. Ita erit de isto mundo antiquo, immundo conquassato & cõfracto. ideo xps tanquam bonus magister & argẽtarius renouabit celum & terrã & omnia elemẽta. Terra uero que nunc est immunda ex nostris peccatis, post iudicium erit mũda & pura, quia nulla immundicia remanebit in ipsa post iudiciũ, quia igne purgabit nec remanebunt in ipsa arbores, nec montes, sed elementum terre remanebit ut farina alba. Et feces omniũ rerum cadẽt in inferno super capita damnatorum secundum quod dicunt sancti doctores. Aqua etiam purificabitur, que dimittet omnes qualitates accidentales, quia nõ erit falsa, nec mouebit de cetero, qa cessante motu primi mobilis cessabũt etiã alij motus naturales. Aer etiam purificabitur, quia nunquã de cetero erit nubilosus, nec tempestuosus, nec mittet grãdines, nec pluuiam. Celũ non mouebit amplius. Item sol, luna, & stelle erunt septẽpliciter clariores. Eiã. xxx. Et erit lux lune sicut lux solis. Et lux solis septempliciter sicut lux septem dierum in die qua alligauerit dominus uulnus, scilicet peccati mortalis, & percussurã id est penam plage eius sanauerit. Et de cetero non erũt mortalitates, nec miserie, nec penalitates sicut sunt modo, intãtum ꝙ boni non solum gloriabuntur de uisione dei, imo etiam gaudebunt de renouatione elementorum, quia tũc elemẽta remanebunt pura & munda cum qualitatibus essentialibus remotis ab ipsis conditionibus & quibusdam qualitatibus accidentalibus. De ista renouatione autoritas. Ecce ego creo celos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor, sed gaudebitis & exultabitis usq; in sempiternũ in his que ego creo. Esaie. lxv. No. ego creo celos nouos, non in substantia, sed in excellentiori qualitate. Item in nouo testamento postquam deus reuelauit beato Ioanni euangeliste quid esset post diem iudicij, dixit beatus Ioannes discipulis suis, Vidi celum nouum & terram nouam. Primum enim celum & prima terra abiit, & mare, scilicet amarum iam non est. Apoca. xxj. Et sic intelligitur thema. Celum & terra transibunt. Patet thema. Et quia sum in materia morali, secundum predictam declarationem quinq; renouabuntur, scilicet terra, aqua, aer. ignis, celum quod dicitur quinta essentia a philosophis, ita nos modo debemus in quinq; renouari si tunc cupim⁹ saluari & renouari gloriose. Renouandus est homo primo in corpore per cõtinentiam. Ecce terra. Secundo in anima per claram benuolentiam. Ecce aqua. Tertio in ore per ueram eloquentiam. Ecce aer. Quarto in opere per diligentiam. Ecce ignis. Quinto in intentione per celestialem eminentiam. Ecce celum. In omnibus debemus renouari. Ratio est, quia dicit philosoph⁹. j. posterio rũ, Propter ꝙ unumquodq; tale & illud magis. qa magis debet renouari cã quã effectus. Si amore hominis elementa renouantur, magis renouandus est homo. Dico primo ꝙ debemus renouari ĩ corpore p cõtinentiã, ad instar renouatiõis terre, quia corpus nostrũ nõ est nisi terra. Gen. ij. Formauit deus hominem de limo

limo terre, quantū ad corpus. Ideo sicut terra innouabitur, quia in ea non erit lutū, nec immūdicia aliqua, ita nos nunc debemus innouari in corpore ne decetero sit in eo lutū luxurie, nec immūdicia corruptionis carnalis. Si amore tui terra renouabitur, quanto magis tu debes renouari? Hāc renouationē petebat Dauid orando dicēs, Emitte spiritū tuū, & creabuntur &c. ps. ciij. Nota creabuntur, nō dicit quid. Pro quo sciendū q̄ talis est cōditio humana q̄ in hoc mundo non possumus uiuere sine delectationibus, que sunt in duplici differentia, scilicet delectationes spirituales, & delectationes carnales. Ille autē qui non sentit delectationes spirituales dat se ad delectationes carnales, bestiales, & brutales, quia animalis homo non percipit ea que spiritus dei sunt. 1. ad Cor. ij. sed persone deuote spirituales que gustāt delectationes angelicas orando, uel legendo, audiendo, uel contēplando non curant de delitijs carnalibus. imo si deus diceret eis, do tibi licentiam &c. dicerent deo, Domine nolo talem licentiā. sicut Dauid di. Renuit consolari anima mea. Glo. in delitijs carnalibus. Memor fui dei, & delectatus sum. ps. lxxvj. Vidēs ergo Dauid q̄ sine aliqua delectatione homo nō potest uiuere, ideo orando dicebat deo. Emitte spiritū tuū, & creabūtur, scilicet delectationes spirituales, & fugiēt delectatiōes carnales, & renouabis faciē terre, scilicet bonā famā. Nec sufficit dicere, quid curo ego q̄ dicūt gentes &c. Si factū, uel opus non habet bonā faciem, oportet q̄ renouetur, quia si tu tenes malam mulierē in domo, & omnes loquuntur, oportet ipsam expellere. Idē de clericis, & religiosis q̄ nimis frequentant monasteria sororū, oportet quod illa que nō habent bonā faciem renouantur. Si dicatur ego habeo bonā intentionē, non sufficit, quoniā non solū cauendū est a malo, sed ab omni specie mali. Ecce quare dicit, Et renouabis faciē terre, scilicet opera exteriora. Apostol⁹. Et prouidentes bona nō tantum corā deo, sed etiam coram omnibus hominibus. ad Ro. xij. Dico secundo q̄ debemus renouari in anima per claram beniuolentiā ad instar aque que renouabitur post iudicium, quia non habebit amaritudinem, nec faciet undas &c. sic modo renouanda est anima dimittendo amaritudines odij, rancoris, & male uoluntatis, & undas desiderij uindicte, & parendo inimicis remittēdo iniurias. sic enim dulcoratur anima, & renouatur. De hoc dicit scriptura sancta. Renouamini spiritu mentis uestre, & induite nouū hominem qui secūdū deū creatus est in iustitia, sanctitate, & ueritate, ad Ephe. iiij. Dico tertio q̄ debem⁹ renouari in ore per uerā eloquentiā, ad instar aeris post iudicium, quia tunc erit ita clarus q̄ nullā habebit obscuritatem nubiū, tempestatē uel fulgura, sic modo renouandū est os nostrum, ut non sint in eo obscuritates mendaciorū, nec tēpestates uerborū sū perborum, nec fulgura minarū, nec tonitrua iuramentorū. de ista renouatione dicit scriptura sancta. Nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus uri, ut probetis que sit uoluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta, ad Ro. xij. Nota nolite cōformari huic seculo, id est gentibus mūdanis, nota uoluntas dei bona, & beneplacens, & perfecta. Nota hic tres regulas uerborū nostrorum. Prima quod uerba nostra habeant ueritatē, & ista est uolūtas dei bona, secunda q̄ habeant charitatem, & ista est uoluntas dei beneplacita, tertia quod habeant sanctitatem, & ista est uoluntas dei perfecta, quia multū placēt deo, propter primā dicit apostolus, deponentes mēdaciū loquimini ueritatē unusquisq; cū proximo suo, ad Ephe. iiij. &c. ꝓpter sanctā charitatiuam correctionem dicit Christus, si peccauerit in te, id est, coram te quia tu uidisti, frater tuus &c. uade, & corripe ipsum inter te, & ipsum solum. Mat. xviij. propter tertiā que sunt uerba sanctitatis, scilicet laudis dei, uel deuote orationis dicit Dauid in psal. Benedicā dominū in omni tēpore, semper laus eius

eius in ore meo, & ista est uoluntas dei perfecta, dico quarto quod debemus renouari in opere per diligentiā, ad instar ignis qui post iudiciū erit clarior, & purior, sic & nos in nostris operibus. Auctoritas, qūo surrexit Christ⁹ a mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate uite ambulemus, ad Ro. vj. Christus surrexit cū quatuor qualitatib⁹ corporis gloriosi, scilicet cū agilitate, subtilitate, impassibilitate, & claritate. Sic & nos in renouatione operis per diligentiā debemus renouari quatuor cōditionibus. Primo certā orationē recipere, & ipsam mane, & sero deuote dicere iuxta dictū Christi, oportet semper orare, & nō deficere. Luc. xviij. Nota semper, id est mane, & sero. Secūdo in qualibet hebdomada dominicā seruare audiendo missām cōplete, & cū silētio, & ab omni opere seruili abstinendo. Tertio quolibet mense cōfiteri de bono consilio. Ratio sicut quolibet mēse abluitur camisia corporis, etiā quolibet mense debet lauari camisia anime que est cōscientia. Quarto quolibet anno in pascha cōmunicare iuxta dictū Christi, Accipite, & manducate, hoc est corpus meū. Mat. xxvj. Et qui manducat hunc panē uiuet in eternū. Ioan. vj. Ecce qualiter, & quomodo Christus surrexit. Dico quinto quod debemus renouari in intentione per celestialem eminentiā ad instar celi, q̄ post iudiciū recipiet qualitates altas, & claras. Sic nos in operibus nostris debemus ordinare intentionē, ut sit alta propter deum, & nō sit bassa propter mundana scilicet laudē, uel uanā gloriam. Sed que sursum sunt querite, nō que super terrā, ut dicit Apostolus ad Col. iij. Dic quomodo aliquando maiora opera mundi perduntur propter intentionē sinistrā, & malā. Maius opus quod homo potest facere in hoc mundo propter deum, est pro ipso accipere martyrium. Autoritas. Maiorē charitatem nemo habet, ut animā suā ponat quis pro amicis suis. Ioā. xv. Quod tamē perditur propter malā intentionem, & sinistram. uerbi gratia. de captiuo Christiano qui cogitur ad negandum fidem, sed ipsam non uult negare, imo uult citius mori, tamen non propter deum, sed ne sibi improperetur dicēdo renegauit, uel uult mori intentione, ut reputetur sanctus, nihil ualet eius mors, quia non propter deum, sed propter inanem gloriam permittit se interficere. Ideo Apo. j. ad Cor. xiij. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Secundū opus maius post martyrium est ingredi religionem, & renūciare uoluntati proprie pro deo, sed perditur sinistra intentione quando hoc facitis, ut filius uester sit abbas, uel eps, nihil ualet. Idem de monialibus quando mittitis filiam uestram in religionem, quia est lippa, uel claudicat, uel gibbosa, uel ne habeat dotem nihil ualet. Sed intentio recta parentum debet esse, dicendo, quia nos non possūmus orare, nec magnas penitentias facere, ideo dabimus filium nostrum, uel filiam deo, ut oret pro nobis, & saluabit, se & nos. Tertium opus est prelium iustum in quo si moriūtur efficiuntur martyres, sed perditur mala intentione quā do fit propter rapinam habēdam, uel amorem dominorū, quia tales si moriuntur damnantur. Sed debent dicere uadamus, quia iustitia est pro nobis. ideo erit unum de duobus, uel prandebimus incendijs inimicorum nostrorum, uel in celis ordinibus angelorum. Tales possunt habere corda leonum. Si dicatur quod si nescitur an prelium sit iustū, uel iniustum. Responsio q̄ tunc periculum est maiorum qui debent ponere se in ratione. Si autē ratio non acceptetur, tunc prelium est iustum, sed in incertis obedientia excusat, quia illi qui tracti uadūt ad prelium incerti an iustum sit excusati sunt, & si moriuntur saluantur, quartum opus magnum est remittere iniurias inimicis propter deum, sed perditur sinistra intentione quando remissio fit non propter deum, sed propter dominū qui uos rogauit, meritum perdidistis, quia non dedistis honorem deo qui precepit

quod

quod homo remittat, sed non illi domino. Ideo quando aliquis dominus rogat uos, ut dimittatis iniurias, debetis respõdere non remittam propter uos, sed propter deum, ut ipse remittat mihi &c. Dic quomodo in morte ostendit se cuilibet Christus di. Ecce quod feci pro te &c. Videamus quid feci pro me. Hanc renouationem petebat Dauid. di. Cor mundũ crea in me deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Psal. l. Et tunc uerificabitur thema, Celum, & terra transibunt. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo vij.

SCitote quia prope est regnũ dei. Luc. xxj. Thema propositum dat mihi motiuum predicandi de quadã materia satis speculatiua, scilicet propinquitate dei ad creaturas, sed primo salutetur uirgo Maria &c. Scitote quia prope est reg. & c. Modo iuxta intellectum quem uolo pertractare, cum dicitur regnum dei, est cõstructio intransitiua, quia non dicit diuersa, regnũ dei idem est quod regnum quod est deus, sicut dicitur regnũ Arragonie, uel Cathelonie constructio est intransitiua. Ita accipio regnũ dei, id est, regnũ quod est deus, & est modus loquendi sacre scripture in qua deus dicitur regnũ, possessio & hereditas sanctorum. Autoritas, Dominus possessio, & hereditas eorum. Deut. x. & xviij. ca. Etiam est regnum sanctorum de quo dicit the. scitote quia prope est regnũ dei. quomodo & qualiter deus sit prope creaturas, inuenio tres modos siue rationes propinquitatis, quoniam prope est.

Primo per suã effectiuã operationẽ.
Secundo per suam perceptiuam exaditionem.

Tertio p suã pfectiuã incarnationẽ. Ex hoc dicit the. Scitote quia prope est regnum dei. Dico primo q̃ dominus est prope omnibus creaturis per suã effectiuã operationẽ. Quoniã deus ex suis operib⁹ est ꝓpe, & immediatus creaturis qa ipse est causa omniũ creatorũ. Dicit regula philosophie, Rerũ naturaliter ꝓductarũ quedã pmanẽt sine causa sua ꝓductiua, quedã uero minime, uerbi gratia. De lumine in lucerna accenso quod pmanet sine causa agẽte, & de caliditate in aqua calefacta, & de domo que pmanet sine causa agẽte, id est sine magistro, qui forte iã est mortuus, & sic de multis alijs effectibus. Quidã uero alij effectus sunt qui nõ habẽt pmanẽtiã nisi in presentia agẽtis, ut aer q̃ de se est obscurus, & tenebrosus, & illuminatur a sole, tamẽ nescit retinere claritatẽ solis nisi in presentia ipsius. Idem de camera obscura a cereo illuminata. Idẽ de speculo qd̃ recipit imaginẽ, sed ipsam nõ potest retinere nisi in presentia agẽtis, patet regula philosophie. Modo uideamus ī theologia q̃ dicit quod deus est agẽs, & causa effectiua, & productiua omniũ rerum corporaliũ, & spiritualiũ, uisibiliũ, & inuisibiliũ. corruptibiliũ, & incorruptibiliũ, nũquid eius effectus permanet sine causa? Dico q̃ non, quoniam nisi deus esset presens, & continue influeret, sol statim perderet claritatẽ, & luna, & stelle. Et idẽ est de oĩbus creaturis. Ideo dicit Greg. q̃ si mundus nõ retineretur manu dei, statim annihilaretur, ideo est prope, & immediatus cuilibet rei, sicut lumen est ꝓpe aerẽ quẽ illuminat. Ecce ergo quomodo deus est prope creaturas per effectiuã operationẽ. De hoc dicit apostol⁹. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt oĩa, ipsi honor, & gloria. ad Ro. xj. Nota ex ipso scilicet initialiter, per ipsum durative, & in ipso scilicet cõseruatiue sunt omnia. De ista materia Aug. dat talẽ conderationẽ. Anima rationalis est perfectio totius corporis, & mẽbrorum eius, quia ipsa dat uirtutẽ, & operationẽ, & eff. cacia omnibus mẽbris corporis. Et si queratur ubi est anima, diceret aliquis ignorans, in capite, uerũ est, sed non solũ ibi, uel in corde, uerũ est, sed nõ solũ ibi. Dicit Aug, & etiam philosophi q̃ anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte eius, nec est diuisibilis per partes. Sed in capite ostendit maiores operationes,

tiones, & perfectiores, & excellẽtiores. Ita deus est totus in toto mũdo, & est totus in qualibet parte eius, & in qualibet creatura. Sed in capite, id est, in celo empireo ostẽdit se magis sanctis, & beatis, propter quod homo orãdo eleuat oculos ad celũ, licet deus sit hic, & ubiq;. Sicut ergo anima dimittendo corpus statim corpus annihilatur, ita si deus dimitteret creaturas statim annihilarẽtur. Legitur Act. xvij. q̃ apostolus uenit Athenas, & uolẽs extirpare errores philosophorũ q̃ ponebãt primã causam, uel primũ motorẽ esse solũ in celis, & non in terris, dicit apostolus. Nõ lõge est deus ab unoquoq; nostrũ. In ipso enim uiuimus, mouemur, & sumus. Act. xvj. Nota. In ipso tãtũ uiuimus sicut pisces in aqua que non solũ ad extra circuit eos, imo intrat intus. Ita diuinitas in nobis. Secũdo in ipso mouemur sicut aues in aere. Tertio in ipso sumus sicut stelle in celo firmamẽto ubi habent suũ esse, ita nos in deo, quia intra deũ stam⁹, mouemur, & sustinemur. Ecce qualiter deus est prope p effectiuã opationẽ. Ideo dicit Dauid in psalt. Prope es tu dñe, & oẽs uie tue ueritas. Psal. cxviij. Sed est hic argumentũ in oppositũ, quia dicit scriptura. Lõge est de⁹ ab impijs. Prouer. xv. Quomodo ergo est ꝓpe? Respõdeo, & dico q̃ dñs dicitur lõge uel prope a creaturis dupliciter, uel per distantiã localẽ, uel p differentiã formalẽ. Primo modo dicit lõge Roma, uel Valẽtia q̃ localiter multũ distat. Nõ possumus dicere q̃ isto modo deus sit lõge, quia propinquior est tibi q̃ camisia, uel claritas aeri, uel color pãno. Hiere. xxiij. Celũ & terrã ego impleo, ait dñs. Secundo modo dicitur esse lõge duo pãni, quorũ unus est delicatus, subtilis, & bonus, alter rudis, & uilis & grossus, licet sint simul, tamen dicuntur esse lõge per distantiã, & differentiã formalem. Isto modo dicimus q̃ deus est lõge ab impijs, quia deus est sanctus, & iustus, & impius est peccator, & iniustus. Deus est humilis, impius superbus. Deus est liberalis, & misericors, impius auarus, deus est pur⁹, ille est luxuriosus, ut porcus, deus est charitatiuus, impius est plenus malicia, deus seruat põdus, & mẽsurã in suis factis, & impius comedit, & bibit sine mẽsura, deus est benignus, & patiẽs, & impius impatiẽs, iniquus, & uindicatiuus. Deus est diligẽs in suis operibus, & impius ociosus, & negligẽs. Ecce quomodo deus dicitur longe non per distantiã localẽ, sed p differentiã formalẽ, quia per distantiã localẽ prope est quia deus in omnibus rebus est, qa ubicũq; aliq̃d operatur, ibi est, sed de⁹ ubiq; operatur, secũdũ illud Esai. xxvj. Omnia opera nostra operatus es in nobis dñe. ergo deus est in omnib⁹ reb⁹, de hoc uide. s. Tho. j. ij. q. viij. ar. j. Itẽ de⁹ est ubiq;, ubi. s. ar. ij. secundũ illud Hier. xxiij. Celũ & terrã ego impleo, ideo dicit prope es dñe. s. per distantiã localẽ, & oẽs uie tue ueritas. In oppositũ, quia illud quod est prope alicui nõ indiget uijs ad illud, quare ergo dicit, Et oẽs uie tue ueritas. Responsio ad habendũ deum prope per essentiã, presentiam, & potentiam non est necessaria uia aliqua, quia semper est presens, sed ad habendum deum per gratiam sunt nobis necessaria multe uie. Prima est cordis contritio quando religiosus conteritur dicendo, O miser ego sum religiosus, &c. per istam uiam deus uenit ad eum per gratiam, licet esset iam presens per essentiam, presentiam, & potentiam. Secunda uia est oris confessio, quoniam si in contritione capiendo contritionẽ generaliter in quantum extendit se ad attritionem que est displicentia de peccatis in formis non habuisti gratiam, habebis in confessione, uel econuerso, nisi sis terribilis, & obstinatus in mente. Tertia uia, est deuota oratio, cogitando quod uides deum contra te iratum. Hoc modo fecit ille publicanus q̃ orãdo dixit, deus propicio esto mihi peccatori. & habuit dei gratiã. de quo dicit Christus, Descendit hic iustificatus in domũ suã. Luc. xviij. Quarta uia est Euãgelicalis predicatio, ad quam multi ueniunt peccatores, sed totum est

uirtus Dei qñ deuote predicatur & auditur attẽte ꝙ frangit cor & cõterit &c. & sic habet gratia. Quinta uia est elee-mosyna ꝓpter Deũ recta intentione facta & data, q̃ est tãte uirtutis ꝙ sicut elee mosyna trãsit de manu tua in manũ pauperis, ita gratia Dei transit in te. Sexta uia est iniurjarum remissio qñ fit ꝓpter Deũ ne ipe faciat uindictã de te. Septima uia est audire missam deuote, ideo recipit aqua benedicta in ingressu eccℓie & homo signat se in fronte ad claudẽdũ intellectũ, & cor ne homo cogitet & os ne hõ loqnatur de mũdanis. Per hãc uiã uenit Deus p gratiã ut ostẽdit xps in die ueneris sancta qñ dixit missam in põtificalib⁹ cũ casula rubea seu sanguine rubricata. mitra fuit corona spinarũ. Sãdalia in manib⁹ & pedib⁹ claui. Diaconus & subdiaconus fuerũt latrones, acoliti uirgo Maria & Ioãnes euãgelista. in qua missa xps cantauit septies. propter hoc episcopi in missa solẽni cantãt septies. in qua missa multi obtinuerũt gratiam. qñ ut dicit beatus Lu. oĩs turba eorũ qui simul aderant ad spectaculũ illud, & uidebãt que fiebãt percutiẽtes pectora sua reuertebantur. Lu. xxiij. Nota percutiebant pectora sua ex cõtritione & flebant forte dicẽtes, quare suspẽsus est sanctus homo iste qui nup suscitauit filiũ meũ? & sic de alijs, qui forte prius erant peccatores. patet ergo quare dicit, omnes uie tue ueritas, quia non sunt uie false. Moraliter ex quo Deus est ita prope, multũ deberem⁹ timere & cauere a peccatis. Quis in conspectu regis cõmitteret furtũ uel homicidium siue luxuriam & huiusmodi, cogitãdo ꝙ rex uidet &c. Modo leuate oculos. quia Deus est magis prope, quia uidet omnia que facitis. Que mulier uiro aspiciẽte per fenestrã auderet loqui cũ amasio suo siue philocapto? Si ista cogitaremus non peccaremus. Ideo apostolus dicit. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus; quia dominus prope est. Ad Philippen. iiij. Nota modestia, id est conuersatio, uocabulum est generale ad omnes uirtutes, quia dñs Deus papa & rex p̃sens est ubique. Dico secundo ꝙ Deus est prope per suam perceptiuam exauditionẽ, quia ipse audit omnes supplicationes & orationes nostras quõcunq; fiant, siue cantando ut faciunt ecclesiastici, siue loquendo, ut faciunt deuoti, siue mẽtaliter, ut faciunt cõtẽplatiui. Ecce quomodo prope est, uerbi gratia. In missa aliqua dicuntur cantãdo ut introitus. Kyrieleison. Gloria in excelsis &c. Aliqua secrete ut canon. aliqua mentaliter, ut in primo & secũdo memẽto. Bene esset prope qui totũ hoc audiret. Deus est ita prope ꝙ totũ audit, ĩmo etiã audit affectiones cordis. Dicã uobis hic unũ miraculũ qd̃ legitur in biblia. Exo. xiiij. qñ filij Israël exiuerũt de Egypto & uenerũt ad mare ut intrarent desertum, rex Pharao & oĩs populus Egypti p̃sequebatur eos, & Iudei erãt in quodam passu stricto, & ad unã partẽ erat mons altissimus inaccessibilis, ad aliã partẽ habebãt mare rubrũ nec poterãt fugere aliquo mõ, intãtũ ꝙ se reputabãt mortuos, & incepũt murmurare cõtra Moysen dicentes. Quare eduxisti nos ut hic moriamur nũquid erãt sepulchra in Egypto? Moyses autẽ eleuatis oculis respiciebat celũ. non legitur ꝙ diceret aliquid ore, sed corde. Cui respondet Deus. Quid clamas ad me. potuit Moyses dicere. O domine estis ita prope, ego aspiciebã uos in celo & uos estis hic. Ecce qũo Deus est prope per pceptiuam orationem uel exauditionem. ideo dicit Dauid. Desiderium pauperum scilicet qui habent necessitatem, exaudiuit dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Psal. ix. Item prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate. Psal. cxliiij. Nota omnibus inuocantibus eum in ueritate. Quid est ueritas? Respondit philosophus. Veritas est adequatio rei ad intellectum, ut ita sit in re sicut est in intellectu. Quando opus concordat cum uerbo, tũc est propositio uera. uerbi gratia. Si ego dico, hodie est dies ueneris & ita

ita est, tunc intellectus adequatur rei aĩs non. Sic etiam orationes nostre nõ sunt nisi propositiones quas proponimus cor rã xpo. Modo uideamus qualiter debẽt fieri in ueritate, ut scilicet intellectus quem dant fiat in ueritate seu concordet cũ ueritate. uerbi gratia. qñ in oratione dicitis xpo dñe dñe, tunc inuitis ꝙ ipse est dñs uniuersorum, & ita est. ideo faciatis ꝙ opus concordet ad extra, ne recurratis ad suos inimicos, scilicet sortilegos &c. Secundo in oratione ipsum laudatis, & cõmendatis, quia laudabilis & commendabilis est & gloriosus. Ideo cõcordet opus ad extra ne per ipsum iuretis in uanum nec falsum nec blasphemetis ipsum &c. Tertio in oratione petitis ab eo prouisionẽ & abundantiã bonorum temporaliũ, cõcordat opus ad extra quando seruatis dñicam, quia dño qui ꝓuidet debet homo facere aliquod seruitiũ, aĩs aufert prouisionẽ. Quarto dicitis in oratiõe, Pater noster. cõcordat opus ad extra qñ honoratis patres uestros corde, ore, & ope &c. Quinto in oratione petitis & dicitis, Dimitte nobis debita nostra, cõcordat opus ad extra qñ remittitis iniurias inimicis uestris. Ecce quare dicit. Prope est dñs omnibus inuocantibus eũ in uerita te. Sed sunt multi qui nõ in ueritate, sed falsitate ipsum inuocant qñ opus ad extra nõ cõcordat cũ dictis, de quibus dicit propheta. Plantasti eos & radicẽ miserũt, ꝓficiunt & faciunt fructũ. Prope es tu ori eorũ, & lõge a renibus eorum. Hiere. xij. Nota plãtasti eos. s. in iardino ecclesie. s. in baptismo. In quo de nemore Ade trãsplantant in iardino siue uiridario ecclesie xpi, & radicẽ miserunt. s. in terrã & nõ in celũ. proficiunt. s. in diuitijs, honoribus & oficijs, nec contentantur. & faciunt fructum. s. filiorũ & filiarũ. prope es tu ori eorum, quia quotidie dicunt. domine dñe &c. & longe a renibus eorum. i. ab operibus. Sed quare non dicit longe a pedibus uel tibijs eorum, sicut dicit a renibus? quia dicit beatus Grego. ꝙ radix luxurie in renibus cõsistit propter qd̃ peccatum Deus elongatur a natura humana plus q̃ ab alijs peccatis, quia plurimi damnantur isto peccato. Dicit glos. Remigij super illo uerbo Christi, Sinite paruulos uenire ad me &c. Tanta est labes luxurie in humano genere ꝙ maior pars saluandorum creditur esse puerorum innocentum. Ecce quare dicit longe a renibus. Dico tertio ꝙ Deus dicitur prope per suam perfectiuam incarnationem, quia amore nostri uoluit incarnari. Ante suã incarnationem maior distantia erat inter Deum & hominem loquendo de distantia formali, nõ autem locali, q̃ inter aurum & lutum, inter angelum & asinũ, inter solem & lapidem, & inter celum & terram. Ideo dicit Esa. ĩ persona Dei, sicut exaltantur celi a terra. s. sine mensura, sic exaltate sunt uie mee a uijs uestris, & cogitationes mee a cogitationibus uestris. Esa. lv. Sed per suam benedictam incarnationem factus est nobis ita prope non solum per effectiuam operationem, nec per perceptiuam exauditionẽ, quia ex his Deus nõ est homo, licet sit in homine, nec est homo Deus, sed p incarnationẽ Deus est homo, & homo est Deus. s. unitate persone, & ĩ ipso stat nostra perfectio & etiã totius mũdi, dicunt geometrici ꝙ figura spherica siue circularis nunq̃ est perfecta quousq; finis iungatur principio. regula est geometrie. Sciatis ꝙ Deus fecit totum mũdum in figura spherica siue circulari. s. stellas & elemẽta & celũ & terrã. licet in alia figura potuisset fecisse, perfectio igitur mũdi in hoc stabat ut finis uniretur principio, & econuerso principiũ mundi est Deus. nec aliquis diceret oppositũ. finis fuit homo, quia ultimo fuit creatus. prima die Deus fecit lumen. secunda firmamentum. tertia planetas. quarta solem & stellas. quinta aues & pisces. sexta animalia & hominem, figura ergo circularis fuit perfecta quando finis. scilicet homo fuit unitus principio, scilicet Deo per benedictam incarnationem. Ex hoc opinant aliqui doctores ꝙ

si Adā nō peccasset etiā Deus incarnatus fuisset ad dādū pfectionē suis operibus. Iō dicit ipe De⁹. Audi me Iacob & Israēl quē ego uoco. ego ipse, ego primus & ego nouissim⁹. Esa. xlviij. Nota ergo primus, idest ego sum Deus, & ego nouissimus. i. ego sum homo. Et de ista propinquitate dicit Esa. lj. Prope est iustus me⁹, & egressus est saluator meus. Nota egressus est. s. de celo ut radius a sole, qui licet ueniat in hūc mūdū, tū non recedit a sole. Septima die martij exiuit & uenit ad nos, uia per quā uenit ad nos est uirgo Maria de qua dicit Bern. Virgo egregia ipsa est uia regia per quam saluator uenit ad nos & iam ambulauit in nostra humanitate tot dietas, dicatur quot, & in die natiuitatis intrauit mūdū. Ecce quo modo est ꝓpe iustus & saluator noster. Stetit inuia. s. in utero uirginis. cclxxvij. diebus. Ideo sicut quando domina honorabilis debet parere, parētes, fratres, sorores, & amici parant gallinas, salsām, & bonum uinū, & sibi presentant in partu. Sic uirgo grauida magna domina cito est paritura, quid sibi presentabitis, quia non indiget gallinis &c. Sed presentate sibi Aue maria deuote dicatis tot quot diebus ipsum portauit in utero. s. cclxxvij. & totidem pater noster, & poteritis in die natiuitatis recipere filium eius pannis inuolutū in sacramēto altaris cōmunicando. Ideo occurramus ei per diligentem uite preparationem quia prope est ut ueniat tempus eius & dies eius non elongabuntur. Esa. xiiij. Deo gratias.

Dominica tertia. Sermo primus.

TV es qui uēturus est an aliū expectamus. Matt. xj. Sermo nr erit de sancto Euangelio hodierno. Si placet Deo multas habebimus doctrinas speculatiuas & morales. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Tu es qui uen. &c. Secundū euangeliū hodiernum in summa continet unam ambasiatam quam B. Io. Bap. misit dominō nro Iesū Christo. rex autem Herodes incarcerauit Ioā. Bap. eo qđ reprehēdit eū de graui peccato di. Non licet tibi habere uxorē fratris tui Philippi. Marc. vj. Et cum esset in carcere audiuit mirabilia & miracula que Christus faciebat, qui uocauit duos discipulos di. eis. Ite ad xp̄m & dicite sibi, Tu es qui uenturus est an aliū expectamus. Hoc thema habet magnam difficultatē in theologia. Quoniam certum est & patet ex multis autoritatibus euangelicis ꝙ B. Ioā. Bap. anteq̄ esset captus firmiter credidit & affirmauit ꝙ xp̄s erat uerus messias, & saluator mūdi in lege ꝓmissus, uerus Deus & homo, quia cū esset adhuc ī utero matris sue cognouit Christū in utero matris existentē & exultauit & tripudiauit, ut dicit B. Ber. ꝓpter ꝙ dixit Elisabeth uirgini Marie. Ex quo facta est uox salutationis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in utero meo. Luc. j. Sup quo dicit Tho. de Aqui. de ordine p̄dicatorum in quarto sententiarū, ꝙ usus rationis fuit acceleratus in beato Ioan. Bap. in utero matris. patet ergo ꝙ habuit certam & claram scientiam & cognitionem de saluatore anteq̄ fuisset natus. Itē postq̄ Ioannes exiuit desertum, dum predicaret & baptizaret circa Iordanē Christus uenit & Ioannes ipsum ostendit di. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, hic est de quo dixi, Post me uenturꝰ est & ante me factus est, qa prior me erat, & ego nesciebam eū. Io. j. Item quādo uenit ad eum ut baptizaretur ab eo quē Ioānes spūsancto inspiratus cognouit & dixit. Domine ego a te debeo baptizari & tu uenis ad me. Matt. iij. ecce baptista cōtremuit & non audet tangere sanctum Dei uerticem, sed clamauit eum tremore, sanctifica me saluator. ista est forma quam tenuit Ioā. baptizando Christum. Tertio postq̄ Christus fuit baptizatus celum fuit apertum, & spiritus sanctus descendit super eum corporali specie sicut columba & uox Dei patris intonuit di. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Mat. iij. De hoc dicit ipsemet Io. Ego uidi & testimoniū perhibui, quia hic est filius Dei. Io. j. Ecce quomodo erat certus de ipso. Quarto quando Iudei uoluerunt se certificare de messia, Ioan. dixit eis ꝙ ipse ostenderet eum ipsis. & dum semel Christus trāsiret solus, cum Ioā. predicabat, dixit Io. populo. Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. Io. j. ergo Io. anteq̄ esset captus ab Herode firmam & indubitabilem credulitatē habuit de Christo, ideo est hic difficultas modo, quia qñ fuit captus misit Christo ambasiatam ac si dubitaret ipsum esse saluatorem dicens. Tu es qui uenturus est &c. Ideo sermo noster erit ad declarandum hanc difficultatem, pro quo notandum ꝙ tres magni doctores ecclesie declarāt istam magnā difficultatem diuersimode. Primo Chrysostomus. secundo Ambro. tertio Greg. Tñ cōcordāt in hoc ꝙ B. Ioā. non querit Tu es &c. ut esset dubius de Christo, immo sicut ante captionem erat certus ꝙ Christus erat saluator, ita & post captionem, ergo quare misit Christo ambasiatam dicens, Tu es qui uenturus est &c.

Chrysostomus dicit ꝙ hoc fecit per charitatem fraternalem.

Ambrosius dicit ꝙ hoc fecit per fidelitatem cordialem.

Gregorius dicit ꝙ hoc fecit per dignitatem personalem.

Beatus Ioannes misit Christo dicens. Tu es qui uenturus es an aliū expectamus.

Quantum ad primum dicit Chrysost. ꝙ hoc fecit Ioannes ex charitate fraternali, & ista expositio est magis communis. Beatus Ioā. habebat q̄plures discipulos qui non credebant Christum esse uerū messiam, imo reputabant Ioan. meliorē & sanctiorem Christo, ratio quia comparabant uitam Ioannis uite Christi dicendo, magister noster Ioannes fuit in deserto. xxv. annis in magna penitentia, nō comedit panem nec bibit uinum, sed eius cibus erat locuste & mel silluestre, bibit aquam, dormiuit super terram, indutus fuit pellibus camelorum, erat ualde macer & solitarius. Ideo credebant

ipsum esse saluatorem mundi. Ex alia parte uidebāt uitam Christi cōmunem, quia comedebat & bibebat de his que sibi dabantur. Induebatur de pāno nō solum una tunica sed quatuor, & morabatur inter gentes, ecce ratio dubitationis eorum. sed errabant ex ignorantia. Quoniam sanctitas uite non consistit in asperitate solū, licet sit bona, quia si sic, nullus esset sanctior diabolo, quia nullus facit tanta ieiunia, quia ipse nunquā comedit nec bibit, nec dormit nec induitur, disciplinatur quotidie &c. Asperitas uite bona est ad refrenandum malas inclinationes quas Christus non habebat, sed uita Christi fuit exemplaris, quia taliter in hoc mundo uiuere uoluit ut daret omnibus spem saluationis. Primo. xxx. annis uoluit esse in domo cum nutritio suo Ioseph laborando ut daret exemplum & spem saluationis laboratoribus & ministralibus, ꝙ si uolunt bene & fideliter operari & tenere bonam uitam, possunt saluari. Secundo qñ fuit. xxx. annorū intrauit desertū ubi tenuit uitam solitariam magis duram & asperā q̄ Ioannes ubi stetit. xl. diebus ꝙ nihil comedit nec bibit, dormiuit super terram nudam, dando exemplum heremitis & spem saluationis si uolunt seruire Deo bene &c. Tertio post hoc tenuit uitam pauperis mendicantis eundo, predicando &c. Circūspectis omnibus. Marc. xj. glo. an aliquis ipsum inuitaret ad prandium amore Dei, alias ibat ad domum Marthe seu Magdalene uel comedebat de cibis crudis &c. dando spem & exēplum mendicantibus &c. Quarto pauit multitudinem magnā hominum & mulierum in deserto. Io. vj. Dādo exemplū dominis prelatis & diuitibus, ut faciant magnas eleemosynas si uolunt saluari. Quinto quandoque fugiebat gentes, dā do exemplum debilibus ne stent inter peccatores, & cadant in peccata, sed fugiant consortium &c. Sexto qñq; stabat cū peccatoribus & publicanis. Luc, v. & inter infirmos & imperfectos ad corrigēdū oēs dando exēplū personis bonis,

& perfectis &c. Sed beatus Ioannes tenuit uitā uniformē, quia nō pertinebat ad eū ut esset tam exēplaris sicut xps, propter quod eius discipuli decipiebantur coparādo uitā Ioānis uite Christi. Vidēs ergo Ioānes ꝙ discipuli sui erant sic incredulī imo etiā inuidebant Christo zelātes pro magistro suo, cui dicebāt, Rabbi qui erat tecū trans Iordanem, cui testimoniū perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniūt ad eum. Respōdit Ioā. In hoc gaudiū meū impletū est. Illum oportet crescere, me autē minui. Ioā. iij. Ideo bea. Ioā. sciēs ꝙ in breui erat moriturus nolens suos discipulos relinquere in tali statu incredulitatis, ideo ex charitate fraternali misit illos ad Iesum, ut ab ipso certificarētur de ueritate, quasi dicat nō uerecūdemini, imo ex parte mea interrogate ipsum, quasi uellet dicere Ioānes, ego non possem uel non possum istos conuertere, sed ipse statim cōuertet eos, & hoc patet ex Christi responsione. Quoniā ut dicit Luc. Christus corā discipulis Ioānis predicauit populo, & laudauit, & cōmendauit multū paupertatē uoluntariā di. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnū celorum. Matt. v. Deinde post sermonē sanauit multos infirmos, cecos, & claudos, surdos leprosos, & suscitauit mortuos. quo facto dicit ambasiatoribus Ioannis, Euntes renūtiate Ioanni que audistis, & uidistis, ceci uident, claudi ambulant, leprosi mūdantur, surdi audiūt, mortui resurgūt, pauperes euāgelizantur, & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Qui recepto a Christo cōgerio redierūt ad Ioannem cum illa responsione. Cui dixerūt quod Christus nō respondit ad eos uel ad eorum questionē. Imo dixit Ioānes, Respōdite uobis clare faciēdo coram uobis signa, & miracula que debebat facere messias, de quibus Esa. Tunc, scilicet tempore regis messie, aperientur oculi cecorum, id est, ceci uidebūt. & aures surdorum patebunt, id est, surdi audiēt. tūc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Esa. xxxv. Et dixerunt discipuli, quid est quod dicit pauperes euangelizantur? Quibus respōdit Ioannes. Ecce de hoc quid dicit Esa. in persona regis messie. Spiritus domini super me eo ꝙ unxerit me. Ad annunciādum mansuetis misit me, ut mederer contritos corde, & predicarē captiuis indulgētiam, & clausis apertionē &c. Esa. lxj. Ecce hic ratio quare Ioānes misit discipulos ad Iesum, scilicet ex charitate, & non ex sui dubitatione, ut in Christi cōmēdatione. Quoniam postq̄ discipuli recesserunt a Christo, quia ipsi corā populo dixerunt Christo ex parte Ioānis, tu es qui &c. populus potuit dubitare, & dicere intra se, Nunquid Ioannes dixerat de isto quod erat messias, & modo dubitat &c. Ideo postq̄ Christus satisfecit discipulis Ioānis, uerbis uoluit etiā satisfacere populo di. Quid existis in desertū uidere &c. scilicet tūc quādo Ioannes predicabat, arūdinē uento agitatā. Nō credatis ꝙ Ioannes dubitet de me, & forte Christus dixit populo rationē quare Ioānes miserat ad eū suos discipulos. Hoc modo Christus eiecit discipulos Ioānis de errore, & populum de falsa opinione, & prouidit omnibus. Moraliter beat⁹ Ioānes bene curabat de illuminatiōe, & salutione omniū, sed precipue domesticorum, & discipulorū suorū dando nobis exemplū ꝙ non solum debemus curare de propria saluatione, sed etiā omnium aliorū, & maxime domesticorū. Verbi gratia. Si uir sit bon⁹, & deuot⁹, & uxor sit uana &c. nō debet dicere uir quid ad me de uxore mea, sed debet laborare ut ipsam conuertat, & ecōuerso. Ideo dicit apostolus, Sanctificatus est uir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per uirum fidelē. j. ad Corin. vij. vt sepe cōtingit. Itē filios, & filias nō solū debetis curare ut sint bene induti, & pasti, sed etiam ut sint bene nutriti ut saluentur. Ideo quando sunt parui sunt nutriendi taliter. Ideo bona mater tenetur eos docere pater noster &c. Quia sicut bon⁹ hortulanus adaptat arbores teneras &c. Secus de iam magnis,

gnis, que nō possunt nisi per ignem adaptari. Ita uos de matrimonio estis hortulani qui plātatis arbores in horto uel iardino christianitatis, ideo &c. Propter hoc dicit scriptura sancta. Patres nolite ad iracundiā prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina, & correptione. Ad Ephe. vj. Itē si habetis famulos, & ancillas tenemini saluationem eorum procurare, scilicet ut confiteantur &c. & faciant penitentiā, & audiant missam, & cōmunicent, & non dicatis sufficit ꝙ seruiant mihi. imo dicit scriptura sancta, Si quis suorū, & maxime domesticorum curā nō habet fidē negauit, & est infideli deterior. j. ad Thi. v. Quantū ad secundū dicit beatus Amb. ꝙ Ioānes misit discipulos suos ad Christū per fidelitatē cordialem. Sciens beatus Ioannes ꝙ confessio fidei est summe necessaria ad saluationem. de quo supra uide in ser. ulti. dominice prime aduentus, quia deus non solum uult fidem cordis firmam, sed uult etiā ꝙ reuerenter confiteatur ore, & est tante uirtutis ꝙ ducit hominem ad bonū finem, & saluationē, Auto. Si confitearis in ore tuo dominū Iesum, & in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiā, ore autem cōfessio fit ad salutem. Ad Ro. x. Tota fides Christiana cōsistit in Credo. Dicatur si ego sum in peccatis, nunquid ego saluus ex cōfessiōe fidei &c. Rūdeo ꝙ sic, quia fides quando firmiter credit, & deuote cōfitetur, inducit hominē ad cōtritionē, nec permittit hominē mori sine uera penitētia. Deuotio enim ut dicit sanct⁹ Tho. ij. ij. q. lxxxij. ad secundū. est pinguedo anime causata a charitate, & cōseruans eam. Et est actus religiōis, & uirtutis. Ideo Ioānes qui quotidie expectabat mortē, fidem quam habebat in corde de Christo uoluit ipsi Christo ore cōfiteri corā Iudeis, & quia per se nō poterat, quia in uinculis erat, ideo misit discipulos suos di. Tu es qui uenturus es. hic enim uersus terminatur assertiue di. Ioannes credit firmiter ꝙ tu es ille qui erat uenturus, & modo per nos confitetur ore. An aliū expectamus? nō. quasi dicāt nō expectamus aliū. de quo dicit ipsemet Christus Iudeis, Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius uenerit in nomine suo, scilicet antichristus, illū accipietis. Ioan. v. Isto modo an aliū expectamus, non est questio dubitatiua, & ad istud propositū facit responsio Christi informādo populū, ostēdendo, & faciēdo signa, & miracula que messias debebat facere, & cōmendādo Ioannē di. Quid existis in desertū uidere hominem mollibus uestitū? Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt &c. quasi dicat. Iam uidetis ꝙ adulatores seu ioculatores adulātur regibus, & dominis ut habeant uestes, quasi uelit dicere Christus, Non credatis ꝙ propter adulationē Ioānes dicat mihi. Tu es qui &c. sperās a me uestem habere. Ideo potestis sibi credere indubitanter. Dic hoc quod Christus dicit, Ceci uident &c. Ecce quomodo secūdū Amb. fuit ambasiata Ioannis ad Christum ex fidelitate cordiali. Moraliter istruimur hic ut omnes sciatis Credo in deū, & quolibet die ipsum cōfiteamini mane, & sero cū protestatione. Hoc tamen debet fieri maxime in articulo mortis, siue per se siue per alios in persona sua, quia tūc dēmō tētat maxime de fide faciendo suas falsas rationes di. Quomodo tu potes credere, & turbat intellectū, & tentat de fide que est fundamentū, quod si cadit, totū edificium uirtutis ruit. Ve terre, id est, hominibus terrenis, & mari, id est, hominibus luxuriosis, quia descendit diabolus ad uos habēs iram magnam, sciens ꝙ modi cum tempus habet. Apo. xij. Ideo in nostro sancto ordine, scilicet predicatorū est laudabilis consuetudo, ꝙ quando aliquis frater debet mori pulsatur tabula, & omnes fratres ueniunt, & confitētur fidem pro infirmo di. Credo in deū &c. Ideo Ioannes quando debuit mori uoluit fidem Christo cōfiteri. sic debemus nos facere. Nos habentes eundem spiritum fidei sicut scriptū est, Credidi pro-

pter quod locutus sum,& nos credidimus propter quod & loquimur. ij. ad Corin.iiij. Quātū ad tertiū dicit beatus Grego. q̄ Ioannes misit discipulos suos ad Christū per dignitatē personalē. Sciebat Ioannes q̄ Christus merito sue passionis liberaret omnes sibi credentes,& obedientes in hoc mundo,& etiā mortuos in limbo existentes ex prophetia Zach. Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Zach.ix. Nota in sanguine testamenti tui,scilicet noui per mortem confirmati. Ioannes autem qui optime sciebat istam prophetiam,sciebat,q̄ sancti patres sanguine Christi erant liberandi. Sed dicit Gregorius quod Ioānes ne sciebat an Christus ipse personaliter descenderet ad limbum an mitteret aliquē angelū. Ideo quia Ioannes erat cito moriturus, uoluit scire a Christo, ut sicut ipse Ioannes in hoc mundo habuerat dignitatem precursoris,sic etiam hanc dignitatem haberet in alio mundo in limbo. Ideo per discipulos uolens se certificare di. Tu es qui uenturus est &c. unde non de preterito sed de futuro querit. Et ad hoc tendit Christi responsio,quia etsi mira faciat, tamen abiecta perpeti non dedignatur,propter hoc dixit Christus discipulis Ioannis. Dicite Ioāni,Beatus inquit qui non fuerit scandalizatus in me, quia ego uolo personaliter illuc descendere. Modo cogitate quale gaudium fuit sanctis patribus quando Ioannes eis nuntiauit aduentum Christi personalem. Ex ista ratione Christus uocauit Ioannem prophetam dicens populo. Quid existis uidere &c. scilicet quando ueniebatis ad sermones Ioānis prophete,etiam dico uobis plusquam prophetam. Propheta erat quando unus prophetabat unus. sed plusqam prophetа quando mortuus prophetauit mortuis, quia hoc solum conuenit angelis, ideo etiam ex hoc Ioannes dictus est angelus dicente deo patre filio suo de Ioāne,ecce ego mitto angelū meum ante faciem tuam. Malach.iij. Mitto nō solum in hoc mundo, sed etiā in alium, scilicet in limbū. Moraliter instruimur. hic Ioannes autem fuit propheta in hoc mundo,sed nō fuit cōtentus sed etiā uoluit prophetare in alio mūdo. Hic habemus exemplū q̄ in hoc mūdo habemus dignitates,prelatiōes,excellentias,officia,& diuitias,q̄ nō sumus contenti. sed faciamus q̄ in alio mūdo habeamus honores,& dignitates in paradiso,alias modicum ualeret,& stultum esset uelle honorari in hoc mundo,& nō in alio. Modo audite historiā inter multos stultos quomodo unus fuit sapiēs. Noueritis q̄ in quadam patria erat talis cōsuetudo q̄ quolibet anno faciebāt unū ducem qui quandiu erat in dignitate abundabat,& dabat se delicijs &c.& trāsacto anno ejciebatur nudus in exiliū ad quandā insulā ubi moriebatur fame. O dixit unus, Ego scio quid faciā. unde cū esset in dignitate,& honore,prouidit ut post habe ret unde uiueret. Quis ipsorū fuit stult⁹ uel sapiens,iste uel illi qui dixerunt, ex quo tam parū durat,satisfaciā delectationibus meis per omnem modū &c. an ille qui dixit,ex quo ista parū durant,prouidebo mihi in futurū &c. Ita de nobis dignitates,beneficia,& officia huiusmodi parum durant. ideo prouide,& mitte in aliū mundū bona opera,& hic castiga te,scilicet humiliando,deponēdo pompas,superbiam,excessus uestium,caudarum,manicarū &c.& mitte eleemosynā dando pauperibus,captiuis,puellis, ecclesijs &c. Et quādo illi in hoc mundo se dant delicijs,moriuntur in alio mundo fame, uos autem abundabitis, & sedebitis in mensa Christi. Ecce exemplum quod hic habemus a beato Ioāne, de quo dicit Christus, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioāne baptista. Matt.xj. Tamen non fuit contentus,sed uoluit etiam esse in alio mūdo magnus. Ideo curemus de alia uita. Iuxta illud Apost. ad Coll.iij. Que sursum sunt querite,ubi Christus est in dextera dei sedēs, que sursum sunt sapite,non que super terram.

De cad

De eadem dominica. Sermo.ij.

CEpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Matth.xj. In presenti sermone uolo declarare uirtutes necessarias ad perseuerandum in bona uita,& sancta illis qui inceperunt. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Cepit Iesus &c. Pro huius uerbi declaratione, & materie predicande introductione sciendū,q̄ quedā dixit Christ⁹ Ioanni,quedā uero dixit Christus de Ioanne. Ioāni dixit Christus per nūcios opera miraculosa. De quibus dixit sanctum euangeliū, Renuntiate Ioanni que uidistis,ceci uident,claudi ambulāt, leprosi mundantur,surdi audiunt, mortui resurgunt,pauperes euangelizantur,& beat⁹ est qui nō fuerit scandalizatus in me. De Ioanne autē dixit Christus populo uirtutes,& res mirabiles,& pretiosas. de quibus dixit thema,Cepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum uidere &c. Quatuor uirtutes multum pretiosas dixit Christus ad turbam de Ioanne ualde necessarias illi qui uult perseuerare in bona, & sancta uita, & sunt iste que sequuntur.

Prima est uirtuosa firmitas.

Secunda est rigorosa asperitas.

Tertia est operosa fidelitas.

Quarta est gratiosa puritas.

De his dicit thema propositum, Cepit Iesus dicere ad turbas de Ioāne,scilicet has quatuor uirtutes. Dico primo q̄ prima uirtus multū necessaria persone uolenti perseuerare in bona uita incepta est uirtuosa firmitas, hec est necessaria tam religiosis quam ecclesiasticis, tam heremitis quam etiam illis de matrimonio tenere fortiter in bona uita incepta, & non desistere,nec carnis inclinatione, nec diaboli tentatione,nec mundi occasione. Antequam homo eligat statum debet bene respicere,& deliberare que uita,quis modus uiuendi, quis status sit melior,& magis pro nostra complexione. Religio enim eligibilis est, si tamen seruetur,sic etiam de alijs,qua electa oportet continuare, & perseuerare firmiter. Autoritas. Esto firmus in uia domini,in ueritate sensus tui,& scietia. Eccles.v. Nota quod uia domini est bonus status quem elegisti,per quem deus uenit ad te,& tu uadis ad eū per gratiā, in ueritate sensus tui,scilicet quod tibi, & tue complexioni sit proportionatus, & scientia,ut si nescis eligere quis status sit melior,pete consilium a scientibus &c.& continua,non sicut pueri qui quotidie uellent mutare magistrum. De hac uirtute Christus laudauit,& commēdauit Ioannem dicens, Quid existis in desertum uidere arundinem uento agitatam,quasi dicat,non talis Ioannes,sed fortissimus,ut rupes, & immutabilis a sancta uita quam elegit in sua pueritia. Moraliter. O quot arundines uariabiles,& mutabiles sunt hodie in mundo que modico uento tentationis mutantur. Verbi gratia. Quot sunt qui in aliquo bono sermone recipiunt bonum propositum emendandi se dicendo, O miser tam male feci usque modo. Decetero uolo corrigere uitam meam &c. tunc est canna recta. Sed cadunt uento tentationis;quando demon uel amici dicunt, & quid creditis facere modo, quoniam estis iuuenis &c. omnes facient truffam de uobis. Ex isto uento q̄ plures mutant propositum, & cadunt, quia sunt debiles. Item multi usurarij qui proponunt restituere usuras,furta, rapinas &c.& Proponunt decetero uiuere de suis laboribus &c. sed cadunt uento tētationis quādo dicitur eis,quid uultis facere miser homo. Sic clerici ēt, & talis bonus homo facit idem,& ecclesia permittit &c.& sic mutant suum bonum propositum,& cadunt. Item de luxuriosis. Quādo religiosus clericus uel laicus est inuolut⁹ luto luxurie,qui quādoq; habēt remorsum consciētie,& proponūt uiuere caste,& dimittere malā societatē,tūc canna est recta,sed cadit uento tētationis diabolice,qñ mulier dicet sibi flēdo corā eo,& dicēdo,O quid faciā. mō uultis me dimittere. Ego fui uo-

bilcu semp dū erā iuuenis,& quid faciā mō &c.Idē de uindicatiuis,qñ aliq̄s iniuriatur,,ppōit remittere propter deū, facere pacē cū inimicis iuxta uolūtatem dei,tunc cāna recta est,sed cadit uēto tē tationis,qñ dicūt amici,qd facietis modo?dicent omnes q̄ estis timidi & nihil ualetis,& sic mutat propositum & cadit. Itē quot sunt q̄ inceperūt bonā uitam, sed modico uēto derisionis statim desistūt,ideo dicit scriptura sancta.Nō uētiles te in oēm uentū & non eas in omnē uiā.Eccl.v.Magnus defectus est illorū qui ex locutionibus gentiū statim dimittūt bonū ꝓpositū & bonā uitā inceptā, qa semp fuit q̄ mali loquunt cōtra bonos.Nūquā fuit uita ita sancta sicut xp̄i, tñ mali obloquebant de ipso.tñ nec propter hoc xp̄s propositum mutauit.Scitis qualiter est de obloquentibus & desistētibus a bono incepto.sicut de paruo puero qui a matre mittitur aliquo qui ex latratu caniculi timet nec audet transire, imo reuertitur cum tamen caniculus nō potest sibi nocere in aliquo. Talis enim stultitia illorum qui ex locutionibus gētium nō uolūt bonā uitam cōtinuando transire.Pater noster Christus & mater nostra ecclesia sancta mittit nos ut uadamus ad ciuitatē paradisi.Et qñ homo incipit bonam uitā tenet homo uiā paradisi,& caniculi,scilicet mali.i.male persone latrant dicēdo.Hypocrita &c.Sed non timeas transire,permittas ipsos latrare,quia non mordent te.uidetur ergo bene q̄ estis pueri,quia ex hoc dimittitis uiam paradisi.De ista malitia dicit propheta Dauid.Sagitte paruulorū facte sunt plage eorum & infirmate sunt contra eos lingue eorum. Conturbati sunt omnes qui uidebant eos.& timuit omnis homo.ps.lxiij.Nota sagitte paruulorum sunt sagitte quibus pueri sagittant muscas.dicit quod tales sunt sagitte obloquentium que non uulnerant,q̄ declarat dicens,Infirmate sunt cōtra eos lingue eorum, scilicet obloquentiū,qa nullam habent fortitudinem,tamen ut pueri conturbati,scilicet q̄ timent eos, qui uidebant eos,scilicet obloquētes,& timuit omnis hō, qui scilicet dimittit ex hoc uiā paradisi. Quot religiosi uidentur ad oculū q uadunt ad infernū uia recta,qa nihil seruāt de promissis.Idē de clericis & alijs,& isto timore nō audent incipere bonā uitā.Sed illic trepidauerunt timore ubi non erat timor.ps.xiij. ideo necessaria est firmitas.Secūdū qd̄ est necessarium est rigorosa asperitas.s. contra carnem.Ratio.Caro enim nostra habet conditiones anguille uel murene que labit nec pōt retineri nisi sit uoluta in arena uel cum arena.Ita est de carne nostra,quam si uultis tenere delicate in cibo potu uestibus & lecto &c.non poteritis retinere eā,ideo necessaria est religiosa asperitas in cibo & potu,& sic tenebitis eam.Ista est ratio quare mō in mūdo sunt tot mali religiosi clerici &c. qui uolunt uiuere delicate sine aliqua asperitate. Ideo dicit apostolus ad Ro. xiij.Induimini dñm Iesum xp̄m& carnis curam ne feceritis in desiderijs.Nota induimini dominum Iesum xp̄m,scilicet per uite asperitatem,quia eius uita fuit semper dura & aspera.Induitur Christus per imitationem,& curam carnis ne feceritis in desiderijs,licet tamen in necessarijs.De ista uirtute Christus laudauit Ioannem dicens.Quid existis uidere hominem mollibus uestitum?ecce q̄ mollibus uestiuntur, in domibus regū sunt. Dicit hic Greg. Si in mollibus & precioſis uestibus culpa non esset,nequaquā tam uigilanter sermo diuinus Ioannem de asperitate uestium collaudasset.Innuitur ergo quod magnū peccatū est uelle mollibus indui.Si dicatur & si ego de meis diuitijs de bono iusto acquisitis facio mihi uestem precioſam quod peccatum est ? dicit hic Grego.q̄ non est aliquis quātūcunq; honorabilis persona qui curet in domo ut honorabiliter uestiatur . Idem de mulieribus. Sed quādo habet ire extra & uideri. Ergo nō fit nisi ad pascēdū oculos gētium, & nūquid esset melius ad pascēdum ora pauperū q̄ moriunt fame & ad redimendum

dū captiuos q̄ sunt in puncto abnegandi fidē?Ideo nō est sine culpa qui in his facit supfluitatem.ideo apostolus,habētes alimēta & quibus tegamur his cōtenti simus.j.Tim̄.vj.Nota habentes alimēta,non dicit delectamenta.& quibus tegamur,non dicit quibus ornemur.Item q̄ ultra hoc est peccatū est,& etiā stultitia.Verbi gratia.Si quis ex crimine sententiatus ducitur ad furcam equitando cui uellēt ponere uinculum in collo de corda,& ipse diceret nō,qa ego sum dines,ideo uolo uinculū de serico,& qñ ipse teneret in collo rideret & se de uinculo appreciaret,nunqd iudicaret stultus?In hac stultitia sumus nos.Quare uestis fuit data homini,nunqd ex quodam furto nostri patris Ade ex quo deus sentētiauit hoīem ad mortē & uestiuit eum ut cū illa duceret ad mortē?Quādo ergo uos dicitis Certe uolo mihi facere talem uestē &c.O stulte,tu uis te appreciari de signo furti.Et ex ista ratione dicit scriptura sancta, In uestitu ne glorieris unquam.Eccl.xj.Si dicatur,ad minus in die festo uel nuptiarū gloriabor.respondet dicens.Nec in die honoris tui extollaris.ibidem.Tertium quod est necessārium est operosa fidelitas,ut scilicet fides que est intus in corde exeat extra p bona opera.Ratio quia fides Christiana cōparatur Racheli uxori Iacob pulchre que uidens qd̄ nō generaret dixit uiro suo Iacob.Da mihi liberos alioquin moriar.Gen̄.xxx.Ecce fides Christiana,Rachel interpretatur uisum principium. Principium omnium rerum est de⁹,ego principium qui & loquor uobis.Io.viij. Hoc principium uidetur p fidem nunc. sed quando erimus in paradiso uidebimus facie ad faciem sicuti est.Fides autem catholica est Rachel pulchra & clara sine errore que dicit uiro suo,scilicet uero fideli . Da mihi liberos alioquin moriar. Quid proderit fratres mei si fidem quis dicat se habere,opera autē nō habeat,nūquid fides poterit saluare eū? sequitur,Fides sine operib⁹ mortua est. Iac.ij.Ideo requiritur operosa fidelitas, scilicet ut illud quod credimus intus in corde ponam⁹ extra in opere.uerbi gratia.Creditis uos q̄ Christus descenderit de celo & humiliauerit se & intrauerit uterum uirginis.Ideo istam credentiam ponatis in opere humiliando uos de superbia,pompa,uanitate & statu &c.Item creditis q̄ Christ⁹ fuit pauper i hoc mūdo quod nihil uoluit habere in hoc mūdo.Ideo ponatis in opere cauendo ab omni auaritia,usura rapina &c.Item creditis uos q̄ Christus uoluit cōcipi & nasci sine omni corruptione,& uoluit semper uirginitatē conseruare.Ideo ponatis illam credentiā in opere cauendo ab omni luxuria corruptione &c.Item creditis q̄ Christus ex amore & dilectione uoluit mori & pati pro nobis.Ideo caueatis ab inuidia.Itē creditis uos q̄ fuit abstinēs,quia nō comedebat nisi semel in die,nec comedit carnē nisi dē agno paschali ex ordinatione legis.Ideo abstineatis uos ab excesib⁹ cibi & potus seruando ieiunia ecclesie,non comedēdo ante missam in dominica.Item creditis uos q̄ Christus fuit patiens , qui cum a nulla creatura posset cogi,patienter tñ uoluit subijci iudicibus & sagionibus &c.precaueatis ab ira.non queratis uindictam ab aliqua iniuria. Item creditis uos q̄ Christus fuit diligētissimus.Ideo uos non sitis ociosi in operibus spiritualibus. Hec est fides operosa.De ista Christus laudauit & commendauit Ioānem dicens,Quid existis uidere prophetam ? imo dico uobis plusquā prophetā. Nota propheta a procul fante , scilicet loquente procul uel que ex tempore, uel que ex natura scientia distāt,hoc est officium prophete.sed dicitur plusquā propheta.quoniam illud quod dicit ore,ostendit digito.Propheta fuit Ioannes quando dixit,Post me uenturus est cuius non sum dignus calciamenta portare.Mat.iij.Sed fuit plus quā propheta quando digito ipsum ostendit populo dicens, Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi.Ioannis.j.Ita est ille qui scit Credo in deum.quando ipsum di-

xit est propheta a procul fante, precipue quando dicit, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos, quia distant a cognitione eius naturali. Sed est plus quā propheta quando facit opere quod dicit ore, & ita ostendit alijs ut faciant, & potest dici digitus dei est hic. Exod. viij. De quolibet tali dicit Christus angelis custodibus nostris. Quid existis uidere prophetam? Respondent sancti angeli, etiam domine plus quā prophetam. Sed eo modo iam cōpletus est planctus Dauid in persona dei dicentis. Signa nostra non uidimus, iam nō est propheta, & nos non cognoscet amplius. ps. lxxiij. Nota signa nostra scilicet opera bona exteriora que sunt signa fidei interioris. Iam non est propheta. Et hoc quantum ad illos qui nesciunt Credo in deū, uel si sciunt non curant ipsum dicere mane & sero deuote. Quartum quod est necessarium est gratiosa puritas, quoniam ad coniuiū paradisi non intrat aliquis immundus & inhonestus. Apoca. xxj. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, & abominationem faciens & mendacium. Immundi & inquinati sunt illi qui peccant corde ex immūdis cogitationibus, & non audent facere opus timore scandali. Sed totaliter se balneant in istis cogitationibus abominationem facientes, quando faciūt opere peccatum quod cogitauerunt in corde. Mendacium faciunt illi in matrimonio qui non seruant fidem sibi mutuo promissam. Ideo necessaria est gratiosa puritas. De ista uirtute Christus commendauit & laudauit Ioannem dicens. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Non quod Ioannes fuerit angelus in natura, sed dignitate & puritate. Ideo multum debemus cauere ab immundicijs luxurie memorari quare sumus creati, quia sumus socij sanctorum angelorum in paradiso. Vnde Christus, Cum autem a mortuis resurrexerint nō nubent neq; nubentur, sed erunt sicut angeli dei in celis. Hec sententia habetur Matth. xxij. & Mar. xij. Ideo imitemini conditiones angelorum, quia si nos uultis ponere filium uestrum in curia regis uel prelati iam ante incipitis ei ostēdere mores curie, alias reputabitur pastor ouium, idem de nobis &c.

De eadem dominica. Sermo. iij.

RENunciate Ioanni que uidistis & audist. Matthei. xj. Nunc uolo predicare de sancto euangelio secundum intellectum spiritualem. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Renunciate Ioanni. Thema istud est responsio quam fecit Christus Ioanni per nuncios dicens. Renunciate &c. sed spiritualiter maxime tropologice, seu moraliter. Sed oportet primo declarare duo uerba thematis. Primo quis sit iste Ioannes incarceratus. Secundo qui sunt isti nuncij quos Christus misit sibi dicere, Renunciate &c. Quantum ad primum Ioannes incarceratus est quilibet Christianus existens in peccato mortali. Ioannes autē interpretatur cui facta est donatio a deo. Modo nulli creature humane donauit deus tantum quātū dedit Christiano. Cui primo deus dedit beneficium generale, scilicet imaginē suā propriam in creatione: quia sicut deus est unus in essentia, & trinus in personis, ita anima est una in essentia & tres potentie. Item deus pater dedit filium suum Christiano in socium in hoc mundo. xxxiij. annis qui ore proprio predicauit secreta fidei de gloria dei, de gaudio paradisi, de penis inferni & purgatorij. in quo dedit nobis suam sapientiam. Item dedit nobis suam potentiam in miraculorum operatione quando dicta sua miraculis cōfirmabat. Item Christiano uitam suam dedit & sanguinem proprium in nostra redemptione, quia nihil aliud fuisset sufficiens precium. Item dedit dilectam animā suam, quādo in morte fuit a corpore separata, ut nobis daret in hoc mundo uitam gratie & in celo uitam glorie. Item dat nobis corpus suum in communione. & suam

suam diuinitatem in fruitione & celum pro habitatione. Si ergo secundum interpretationem Ioannes est cui facta est donatio a domino, & cum Christianis deus dederit tot dona, ideo quilibet Christianus dicit Ioannes. & possumus dicere de deo, Maxima & preciosa nobis p̄missa donauit ut per hoc efficiamini diuine consortes nature. ij. Pe. j. Sed Ioannes. i. Christianus est in uinculis. i. incarceratus, quando est in peccato mortali. Culpa est captio. Vincula sunt peccata mortalia, & quot peccata habet hō tot uinculis ligatur. Pro quo notandum q̄ anima habet omnia membra ut corpus, sed sunt spiritualia, sicut membra corporis sunt corpalia, & secundū mēbrū p q̄ peccat. sic ala ligatur cathena cuius caput est in inferno. Verbi gra quādo hō peccat p gulam uel linguam male loquendo contra deū uel cōtra proximum, statim anima ligatur in gutture. Item frangendo ieiunia ecclesie uel penitentie uel uoti, siue nimis comedendo uel bibendo, inebriādo se, quoties in hoc peccasti tot cathenis es ligatus in gutture. Item quando peccas corde superbiendo, inuidendo, irascendo, male desiderando, uel cogitando tot cathenis es ligatus iuxta cor in pectore. Itē quādo homo peccat manibus furādo, proximum percutiendo, uel inhoneste tāgēdo &c. Item q̄ homo peccat renibus per luxuriam quoniā ut dicit Gre. peccatū luxurie in renibus habet suā radicē. Idem de pedibus eundo ad sortilegos uel ad alia mala cum socijs. Isto modo Christianus uinculatur & incarceratur in captione culpe. Autoritas. Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorū constringitur. Prouer. v. Nota impium quia magna impietas est captiuare filiā regis, scilicet animam filiam dei, que nihil habet a patre carnali, quia anima hominis a solo deo increatur corpori, licet materia ad eam per patrem disponatur, quam peccator uendit diabolo modico pretio delectatiōis. Ecce quis est Ioannes captus & uinculatus. Quantum ad secūdū uidēdū est qui sunt nuncij quos xp̄s misit ad Ioannem captū dicens. Renūciate Ioāni &c. Dico q̄ isti nūcij sunt predicatores, scilicet oēs illi qui habent officium predicādi. Autoritas. Quomodo aūt predicabūt nisi mittātur. Ad Ro. x. Nota quomodo audiēt scilicet populi precepta & illa que habent credere & facere sine predicatore. Quomodo uero predicabunt nisi mittantur, uel per apertam reuelationē sicut misit apostolos dicens. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporū. Mat. x. Lupi sunt detractores qui mordent murmurando &c. uel mittuntur a deo per secretā inspirationē, qñ proponūt predicare bonas doctrinas. Secus quando predicant doctrinas poetarū, quia tūc nō mittunt a deo, sed a diabolo. Ideo quasi p impossibile dicit ap̄s. Quomodo predicabunt nisi mittantur predicatores, ergo qui mittūtur a deo debent renunciare Ioanni. i. Christiano capto & uinculato ea q̄ in sacra scriptura audiuerunt legendo, uel uiderunt cōtemplando & studendo quomodo poterit liberari & exire de captione culpe. Ecce quare dicit thema. Renūciate scilicet uos predicatores nūcij mei Ioanni. i. Christiano in uinculis constituto, que audistis & uidistis, scilicet in scriptura sacra. Propter hoc uolo modo uobis nūciare illa que uidi & audiui studendo sanctum euangelium, & sunt septem que xp̄s dixit nuncijs Ioannis, scilicet Ceci uident, claudi ambulāt, lepro si mūdantur, surdi audiūt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Btūs est qui non fuerit scandalizatus in me. Ista septem sunt necessaria ad exeundum de peccato, que sunt peccatori nuncianda secundum q̄ dixit Christus, Renunciate Ioanni q̄ uidistis & audistis &c. Primum est, ceci uident. Ceci sunt peccatores in mala uita uiuētes. Patet iudicio uestro Quoniam si uos de feneſtra uidetis aliquem transeuntē p uicū cespitantē & cadentē, mō inter lapides, mō in luto, mō in spinis, & uadit sic impingēdo, ac si deberet frangere collū, statim uos iudicabitis

bitis q̄ talis est cecus. Sic incedūt peccatores per uiā huius mundi impingendo, quia modo cadūt in luto luxurie, modo inter spinas auaritie, modo iter lapides ire, mō in aqua peccati gule, ideo recte sunt ceci. Autoritas di. de peccatoribus. Ambulabūt, ut ceci, q̄a dño peccauerūt. Sophonie. j. Modo uidendū est qualiter isti ceci uidēt. Dico q̄ in cōtritione illuminantur a deo. Tunc enim deus aperit oculos anime, & uidēt. Primo quō sunt in ira regis Christi. Nullus uestrum esset letus qui sciret se esse in ira domini sui, quāto ergo magis de xp̄o rege? Secūdo uident quo ex peccatis perditerunt oīa bona opa, & merita, & uirtutes &c. Qualis dolor, & tristitia est mercatori quando nūtiatur q̄ nauis in qua habebat magnū lucrū, & bona sua, est submersa. idē &c. Tertio, uidēt q̄ perdiderunt dignitatē, & honorē quia secundū presentē iusticiā erāt scripti in libro dei in celo. Ac si Papa haberet aliquē sacerdotē scriptū in libro suo pro cardinali. Sed ꝓpter peccatū suum ipsum radit, & facit simplicē scholarē, uel sacerdotem, qualis dolor, & tristicia. Idem de rege qui haberet nomen tuū scriptum, ut faceret militē, sed propter proditionem tuā quam sibi feci sti facit te seruū, & abiectum, qualis tristitia, idē &c. Quarto uident penas, & tormenta eis iā parata in inferno, & timēt, & conteruntur, tunc ceci uident. Et tunc quilibet talis potest dicere. Vnū scio, q̄a cecus cū essem modo uideo. Io. ix. Secū dū est. Claudi ambulant. Claudi sunt peccatores. patet ad oculū. Si uos uaditis ad beatā Mariā Aquisgrani, & in uia inueniētis hominē sedentē immobiliter, & quoties inde transitis ipsum ibi inuenitis, nunquid claudū, debilē, & impotentem ipsum iudicabitis? imo. Idē de peccatoribus. Quot dies sunt siue mēses uel anni q̄ uos estis in peccato superbie, uel auaricie, tot anni sunt q̄ uos statis immobiliter, q̄a nō uaditis ultra per uiā paradisi p bona opera, & merita, quia nō habetis gratiā gratū facientē. Ideo statis immobiliter, ut claudus, ideo dicitur de peccatore. ij. Regū. iiij. cecidit, & claudus effectus est. Sed incipiunt ambulare in boni propositi assumptiōe qui superbus dicit. O miser, uere usq; modo male uixi superbe, & pōpose, sed decetero uolo dimittere istā superbiā &c. Idē de auaro, & luxurioso &c. Quib⁹ dicit xps. Ambulate dū lucē habetis, ut nō tenebre uos compre hēdāt, q̄ ambulat in tenebris nescit quo uadat. Ioā. xij. Nota ambulate dū lucē. s. cōtritiōis habetis, &c. Tertiū est, leprosi mundant, scilicet a lepra. Lepra propter septē malas cōditiones quas habet significat septē peccata mortalia. Prima q̄a facit hominē inflare. ecce hic peccatū superbie. Secūda q̄a facit sitire. ecce hic peccatū auaricie. Tertia est morbus contagiosus. ecce hic peccatū luxurie. Quarta q̄a consumit humidū radicale, ut dicunt medici. ecce peccatū inuidie quod cōsumit charitatē q̄ dat uitā aīe. Quinta quia facit anhelitū fetidū. ecce gula. Sexta q̄a facit uocē raucā. ecce ira. Septima debilitat oīa membra. ecce acidia. ideo de peccatore dicit. iiij. Regū. v. Egressus est quasi nix ab eo leprosus. Nota egressus est scilicet peccator ab eo. i. a deo, quādo ab ipso recedit peccādo mortaliter. sed isti leprosi mūdātur in cōfessione. O si esset fons curatiuus oīm infirmitatū, totus mūdus ad ipsum accederet. Talis est cōfessio ubi curantur oēs infirmitates aīe. Ibi enim mūdamur, & purificamur ab omni lepra, & macula peccatorū. In cuius figura dixit Helisēus propheta principi Naamā leproso. Vade, & lauare septies in Iordane, & mūdaberis. iiij. Regum. v. Nota in Iordane, quod est nomē cōpositū de Ior, id est flumē, & dā q̄d est iudiciū, id est quasi flumē iudicij. Ideo significat cōfessionē que dicit flumē, quoniā potestas cōfessoris lauādi animā procedit a fonte diuine potētie. Mat. ix. Glorificauerūt deum qui dedit potestatē talē hominibus scilicet post eius incarnationē. Dicit etiā confessio iudiciū, quia ibi est reus, scilicet peccator, & iudex scilicet cōfessor. Ideo debet sedere pro tribunali &c. Dixit ergo propheta. Vade & lauare

lauare septies, q̄a oportet cōfiteri de septem peccatis mortalibus, in quibus oīa peccata mortalia includunt. Tūc leprosi mūdātur, quia cōfiteri de uno peccato, & nō de alio, nihil ualet. Aug. caueas ne uerecūdia ductus diuidas cōfessionem, quia hoc est semper uenia carere ad quā putas per frusta peruenire. Quartū est, surdi audiūt. Surdi sunt peccatores ut patet ad oculū. Si omnia cymbala modo sonarētur, & uos diceretis nos non audimus, tales merito surdi iudicarētur. Idē de multis tubis sonātib⁹, siue bōbardis. Si peccatores surdi sunt qui fortissimos sonitus bōbardarū, tubarū, scilicet diuinarū predicationū, & cōminationū non audiūt, nec percipiunt. Nō enim uocem illius tube dicētis, Qui facit superbiā in hoc mūdo, dānabitur eternaliter ī alio, & sic de alijs peccatis. Propter quod qui libet peccator dicere potest ego autē tā quā surdus nō audiebā. ps. cxxxvij. Sed isti surdi audiūt in penitētie iniūcte acceptatione, q̄n dicit confessor, uideo ex uestra confessione q̄ fecistis hoc & hoc &c. propter hoc facietis hoc & hoc &c. Et peccator dicit placet mihi. Tūc surd⁹ audit q̄n gratāter acceptat penitentiā cōfessoris dicens, Ex ista euadā penam inferni, ergo audite audientes me, & comedite bonū, & delectabitur in crassitudine anima uestra. Esai. lv. Nota audite, scilicet auribus anime, audientes me, scilicet auribus cordis. Quintum est mortui resurgunt. Mortui sunt peccatores. Ratio ad oculū. Si aliquis corā uobis bibit taceā uenenosis potionibus plenam, nūquid iudicabitis ipsum mortuū? imo. O quot sunt hodie mortui in mūdo ueneno odij, & rancoris, quia odiū est uenenū, quia occidit animam tuam & non tangit inimicū tuū. Ideo est magna stultitia uelle recipere uindictam de aliquo quod nō est nisi bibere uenenum. Ideo prime Ioan. iij. Qui non diligit scilicet proximum suū, manet in morte. Omnis enim qui odit fratrem suum, homicida est. Sed isti mortui resurgunt amicabili dilectione remittendo iniurias, faciendo pacem, petendo ueniā ab iniuriato siue ab inimico, emendam faciendo si opus sit, & tunc possunt dicere, Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad uitam, quoniā diligimus fratres. prime Ioannis tertio. Sextum est, Pauperes euangelizantur siue laudantur, uel predicantur. Pauperes sunt illi qui solue runt usuras, uel rapinas, uel qui amiserunt bona sua per furtum, uel huiusmodi, quia licet alias fuissent diuites, tamē pauperes sunt propter ea que amiserūt. De his dicit scriptura sancta, Venatio leonis onager in heremo, sic & pascua diuitū sunt pauperes. Eccl. xiij. Vult dicere quod sicut asinus siluester est cibus leonis, ita &c. sed isti pauperes euangelizātur in restitutione, quando dominus restituit rapinā uasallis suis, usurarius usuram, iurista calumniam, dominus salariū seruitoribus. Tunc pauperes euangelizantur. Et potest dicere ille qui restituit uerbum Christi, Spiritus domini super me propter quod unxit me. Euangelizare pauperibus misit me. Esai. lxj. & Luc. iiij. Nota spiritus domini super me. quoniā ante erat spiritus diaboli super eum, ideo faciebat rapinam, usuram, furtum &c. Septimum est, beatus est qui nō fuerit scandalizatus in me. Scandalon Grece idē est quod cespitare Latine. Via eūdi ad paradisum est Christus. Ioan. xiiij. Ego sum uia, ueritas, & uita. in hac uita impingunt, & cespitāt illi qui tenēt bonā uitā, & faciunt penitentiam, sed nolunt cōmunicare in pascha dicendo. Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum. Mat. viij. &c. & sic frangunt sibi collum. Dicta autoritas facit multos cespitare dicendo. Domine non sum dignus &c. Nota q̄ duplex est dignitas, scilicet equiparantie seu equalitatis, & sufficiētie. De prima nullus est dignus, nec etiam angeli. Et de ista dignitate dixit ille centurio Christo, Domine nō sum dignus, sed non dixit nolo quod intretis. Dignitas sufficientie est quando homo conteritur de peccatis cū proposito nō recidiuandi &c. Si estis digni dignitate

sufficientie,ut Christus intret,dominus exercituũ erit uobis in sanctificationẽ, in lapidẽ offensionis,& in petrã scãdali. Esa.viij.Nota cũ dicitur dominus exercituũ erit uobis in sanctificationẽ,loquitur his qui deuote communicant.Vobis autẽ in lapidẽ offensionis, loquitur illis qui nolũt cõmunicare, quia ibi frangũt sibi collũ.Et in petrã scandali.hic loquitur de clericis qui tenẽtur sepe cõmunicare celebrãdo,& ipsi nõ curãt.Questio fit in theologia utrũ sacerdos teneatur celebrare quolibet dei.dicit.s.Thom.q nõ, sed taliter debet uiuere q quolibet dei sit paratus celebrare.Sed dat unã regulã generalẽ in iij.parte. q. lxxxij. ar.x. & quorundã narrata, & improbata opinione,sic concludit sanctus Tho.Sacerdoti etiã si nõ habet curã animarũ , non licet omnino a celebratione cessãre.Sed saltẽ uidetur q celebrare teneatur in pcipuis festis,& maxime in illis diebus in quibus fideles cõmunicare cõsueuerũt, hinc est quod dicitur.ij.Mach.iiij.q iam non circa altaris officia dediti erant,sed cõtempto tẽplo , & sacrificijs neglectis. Hec sanct.Tho.in forma ubi supra.Ambro.etiã dicit in quadã oratione. Graue est q ad mensãm tuam mundo corde,& manibus innocentibus nõ uenimus,sed grauius est si dũ peccata meruimus, etiã sacrificiũ non reddamus . De ista materia uide S.Tho.in iiij.di.xiij.q.j.ar.ij.q.j. ubi etiã probat q nõ licet sacerdoti etiã curã animarũ nõ habenti omnino cessãre a celebratione . Quia secundũ Greg. cũ crescũt dona rationes crescunt donorũ,licet sacerdoti data est ptãs nobilissima,ergo reus negligẽtie erit nisi illa utatur ad honorẽ dei , & ad salutẽ suã, & aliorũ uiuorũ,& mortuorum, secundũ illud.j.Pe.iiij.Vnusquisq; gratiã quam accepit in alterutrũ illã administrãtes &c. Nisi forte aliquis ex familiari spiritus sãcti instictu dimittit,sicut legitur de quodam sancto patre in uitis patrũ, qui ordinatus nũquã postea celebrauit.Hec sanctus Tho. in iiij.ubi supra,& quamoptime,sed de bona ratione sepe tenetur celebrare,ut satisfaciat. Sed modo uolunt habere magnos redditus , & celebrare paucas missas. Quãdo celebrant semper uidentur celebrare missam nouam. Dicut ipsi religiosi tenentur celebrare qui recipiunt elemosynas.Et nũquid nos recipitis maiores elemosynas quam religiosi?Nunquid redditus quos recipitis sunt de patrimonio uestro an de elemosynis? Nũquid pater dimisit ipsos uobis in testamento ? ecce quare dicit,Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Sed uitatur hoc scandalum fideliter , & deuote sumendo Christum iuxta suam ordinationem.psal.cxviij. Pax multa diligentibus legem tuam , & non est illis scandalum.

De eadẽ dominica. Sermo quartus.

EXistis uidere arundinem uento agitatam. Mat.xj. Thema propositũ iuxta intellectum allegoricũ dat mihi motiuũ predicandi de fide catholica.Sed primo salutetur uirgo Maria &c. declaretur thema ad literam. Modo iuxta intellectũ allegoricum seu figuralem, qui est quãdo homo loquitur de illis que debet credere.uolens ergo uobis loqui de sancta fide catholica, uolo uobis tria declarare in presenti sermone de sancta fide.

Primo de sua uera conditione, quia dicit arundinem.

Secundo de sua dura impugnatione, quia dicit uento agitatam.

Tertio de sua certa probatione, ibi, existis uidere.

Primum quod uolo uobis declarare de fide est de sua uera conditione, quia dicit thema arundinẽ. Arundo enim significat fidem catholicam propter tria que habet . Primum quia habet cannutorum diuersitatem siue multiplicitatem. Secundum cannutorũ uacuitatem. Tertiũ foliorũ uenustatem, que optime conueniunt fidei. Primo arũdo habet cãnutorũ multiplicitatẽ. Secus de lãcea que est uniformis,nec habet cannutos. ecce hic prima cõditio fidei scilicet articulorum diuersi

diuersitas seu multiplicitas . Fides quã de deo habuerũt philosophi erat, ut lancea uniformis,quia nõ erat diuisa per articulos.s. q erat unus deus,una prima causa, unus primus motor, unũ primũ principium.Idẽ de fide Iudeorũ quã habebant de deo ex lege Moysi. Audi Israel dominus deus uester deus unus est. Deut. vj. Sed fides nostra xpiana nõ est, ut lancea uniformis, sed ad instar arũdinis diuisa, & multiplicata per articulos.xiiij.quorũ septẽ pertinẽt ad xpi diuinitatem, & alij septẽ ad xpi humanitatẽ, quoniã ille idẽ deus quẽ philosophi , & Iudei dicũt esse unũ,nos etiã Christiani dicimus unũ esse in essentia,sed trinũ in personis,scilicet patrẽ,filiũ.& spiritum sanctum.Et potest ostẽdi in sole uno in quo est substãtia,splendor,&calor &c.Septẽ autẽ articuli pertinentes ad diuinitatẽ sunt isti. Primus q est creator oĩm uisibiliũ rerũ, &inuisibiliũ,corporaliũ,& spiritualium. Secundus q est iustificator peccatorum penitentiũ. Tertius q est resurrectio omniũ hominũ in die iudicij. Quartus q est retributor iuxta merita omniũ bonorũ,& malorũ , & sic de alijs . Alij septem pertinent ad xpi humanitatẽ.Primus de ipsius incarnatione. Secũdus de eius natiuitate. Tertius de eius passione,ut saluaret oĩes sibi credẽtes,& obedientes. Quartus de descẽsu eius anime ad inferos. Quintus de eius resurrectione tertia die post mortẽ facta . Sextus de eius ascensione. Septimus de eius aduẽtu ad iudiciũ ad iudicãdũ bonos,& malos.De ista enumeratione articulorũ fidei sanctus Tho.facit unũ articulũ. ij.ij.q.j. art. viij.In quo.xiiij. articulos ex parte credibilium ponit. ecce ratio quare fides dicitur arundo, quia ad instar arundinis diuisa,& distincta est per cannutos,scilicet articulorum fidei.De hac arundine fidei autoritas. Qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineã aureã , ut metiretur ciuitatem, & portas eius, & murũ. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo,& mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia. xij. milia. Apoc.xxj. Nota qui loquebatur mecũ scilicet filius dei, quia ille fuit nobis locutus de fide quam tenemus. ecce certitudo fidei Christiane. Moyses fuit locutus Iudeis de hoc quod audiuit,sed non uidit, sed nobis locutus est deus qui omnia uidit. Ideo apostol9 dicit. Multipharie multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis,nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.ad Hebreos. j. Et ipse filius dei habet arundinem auream in manu,scilicet fidem catholicã qua aurum purum colat & probat in fornellis apostolorũ,martyrũ,& doctorum. Cuius mẽsura est. xiiij. articulorũ fidei predictorũ,quibus nihil est addendũ , uel minuendũ . Ideo dicit apostolus nõ plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem , & unicuiq; sicut diuisit mẽsuram fidei.ad Ro. xij.Nota,cum dicit per stadia.xij.si dicatur ab aliquo. uos frater cõputatis. xiiij. sed ipse filius dei solum ponit. xij. Respondeo quod de articulis fidei possũmus loqui dupliciter, scilicet respectu apostolorum qui publicauerunt arundinem fidei qui fuerunt.xij. ideo dicit per stadia.xij. Sed quia unus apostolus fecit duos articulos,ideo sunt xiiij. Hanc distinctionem de numero articulorum sanctus Tho.ponit.ij.scrip.di.xxv.q.j.ar. ij.ubi dicit in principio corporis articuli quod articuli fidei distinguuntur dupliciter.Vno modo quantum ad ipsa credibilia,& sic sunt.xiiij. Alio modo quantum ad ipsos qui articulos distinxerunt, & sic sunt. xij. secundum numerum.xij. apostolorum. articulus autem est indiuisibilis ueritas de deo arctans nos ad credendum, ut dicit Richar . Sed quare dicitur.xij.milia. Ratio qua numerus millenarius est numerus perfectus, & significat perfectionem fidei Christiane. Sed quare articuli , dicuntur stadia ? Nota, quod stadium, dicitur tantum spacium quantũ ille gygas uocatus Hercules poterat transire uno anhelitu . Et dicitur q ibat currendo sine missione anhelitus quantum essent duo iactus baliste . Sic

nos

nos dicēdo, Credo in quolibet articulo, debemus facere ſtadiū contēplationis. Secūda cōditio arundinis eſt cannutorū uacuitas. Secus de canna mellis, quia cānuti ſunt pleni. Idē de arundine fidei cuius articuli debēt eſſe uacui ab argumentis & rationibus. Ambro. Tolle argumēta ubi fides queritur. Dicit S. Tho. i parte. q. j. ar. viij. ubi querit utrum ſacra doctrina, id eſt theogia ſit argumētatiua in ſolutione ad primum argumētum rñdendo ad uerbū beati Amb. allegatū ꝙ argumēta rationis humane nō habēt locū ad ꝓbandū ea que fidei ſunt. Addit tñ ꝙ ex articulis fidei hec doctrina ad alia argumentat. Et ubi. ſ. in ſolutione ad ſecūdū dicit idē S. Tho. ꝙ argumentum ex autoritate eſt maxime ꝓprium huius doctrine eo qđ principia huius doctrine p reuelationē habentur, & hec principia ſunt articuli fidei. Et ſic oportet ꝙ credatur autoritati eorū quibus reuelatio facta eſt. nec hoc derogat digni tatibus huius doctrine. Nā licet locus ab autoritate q̄ fundat ſuper rōne humana ſit infirmiſsimus locus, ut etiam inquit Boetius, locus tñ ab autoritate q̄ fundat ſuper reuelatione diuina eſt efficaciſsimus. Hec S. Tho. ubi. ſ. Dicit enim idē ſanctus Tho. ubi. ſ. in corpore articuli, ꝙ ſicut alie ſciētie non argumentant ad ſua principia ꝓbanda, ſed ex principijs argumentantur ad oſtendendū alia in ipſis ſcientijs. Ita hec doctrina nō argumentatur ad ſua principia probāda que ſunt articuli fidei. Sed ex his procedit ad aliud oſtendendū, ſicut apoſtolus. j. ad Corin. xv. ex reſurrectione xp̄i argumentatur ad reſurrectionem cōem probandā. Articuli igit fidei debēt eſſe uacui ab argumentis, & rationibus teſte Amb. in lib. de ſacramentis, qui dicit ut predictum eſt, Tolle argumenta ubi fides queritur. eo modo quo. ſ. tactū eſt, ſed crede ſimpliciter ea que ſunt fidei. Non debes dicere ego credo iſtum articulum tali argumēto uel tali ratione. ſed dices, quia Chriſtus & apoſtoli hoc predicauerunt & dixerunt. Argumenta & rationes bone ſunt ad confortādum intelligentiam, ſed non ad fundandum credentiam. Aug. & alij ſancti doctores habebant rationes & argumenta ſolum ad confortandum intelligentiam, ſed non ad fundandū credentiā, īmo ſi tunc fuiſſet dictum Auguſtino quare uos creditis trinitatem? Non reſpondiſſet ego credo tali argumento uel ratione, ſed rñdiſſet credo quia xp̄s hoc dixit predicauit & reuelauit. Ideo dixit apoſtolus, Fides ueſtra nō ſit in ſapientia hominū. ſ. argumētis & rationibus, ſed in uirtute Dei. j. ad Corin. ij. De arundine fidei loquēs Dauid eccleſie dicebat. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in uaccis populorum, ut excludāt eos qui probati ſunt argento. ps. lxvij. Nota increpa feras arundinis. Fere arundinis ſunt naturales rationes philoſophie uel rationes humanales, que fiunt pro uel contra. Dicit ergo propheta. Increpa feras arundinis. Verbi gratia. Si occurrat imaginationi tue quomodo eſt poſsibile ꝙ in hoſtia ſit xps &c. & qñ frangitur hoſtia ꝙ non frangatur xps &c. Increpa feras &c. Sicut bona mulier malā increpat mulierē ipſam uolentem inclinare ad pctūm, nec ponit ſe in rationibus cū ea uel argumentis dicendo quomodo fieret, quia perdita eſſem, ſed increpat & uiriliter eā expellit Sic etiā increpandi & expellendi ſunt leones inferni qñ loquuntur imaginationi quomodo &c. Si querat qui ſunt illi qui maxime habēt illas feras. Rñdeo illi ſupple qui ſunt in uaccis populorū. Vacce populorū ſunt eccleſie xp̄ianorum que nutriūt uitulos ideſt xp̄ianos in uita fidei uberibus collationis ſacramētorum & predicationis euangeliorū. Et ueniunt tauri. i philoſophi qui cornibus logice & philoſophie nituntur probare fidē, uolentes ſuſtinere regulas philoſophie & logice ꝓpter qđ cadūt in errores cōtra fidē. Nota cōtra illos qui nimis ſe dant logice & philoſophie & dimittūt ſacrā theologiam. Ideo auiſando apl̄s dicit. Videte fratres ne quis uos decipiat per philoſophiā & inanem

inanem fallaciā. i. logicā, ſecundū traditionem hominū ſecundū elementa mūdi, & non ſecundū xp̄m. ad Colł. ij. Nota ut excludāt eos. ſ. xp̄ianos a uera credētia fidei, qui probati ſunt argēto, ſcilicet fide clariſsima a xp̄o apoſtolis predicata & publicata. Tertia cōditio arundinis eſt foliorum uenuſtas quam habet. Secus de iunco qui eſt ſine folijs, ſed arundo eſt folijs ornata. Sic arundo fidei debet ornari folijs bonorum operū. Quoniam fides ſine operibus mortua eſt. Iacob. ij. Dic quomodo Chriſtus in cruce dixit. Sitio. Currens autem unus ex eis accepta ſpongia impleuit aceto & impoſuit arundini & dabat ei bibere. Math. xxvij. Sed ille potus nō placuit Chriſto, quia arundo non erat ornata folijs, ſed ſicca erat. Talis eſt fides malorum xp̄ianorum qui habent arundinem fidei, ſed non eſt ornata folijs bonorum operum nec bone uite, cum ſpongia exuta, quia ſine charitate cum aceto malitie peccatorum. His tribus rationibus patet quare fides catholica dicitur arundo.

Secundo qđ uolo uobis declarare de fide eſt ſua dura impugnatio, cū dicitur uento agitatā. Nota quatuor ſunt uenti principales qui inſurgunt cōtra arundinem fidei ad diruendū eā. ſ. Orientalis, Occidētalis, Septētrionalis, & Meridionalis. Oriētalis eſt preſumptio intellectualis, que dicit Oriētalis, quia iam a natiuitate ſunt acuti & īgenioſi & preſumptuoſi. Iſto uēto agitatur arūdo fidei qñ ex preſumptione queruntur rationes & argumēta ad probandū fidē quia multis eſt occaſio dānationis. Simplices autem perſone oīa que fidei ſunt credūt firmiter, & nō curant de argumentis de rationibus, nec de diſputationibus. & ſic de alijs. Nota ad hoc Io. ix. de illis qui ſimpliciter recipiebant doctrinā, ſed phariſei & doctores preſumptuoſi contradicebāt, de quibus dicebat xp̄s. In iudiciū ego in hunc mundū ueni, ut qui non uident uideant, & qui uident ceci fiant. Nota in iudiciū, non retributionis pro tunc, ſed diſcretionis, ut qui non uidēt ſcilicet ſimplices & ignorātes uideāt, & qui uident. ſ. acuti & preſumptuoſi ceci fiant. Rñderunt preſumptuoſi dicentes. Nūquid nos ceci ſumus. Dixit eis Ieſus. Si ceci. i. ignorantes eſſetis, nō haberetis peccatum. Nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatum ueſtrū manet. Io. ix. Secūdo arundo fidei agitatur uento occidentali. ſ. ſeculi occupatione, qñ perſone in omnibus negotijs huius mundi uolunt tenere manū uel pedē, ſic fides moritur & occiditur in cordibus talium. Quia ſicut multitudo malarū herbarū ſuffocat triticum in agro, ideo mūdatur, ſic multitudo negotiorum mundanorum ſuffocat fidem in corde xp̄iani. Dicitur autem uentus Occidentalis, quia omnia mundi negotia ad finem tendunt, quia omnia breuiter finiuntur. Ideo dicit Luce. viij. ꝙ ſemen ſcilicet fidei cecidit inter ſpinas, & ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud. Iam ſunt multi xp̄iani qui nullā fidem habēt intus in corde, ſed timore non audent oſtendere exterius. Tertio agitatur uento aquilonari, ideſt conſcientie infrigidatione qui non permittit aliquod bonum operari. Et ideo ſicut perla perditur in ſterquilinio, ſic margarita fidei perditur in conſcientia ſtercore plena. quoniam uera credentia non poteſt diu ſtare cum mala conſcientia. Apoſtolus. Bonam conſciētiam quā quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. j. ad Timo. j. Eſt enim fides ut nauis magna, conſcientia uero ut parua barcha. Sed ex mala uita naufragantur, ideſt cadunt infra nauem & barchā & ſic pereūt. ue illis qui ſic cadūt. Quarto agitatur uento auſtrali. i. concupiſcētie inflammatione. Ventus auſtralis eſt calidus & humidus, ſic concupiſcentia diuitiarum, honorum, delitiarum carnalium & huiuſmodi, que intantum ingroſſant & indurant conſcientiam ꝙ taliter perdit fidem, quia tanta eſt altitudo & puritas fidei ꝙ non poteſt ſtare cū tanta cōcupiſcētia rerū tēporaliū, ideo apl̄s, Radix omniū malorū eſt cupiditas quā quidā appetētes errauerūt a fide. j.

ad Tim. vj. Nota errauerunt a fide. uia paradisi est fides. ij. ad Corin. v. per fidē ambulamus, sed quidā ex excessiua concupiscētia errat circa fidei uiam. de hoc figura Dan. vij. Vidi & ecce quatuor uenti celi pugnabāt in medio mari, supple huius mundi, cōtra arundinē fidei. nam cū in oēm terrā exiuerit sonus fidei catholice, iam mō his quatuor uētis expulsa est a Barbaria, Tartaria, Turchia, Grecia. & modo inter xp̄ianos agitatur. propter hoc dicit xp̄s filius hominis ueniēs supple ad iudiciū, putas inueniet fidem in terra. Luc. xviij. Ideo apostolus, Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi uos probate. ij. ad Cor. ulti. Tertium q̄d habeo uobis declarare de fide est sua certa probatio cū dicitur, Existis uidere. probatio magis certa est de uisū, iuxta illud Io. iij. q̄d scimus loquimur, & quod uidimus testamur. quia ergo fides xp̄iana habet certissimā probationē dicit existis uidere. Nota q̄ qui uult probare aliquā legē duo debet uidere. s. q̄ sit probata per autoritatē diuinalē. Secūdo q̄ sit obseruata per sanctitatē humanalē. Quantū ad primū certū est q̄d Deus nō est testis mendacij. Num. xxiiij. Non est Deus quasi homo ut mentiat. Si dicatur qūo erimus certi q̄ Deus ꝓbet fidē &c. respōdeo. Sicut ēm literis regis credit homo propter hoc quia est ibi sigillū regis impressum, quia alias litera nō haberet aliquā autoritatē, ita etiā de fide xp̄iana ꝓprio sigillo Dei signata. s. miraculis q̄ nō possunt fieri nisi a solo Deo. Ideo Dauid. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. ps. xcij. Secus de lege Moysi quia illa miracula etiam per creaturam poterant fieri, ut patet Exo. vij. & viij. ca. Idem etiā de secta Machometi. Sed fides xp̄iana est miraculis confirmata que nō possunt fieri nisi a Deo, sicut illuminare cecos, curare surdos, suscitare mortuos, & huiusmodi q̄ nō possunt fieri nisi a Deo. dicit hoc idē S. Tho. j. par. q. ciiij. ar. xiiij. q̄ solus Deus pōt p se facere uera miracula. Idē dicit in de po. q. vj. iij. iiij. Miraculū enim ꝓprie est preter ordinē totius nature create. j. parte ubi. ꝫ. ad secundū. Vnde angeli & alij sancti faciunt miracula ministrando & impetrādo, ut dicit sanctus Tho. j. q. xj. iiij. xv. & in de potentia. q. vj. iiij. Si dicatur quomodo sumus certi de hoc q̄ Deus fecerit illa miracula. Rñdeo q̄ hoc testāt quatuor euangeliste. xij. apli. lxxij. discipuli xp̄i. tot milia doctorū eccl̄ie. Secus de lege Moysi, quia ipsa sola testat de se. Ecce quare dixit. Existis uidet &c. Quoniam fides catholica debet esse ita certa sicut illud q̄d uidetur ad oculū. Quātū ad secundū requirit q̄ sit obseruata per sanctitatē humanalē. Illud nō erit in doctrina antixp̄i qui laxabit gētes ad omnia peccata. Sed sicut Deus nō potest esse testis mēdacij nec autor iniquitatis. Lex autē immunda & maculata non est a Deo, ideo non excusantur recipientes doctrinam Machometi. In lege etiam Moysi essēt multe stultitie iudicio philosophorū, sed capiuntur a nobis figura tiue. Sed in lege Christiana non sunt ibi nisi uirtutes & sanctitates, iō apl̄s, Scio cui credidi & certus sum. ij. ad Timo. j. Patet ergo certissima ꝓbatio fidei Christiane. Ecce. Deo gratias.

De eadem dñica. Sermo. v.

EXistis uidere hominē mollibus uestitū. Mat, xj. Secundum diuersos intellectus huius uerbi propositi oportet modo predicare de diuersis materijs tam specula tiuis quam moralibus. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Et declaretur thema literaliter. Deinde hoc uerbum est declarandum tripliciter secundum tres intellectus mysticos siue spirituales.

Primo allegorice siue figuraliter.

Secundo tropologice seu moraliter.

Tertio anagogice seu supnaturaliter.

Et tunc thema non est interrogatio, sed est ibi uersus. Existis uidere hominem mollibus uestitum. Quantum ad primū allegoria grece dicitur ab allon. i. alienum uel extraneum, & gore locutio, scilicet aliena siue extranea locutio quando factum uel dictum de uno exponitur de alio, sicut qñ ista uerba, Existis uidere &c. qui fuerūt dicta de beato Ioanne baptista exponunt de xp̄o secundū illa que de xp̄o debemus credere. Cum igitur dicitur, Existis uidere ho. i. xp̄m mollibus uestitū, loquitur personis penitentibus. Pro quo sciendū q̄ sicut sunt duo aduentus xp̄i principales, primus de incarnatione humani, secundus de retributione iudiciali. primus est iam preteritus. secundus est futurus. sic inuenio q̄ xp̄s est indutus diuersis uestibus, quia secundum primū aduētum est indutus mollibus uestibus. s. misericordie & pietatis siue benignitatis & non asperitatis secundum q̄ fuit ostensum beato Ioāni euangeliste in quadam cōtemplatione in qua audiuit uocem de celo dicentem sibi, Leua oculos tuos & uide. Et uisa uisione ipsam scripsit dicens. Vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorū aureorum similē filio hominis uestitū podere & precinctum ad mamillas zona aurea. Apoc. j. Nota q̄ illa septem candelabra aurea sunt septem status Christianorum in quibus cōsistit tota uirtus & perfectio Christianorum uel xp̄ianitatis. Dicuntur aurea propter fidem & charitatem quam debent habere. Primus status est dominorum tēporalium. s. imperatorum, regū &c. & in isto candelabro debet ardere lucerna iustitie. scilicet ministrare debent iustitiam omnibus generaliter tā magnis q̄ paruis, tam diuitibus q̄ pauperibus, tā priuatis q̄ extraneis, tā amicis q̄ inimicis &c. Secundus est prelatorū eccl̄esiasticorū, in istis debet ardere lucerna diligentie, curando de animabus uel saluent bonis doctrinis, exēplis & sacramētis. Tertius est religiosorum, in istis debet ardere lucerna obedientie, non solum in uotis essentialibus seruandis, sed etiam in cerimonijs & alijs ordinationibus bonis. Quartus est simplicium clericorum sine cura animarum. in istis debet ardere lucerna sanctimonie uiuēdo honeste & caste, cōsiderādo officiū q̄d habēt in ore cōsecrādi, in manib⁹ corpus xp̄i tractādi, in corpore cōicandi. Quintus est cōiugatorū, in istis debet ardere lucerna amoris & beniuolētie mutuo se diligēdo & proles nutriendo secundū Dei uoluntatē. Sextus est cōtinentiū uiduorū & uiduarū, in istis debet ardere lucerna penitētie, quia tales sine preiudicio partis possunt opa facere penitentialia. secus de cōiugatis. Septimus est uirginū, in quo debet ardere lucerna abstinētie ciborū & delitiarū corporaliū, quia sic cōseruat uirginitas. In his septē statibus stat tota xp̄ianitas, qui sunt septē cādelabra lucentia in cōspectu Dei. Apoc. j. Et in medio septē cādelabrorū aureorū simile filio hominis. s. xp̄m qui est in medio istorū septē statuū. Rō, quia dicit philosophus q̄ mediū ꝓticipat naturā extremorū, ut patet si essetis in medio inter ignē & niuē &c. Sic xp̄s fuit in medio quia participauit cū septē predictis statibus cū dñis tpalibus qui habent ꝓuidere multis p̄sonis, sic & xp̄s rex regū & dominus dñantiū. Apoc. xix. ꝓuidit in deserto ultra quinq; milib⁹ personis. Itē cū prelatis eccl̄asticis qñ in die ueneris sancta in pontificalib⁹ dixit missam cū indumētis rubeis. Mitra eius fuit corona ꝑspinea, annuli, clani, sandalia pedum clani. Diaconus fuit latro dexter, subdiaconus latro sinister. Acoliti uirgo Maria & Ioānes euāgelista. ad Heb. ix. Christus existens pontifex futurorū bonorum &c. ubi septem uicibus cantauit. Tertio participauit cum religiosis, quia nunquam uoluit habere aliquid proprium. Mat. viij. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Quarto cum clericis supplicibus dicendo missam submisse in die Iouis sancta in cenaculo. Dauid. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinē Melchisedech. ps. cix. & ad Heb. vij. Contestor enim inquit apostolus, quoniā tu es sacerdos in eternū secūdū ordi. Mel. Quinto cū cōiugatis, qa eius sponsa est eccl̄esia. Io. iij. Qui habet sponsam sponsus est. Ideo Dauid. Ipse tanquam sponsus procedens de

thalamo suo. Sexto cum uiduis seu continẽtibus, scilicet in triduo passionis qñ perdidit sponsam, id est, ecclesiam, uel societatem apostolicã per incredulitatẽ Christianorũ. Septimo cum uirginibus, quia fuit sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus. ad Hebr. vij. Ecce quomodo participauit cũ omnib⁹ innuẽdo ꝙ uenerat ad saluandum oẽs. Vnus est mediator dei, & hominum homo xp̃s Iesus qui dedit in redẽptionẽ semetipsum pro nobis. j. ad Ti. ij. Nota uestitum põdere, id est, camisia que est uestis ampla, alba, lõga, & lata, & significat humanitatem longã & latã a capite usq; ad pedes. Ezechiel cõcordat cũ Ioanne. di. Vir quoq; unus, scilicet Iesus Christ⁹ in medio eorũ uestitus erat lineis. Eze. ix. Ecce quomodo in primo suo aduẽtu fuit mollibus uestitus, zona aurea, scilicet charitate precinctus, quia quicquid fecit erga nos totũ fecit amore uel dilectione. Sed si uolumus loqui de secũdo aduentu eius, scilicet quãdo ueniet per tribulationẽ iudicialem, tunc nõ ueniet mollibus uestitus, sed duris, & ferreis induetur. Autoritas. Accipiet armaturam zelus illius ad ultionẽ inimicorũ, Induet pro thorace iustitiã, & accipiet ꝓ galea iudiciũ rectũ. Sumet scutum inexpugnabile equitatẽ, acuet autẽ dirã iram in lancea, & pugnabit cũ illo orbis terrarũ cõtra insensatos &c. Sap. v. Nota pro thorace, scilicet thoracẽ de iustitia rigorosa, quia tũc quicũq; peccator peteret ueniã, & miserscordiã flendo nõ obtineret nisi rigorẽ iustitie, quia indutus iustitia ut lorica, & galea salutis in capite ei⁹, Esa. lix. Sequitur Sap. v. Accipiet pro galea iudiciũ rectũ. Modo nõ uidet habere iudiciũ cũ tot peccata fiãt in mũdo tã publice q̃ secrete que nõ puniunt. Sed tũc in iudicio de omnibus peccatis faciet iudiciũ rectũ dicẽdo cuilibet peccatori tu fecisti hoc, O domine, & uos uidistis &c. Sed modo uidetur surdus non audiẽdo blasphemias &c. & cecus nõ uidẽdo peccata que fiunt, sed tunc faciet iudiciũ, & iustitiam in terra, Hiere. xxiij. Tunc sumet scutũ inexpugnabile equitatem. Illa equitas que dicitur scutũ, ita erit tũc inexpugnabilis, quia si uirgo Maria, & omnes sancti patriarche, & prophete tũc orarent pro uno peccatore, nihil obtinerent. secus modo, quia minor sanctus paradisi obtineret. & zelus, & furor uiri id est Christi, nõ parcet in die uindicte, scilicet iudicij, neq; acquiescet cuiusquã precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima, Prouer. vj. Quoniam si tunc omnes prophete, patriarche &c. offerrẽt tunc Christo omnes misericordias quas fecerunt pro aliquo auaro, nihil obtinerent. Nec prophete si offerrent omnes deuotiones eorũ pro aliquo indeuoto. Nec apostoli omnes charitates pro aliquo inuido. Nec martyres eorũ patiẽtiã pro aliquo iracũdo. Nec cõfessores suã penitentiã pro aliquo impenitẽte. Nec uirgines suã puritatem pro aliquo luxurioso obtinerent, quia non suscipiet pro redemptione dona plurima. Et in manu accipiet lanceã acutissimã dure sententie, & irreuocabilis, quãdo dicet ore suo malis, Discedite a me maledicti &c. Mat. xxv. Modo faciamus cõclusionem huic parti. In hebdomada preterita uidistis xp̃m uestitũ asperis, & duris uestibus, qa euangeliũ illius dominice loquit de iudicio finali, & rigoroso. sed in dñica current existis uidere xp̃m mollibus uestitum, qa euangeliũ loquit de eius primo aduẽtu. ꝓpter hoc dicit euãgelij thema, Existis uidere hominẽ mollib⁹ uestitũ.

Quantum ad secundũ thema, est declarandum tropologice seu moraliter, & hoc fit quando facta uel dicta exponũtur de his que tenemur facere. Cũ ergo dicitur. Existis uidere &c. Loquitur sanctis angelis uestris custodib⁹ in reprehẽsione personarũ uanarũ pomposarũ dicens angelis. Existis uidere hominem mollibus uestitum quem ego in principio indui tunicis pelliceis pro necessitate. Gen. iij. Iam modo induitis mollib⁹, & pretiosis pro uanitate uel ad uanitatem. hoc est multum reprehensibile triplici ratione.

Prima

Prima per fatuitatem.

Secunda per superfluitatem.

Tertia per iniquitatem.

Quantum ad primũ reprehensibilis est homo cum mollibus, & pretiosis uestibus cum fatuitate, quia fatuitas est gloriari de sepulchro, & signo proditionis, seu latrocinij. unde si latro qui ducit ad furcam non cõtentaretur de uinculo de cãnabe, sed uellet habere uinculũ de serico, & de auro de quo si appreciaret talis fatuus reputaretur. Talis stultitia est inter nos. quare uestis est inuenta? nonne ex perditione, & furto Ade qui cõtra volũtatem dei furatus est pomũ de horto paradisi? Ideo omnes sumus filij furis Ade. Et in signũ huius portamus uestes. quoniã ante nudi incedebamus, & sine uerecundia sicut pueri parui. Auto. Erat uterq; nudus, Adã scilicet, & eius uxor, & non erubescebant. Gene. ij. sed cõmisso peccato sentẽtia fuit data. In quocũq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Gene. ij. Et fuit executa, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Et in penã fuerunt date homini uestes, quasi uinculũ latroni in signum furti, de quibus nos appreciamur faciẽdo uanitates, & fatuitates. Contra hoc dicit scriptura sacra, In uestitu nõ glorieris unquam nec in die honoris tui, scilicet nuptiarũ extollaris. Eccle. xj. Ideo reprehendẽdo istã fatuitatem dicit Christ⁹, sanctis angelis. Existis uidere hominẽ &c. Quantũ ad secũdum reprehensibilis est homo ex superfluitate, quoniã iam necessitas paulatim reducta est in magnam superfluitatem, quoniam primũ indumentum hominis fuit unũ pellicetũ. Gen. iij. Fecit deus Ade, & uxori sue tunicas pelliceas, & induit eos. Et pellis ibat uersus carnem, & lanã ad extra, ad innuendũ ꝙ homo ex peccatis effect⁹ est similis bestijs. Dauid. Homo cũ in honore esset nõ intellexit. cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus est illis. Et durauit diu ꝙ homines sic induebantur. Et in hyeme conuertebant lanam ad carnem. Deinde inceperunt pingere pelles, postmodũ cogitauerũt facere tunicas de lino ad carnem, & sic cum una ueste de lino ad carnem, & desuper pelliceo transierunt per magna tempora. Deinde dixerũt quare nõ facimus uestes de lana sine corio tũdendo lanã, & ipsam lauãdo, & filando. Et fecerũt pannũ de lana, & omnes uestes erãt eiusdẽ coloris de lana alba uel nigra, quia nõdũ erãt tinctores. Deinde dixerunt, quare nõ damus colores? tunc inceperunt tinctores. deinde sartores, & persone pauperes statim uoluerũt facere sicut diuites. Propter quod diuites fecerũt sibi uestes de serico, scilicet tempore regis Saul. Sed idẽ uoluerũt facere pauperes. Propter quod diuites fecerũt sibi uestes de panno aureo &c. Deinde fecerunt subducturas, & idem pauperes, sed modo non possunt inuenire differẽtiam in materia, ideo faciunt differentiã in forma, scilicet longas manicas &c. nõ opus est falso suspendere cymbala collo. Idem in foderaturis. dixerunt mulieres, & nos nihil faciemus? Nota hic contra superfluitatem manicarum, & caudarum intantũ ꝙ sartores iã nesciunt quid faciãt. Quia quid dicetis deo de istis excessibus, & superfluitatib⁹? uultis cognoscere quod peccatũ est, sicut cibus, & potus sunt data pro tyriaca propter necessitatẽ contra quatuor qualitates contrarias in nobis, sed gulosi faciunt de cibo, & potu uenenũ quo moriũtur citius ex superfluitate. idem de uestibus inuentis pro necessitate pro quibus superbi, uani, & pomposi, habẽt facere rapinam, usuras, furta &c. Ideo apostolus habẽtes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. j. Thimo. vj. Nota alimenta, nõ dicit delectamenta, & quibus tegamur, nõ dicit quibus ornemur, his cõtenti simus. Ideo dicit Christus sanctis angelis. Existis uidere hominem &c. Quantum ad tertium reprehẽsibilis est homo ex iniquitate. Tot sunt enim excessus, superfluitates, & uarietates, & uanitates mulierũ ꝙ uiri ad supplẽdũ eis habẽt facere usuras, rapinas, fallas sententias, calũnias & furta, & huiusmodi. Ideo dicitur

Amos.viij. Audite hoc qui cõteritis pauperẽ,& deficere facitis egenos terre dicentes, Quãdo transibit mensis,& uenũdabimus merces,& sabbatum,& operiemus frumentũ ut imminuamus mẽsurã &c. Iurauit dominus si oblitus fuero oĩa opera eorũ &c. Ecce quid fuit ostensum beato Ioãni de quadam ciuitate uana,& pomposa que ex illis uanitatibus debuit destrui. de qua dicit Ioãnes, Ve ue ciuitas illa que amicta erat bysso,purpura,& cocco,& deaurata est auro,& lapide pretioso,& margaritis,quoniam una hora destitute sunt tante diuitie. Apoc.xviij. Nota primum ue,quantũ ad damnationem anime,& secũdũ ue,quãtũ ad damnationem corporis. Ecce qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt,id est,in habitationibus demonũ secũdum Hylarium. Ecce quare dicit Christus. Existis uidere &c. quantũ ad tertiũ anagogice,ab ana quod est sursum,& goge ductio,quasi sursum ductio,quãdo dictum uel factum exponitur de his que debemus sperare. Cum ergo dicit thema,Existis uidere. loquitur xps animabꝫ sanctis de hoc mũdo egredientibus dicens eis. Existis uidere hominẽ,scilicet xp̃m mollibus uestitũ. Impenitẽtibus & asperis,& durissimis indumentis,uestibus,scilicet rigoris,& iustitie. Sed animabus penitentibus sanctis,& iustis est mollis,& dulcis,quibꝫ dicit,Existis uidere &c. Autoritas. Gloria Libani data est ei decor Carmeli,& Zarõ. Esa.xxxv. Nota tres cõditiones personarũ que habent gloriam paradisi,& non plures. Prima est innocẽtum,quibus datur gloria Libani,scilicet candoris baptismalis. Secũda est obediẽtium quibꝫ datur decor Carmeli,scilicet delicatus uel mollis,quia obediẽtes habent conscientiam delicatã uel mollem ad obediendum cito preceptis domini. Tertia est penitentiũ,quibus datur gloria in Zaron,id est principatus meroris,quia penitentes plorant peccata sua. De his dicitur Esa.xxxiij. Regem in decore suo uidebunt. Ecce quare dicit thema. Existis uidere hominem &c.

Item in eadem dominica. Sermo.vj.

EXistis uidere prophetam,& plusquã prophetam. Matt.xj. Presens sermo fundabitur in intellectu allegorico. propter hoc declarare oportet differẽtiam inter prophetã,& plus q̃ prophetã. Propheta est ille qui ex diuina reuelatione seu spirituali illuminatione reuelat futura uel preterita occulta,& secreta. Hoc etiã dicitur uulgariter,sicut patet de muliere Samaritana cui dicit xps omnia q̃ fecerat,que dixit xp̃o. Dñe uideo,quia ꝓpheta es tu. Io.iiij. Sed plus q̃ propheta est ille qui futurũ secretum quod reuelat ore ostendit ad oculũ opere. Sicut Ioã. bap. qui fuit propheta quando dixit. Post me ueniet cuius nõ sum dignus calciamẽta portare. Mat.iij. Sed fuit plus q̃ propheta quãdo ipsum ostendit digito dicens, Ecce agnus dei,ecce qui tol. &c. Ioan.j. Glosa. Ioãnes propheta,& plus q̃ propheta est,quia quod ore dixerat digito ostẽdebat. Ad propositũ inuenio ꝙ inter omnes personas mũdi que maiora secreta fidei catholice dixit,& reuelauit,fuit Iesus xps dñs noster,& sicut ore dixit,& reuelauit in hoc mundo,ita opere clare ostẽdit in alio,ideo bene potest dici ꝓpheta,& plus q̃ propheta. ideo uobis qui existis de domibus uestris ad uidẽdum Christũ in missa sacramẽtaliter,& in predicatione modo mẽtaliter dico,Existis uidere prophetã,& plus q̃ prophetã. Secreta autẽ fidei que hic propheta dñs Iesus Christus nobis dixit,& reuelauit ore proprio in hoc mũdo sunt multa,sed solum loquar de tribus modis,scilicet,

Saluatione celestiali.
Damnatione infernali.
Afflictione purgatoriali.

Quantum ad primũ secretũ quod Christus nobis reuelauit est de saluatione celestiali,quia nunq̃ nec Moyses nec aliquis propheta manifestauit,nec reuelauit ꝙ bonis operibus possit haberi gloria celestis,imo dicit Dauid ꝓpheta,Celum celi domino,terram autem dedit filijs

hijs hominum. celũ celi,id est,gloria,sed uenit Christus propheta qui nobis reuelauit,& promisit nõ bona temporalia ut Moyses, imo dicit ut despiciamus. sed promisit saluationẽ celestem dicẽs,qui fecerit uoluntatẽ patris mei qui in celis est,ipse intrabit in regnũ celorum. Mat. vij. Ecce hic prophetat de magno secreto,quia nunq̃ ante per aliquẽ fuit reuelatũ. Moraliter nota quomodo totũ ius habẽdi gloriã fundatur in obediẽtia. ibi qui facit uoluntatẽ non ergo illa gloria potest haberi iure dominij uel prelationis,nec scientia,nec pompa,nec genere,nec pulchritudine, nec fortitudine. Dic practice quando moritur aliquis magnus dominus in hoc mũdo qui fuit dño inobediens qui magis uoluit regi, & gubernari proprijs inclinationibus quam diuinis ordinationibus,proprio sensu quam dei mandato quando uenit ad portam paradisi pulsans, & dicens,Domine domine aperi nobis &c. Allegando rñdebit Christus. Amen dico uobis nescio uos,scilicet scientia approbationis. Idẽ de prelatis, magnis doctoribus,& de omnibus inobedientibus qui nõ gubernarũt se secũdũ dei uoluntatẽ,sed per suã sensualitatẽ,& uanitatẽ. Idẽ de mulieribus in corpore pulchris sed in anima turpissimis. oẽs tales Christus remittet ad infernũ,sicut enim per inobedientiam amisimus paradisum,ita per obedientiã oportet nos ipsum obtinere. Ideo petimus in oratione dñicali, Fiat uoluntas tua ficut in celo,& in terra. Sed xps est plus quã propheta in alio mundo, quando opere ostendit bonis ea que hic promisit uerbo. quãdo enim bona persona moritur,& obediens,& anima pulsat ad portã paradisi, & allegat quomodo fuit in dñio seu prelatione,& uixit secũdũ dei ordinationem seruãdo precepta,tunc xps facie leta dicit, Euge serue bone, & fidelis,quia super pauca fuisti fidelis,supra multa te cõstituã,intra in gaudium dñi. Mat.xxv. Nota euge interiectio est letitie. serue bone,& fidelis. ubi ostẽdit examẽ qd̃ fit in iudicio, qd̃ est de duobꝫ,scilicet de bonis operibus. ideo dicit,Euge serue bone. sed modicũ esset facere bona opera nisi fierent intẽtiõe recta. ideo dicit fidelis. regalia que deus sibi retinuit de bonis operibꝫ sunt ꝙ fiant amore sui,& ad utilitatẽ tuã, tecũ diuisit per mediũ. Caueas ergo tu ne ipsum defraudes ꝙ bõa opera facias amore alterius,scilicet uane glorie uel laudis uel honoris uel familiaritatis &c. Sed solũ amore sui ut laudet,& amet talis est fidelis. Ecce quare dicit. Euge serue bone ex operibus materialiter,& fidelis,scilicet formaliter. Ratio,qa sup pauca fuisti fidelis, ad ostendẽdũ ꝙ licet bona opera,& intẽtio sint necessaria ad saluationẽ,tamẽ magis requirit intẽtio recta. ideo dicit super pauca fuisti fidelis. Opera autẽ bona si intentione mala sint facta nihil ualẽt,uidet ꝙ deus in examine animarũ teneat modũ aquile zelotipe,que uolẽs ꝓbare filios suos extrahit eos de nido,& illis qui recte respiciunt rotã solis ꝓuidet tanq̃ filijs,alios autem proijcit tanq̃ nõ suos. Sic recte facit dñs deus qui extrahit nos de nido huiꝰ mundi per mortẽ corporalẽ,& si recte respexisti solẽ iustitie in bonis operibus,scilicet habẽdo intẽtionem rectã,bene stas, deus prouidebit tibi de gloria. Si autem per oppositũ habuisti intẽtionẽ sinistrã, scilicet per hipocrisim &c. proijciet te in inferno. Ecce quare dicit qa super pauca fuisti fidelis. Cum ergo dicit thema sctis aĩabꝫ,Existis uidere ꝓphe. rñdent etiã plus quã ꝓphetã. Quãtũ ad secũdũ secretũ,scilicet de dãnatiõe infernali,secretũ aũt dãnatiõis fuit ita occultũ antiquitus ꝙ Iudei adhuc ipam non credũt, imo sup illud Iob.xxj. Ducũt ĩ bonis dies suos,& in pũcto ad inferna descẽdũt. Dicũt Iudei ad inferna descendũt. i. ad fossam. Sed uenit xps q̃ tanq̃ ꝓpheta hoc reuelans dicit. Dico uobis ꝙ si penitentiã non habueritis oẽs simul peribitis. Luc. xiij. Nota simul ad aliquid referẽ. Dicit historia de quadã pte ciuitatis Hierusalem q̃ uocabat syloa. ubi cecidit turris alta que oppressit. xviij. hoies. de hoc lo

ques xps cum aliqbus dixit. Dico uobis q̄ si penitentiā nō habueritis, oēs simul sicut illi. xviij. hoies peribitis. Notanda sunt hic tria. Primo quid est syloa. Secūdo que est turris illa. Tertio qui sunt illi xviij. hoies oppressi. Nota q̄ syloa idem est q̄ missus ei. Iste est xps, de quo dixit Iacob patriarcha. Non auferetur sceptrū de Iuda, neq; dux de femore eius donec ueniat qui mittēdus est &c. Geñ. xlix. Ecce hic syloa que interpretatur missus ei. Ideo dicitur. j. Io. iiij. In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniā filium suum unigenitū misit deus in mundum ut uiuamus per eum. Turris altissima est xp̄i iustitia que altissima est, quia non est ibi appellatio ad maiorem, & fortis sententia irreuocabilis. De hac turre autoritas. Nasus tuus sicut turris Libani que respicit contra Damascum. Cañ. vij. Nasus est iustitia dñi rigorosa, quia homo furibūdus naso respirat furibunde, secundū illud, Quiescite ab homine cuius spiritus est in naribus eius, quia excelsus reputatus est ipse. Esa. ij. Sicut turris Libani. i. candoris clara, quia in hoc mundo iustitia dei non est nobis clara & manifesta, que respicit contra Damascū scilicet sanguine lauatum. Ecce Christianus sanguine Christi lauatus in baptismo. Hic est q̄ uenit per aquam & sanguinē Iesus Christus, non in aqua solum, sed per aquam & sanguinē. j. Io. v. contra Damascū. i. cōtra Christianū. Quare maiorē rigorē iustitie ostēdit xps cōtra malū xp̄ianū quā contra Iudeum uel agarenū? Rñsio propter maiores gr̄as quas a Christo recepit. Not. xviij. homines significant. xviij. peccata, secundū eum quot sunt peccata computantur peccatores. Peccata autē capitalia sunt septem, & transgressiones preceptorum sunt. x. que faciunt. xvij. peccata, sed ex his non dānatur homo, imo ad hoc q̄ homo dānetur necessariū est. xviij. peccatū, quod est finalis impenitentia. Tunc enim turris diuine iustitie cadit super. xviij. & opprimit in inferno. Ecce quare dicit Christus, Dico uobis &c. Hoc di. uerbo ostendit se prophetam, sed est plus quam propheta in alio mundo, quando opere dat Christianis malis quod hic promisit uerbo, quādo de facto dat eis damnationem infernalem. Verbi gr̄a. qñ moritur malus religiosus qui nō curauit seruare regulam nec uota &c. Idem de malo clerico, idē de malo laico, de quibus dicit text⁹ euā gelij. Cū intrauerit p̄ familias & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare ostium dicentes, Domine aperi nobis. Et respondens dicet uobis, Nescio uos unde sitis &c. Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet uobis. Nescio uos unde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Lu. xiij. Si ergo diceret animabus damnatis, Existis uidere prophetam. responderent etiā plus q̄ prophetam. Quantum ad tertium secretum de afflictione purgatoriali. Hoc secretum fuit antiquitus ita occultum q̄ intellectus humanus non poterat concipere q̄ in alio mūdo deus daret tempus & locum ad cōplendum penitentiam de peccatis uenialibus & de penitētijs mortalium peccatorum non cōpletis, sed uenit Christus qui hoc secretum reuelauit dicens, Ego sum uitis uera & pater meus agricola est. Oēm palmitē in me nō ferentē fructū tollet eū, & oēm q̄ fert fructū purgabit eū ut fructum plus afferat. Io. xv. Nota. Ego sum uitis uera. nos sumus palmites qui per uerā fidē manem⁹ in uite. de quibus dicit, Omnem palmitē in me nō ferētē fructū scilicet bonorū operū uirtutū & meritorū, tollet eū. i. excidet & in ignē scilicet in infernum mittet. Et oēm qui fert fructū purgabit eū. & nunquid tā boni quā mediocres trāsibimus per purgatorium? dico q̄ sic. Sed est duplex purgatorium, scilicet uolū tariū, & illud est in hoc mundo, & uiolē tum in alio, & nunquā fuit aliquis nec erit saluus in paradiso quin transierit p aliquod istorum nisi Christus & uirgo Maria. ideo dicit, Purgabit eum ut fructum plus afferat, q̄a sicut hic fecit fructum gratie, ibi faciet fructū glorie. Sed oñdit se Christus plus quā prophetā in alio mundo qñ moriuntur p̄sone in gratia dei, sed nō compleuerūt hic penitentiam & ueniunt coram Christo ad iudiciū & inde mittuntur ad purgatorium, quo portant p angelum bonum. Dic practice quō Christus dicit angelo, porta istum ad purgatorium & stet ibi per tātum tempus &c. Dic quomodo angelus mittet ipsum ī purgatorium. Autoritas. In igne probatur aurum & argentū, homines uero receptibiles in camino humiliationis. Eccl. ij. Si queratur ab eis. Existis uidere prophetam. Respondent etiam & plus quā prophetam. Secūdum hoc dicere possumus de domino Iesu Christo, Propheta magn⁹ surrexit in nobis. Et quia deus uisitauit plebem suam. Luce. vij. Deo gratias.

Dñica. iij. aduētus dñi. Sermo. vij.

ECce mitto angelū meū ante faciem tuam. Mathei. xj. Verbum propositū potest declarari quadrupliciter siue quatuor modis, iuxta quatuor intellect⁹ sacre scripture.

Primus erit secundum intellectū historicum seu literalem.

Secundus erit secūdum intellectum allegoricum seu figuralem.

Tertius iuxta intellectum tropologicum seu moralem.

Quartus secundū intellectum anagogicum seu supernaturalem.

Quantum ad primū iuxta intellectū historicum seu literalē est uerbum dei patris ad xp̄m eius filiū loquētis de sua bñdicta incarnatione qua xps uenit pro redemptione humani gñis, & de suo precursore dicit de⁹ p̄ filio. Ecce mitto angelum. ad literam loquitur de Ioāne baptista, quia angelus grece idem est quod missus latine, sicut enim rex uēturus ciuitati premittit nuncium ad preparādū, sic & deus. Ideo sequit, Qui preparabit uiā tuā ante te. Pro cuius fundamento sciendum q̄ regula est generalis diuine prouidentie quam seruauit a principio mūdi usq; ad finem q̄ qñ aliqua magna immutatio uel innouatio debet in hoc mūdo fieri, semp de⁹ premittit aliquē ut gētes se preparet. Verbi gr̄a. Deus ordinauit magnā immutationē & innouationē in hoc mūdo, scilicet ut tot⁹ mundus lauaret & mundaret a peccatis hoīm & renouaret aquis diluuij, ꝓpter q̄ premisit amicū suū Noe qui predicauit cētum annis ut gētes se ꝓpararēt per pn̄iam, q̄ erat quingētorū annorū qñ incepit p̄dicare, & deridebāt & truffabant de ipso, intantū q̄ infra cētū annos non poterat cōuertere nisi septē p̄sonas, scilicet uxorē suā & tres filios, & tres uxores filiorū, & uenit diluuiū & p̄didit oēs quot quot erāt in mūdo. Geñ. vj. &. vij. Secundo patet hoc idē qñ deus uoluit innouare terrā Egypti & liberare filios Israel & destruere Egyptios. Sed ante premisit filiū suum ad Moysen prophetam ut auisaret regem Pharaonē & Egyptios, qui predicauit ibi & multa miracula fecit, sed nullum Egyptiū conuertit, imo fuerūt oēs in mari submersi. ut patet Exo. xiiij. Tertio patet idē qñ deus uoluit ejicere decē tribus de terra promissionis ꝓpter peccata eorū. Sed ante premisit Amos prophetam ut hoc eis nunciaret & predicaret. Quarto patet hoc idem qñ deus uoluit destruere terrā promissiōis & capti uare duas tribus que remāserāt, scilicet trib⁹ Iuda & Beniamin. Sed ante premisit eis Hieremiam prophetā uolens seruare regulam sue prouidentie. Quinto patet hoc idē qñ deus ordinauit destruere maiorem ciuitatē mundi scilicet Niniue ꝓpter peccata eorū, sed ante p̄misit Ionā & Naū ꝓphetas, ut p̄dicaret eis ut se prepararēt. Ione. j. ij. &. iij. Sexto patet qñ uoluit renouare & mutare totum mundum per aduentum messie sciēs q̄ multi de Iudeis nō crederēt ī eū ꝓpter quod essent dispergēdi p mūdū. Sed añ p̄misit Ioāne baptistā q̄ nunciauit aduētū xp̄i ꝓ mūdi redēptione, & Iudeorū destructione dicēs. Iā enim securis ad radicē arboris posita est. Mat. iij. antiqtus securis fuit posita solū ad ramos, sed tunc

ad radicē, ſ. ad totalē Iudeorū deſtructionē. Mō aūt ueniet maior mutatio & maior innouatio quā unq̄ fuit i mūdo, ſcilicet deſtructio & finis mūdi, ſcilicet aduētus antixpi & iudiciū gñale. Ideo de⁹ p̄miſit ſctōs, ſcilicet Dñicū & Frāciſcū cū ſuis religioſis, ut de quolibet ipſorū legit. uicinū credit preueniſſe iudiciū, ſed nūc gētes nō p̄nt credere. q̄ aūt nuncij miſſi dicant angeli. Autoritas. Miſit de⁹ patrū ipſorū p angelū ſuū reuocare eos, propter q̄ parceret illis & tabernaculo ſuo. Ipſi uero ſubſannabant in angelis ſuis. ij. Eſdre. j. Ecce regula & ordo diuine iuſtitie. Quia ergo Ioānes fuit a deo miſſus ad nūciandum Chriſti aduentū, ideo in themate dicit uel uocat ipſum angelū di. Ecce ego mitto &c. Moraliter nota quomodo beatus Ioānes nunciauit aduētū Chriſti tripliciter, predicando, baptizando, & demonſtrando. Pro primo dicebat. Ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt, qui ante me factus eſt, cui⁹ ego non ſum dignus ut ſoluā eius corrigiā calciamenti. Io. j. Pro ſecundo dicebat, Ego baptizo uos aqua, medius aūt ueſtrum ſtetit quem uos neſcitis. Io. j. Pro tertio dicebat demonſtrādo ipſum, Ecce agnus dei. Sic enim quādo deus uult uenire per gratiam in mentē alicui⁹ ad ipſum iuſtificandū, primo premittit Ioannē predicantem. Ioann. j. gratiā predicationis, quia ſingularis introitus dei in corde peccatoris eſt per predicationem, ideo premittit Ioannem. i. predicatorem qui predicat exterius ad aures, ſed Chriſtus predicat interius in corde. ideo dicit Gre. In uanum laborat exterius lingua predicatoris, niſi aſsit interius gratia ſaluatoris. Et Augu. in celo cathedram tenet, qui corda hominum docet. Secundo Ioānes uenit baptizando, & hoc quando peccator tactus in predicatione plorat peccata ſua per contritionē, quoniam ille lachryme baptizant, lauant & purificant animam ab oībus culpis & maculis peccatorum mortalium. Tertio uenit Ioānes demonſtrando, & hoc q̄n peccator contritus de peccatis oñdit ea ſacerdoti per cōfeſsionē ſacramentalē. De his oībus dicit Dauid. Emittet uerbū ſuū & liquefaciet ea, fla. ſpi ei⁹ & fluēt aque. Qui annūciat uerbū ſuum Iacob. p̄s. cxlvij. Nota emittet uerbū ſuū. Ecce Ioānes predicans. flabit ſpi. eius & flu. aque. Ecce Ioānes baptizās. Qui annūciat uerbū ſuū Iacob. i. cōfeſſori denūciādo ſibi ppoſitū cordis. Ecce Ioannes demōſtrās. Quātū ad ſecūdū intellectū allegoricū ſeu figuralem tūc thema eſt dei patris ad populū Chriſtianū dicentis de filio ſuo, Ecce ego mitto angelū meū quia licet ſit dñs angelorum, dicitur tamē angelus, quia miſſus a deo p̄ē ideo Eſa. Paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis. Et factus eſt principat⁹ ſup humerū eius, & uocabit nomē ei⁹ admirabilis, cōſiliari⁹, ſecūdū. lxx. interpretes magni cōſilij angelus de⁹ fortis, p̄ futuri ſeculi. Eſa. ix. Mittit aūt corā nobis tāquā princeps & bellator fortis & ualens ad prelium. Sicut legit in Iulio ceſare q̄ nūquā dixit, ite, ſed uenite. Ita Chriſtus ad preliū iuit prius corā Chriſtianis ut ipſum ſequant, ideo dicit deus pater, Ecce ego mitto angelū meū añ faciē tuā, lo quēs populo Chriſtiano ad bellandū cū inimicis, ſcilicet demonibus & peccatis, ut nobis Chriſtianis daret cor, uirtutē & audaciam. De hac figura legitur q̄ in terra promiſsionis habitabant ſeptem conditiones gentium antequā illuc ueniſſet populus Iſrael de terra Egypti ſcilicet ammorrei, gereſei, ethei, phereſei, chananei, euei, & iebuſei. Et erant tot filij quod filij Iſrael timebant illuc intrare. Sed dominus dixit populo Iſrael. Ne timeas precedet te angelus me⁹ qui introducet te ad ammorreū, etheū & phereſeum, chananeumq; & eueum, & iebuſeum, quos ego conteram &c. Exo. xxiij. Figura fuit Chriſti, quoniam ante aduētum Chriſti erant ſeptem conditiones malarum gentium, ſcilicet ſeptē demones qui ſunt capitanei ſeptem peccatorū mortaliū. Prim⁹ fuit populus ammorreorū, quorum capitaneus ſignificabat leuiathan capitaneum ſuperborum. Secundus

cundus gereſeorū qui ſignificabat māmonam capitaneum auarorum. Tertius etheorum aſmodeum capitaneum luxurioſorū. Quartus phereſeorum, Beelzebub capitaneum inuidorū. Quintus chananeorum, Beelphegor, capitaneū gulosorum. Sextus eueorum, Baalberith capitaneum iracundorum. Septimus iebuſeorum, Aſtaroth capitaneum acidioſorū. Modo uideamus qs faciet preliū pro populo Chriſtiano, maxime cōſiderata pompa demonis maxima intātū q̄ nullus hō eſſet ſufficiēs, ideo de⁹ pater miſit filiū ſuum di. ppō xpiano, Ecce ego mitto angelū meum. ſ. xp̄m q̄ debellabit iſtos capitaneos. Primo debellauit & uicit leuiathā capitaneū ſupbie uirtute humilitatis, qa nunq̄ fuit aliquis humilior xpo. Secūdo uicit māmonā ex pauptate uolūtaria quā ſemp uoluit ſeruare. Tertio uicit Beelzebub uirtute charitatis & dilectiōis, qa quicq̄d fecit, fecit charitatiue. Quarto uicit aſmodeū uirtute puritatis & uirginitatis. Quinto uicit Beelphegor uirtute abſtinentie. Sexto uicit Baalberith uirtute patiētie. Septimo uicit Aſtaroth uirtute diligētie. Ecce quare deus pater dicit populo xpiano. Ecce ego mitto angelū &c. Ideo non oportet nos multū pliari, ſed intrare cāpum bone uite & recipere arma ſcilicet humilitatē dimittēdo ſuperbiā, ideo dixit Chriſtus, In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite ego uici mundum. Ioan. xvj.

Quantum ad tertiū intellectum, ſcilicet tropologicū ſeu moralē, thema eſt uerbū dei ad quēlibet nr̄m dicentis, Ecce ego mitto Ang. &c. Determinatio eſt cōis oīm ſanctorū cōcorditer dicētiū q̄ in celo non erunt duę ciuitates hoīm & angelorū, ſed ſolū una, qa oēs ſtabimus ſimul cū ſanctis angelis in diuerſis uicis ſiue plateis. i. ordinibus angelorū, ut habetur Mat. xxij. & Luc. xx. Nota hiſtoriā de Saduceis cū Chriſto diſputātibus, de muliere ſeptē uiros hñte, quibus rñdit xps di. Erratis neſciētes ſcripturas neq; uirtutē dei. Cū enim a mortuis reſurrexerint non nubent neq; nubentur, ſed erūt ſicut angeli dei in celis. Mar. xij. Lucas dicit, eq̄les angelis erūt. Et iſta Chriſti rñſione patet ſolutio duarum queſtionum antiquarū. Prima de preeminētia, utrum ſancti angeli preemineant ſanctis animabus, uel econuerſo an ſint equales. Secunda de reſidentia, utrū angeli reſideant ad dextram Chriſti, & anime ad ſiniſtram, uel econuerſo. Solutio prime patet cū dicit Chriſt⁹, equales angelis erūt. Solutio ſecūde dū dicit, erūt ſicut angeli dei. Cū ergo dicit deus ecce mitto angelum &c. ante faciem mentis humane, deus proponit angelū conſideranda ut homo ſe diſponat iuxta conditiones angelicas. Quemadmodū bonus pictor proponit corā diſcipulo pulchrū exēplar imaginis ad pingendū. Si ergo uolumus cū ſanctis angelis habere ſocietatē in celis oportet nos cōformari eorū cōditionib⁹ hic in terris, & uirtutib⁹ hic in uia. ppter hoc dicit nobis deus, Ecce ego mitto angelū meū. ſcilicet tāquam exēplar ȳtutū, ut ab eo recipias exēplū. De uirtutibus & cōditionibus angelorū dicit Dauid. p̄s. ciij. Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignē urentē. Vbi patent tres cōditiōes & uirtutes angelorum. Prima eſt q̄ ſunt ſpūs. ibi, Qui facis angelos tuos ſpiritus. Secūda quod ſunt miniſtri. ibi, & miniſtros tuos. Tertia quod ſunt ignis. ibi, ignem urentē. In quo oſtenditur q̄ ſancti angeli habent puritatem in ſe, quia ſpiritus pietatem ad nos, quia miniſtros charitatem ad deum, quia ignem urentem.

Quantū ad primū, ſancti angeli habēt puritatē, qa ſpūs carnē & oſſa nō habet. Luce. xxiij. Ideo tu luxurioſe recipe exemplum ab angelo ut ſis ſibi ſimilis in puritate, depinge cor tuum ad nō cogitandum, nec ad deſiderandū illam materiam luxurie, & os ad non loquēdum, & aures ad non audiendum, oculos ad nō reſpiciendum, & etiam ad nō tangendū &c. alias nunquā eris ſocius angelorum in celo, qa nō intrabit in eā aliquid coinquinatū aut abominationem faciens. Apoc. xxj. Secūdo ſancti angeli habēt ad nos

nos pietatē, quia respiciunt nos per fenestras, & quando uident nos in periculis, & miserijs, ueniunt ad defendēdum nos. Angeli enim deputantur ad hominum custodiam, ut dicit s. Tho. j. pte. q. cxiij. & j. script. dist. xj. q. j. secundum illud. psal. Angelis suis mandauit de te ut custodiāt te in omnibus uijs tuis. Cuius rō est, qa inter deū, & hoīes media est angelica natura, modo secūdū legē diuine ꝓuidētie, & sapiētie, hoc est ordinatū, ut inferioribus p superiora ꝓuideat. Secūdū enim ordinē diuine ꝓuidētie in rebus oībus inuenitur ꝙ mobilia, & uariabilia p immobilia, & inuariabilia mouēt & regnlant, sicut oīa corporalia per substātias spirituales, & immobiles, & corpora inferiora p superiora q̄ sunt inuariabilia secūdū substantiā. Sed & nosipsi regulamur circa cōclusiones in qbus diuersimode possumus opinari p principia q̄ inuariabiliter tenemus. Manifestū est autē ꝙ in reb⁹ agēdis cognitio, & affectus hoīs multipliciter uariari, & deficere possunt a bono. Hoc igit fuit necessariū ꝙ hoībus angeli ad custodiā deputarent per quos regularent, & moueren tur ad bonū. Exequūt enim angeli ad diuinā ꝓuidētiā circa salutē hominū adiuuādo ad differēdū in finē, & liberādo ab eis q̄ impedirūt processūm in finē. Et hec executio diuine ꝓuidētie p angelos de hoībus uocat custodia angelorū. Itē angel⁹ hoīem custodiēs secūdū qd hoīem cui custos deputatus est derelinq̄re dicitur, inquātū exponit tribulationib⁹, uel etiā iusto dei iudicio ab aliquo pctō nō retrahit, nūquā tamē ita derelīquit quin fit aliqs effectus custodie inquātū aliqd malū ꝓhibet, & aliquod bonū ꝓmouet. Nec obstāte ꝙ Damascen⁹ dicit ꝙ angeli cū sint hic nobiscū nō sunt in celo, ergo uidet ꝙ nos derelinquerēt. Quia ut dicit. s. Tho. j. pt. q. cxiij. art. vj. in solu. ad iij. & si angelus custos interdū derelinquat hoīem loco, non tamē derelinquit quātū ad effectū custodie, qa etiā dū est in celo cognoscit qd circa hoīem agat. Neq; indiget mora tēporis ad motū localē, sed statim potest adesse. Idem dicit s. Tho. ij. scrip. ubi. s. art. iiij. in solu. ad v. ubi dicit ꝙ quādocūq; aliquod agēs imprimit fortē impressionē, remanet illa impressio in patiēte p aliqd tēpus, etiā ad absentiam agētis, ut patet in motibus uiolētis. Et ita dico inquit. s. Tho. ꝙ ad unā actionē angeli in hoīe potest homo bonā dispositionē accipere q̄ manet in eo ad aliquod tēpus, ut patet, qñ aliqs se mel deuote orat ad plures dies remanet deuotior. Et ita angelus quāuis nō semp ꝑsens sit, potest tamen semper custodire inquātū effectus eius manet post actionē. Patet ergo ꝙ angeli sancti habent ad nos pietatē, qa respiciūt nos etiā dū sunt in celo empyreo, & loco distātes a nobis, & qñ uidēt nos in periculis ueniunt ad nos defendēdū. Nōne oēs sunt administratorij spiritus in ministerium missi ꝓpter eos q hereditatē capiunt salutis? Ad Hebr. j. Ergo recipe exēplū ab angelo, depinge in corde tuo pietatem erga pauperes dando, uel mutuādo, uel uendēdo sine usura, nō pluris uēdēdo propter solutionis dilationē, nec minoris emēdo ꝓpter denarios paratos &c. Exerce teipsum ad pietatē. Nā corporalis exercitatio ad modicū utilis est. pietas aūt ad oīa utilis est ꝓmissionē habēs uite q̄ nūc ē, & future. j. ad The. iiij. Tertio sancti angeli habēt charitatē i deo, qa ignis urēs sunt in amore dei in fruitiōe. Nota historiā Iudicū. xiij. de parētib⁹ Sāsonis qbus apparuit angel⁹, q cū offerrēt deo sacrificiū angel⁹ ialutauit in flāmā. dixit text⁹. Cū ascēderet flāma altaris in celū angelus dñi pariter in flāma ascēdit. Iud. xiij. Istud lapideū altare figurabat altare xpianorū quoniā nō debet dici missa nisi in altari lapideo, uel super aram. Iudei habebāt altaria de terra, uel de lapidib⁹ impolitis. In sacrificio autē misse in quo cōficit corpus Christi de quo exit flāma ignis q̄ inflāmat corda xpianorum in remissionē peccatorū sunt. nota quid accidit Ilerdo de fratre Bartholomeo Thome sancti nostri ordinis scilicet predicatorū cui reuelauit angelus ꝙ omnes qui fuer

fuerūt in illa missa fuerūt absoluti a pena, & culpa, ergo exēplo angeli qui ascēdit in flāma debet quilibet nostrū ascendere in hoc sancto sacrificio per deuotā contemplationē. Isto modo accenditur in nobis ignis ille charitatis, de quo dicit Christus. Ignē ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut accendatur? Luc. xij. Quātū ad quartum intellectum, scilicet anagogicum seu supernaturalē, tunc thema est uerbum Christi ad quamlibet bonam animam ex hac uita transituram, ipsam consolando dicētis, ecce mitto angelum meum &c. Magna assecuratio, & consolatio est mercatoribus quando habent transire inter gentes armorum, & latronum, si a capitaneo eorum habent saluum conductum, & guidagium, sed maior securitas eis esset si paratarius domini precederet eos associando per passus periculosos. Sic quilibet nostrum in morte habet transire passus periculosos inter demones qui expectant animam in morte. Autoritas Dauid. Inhabitabūt, & abscondent, & ipsi calcaneum meum obseruabunt. ps. lv. Nota inhabitabunt, scilicet demones in hoc mundo, & abscondent supple se, & ipsi calcaneum meū obseruabunt in finem que est ultima pars uite, sicut calcaneus ultima pars hominis. Sed si homo tenet bonam uitam assecuratur a deo qui mittit paratarium suum scilicet sanctum angelū qui precedit animam, & ipsam associat, & sic transit secure inter demones autoritas. ecce ego mitto angelum meum qui precedat te, & custodiat in uia, & introducat in locum quem preparaui, obserua eum, & audi uocem eius. Exod. xxiij. Nota, qui precedat te, scilicet egredientem de corpore, & custodiat in uia, scilicet a turba demonum in aere caliginoso existentium, & introducat te in locum quem preparaui, scilicet in paradiso, ubi sunt portarij sanctus Michael pro angelis, sanctus Petrus pro hominibus. Et angelus pulsat dicens. Attollite portas principes uestras. ecce quare dicit, ecce ego mitto angelum meum.

Dominica. iiij. aduentus domini.

Sermo j.

EGo uox clamantis in deserto. Io. j. Verbū propositū est beati Ioānis baptiste respōdendo ad nūcios Hierosolimitanos dicens, Ego uox clamantis in deserto. Pro huius uerbi declaratione, & materie predicāde introductione recipio duas breues questiones. Prima quare sancta mater ecclesia in hoc sancto tēpore acluētus, in quo totū officium debet esse de Christo facit tā magnā mentionē de beato Ioanne baptista in euangelio hodierno, & etiā in dominica preterita. Numquid sufficerēt beato Ioāni duo festa que de ipso facit ecclesia scilicet natiuitatis, & passionis? Pro cui⁹ respōsione inuenio in beato Ioāne quatuor excellētias p luscquā in alijs sanctis. Prima est natiuitas gratiosa, quia iā erat sanctus antequā natus. Secūda est passio dolorosa, quia fuit decapitatus ex tripudio uni⁹ puelle. Tertia est uita uirtuosa, quia statim quando fuit quinq; annorū, dimisit mundū, & intrauit heremū. Quarta est doctrina fructuosa nūciando, & predicādo aduentū messie. Ex his quatuor excellētijs deus exaltauit Ioannē super oēs sanctos dicēs, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista. Mat. xj. Propter hoc sancta mater ecclesia, quater in anno facit festū de beato Ioāne. Primū de eius natiuitate. Secundū de passione. Tertium de eius uirtuosa uita, ut in dominica preterita. Quartū de eius predicatione fructuosa, & de hoc legitur euangelium hodiernum. De nullo alio sancto fit festum quater in anno, nisi de beato Ioanne baptista. De beato Petro apostolo facimus tria festa. De beato Paulo duo, sed de beato Ioāne quatuor. Et de festo hodierno dicit ipsemet. Ego uox clamantis in deserto, scilicet ex efficacia predicationis, & doctrine sue, patet prima questio. Secunda questio, & subtilior est, quare beatus Ioannes uolens suā doctrinā declarare dixit se uocem, dicens, Ego uox

claman

clamantis &c. Nunquid dixisset melius, ego habeo uocem. Responsio q̄ beatus Ioannes dixit se esse uocem duplici ratione. Prima demonstrando suum officium excellenter, quantum ad primam rationem. Officium proprium uocis est manifestare, & ostendere propositū cordis, siue mentis conceptionem. philosophus. Voces sunt signa earum que sunt in anima passionum. primo perihermenias. Proprie loquendo magna est differentia inter uerbum, & uocem, licet uulgariter sumatur pro eodem, quia uerbū est conceptio mentis antequam ore exprimatur, sed uoces sunt que proferuntur. Ideo dicit logica. Vox est sonus ab ore animalis prolatus, proprie loquendo Christus est uerbum eternū, quia erat absconditum in mente diuina. Ioan. j. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum &c. scilicet absc̄ditum, & secretum. Sed deus pater misit uocem, scilicet Ioannem baptistam, ut manifestaret, & ostenderet uerbum diuinum sicut fecit quando dixit, Ecce agnus dei &c. ecce Ioānes dicit se esse uocem ad ostendendum differentiā inter uerbum, & uocem temporalem ipsam demonstrando. Quantum ad secundam rationem. Exercitium predicatoris est, quia omnia eius membra, & potentie debent predicare. Non solum os predicatoris debet predicare, sed etiam uita, mores, & fama. Item intellectus studendo, memoria cōtemplando, cor, manus, gestus, & continenter, siue compositē faciēdo. Ita bonus predicator totus debet esse uox. Dicunt logici quod uox est homogeneum, quia quelibet pars uocis est uox. Sic omnia que sunt diligentis predicatoris debent esse uox. Hieronymus. Omnia sacerdotis debent esse uocalia, propter hoc beatus Ioannes respondendo nuncijs sibi missis dixit. Ego uox. q. dic. quicquid est in me totum est uox, quia totū predicat, patet thema. De ista uoce ego inueni unā mirabilem prophetiam Dauid, qui allegorice prophetādo de beato Ioanne dixit. Vox domini super aquas, deus maiestatis, intonuit dominus super aquas multas. Vox domini in uirtute, uox domini in magnificētia. Vox domini cōfringentis cedros, & confringet dñs cedros libani. Vox domini intercidentis flammā ignis, uox domini concutientis desertū, & cōmouebit dominus desertū cades. Vox domini preparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam. Vbi Ioannes septies dicitur uox propter septē doctrinas, quas beatus Ioannes predicabat.

Prima erat doctrina baptismalis.
Secunda erat doctrina penitentialis.
Tertia erat doctrina magistralis.
Quarta erat doctrina increpatiua.
Quinta erat doctrina correctiua.
Sexta erat doctrina reprehensiua.
Septima erat doctrina instructiua.

Dico primo, q̄ prima doctrina beati Ioānis erat baptismalis. Dicunt omnes euāgeliste q̄ quando beatus Ioannes exiuit de deserto in quo steterat. xxv. annis, ut dicit Hugo, in maxima penitētia. Et quādo etatis erat. xxx. annorū, exiuit de deserto, in cuius exitu incepit p̄dicare circa regionē Iordanis baptismū penitentie. Luc. iij. Venit in omnē regionē predicans baptismum penitētie in remissionem peccatorum dicens, Medius uestrū stetit quem uos nescitis. Ioan. j. Sed ego ostendam ipsum uobis, ideo recipiatis eius doctrinam. dicebant sibi gentes, Et quid debemus facere, ut ipsum possim⁹ digne recipere. Respondebat eis quod reciperent signum baptismi in aqua, qui baptizabat eos sub tali forma, Ego te baptiso in nomine uenturi. Ille baptismus Ioannis erat signū Christi, sicut crux datur in cruciata in signum. Ex ista predicatione doctrine baptismalis beatus Ioānes dicitur, uox domini super aquas, scilicet Iordanis. glo. unum baptismū predicabat, & aliū dabat, qa baptismū aque dabat & baptismum gratie predicabat in remissionem peccatorum. De hoc autorita. Ego baptizo uos in aqua, qui autem post me uenturus est fortior me est, eius

ius non sum dignus calciamenta portare, ipse uos baptizabit in spiritusancto, & igni. Mat. iij. Nota igni ablatiui casus secundum grammaticam antiquā. sed quare dicit igni? Nota errorem illorum qui dicunt quod aliqui baptizātur igne. Sed dicitur igni duplici ratione. Prima in primitiua ecclesia in baptismo descendebat spiritussanctus uisibiliter in forma ignis, & ista expositio est cōmunior ad ostendendum quod spiritussanctus erat datus, & ostendebat se exterius signo ignis uisibiliter. Secūda ratio, quia sicut mundus debuit mundari, & purificari per aquam, scilicet tempore Noe, quia gentes erant nimis calide per luxuriam, ideo uenit aqua diluuij, sic purgabitur per ignem in fine mundi propter frigiditatem charitatis. Mat. xxiiij. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Hanc rationem facit sanctus Tho. de aquino ordinis predicatorum in quarto sententiarum. Sic etiam deus ordinauit duo diluuia ad purificandum animas, scilicet diluuium aque baptismalis ad refrigerandum fomitem culpe originalis. Secundo diluuium ignis purgatorialis, quia post baptismum refrigeramur, & efficimur negligentes, & maculamur peccatis, ideo deus ordinauit fontem purgatorij ubi anima baptizatur ab angelo bono, ut determinat sanct. Tho. quia diabolus iam uictus est, per illum qui ducitur ad purgatorium, ideo uictus non debet incarcerare uictorem. Hic baptismus est durus, & terribilis. De quo potest dicere anima que illic debet baptizari. Baptismo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor. Lu. xij. Ecce quare dicitur, uox domini super aquas. Et quia tunc Ioannes baptizauit Christum, ideo subditur, deus maiestatis intonuit, dominus super aquas multas. Secunda doctrina quam beatus Ioannes predicauit, erat doctrina penitentialis. Mat. iij. In diebus illis uenit Ioannes baptista predicans in deserto Iudee, & dicens. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum. Postquam baptizauerat eos dabat eis penitentiam dicēs, Ex quo recepistis baptismum meū in signū, ideo ne peccata impediant uos, ad cognoscendum, & recipiendum regem messiam, faciatis penitentiam. Dicit Beatus Matt. iij. quod confitebantur peccata sua generaliter dicēdo. Ego fui superbus, uanus, pomposus &c. Et beatus Ioannes dabat eis penitētiam humilis orationis. Luce. xj. Ioannes docebat suos discipulos orare. Alius confitebatur generaliter dicendo, pater ego fui auarus, usurarius &c. cui Ioannes dabat penitentiam restitutionis, ne puluis auaricie clauderet sibi oculos ne Christum agnosceret. Alius ueniebat, & dicebat. Pater ego sum luxuriosus &c. cui dabat penitentiam abstinentie ieiuniorum, & affectionum. Mar. ij. Discipuli Ioannis ieiunabāt. idem de alijs peccatis. ecce quo modo Ioānes predicabat doctrinam penitētialem, ideo dicitur, Vox domini in uirtute, scilicet penitentiam indicendo. Nota uox domini in uirtute, nō dicit in sacro. No. quomodo sancti doctores in theologia distinguunt de duplici penitentia, scilicet de penitentia sacramentali, & de penitentia uirtuali. Penitentia sacramentalis est, quando homo cōfitetur peccata sua, & absoluitur, talis penitētia dicitur sacramentū. Penitentie sacramētum habet partes tres, que sunt cōtritio, confessio, & satisfactio. Penitentia autē uirtualis non habet partes sicut nec alia sacramenta, ut dicit san. Tho. iij. parte. q. xcj. & iiij. distin. xvj. q. j. ar. j. q. j. & iiij. Et quando Ioannes predicabat nondum erat ordinatum hoc sacramentum, nec potestas remittendi peccata erat hominibus concessa, ideo Ioannes non dicitur, uox domini in sacramento. Alia est penitentia uirtualis uoluntaria, & uirtuosa que non est sacramentum, ut ieiunare, peregrinari, disciplinare se, & huiusmodi. Et de ista dicitur, uox domini in uirtute &c. quia beatus Ioannes iniūgebat penitentiā non sacramentalē, sed uirtualē, & concordat Dauid dicens alibi, ecce dabit uoci sue, scilicet beato Ioāni uo

ni uocē uirtutis,nō dicit sacramenti.ps. lxvij.Nota ut dicit sanc. Tho. iij. par.q. lxxxv.iiij.distin.xiiij.q.j.ar.j.quia penitē tia ut est dolor uoluntatis cū electione recta est uirtus uel actus uirtutis,nō autē ut est passio. Et est penitentia uirtus specialis,quia habet materiā generalem sub ratione speciali pro obiecto. s. oīa peccata ut emēdabilia p actū hominis ut dicit S. Tho.iij.parte.q.lxxxv.arti.ij.Et est uirtus moralis nō theologalis,& est pars iustitie.Tertia doctrina erat magistralis,quia sicut bonus magister diuersis pueris dat diuersas lectiones,sic beatus Ioānes diuersis cōditionibus hominum dabat diuersas doctrinas. Dicit beatus Lucas.iij.c.q; ueniebant ad eum diuerse conditiones gentium interrogantes ipsum & dicentes. Magister quid faciemus? Verbigratia.Primo uenerunt diuites dicendo magister quid debemus facere nos? Respondit. Qui habet duas tunicas det unam non habenti.Et qui habet escas similiter faciat.Lu.iij.due tunice sunt,una necessitatis,secūda superfluitatis,que corrumpitur & pauperes moriūtur frigore. Quot sunt mulieres pauperes que propter defectum mantelli non possunt ire ad missas,& uos diuites tenetis uestes superfluas &c. Idem de escis &c. Deinde uenerunt publicani dicentes ei, Quid faciemus magister. Dicit hic glo.q; sumitur hic publicanus pro illo qui habet officium publicum, quia uel est balliuus uel iusticiarius uel iuratus &c. Quibus Ioānes rndit, Nihil amplius q̄ constitutum est uobis faciatis.Si erant rectores dicebat, Quid tenemini facere recordamini de iuramento qđ feciſtis quando recipiſtis officium,scilicet q; facietis iustitiam, & corrigetis populum & peccata notoria, & respiciatis in omnibus utilitatē cōmunitatis. ideo ita faciatis,aīs caueatis &c. Tertio uenerunt ad eum milites & scutiferi dicentes,quid faciemus & nos.Et ait illis,Neminem concutiatis nec calumniam faciatis & contenti estote stipendijs uestris.Ecce regula & doctrina militū.Nota neminem concutiatis. Dic contra illos qui statim trahunt & habent dagam siue gladium in manu ad percutiendū pauperes & miseros qui non possunt se defendere. Item neq; calumniā faciatis subditis uestris ab eis exigēdo pecunias & bona eorū diuersimode,& decipiunt cōformes dicendo q; sunt gratiosi in exigendo cum tñ includāt eos in castro uel in ecclesia quousq; dederint & tenentur restituere. Item contenti estote stipendijs uestris de salario,de redditib⁹ quos recipitis pro defensione populi. Nolite facere superfluitates nec uanitatem, sed computate quid habetis & quantum potestis expendere, & de bonis uestris detis pro anima uestra quartam uel ad minus quintam partem amore Dei. Nū quid totū dabitis ad latrinas & iumētis & scutiferis ribaldis &c. Ecce quare dicit,Vox dñi in magnificētia, scilicet tribuēdi cōsilia & modū uiuēdi unicuiq;. Magnificētia opus ei⁹ scilicet B.Ioānis, & iustitia eius manet in scm scī.ps.cx.

Quarta doctrina erat increpatiua,reprehendendo uitia & peccata,dicendo, Progenies uiperarū quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructum dignū penitētie.Matth.iij.Nota progenies uiperarum.dicit hic glo.q; uipere trahunt uenenum ab utero matris & a natura habent uenenum. Talis est conditio Iudeorum, ideo Ioānes uocauit eos genimina uiperarum di. Genimina uiperarum quis demonstrabit uobis fugere a uentura ira? quasi dicat nullus.Facite ergo fructum dignum penitentie, scilicet ut iuxta qualitatem & quantitatem peccatorum faciatis penitentiam.Nota quo modo tunc Iudei decipiebantur sicut modo decipiunt multi xp̄iani di.Nūqd Deus promisit Abrae & semini eius benedictionē. Gen. xxij. Sed hoc dicebat Deus ꝓpter messiā filiū Abrae secūdū carnē.iō dixit xps Iudeis. Si filij Abrae estis,opa Abrae facite.Ioā. viij.In hac cecitate & errore sunt multi xp̄iani male uite qui nullam penitentiā faciūt de peccatis,& q̄ de hoc reprehē-

duntur rndent,Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Marc. ulti. Vultis cognoscere istā stultitiam. Nota de dño faciente cōuiuiū nuptiarū qui p totā terrā fecit preconizari, Quicunq; mihi fidelis fuerit & manus mūdas habuerit, mecū prādebit. Dic historiā de rusticō &c.idē de dño & rege nro Iesu xp̄o, ex cuius parte est preconizatū,Qui crediderit &c. In morte autē homo uadit ad cōuiuiū, si tūc homo credit & habet manus mūdas bene stat, aīs restat furca inferni,q̄n ista uerba, qui crediderit & baptizatus fuerit,nō sunt preteriti tpis, sed futuri coniunctiui. Tu credidisti & purificatus fuisti in baptismo, sed ex tūc sordidatus fuisti &c.necessariū est ergo q; q̄ homo uadit ad cōuiuiū credat,& manus mūdas habeat. Ideo dicebat Esa. Lauamini,mūdi estote. Esa.j.Deponatis ergo istā uanam confidentiā.Ex ista doctrina increpatiua B. Ioānes dicitur uox dñi cōfringentis cedros.idest superbos. Quinta doctrina erat correctiua in corrigendo & refrenādo inuidiā discipulorum suorū.Discipuli autē Ioānis zelantes pro magistro suo Ioanne inuidebāt Christo, quia q̄n xps incepit predicare & baptizare trahebat ad se populum & dimittebāt Ioānē,nec mirū. De hoc discipuli Ioannis dixerunt Rabbi qui erat tecū trans Iordanē cui testimoniū perhibuisti.Ecce hic baptizat & oēs ueniunt ad eum.Ioānis.iij. Ecce flamma ignis inuidie quam Ioannes intercidit per doctrinam suam correctiuam dicēs. In hoc gaudium meum impletum est.Illū oportet crescere, me autem minui.qui desursum uenit super oēs est. Ioan.iij.Ex hoc beatus Ioannes dicitur uox dñi intercidentis flammam ignis. O & quomodo hec uox esset inter nos necessaria ut intercideret flammā ignis inuidie que nimis ardet in mūdo non solū de inuidia bonorū tēporaliū,sed etiā de quadā inuidia que est peccatum cōtra spiritumsanctum scilicet inuidentia fraterne gratie, uerbi gratia. Si aliqs religiosus uult seruare regulam &c.statim alij inuidentes murmurāt & ipsum impugnāt uocātes ipsum hypocritā singularē &c. & sic flāma ignis inuidie accenditur. Secus si est ribaldus,imo cōmendatur di.O qūo est gratus talis frater &c. Item si habet aliquā gratiam deuotionis uel predicationis uel huiusmodi.Idē de clericis laicis & mulieribus . Nota ad hoc planctū prophete.Ad te dñe clamabo quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succidit oīa ligna regionis.Ioheł.j. Nota q; desertum significat religionem propter asperitatem uite in qua religiosi deberent uiuere,sed ignis inuidie totum comedit. Ligna religionis sunt seculares quos iam flāma inuidie succendit.Sexta doctrina erat reprehensiua reprehendēdo & arguendo regē Herodem cōcubinariū qui habebat uxorē, sed quia non erat ita alba nec pulchra nec ornata & cōposita ut ipse uellet,tñ erat filia regis, qua despecta Herodes duxit cōcubinā. hoc uidēs Ioānes uenit ad ipsum reprehendendū di. Herodes non licet tibi habere uxorē fratris.Mat.xiiij.& Marc.vj. Ex hoc beatus Ioānes dicitur uox dñi cōcutientis desertum. Moraliter, utinam multe domus huius ciuitatis nō sint desertum Herodis per luxuriam despiciēdo uxores & respiciendo concubinas. Sed hoc desertum cōmouebitur non a Ioanne,sed a xp̄o iusto iudice in die iudicij,ideo subditur.Et cōmouebit dñs desertum cades. i.mutati, scilicet luxuriosi qui mutāt se cum alia muliere. Septima doctrina est instructiua,sicut bonus pater quando nescit uel non potest instruere filios,mittit eos ad magistrum ut instituātur ab eo. Sic fecit beatus Ioānes de discipulis quos instruere nō poterat ut crederent in uerum messiam Iesum Christum, propter hoc q̄n fuit captus & propinquus morti misit ipsos ad Christum tanq̄ ad magistrum ut instruerentur ab eo de ueritate.Mat.xj. Cū audisset Ioannes in uinculis opera Christi mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui uenturus est an alium expectamus &c.Ex hoc beatus Ioannes dicitur

uox dñi preparantis ceruos. Nota q̄ boni Christiani dicuntur cerui propter magnū saltū quē faciunt de terra ad celum. Ideo Dauid in persona xp̄i dicit. Qui p̄fecit pedes meos tanq̄ ceruorum super excelsa statuēs me. ps. xvij. Pedes quibus saltamus ad paradisum, sunt uera credentia & obediētia. Pes dexter est uera credentia. Sinister uero obediētia. Sed aliqui errāt saltando qui credūt ascendere in celū & descendūt in infernū, quia habēt pedē dextrum fractū uel sinistrū uel utrunq;, ut Iudei & agareni qui utrunq; pedē habent fractū, quia nec habent fidē nec bonā uitā. Pedē dextrū habēt fractū illi qui dubitāt in fide, ideo non possunt saltare in celū. Sinistrū illi qui habēt ueram credentiā sed nō habēt obediētiam nec bonā uitā. Discipuli autē Ioānis solo pede dextro claudicabāt, quia nō credebāt, sed nō sinistro, q̄a bene uiuebant. Ideo Ioannes misit eos ad xp̄m ut ipsos curaret. Quibus curatis dixit xp̄s. Claudicabāt &c. sequitur. Postq̄ dixit uox domini preparantis ceruos & reuelabit cōdensa. s. Iesus xp̄s ex eius miraculis que fecit que uiderunt discipuli Ioannis & in templo eius omnes dicent gloriam. Ecce quare beatus Ioannes dixit nūcijs, Ego uox clamantis in deserto &c.

De eadem dñica. Sermo secūdus.

DIrigite uiam domini. Ioan. j. Preparare seu dirigere debemus uiam domino Iesu Christo in breui uenturo in ciuitatem huius mūdi ne habeat deuiare & ire in circuitu. Dicit hic Grego. q̄ uia dñi qua uenit ad nos & nos uadimus ad eū, est bona, sancta & uirtuosa uita. Ad hoc declarandum habeo duas rationes. Prima est quia cōmuniter q̄n quis cōtinuat aliquā uiā, dicitur ista uia est talis. Et licet hoc sit clarum, tamen autoritas. Omnis uia uiri recta sibi uidetur. Prouer. xxj. Secunda ratio quia uia que ducit ad talem uillam dicitur uia illius ville, licet illa uilla nunquam transeat per illam. Autoritas. Iob loquens de mala persona di. Maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per uiam uinearū. Iob. xxiiij. non q̄ uinee uadant, sed quia per illam uiam homo uadit ad uineas. Et ista est intentio beati Greg. s. q̄ uia dñi qua uenit ad nos per gratiam, & nos uadimus ad eum per gloriam, est bona uita sancta & uirtuosa, intantum q̄ si infidelis teneret bonam uitam cauendo a superbia, auaritia, luxuria &c. antequam moreretur Deus ueniret ad eum per gratiam ipsum illuminādo de ueritate. Hic patet responsio ad questionem illorum quare damnabitur infidelis, quia nō cognoscit Christū &c. quia peccata eius impediunt ne ipsum agnoscat, quia si teneret bonā uitā Deus ueniret ad eum, q̄to magis ad Christianū? Autoritas xp̄i. Si quis diligit me. s. naturali amore, quia tunc non loquebat xp̄s de amore charitatis, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Ioā. xiiij. Ideo de uia bone uite & uirtuose dicit Esa. Hec est uia domini ambulate in ea & non declinetis ad dexterā neq; ad sinistram. Esaie xxx. de ista uia dicit thema propositū, dirigite uiam dñi. s. per bonā uitam & uirtuosam. Nota q̄ quatuor uirtutibus dirigitur uia dñi. s. bona uita. quarum tres sunt theologales, & quarta est moralis.

Prima est fides cordialis.
Secunda spes celestialis.
Tertia charitas integralis.
Quarta obedientia generalis.

Per istas quatuor uirtutes dirigitur uia domini. ideo dicit thema, Dirigite uiam domini. Dico primo q̄ prima uirtus directiua uie domini est fides cordialis, scilicet habere in corde fidem uerā, scilicet illam quam xp̄s dicit, reuelauit & predicauit, & nō regere se in his que fidei sunt p rōnes naturales nec per argumēta. Nota ad hoc similitudinem de hortulano sulcante hortū per chordam tensam ab uno capite ad aliud. Sic recte facit xp̄s in horto huius mundi in quo quilibet nostrum tenetur facere sulcum siue canale rectum de bona & sancta & uirtuosa uita. Caules seminādi sunt uirtutes & opera bona & meritoria, hec. s. fides catholica erit uobis directa uia, ita ut stulti nō errent p eā. Esa. xxxv. Stultitia sumitur hic pro ignorantia. sicut Lu. xxiiij. O stulti & tardi corde ad credendū. In hoc errauit Arrianus q̄ sine chorda uoluit facere sulcum, q̄n dixit mundum fuisse ab eterno sine principio & sine fine. Plus scit modo una uetula de his que fidei sunt q̄ sciuerunt oēs antiq philosophi, ratio propter chordā fidei. Secunda declaratio est de scriptoribus qui regulant per lineam rectam &c. & sic scribunt recte. Sic cogitate quod uita nostra est ut liber in quo scribenda sunt omnia bona que facimus. Et ne errem⁹, xp̄s regulauit. xij. lineis. i. xij. articulis fidei, qui continentur in credo in Deum. Ideo iuxta illas regulas regulemus nos, aīs nunq̄ anima nostra est recta. Autoritas. Ecce qui incredulus est nō erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in sua fide uiuet. Abacuc. ij. Iustus. i. rectus qui regulat suam uitam iuxta regulam a Deo sibi datam. Patet ergo q̄ uirtus fidei est directiua uite nostre. Secūda uirtus directiua uite nostre est spes celestialis, q̄n homo non sperat nec cōfidit in diuitijs huius mundi que faciliter possunt amitti & perdi, nec in dñio nec in persona nec in genere nec in scientia nec in fortitudine uel pulchritudine quia omnia ista sunt uana & transitoria, sed totā spem ponit in dño qui non potest deficere in gaudijs & thesauris, honoribus, diuitijs & delitijs paradisi, talis dirigit uiam suam. Nota ad hoc miraculum de religioso cogitante uerbum thematis, dirigite uiam &c. Quomodo mētaliter fuit sibi uisum q̄d erat in quodā terribili deserto ubi a longe uidit ciuitatē terribilē, & uidebatur sibi q̄ a deserto ubi ipse erat usq; ad ciuitatem esset fluuius ignis terribilis & profundissimus, ubi uidit pontem strictissimū, in cuius transitu omnes qui aspiciebāt ad dexterā uel sinistram in flumen ignis cadebant, & solum illi transibant qui recte aspiciebant ad terminū. Et audiuit uocem dicentem sibi per hunc pontē te oportet transire. Hic patet quomodo uia nostra est dirigenda. Desertum illud significat istum mundū. Ratio, quia sicut locus desertus est locus ferarū & nō hoīm, sic iste mundus. Deus a principio fecit tres habitationes. s. celū pro angelis, paradisum terrestrē pro hominibus, & istū mūdū pro bestijs. Sed propter peccatū Ade fuimus eiecti de loco nostro, & ut exules sumus in deserto huius mundi in loco bestiarū. de quo dicit Dauid. In terra deserta inuia & inaquosa. ps. lxij. Ciuitas mirabilis est paradisus in qua nullus est defectus nec miseria, nullus infirmatur, nec senescit, nec moritur. De ista ciuitate dicit Dauid. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Flumen ignis profundissimū & terribile est infernus. de quo dicit Daniel. Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie Dei. Daniel. vij. A facie Dei idest a sapientia Dei, quia dñs sapiens simul ordinat palatiū pro se & carcerem pro criminosis. Pons longus & strictus est uita bona & uirtuosa. Longus quia tot dietas habet quot diebus uiuit homo. Strictus. Mat. vij. Angusta est porta & arcta uia que ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniūt eam. Porta bone uite est cōtritio de peccatis uel cōfessio, uel restitutio, que angusta est. Ideo dicit q̄ pauci sunt qui inueniunt eam. Casus respicientium ad dexteram est spes de prosperis, & ad sinistram desperatio de aduersis. Dauid. Cadent a latere tuo mille & decē millia a dextris tuis. ps. xc. Aspectus autem directus ad terminū est spes in Deum secura. Ideo dicit scriptura sancta. In his omnibus deprecare altissimum ut dirigat in ueritate uiam tuam. Ecclesia. xxxvij. Tertia uirtus directiua uite nostre est charitas integralis, que est amor Dei supremus, & amor proximi ordinatus. Amor Dei in hoīe debet esse sicut oleum in lampade q̄d semper natat super aquā. Sic amor Dei in corde debet natare sup oēs alios amores. Talis charitas integra est directiua uite nostre iuxta similitudinem edificatorū do-

morũ qui dirigũt parietes duplici regula, superius cũ chorda, inferius cũ plumbo. Ecce duplex dilectio integre charitatis, scilicet dei, & ꝓximi. Hãc duplici regula dirigẽda est uita nostra. Autoritas. Hoc mãdatũ habemus a deo ut qui diligit deũ, diligat & fratrem suum. j. Io. iiij. Ideo dicitur Can. j. Memores uberũ tuorũ recti diligunt te. Duo ubera sunt duo ꝓcepta, charitas scilicet dei, & proximi. Dextrũ dat lac uite cõtẽplatiue, sinistrum uite actiue. Cõtra quẽlibet nõ habentẽ charitatis regulã dicitur Act. viij. Cor tuũ non est rectũ corã deo in felle amaritudinis, & obligatiõe iniquitatis. uideo te esse inquit Petrus ad Simonẽ magnũ uolentẽ emere spiritũsanctum. Quarta uirtus directiua uite nostre est obediẽtia generalis quãdo homo se regit in faciẽdis secũdũ diuinas ordinationes, & nõ secundũ suas inclinationes, & secũdũ diuina precepta, & non iuxta sua sentimẽta, talis obediẽtia generalis dirigit uitã. Sicut dicũt geometrici ꝙ rectũ est cuius mediũ non deuiat ab extremis. Extremũ, & principium uite nostre est Christus. Ioã. viij. Tu quis es. Respondit eis Iesus. Principium qui & loquor uobis. Ego sum alpha, & o, principiũ, & finis. Apoc. j. Medium est uita nostra que dicitur recta quãdo nõ deuiat ab extremis, scilicet a principio, & fine, nec per eleuationẽ nec depressionẽ, aut sinistrationẽ. Tũc mediũ dicitur esse rectũ quãdo uita nostra recte tendit ad finẽ, scilicet a principio ad finẽ, scilicet a deo ad deum. Cõtra huiusmodi quatuor diuisiones predictas sunt diuersa precepta, quorum obedientia generalis tenet uiatorẽ rectum in uia huius uite. Ideo dicit sacra scriptura. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in uia animũ tuũ. Prou. xxiij. Ecce quare dicit thema. Dirigite uiã dñi &c.

De eadẽ dñica. Sermo tertius.

PArate uiã domini. Mat. iij. Sermo noster erit qualiter nos debemus prepãrare ad recipiẽdũ dominũ nostrũ Iesum xp̃m ꝙ iuxta representationẽ sancte matris ecclesie debet nasci post cras, & intrare ciuitatẽ huius mundi. Ideo ut inueniat nos bene ordinatos, uolo uobis ostẽdere qualiter nos debemus preparare, sed primo salutetur uirgo Maria &c. Quãdo aliꝙs rex uel magnus princeps debet intrare nouiter aliquã ciuitatẽ, iustũ est, & dignum ut uasalli parẽt sibi uiã, ne sint ibi lapides, spine &c. hoc dictat ratio, & etiã cõsuetudo, ꝙ ergo rex noster imperator, & princeps, & dñs noster naturalis Iesus Christus debet nouiter intrare ciuitatẽ huius mũdi, ideo a nobis preparãda est sibi uia per quã debet trãsire, ideo ꝓposui uobis thema di. Parate uiam domini. Diceret aliquis frater magnã rationẽ dicitis, quia uia est sibi preparãda, sed ostẽdatis nobis modũ quomodo est paranda. Dic ꝙ hoc ostẽdit nobis beatus Lucas in euãgelio hodierno. & Esa. xl. c. dicentes, parate uiam domini. rectas facite semitas eius, omnis uallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in uias planas, ibi ponũtur quinꝙ clausule mistice exponẽde. Prima est parate uiã domini, rectas facite semitas eius. Nota differentiam inter semitã, & uiã, quia uia est carrucarũ, & curruũ, siue uia ampla per quã uadunt animalia, sed semita est methodus qua itur expeditius, & citius. Sic etiã spiritualiter uia domini communis, & generalis per quam xp̃s uenit ad nos per gratiã, & nos uadimus ad eũ per gloriã. est cõis obseruatio. x. preceptorũ ne cessãria ad salutẽ, per istã possũt trãsire non solũ homines sciẽtifici, sed etiã bestie, id est, ignorantes persone. Semite sunt obseruantie, & perfectiones euãgeliorũ ad quas homo nõ tenet nisi ꝓ uotũ se obligauerit ad eas uoluntarie. Verbi gratia. Non assumere nomẽ dei in uanũ nec enormiter iurare. Ista est uia cõis, quia oẽs tenemur ad hoc, nec pro toto mũdo saluãdo debet homo falsse iurare, sed deũ laudare, orare officiãdo, celebrãdo, predicãdo &c. totum hoc est semita, quia nõ oẽs tenẽtur ad hoc, sed solũ illi qui

qui se obligauerunt ad hoc per uotũ. Itẽ abstinere ab omni ope seruili, in diebus festiuis audire missam, & sermonem, est uia generalis, qa oẽs tenẽtur ad hoc, sed qualibet die audire officiũ diuinũ, scilicet missam, & sermonẽ, semita est que citius ducit ad terminũ paradisi. Itẽ honorare parẽtes uia est generalis, quia quilibet tenet ad hoc, sed recipere patrẽ sanctum spũalẽ, & obligare se illi ad obediẽdum ꝓpter deũ semita est. Itẽ nõ recipere uindictã de iniurijs uia est generalis, sed loqui cũ ipsis, & salutare, & benefacere eis est semita. Itẽ nõ facere luxuriam uia generalis est, sed uiuere caste, & nubere ꝓpter deũ semita est. Itẽ nõ furari aliquo modo uia est cõis, sed oĩa dimittere ꝓpter deũ, & nõ habere propriũ semita est. Itẽ nõ diffamare aliquẽ est uia generalis, sed ꝓpter deũ seruare filẽtiũ semita est. Itẽ confiteri, & cõicare semel in anno est uia generalis, sed sepe est semita &c. Patet ergo differẽtia inter semitã, & uiam spũaliter. Ideo Dauid. Vias tuas do. demõ. mi. & semi. tu. edo. me. ps. xxiiij. Patet ergo cũ dicit. Parate uiã dñi. & loquẽs de semitis nõ dicit parate, sed rectas facite semitas eius. Ratio, qa qui seruat precepta ad saluationẽ necessaria cõiter occasionẽ uane glorie nõ habet, sed illi qui nõ solũ seruãt precepta dei, sed etiã cõsilia euãgelica occasionẽ habent uane glorie dicẽdo intra se. O dicetur mõ ꝙ ego, sum una persona sancta. ꝓpter hoc dicit rectas facite semitas ei⁹. Via ergo dñi est parãda ad penitẽtialem correctionẽ. Semite autẽ sunt rectificande per celestẽ intẽtionẽ. Secũda omnis uallis implebit. Iam scitis ꝙ si in uia per quam rex debet trãsire sunt alique fosse implentur. Sic spiritualiter fundum siue ualles, signant ꝑsonas luxuriosas. Ratio, quia sicut ad ualles descẽdũt aque, & immũditie, sic ad personas luxuriosas que nõ curãt de supernis delectationib⁹, sed de infimis descẽdũt aque corruptionũ, & immũditiarũ, & pollutionũ, & abominationũ. ideo implende interius in anima sunt timorosis cogitationibus, & exterius operosis occupationibus, & operibus sanctis, quia nulla res facit personam ita luxuriosam sicut ociositas, quia corpus nostrũ est de terra, & ideo sicut terra inculta facit herbas malas, spinas, & tribulos in quibus absconduntur bestie uenenose, ita de terra nostri corporis inculta, & ociosa que germinat spinas tentationũ, & malarũ cogitationũ. Ideo dicit Hiero. semper aliqd boni facito, ut te diabolus inueniat occupatũ. Ideo sunt in mũdo tot mali religiosi, clerici, moniales, & laici, qa nõ habẽt laborare, habẽt suos reddit⁹, & stãt ociosi uisitãtes mulieres, monasteria monialium &c. Ideo facto officio diuino homo debet se occupare studẽdo, legẽdo uel scribẽdo, & huiusmodi, propter hoc beatus Ber. ordinauit ut sui monachi qui non habẽt studere irẽt ad laborẽ usq; ad prãdium. Itẽ quare sunt tot mali milites, ciues, & scutiferi, quia nõ habẽt laborare, stãt ociosi in platea iudicãtes trãseũtes. Ecce quid faciũt tẽpore pacis, qa tempore guerrarũ satis sunt occupati. Idem de laboratoribus in diebus festiuis, qñ debent se occupare in bonis operibus, audire missam, sermonẽ, & sanctificare dñicam, ipsi uadũt ad lupanar, uel ad ludũ, uel ad tabẽrnam. Secus in diebus ferialibus, quia sunt occupati in negotijs tpalibus. Idẽ de mulieribus ociosis, quoniam mulier ociosa est luxuriosa. O dicũt ipse. ego portaui tantum de dote siue bonã dotẽ uiro meo, certe nõ intrabo coquinã, sed quãdo sentit trãseuntes percurrere, statim est in feneſtra. Bona mulier semper est occupata in aliquo bono opere. Legitur de Iulio cesare ꝙ habebat plures filias, & omnibus dedit officiũ suũ, scilicet filare, nere, texere de serico &c. ne essent ociose. Ideo inqt Dauid in persona Christi. Conuertetur populus meus hic, scilicet in hoc mũdo, qa qui non conuertetur hic ille ꝓnunquam cõuertetur in alio mundo. imo dicit sanctus Tho. ꝙ persona que morat in peccato luxurie, semper habet desideriũ ad illud peccatũ, sed qñ nõ põt ipsum ope-

re perfeere, augmẽtatur ſibi dolor. Ideo dicit, Cõuertetur populus meus hic. Domine quomodo reſpõdet, dies pleni inuenientur in eis. ps. lxxij. Nota dies pleni inuenientur in eis, ſcilicet bonis factis, & honeſtis operibus. Iſto modo omnis uallis implebitur. Tertia omnis mõs, & collis humiliabitur. In uia regia non ſolũ ualles implentur, ſed etiã altitudines humiliantur. ſic ſpiritualiter in uia regis Chriſti omnis mons humiliabitur. Nota duas conditiones perſonarum ſuperbarũ. Quidã ſuperbiunt de bonis ſpiritualibus, quia magiſter in theologia uel doctor famoſus, uel ex deuotione, tales ſunt montes alti. Alij ſuperbiunt de bonis tẽporalibus, de dignitate, prelatione, officio, genere, uel diuitijs. Hi ſunt colles, oportet ut humilientur. Ratio, quia xps nõ requieſcit in mõtibus nec in collibus &c. Autoritas. Ecce iſte uenit ſaliens in mõtibus trãſiliẽs colles. Cañ. ij. Verbum eſt ſpiritus ſancti de filio dei. Nota ſaliẽs in montib⁹. Ille qui ſaltat tãgit ibi ubi recipit ſaltũ, & inde ſaltãdo mutat ſe. Sic Chriſtus tangit montes quãdo dat eis gratias ſpirituales, ut ſcientiã uel deuotionẽ, uel ut faciãt penitentiã. Sed qñ ex hoc homo ſuperbit, xps ſaltat inde, & trãſit colles, qa illos nõ tãgit dando eis gratias ſpirituales, & ponit ſe in plano, id eſt, in perſõna humili, & ibi creſcit. ꝓpter hoc dicit ſcriptura ſancta. Quãto maior es humilia te in omnibus, & corã deo inuenies gratiã. Eccle. iij. Vultis agnoſcere ſtultitiam illorũ qui ſuperbiũt de bonis ſpiritualibus uel tẽporalibus? Si enim de plumato coruo ſibi apponeret quis plumas magnas pauonis de quibus ipſe gauderet, & ſuperbiret, cum tamẽ deberet triſtari ſi haberet rationem, quia non ſunt ſue. Idem eſt de illis qui ſuperbiunt &c. Quid eſt eſſe ſcientẽ uel deuotum? nihil aliud niſi quia perdidit plumas nigras ignorantie uel peccatorum, & deus poſuit in eo plumas angelorum ſciẽtie, & uirtutũ debiliter firmatas, ſcilicet feruore deuotionis. Si ergo perditis deuotionem, perditis etiã plumas uirtutũ. Ideo perſona deuota ſemper debet ſtare cum magno timore ne amittat plumas uirtutũ, que nõ ſunt ſue, ſed a deo ſibi impoſite. Talis cogitatio expellit ſuperbiam, & uanã gloriã. Ideo dicit. Quãto maior es, ſcilicet in bonis ſpiritualibus, humilia te &c. Patet ergo ſtultitia illorum qui ſuperbiunt de bonis tẽporalibus. Si autẽ rex accõmodaret alicui ueſtrũ. xx. millia florenorũ cũ tali cõditione ꝙ ſub pena capitis reddat ſibi quando exiget ab eo cũ alijs decẽ millibus de lucro. ſi ille gauderet, & ſuperbiret de illis pecunijs, nũquid eſſet bene fatuus, & ſtultus, cum teneat ipſas cũ tãto onere, & periculo? ita in propoſito de bonis temporalibus uobis a rege Chriſto mutuatis, quia totum eſt mutuũ, cui habetis reſtituere quãdocunq; ipſe uoluerit cũ magno lucro, ſcilicet operũ miſericordie, & pietatis. aſs dicet, quare nõ poſuiſti pecuniã meã ad menſam nũmulariorũ. Matt. xxv. Menſa nũmulariorũ ſunt manus pauperũ. Promitto uobis ſi iſta cogitaretis, nullus diues ſuperbiret de diuitijs, nec dñi tẽporales, nec domini ſpirituales ſuperbirẽt. Sicut nec baſtaxus ſuperbit de onere auri uel argẽti ſeu margaritarũ quod portat, imo humiliat. Et quid ſunt dñi tẽporales uel prelati niſi baſtaxi onerati auro &c. Ideo humilia te ad inſtar baſtaxi dicẽdo, dñe magnum onus porto ſupra me. ergo humiliamini in conſpectu dei, & exaltabit uos. Ia. iiij. No. ī cõſpectu dei habetis dare rationẽ, & cõputũ de oĩbus bonis. Quarta erunt praua indirecta. In ingreſſu regis praua uia, id eſt, torta dirigitur, & fit recta. Sic ſpũaliter debet fieri modo in itroitu regis xpi. Praua ſeu torta ſunt corda, & uerba, & opera auarorũ, qui incedũt tortuoſe ad inſtar ſerpẽtis, & uulpis. uerbi gratia. Vſurarius incedit uiã rectã qñ aliqua cõitas uel ꝑſona particularis uenit ad eũ ut ſibi mutuet tãtũ quo indiget. Rñdet ſtatim, Placet mihi amore tui. Totũ hoc eſt rectũ. Sed quando dicit, pro decem dabitis mihi duodecim. Ecce prauitas, & tortuoſitas, & ita ponetur

ponetur in charta, ne dñs uel epiſcopus poſsit &c. Itẽ uẽdẽdo pluris ꝓpter ſpẽ, totum hoc eſt prauum. uel emendo minoris propter denarios quos cito datis pro re emẽda, uel mutuãdo ſuper poſſeſſiones, & interim recipere fructus, totũ eſt prauũ, & tortũ, ſed eſſet rectũ, bonũ, & meritoriũ ſi fieret ꝓpter deũ. Ideo dicit. Erunt in directa. Talibus uſurarijs dicit deus. Generatio praua atq; peruerſa heccine reddis dño populo ſtulte, & inſipiens? Deut. xxxij. Heccine reddis domino, ſcilicet de tibi cõmiſsis ab eo populo ſtulte, quia cũ poſſet lucrari in hoc mũdo gratiã, & gloriã in alio perdit propter uſurã, ſed erunt praua in directa faciẽdo reſtitutionẽ. Ideo dicit ſcriptura, Dirige ſemitas pedibus tuis, & oẽs uie tue ſtabilient. Auerte pedẽ tuũ a malo. Vias enim que a dextris ſunt nouit dñs: peruerſe uero ſunt q̃ ſunt a ſiniſtris, ut eſt uia uſure &c. Prouer. iiij. Quinta, & aſpera in uias planas, ut fit in regis introitu, ita etiã faciẽdũ eſt ſpiritualiter in introitu regis xpi. Aſpera ſunt corda, ora, & opera inuidorũ, iracũdorũ, & uindicatiuorũ. Corda ſunt aſpera per malitiã, ora per detractiões, qa ſemper ꝑſona in uidioſa habet linguã diffamatricem. Noueritis ꝙ in principio diabol⁹ duxit malitiã in uxorẽ, que ſecũ ſemper erit unita ut uxor uiro, ideo ſemper erit damnatus, ex qua genuit filiũ, & filiam. filius eſt cor inuidi. filia uero lingua ei⁹. Ideo ſũt fratres, & ſimul ſtant. primogenitus eſt cor inuidi ſi aliquis homo dicit inuido, Cognoſcitis talẽ? tã bona perſona uidetur, ſtatim dicit non. ſi cognoſceretis eũ ſicut ego, ipſe eſt unus talis, & talis &c. Inuidi nullũ bonũ uolũt audire nec loq de illis quibus inuidẽt. Itẽ iracũdus nihil ſcit dicere dulciter ſed aſpere tã uxori q̃ filijs tam parentibus q̃ etiã familie domus. Idem de uindicatiuo dicẽte, per caput, & per corpus dei &c. ego uindicabo me de tali. De his dicit Dauid. Quorũ os maledictione, & amaritudine plenũ eſt, ueloces pedes eorũ ad effundendũ ſanguinẽ. ps. xiij. Ideo modo in introitu regis xpi fiant aſpera in uias planas, pacificãdo nos, remittẽdo iniurias ſicut pueri qui in abſentia matris ſe percutiũt, ſed quãdo ſentiũt matrẽ ueniẽtẽ, quieſcũt, & ſe pacificãt. Sic & nos ſumus pueri ſine intellectu. Ideo modo in aduentu matris noſtre, & regis noſtri pacificemus nos dimittendo odia, rãcores, & malas uolũtates, & ſic erũt aſpera in uias planas. Cuilibet etiam magiſtro uel dño diſplicet multũ quãdo inuenit diſcipulos uel uaſſallos diſcordes &c. Ideo dicit Eſa. predicatoribus. Preparate uiam populo, planũ facite iter, & eligite lapides, & leuate ſignũ ad populos. Ecce ſaluator tuus uenit, ecce merces eius cũ eo, & opus eius coram illo. Eſaye. lxij. No. ꝙ lapides duri ſunt malitia, & duricia cordis, uerba mala, & iniurioſa, & diffamatoria. De his dicit propheta, Eligite lapides, id eſt, expellite malitiam, duritiam &c. & eleuate ſignum ad populos quãtũ ad publicationẽ pacis, quia ſi mala uolũtas fuit publica, & notoria, etiam pax, & concordia debet eſſe publica. hoc modo ſignum pacis eleuatur ad populos. Sed ſi mala uoluntas fuit occulta, & ſecreta, tunc ſufficit remittere ſecrete, & aſsignat rationem, Ecce ſaluator tuus uenit.

De eadem dominica. Sermo. iiij.

MEdius ueſtrũ ſtetit quẽ uos neſcitis. Io. j. Verbũ propoſitum dat mihi motiuum predicandi de uirtutibus moralibus pro bono regimine morali uite noſtre, quas omnes extrahem⁹ de uita glorioſa dñi noſtri Ieſu xpi. Sed primo ſalutet uirgo Maria &c. Primo declarabo qd eſt uirtus, & inter multas diffinitiões uirtutis magis mihi placet diffinitio philoſophi dicentis. Virtus eſt habit⁹ electiuus, id eſt, inclinatus ad faciẽdũ oĩa bona opa delectabiſr in medio cõſiſtẽs, put ſapiẽs ordinauit. Habitus electiuus eſt quedã qualitas in anima gñata ſiue cauſata ex multis bonis operibus inclinans animam ut aſsimiletur illi qui illã qualitatẽ gñauit

seu causauit in ea,uerbi gra,quādiu aliqs nostrū habet tediū ieiunādi uel abstinendi,nō habet uirtutē abstinentie,sed intīm poterit habituari ad ỹtutē abstinētie ꝙ sine tedio imo delectabiliter ieiunabit.Itē oēs inclinamur ad luxuriā,iō cū magno labore abstinēt multi.Sed intīm hō poterit habituari ad uirtutē castitatis occasiōes & oportunitates uitādo ꝙ causabit in aīa unꝰ habitꝰ ꝙ sine labore abstinebit ab illo actu,qa habitꝰ electiuꝰ inclinat ad uirtutē castitatis.Idē de alijs uirtutibus.Nota in medio cōsistēs ꝓut sapiēs ordinauit.In medio.s.iter nimis & paucū,qa facere nimis & excessum uitiū est & nō uirtꝰ.Itē facere modicū,sed facere ad sufficientiā est uirtus ꝓut sapiēs uir ordinauit.Nota similitudinē beati Greg.de illis q tēperant quinternam siue lutinam,qui premūt clauos trahēdo nō nimis chordā nec modicū, sed quātū sufficit.Sic debet facere queli bet psona discreta de opibus uirtutum. Clauus quo debet tēperare est sapientia cogitādo sic.Videamꝰ istud ꝙ ego uolo facere in tali uel tali gradu quādiu poterit durare,ita ut opus cōpetat termis, loco,psone,& sic de alijs circūstātijs requisitis in bonis opibus,alꝫ si indiscrete fieret nō esset uirtus sed uitiū,qa tm̄ posset hō uigilare uel ieiunare ꝙ ꝑderet ītellectū.Anselmus. Quicquid cū discretione feceritis uirtus est,uirtus aūt indiscreta ꝓ uitio reputatur.Cū xps sit essentialiter non solum uirtuosus,sed uirtus. Autoritas.Nos predicamus xpm dei uirtutem & dei sapientiam.j.Corin.j.Sibi ergo cōpetit mediū propter quod dicit Iudeis in extremis uitiorum conseruantibus,Medius uestrum stetit,scilicet ille q est uirtus quē uos nescitis.Nota quod in hac uita Christus tenuit mediū quater faciens commendationem quatuor uirtutū cardinalium,que dicunt cardinales a cardine,quia in his quatuor uoluū tur omnes & reducuntur alie uirtutes morales.Ideo iste quatuor dicunt principales.Ideo qui habet istas quatuor est uniuersaliter uirtuosus.Nota ꝙ Christꝰ tenuit quater medium.

Primo in natiuitate.
Secundo in disputatione.
Tertio in predicatione.
Quarto in passione.

Dico primo ꝙ Christus tenuit mediū in natiuitate,qa uirgo Maria post partum ipsum pannis inuoluit,& posuit in presepio in medio animaliū.Iuxta prophetiam Abacuc secundum .lxx. In medio duorum animalium cognoscēris.Abacuc.iij.Ecce primum mediū ꝙ Christꝰ tenuit ad commendandum primam uirtutem moralē que est prudentia,q̄ auisat hominem circa pericula huius mundi tam anime quā corporis q̄ bonorum. Auisat etiā circa fraudes diaboli & mundi,ideo hec uirtus est primo necessāria. Ideo Petrus apostolus.Estote prudentes & uigilate.j.Petri.iiij.Hec uirtus prudētie habet duo extrema,scilicet nimis & modicum.Modicum est facultas in alio extremo,scilicet nimis sunt illi q nihil sciunt facere,nec in uerbis,nec in factis sine fraude & dolo,qui sunt ita astuti ꝙ intra unguem inuenirent pilos. Virtus enim consistit in medio,non decipere aliquem,nec permittere se decipi ab aliquo,ista est prudentia. Dominus Iesus Christus uolens ostendere istā uirtutē, uoluit poni in medio duorū animaliū, scilicet inter bouē cornupetam qui diuidit ungulam in quo designatur duplicitas dolositatis,& asinum grossum ī quo designatur fatuitas,xps uero cōtra dolositatem & fatuitatē stetit in medio.Ideo dicit nobis apostolus.Sicut mō geniti īfantes rationabiles cōtra fatuitatem sine dolo contra nimiā subtilitatem.j.Pe. ij.Hic deficiūt multi,ut fatui,qui statim credūt quod eis dicitur.Dic historiā de concubina cuiusdā clerici,que cōpuncta de peccato uoluit recedere ab eo. Cui dixit clericus.O misera.& quid uis facere?modo habes magnum honorem quia es prope deū,& es murus uirginis Marie.propter quod ipsa gaudēs remansit cum eo.Ecce fatuitas.Nota ꝙ grauc peccatū est facere luxuriam cum sacerdote uel religioso.Cū quolibet tali multo magis peccat mulier q̄ cū laico,quia fornicatio minꝰ pctm̄ est quā sacrilegiū ꝙ cōmittit cū clericis.Cōtra hoc extremū uitiū dicit apꝰs.Fres uolo uos sapientes esse in bono & simplices in malo.Ad Ro.vl.Alij aūt sunt nimis astuti & intricati,intantū ꝙ de bono faciūt uitiū & malū ex dolositate.uerbi gra.De misis scti Amatoris q̄ licet de se sint bone,tm̄ multi astuti faciunt ibi multas dolositates,& fraudes.Pria qa cū misse scti Amatoris non sunt nisi.xxx.dicūt quod sunt. xxxiij.Secūda qa dicūt ꝙ cātent sine interuallo cū tm̄ clerici nō sint ita bñ parati mō ꝙ quolibet die celebrēt cū teneāt talē uitā,& dicēs missam male paratꝰ sine cū cōsciētia peccati mortalis,incurrit & cōmittit pctm̄ mortale. Tertia qa dimittūt missam de tpe p ecclīam ordinatā. Quarta de certis cādelis cū certis pecunijs. Quinta quia gētes credūt ꝙ illa aīa ꝓ qua dicunt misse ex hoc exeat de purgatorio,ꝙ non semper fit.Aīe em̄ in pari reatu pene sunt plerunq; obligate, quare & nōnūq̄ inequalibus ꝓ earū libe ratiōe indigēt suffragijs,qa sicut infirmitates corpis nō sunt eedē &c.No.de medico de cepa cruda &c.Iō amoueat ista dolositas,qa misse de se bone sunt,sed queratis bonū sacerdotē,ne sit cōcubinarꝰ,usurarꝰ &c.Alias dicit Greg.Cū is qui displicet ad intercedēdū mittitur, irati animus ad deteriora ꝓuocat.Ecce ratio quare Christus uoluit poni in medio duorum animalium.Autoritas. Qui audit increpationes uite in medio sapiētum commorabitur.Prouer.xv.Non in extremis quia auiat.Secundo fuit Christus in medio doctorum in disputatiōe quando fuit duodecim annorum.Lu.ij. Inuenerunt eū in templo sedentem in medio doctorum audientem illos & interrogantem.Isto secundo medio Christus ostendit secundam uirtutem moralem que est iustitia.Iustitia uero est reddere unicuiq; quod suum est secundum Aug.Iustū est quod operarius uel seruus det bonum opus uel seruitiū domino,

& ꝙ dominus det sibi suum salariū.Itē iustum est quod uir diligat uxorem suā & econuerso.Item quod filius honoret parentes,& ꝙ discipuli credant suis magistris,& sanus seruiat infirmo &c.Hec uirtus iustitie est magis & maxime necessaria dominis temporalibus & rectoribus communitatum,quibus dicit scriptura sancta.Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sapien.j. Extrema uirtutū seu uirtutis sunt remissibilitas & crudelitas.Nimia remissibilitas est quando ꝓ modica ratione uel occasione dimittitur iustitia.Nimia crudelitas quando iudex nihil respicit dicēdo moriatur.Sed uirtus est quando secundum legem uel diuinalem uel imperialē,uel secundum canones pontificales uel rationes naturales ministratur iustitia unicuiq;.Et illam ostendit Christus quando inuenerunt eum sedentem in medio doctorū illorū qui erāt iudices terre qui stabant in extremis,qa parētibꝰ & amicis erant nimis remissi.Extraneis aūt & uiduis & pupillis erant crudeles.Iō dixit eis Christus quando incepit predicare.Ve uobis scribe & Pharisei Hipocrite qui decimatis mentam & anetum & cyminū,& relinquitis q̄ grauiora sunt legis iudicium & miam,& fidē.Hec oportuit facere & illa non omittere.Duces ceci excolātes culicē, camelum autem glutiētes.Mat. xxiij.Nota ꝙ scriba est nomen equiuocū,qa uel dicitur a noticia scripturarum uel officio scribendi,& primo modo sumitur hic.Nota decimatis mētam,quia si pauper habuit in horto decē folia dementa,decima erat tēpli.Idem de aneto & cymino & saluia. Sed in iudicio erant remissi,qa non faciebāt iustitiam de diuitibus,nec puniebant proditores qui destruebant & corrumpebant ciuitatem. Item faciebant exactiones contra pauperes & dimittebant miam & dicebant ꝙ darent templo illud quod debebant dare patri uel matri pauperibus,& quod essent excusati etiā si morerentur fame.Item ponderabant cyminū quod est quedā species q̄ comedit,& dimitte-

bat fidem de xpo. Ideo dicit xps, Ceci & duces cecorũ, qa ppts nõ debebat eis assentire, cõtra ista extrema xps uoluit stare in medio doctorum, ꝓpter hoc dicit deus iudicib⁹, Audite illos, & ꝙ iustũ est iudicate. Siue ciuis sit ille siue pegrinus, nulla erit distãtia psonarũ, ita paruũ audietis ut magnũ, nec accipietis cuiusquã psonã, qa dei iudiciũ est. Deut. j. Et põt dicere bonus iudex, In uijs iustitie ambulo in medio semitarũ iudicij. Prouer. viij. Nota in uijs iustitie, scilicet interrogando, audiendo, scrutãdo, & iuris defensiones dãdo in medio semitarũ. i. rigoris iustitie, ideo dicit thema medius. Tertio stetit Iesus in medio psecutorũ in pdicatione, qñ fuit. xxx. annorũ incepit predicare Capharnai & mirabilia facere. Deinde uenit in Nazareth ciuitatẽ suã ubi fuit nutritus ubi nullum fecerat miraculũ, ideo indignati cõtra eũ dixerũt sibi, quãta audiuim⁹ facta in Capharnao. fac & hoc in patria tua. Luce. iiij. Rñdit Iesus quia ipsi nõ erãt digni quia deridebant eũ dicendo, Ecce filius filiatricis Marie, nunquã didicit lras & uult predicare. Ecce filius fabri, & irridebãt, propter hoc dixit ꝙ non erant digni ut ibi faceret miracula di. Nemo propheta acceptus est in patria sua. Vide ibi plura propter quod ibi uoluerũt eũ precipitare. Dicit textus. Iesus autem trãsiens per medium illorum ibat. Lu. iiij. Ecce quomodo stetit in medio persecutorum. In hoc ostẽdit tertiam uirtutẽ moralẽ, scilicet fortitudinẽ quia uirtus fortitudinis ostendit maxime in tribulationibus, fortitudo autem moralis est quedã uirtus seu qualitas existens in anima que refrigerat cor hominis ne faciat aliqd cõtra deum, & ꝙ non timeat pericula, nec fame nec persone, nec bonorũ, nec etiam mortẽ propter deum, ideo de persona q̃ habet hanc uirtutem dicit sacra scriptura. Fortitudo & decor indumentũ eius, Prouer. vl. Hec habet duo extrema, scilicet nimis & parum, siue temeritatem & pusillanimitatem. Temeritas nimia est quãdo nihil respiciũt, sed ad instar fatui impingunt se, hoc est uitium. Pusillanimitas est qñ miles qui est timidus nõ audet intrare bellum seu cãpum timore sagittarũ, sed mediũ est habere se moderate, ideo dicit, Iesus autem trãsiens p medium illorũ ibat, & uenit Capharnaum. Christus in ciuitatẽ Nazareth habebat parẽtes amicos, & notos, & ei⁹ parentes erãt pusilla nimes timẽtes de morte xpi. alij aũt erãt temerarij nihil respiciendo uolentes ipsum occidere. Sed xps tenuit mediũ, qa nõ timuit precipitiũ, neq; temerarie in illos impegit, sed secur⁹ transit p mediũ, ita debes tu facere in prelio spuali. Non sis temerarius nec pusillanimis. Nota qũo religio est ut campus prelij in quo quidam sunt pusillanimes & timidi sicut illi qui timent ꝙ non possint seruare regulã &c. quomodo post martyrium maius seruitiũ quod homo potest facere deo est intrare religionem. ideo dicitur Eccl. vij. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Quidam autẽ sunt temerarij qui nihil seruãt de religione, iõ debes tenere medium & sperare in deo, ut det tibi mediũ cõtra temeritatẽ & pusillanimitatẽ. Sicut Dauid q̃ dicit. Expectabam eum qui saluum me facit a pusillanimitate spũs & tempestate. ps. liiij. De isto medio possumus dicere illud Dañ. iij. Fecit mediũ fornacis quasi uentum roris flantem. No. historia breuiter de tribus pueris. Quarto stetit Iesus in medio in passione quando in fine uite sue uoluit suspendi in medio duorũ latronum. Io. xix. Crucifixerũt eũ & cũ eo alios duos hĩc & hinc, mediũ aũt Iesum. Hic xps ostendit uirtutẽ tẽperantie que est quasi mensura deliciarũ, ne homo recipiat plus uel minus, sed recipere debet necessitatem, non nimis comedere nec bibere, dormire, ridere, loqui seu truffare, & sic de alijs. Hoc dicit scriptura sobrietatẽ. j. Pe. v. Fratres sobrij estote & uigilate, qa aduersarius uester diabolus tãquã leo rugiẽs circuit querens quẽ deuoret. Hec habet duo extrema, uiã maceratione siue acerbitatẽ, & curiositatẽ. s. nimis curare de cibo & potu, & ueſtitu & huiusmodi. Vnũ extremum est nimia austeritas, non recipiendo necessitatem uite in cibo & potu &c. uel nimiã penitentiã faciẽdo &c. intantũ ꝙ se interficiunt. Ideo quilibet debet tenere mediũ & tẽperare uitã suã iuxta suam qualitatem & cõplexionem, quilibet scit quantũ potest portare asinus suus. ideo cauere debet a magis & minus. Hoc ostẽdit Christus qñ uoluit suspendi in medio duorũ latronum. Latro sinister significat prosperitatẽ temporalem. Quidam sunt latrones de bonis tẽporalibus nimiũ recipiendo. Ecce curiositas uitiosa. Latro dexter qui ueniã finaliter impetrauit signat illos qui cupiũt esse in dextra glorie celestis qui sunt latrones, non ꝙ furentur aliqd de mũdo, sed furant uitã corpi proprio modicũ comedẽdo & bibendo &c. Ecce austeritas uitiosa. Ideo ponamus nos in medio recipiẽdo necessitatẽ, & sic erimus in medio cũ xpo in cruce penitẽtie. Iõ dicit scriptura. Obsecro uos fratres p mĩam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuẽtem sanctã deo placentẽ, rõnabile obsequium uestrum. ad Ro. xij. Nota deo placentẽ, magis & minus nõ placet deo. Nota de patre nr̃o beato Dominico orante, cui appropinquauit demon, q̃ tripudiãdo cãtabat hanc cãtionem. Magis & min⁹, magis & minus, magis & minus. Cũ autem fuisset adiuratus a beato Dominico qd sibi hoc uellet. Rñdit ꝙ quicquid ipsi lucrantur in hoc mũdo, totũ perdũt p magis uel minus. Medium autẽ est quod satis multum placet deo, & displicet diabolo. De persona autẽ uitiosa potest dici, Surge, supple de extremis, & sta in medium, dixit Christus ad hominem aridã manum habentem qui surrexit & stetit. Lu. vj. ergo medius uestrum stetit &c.

In uigilia natiuitatis xpi. Ser. unicus.



Nuenta est in utero habens &c. Mat. j. Tot⁹ sermo noster est de impregnatione uirginis Marie. Sed ut istam materiã sentiatis in aiabus ufis p dulcedinẽ deuotionis prio salutabimus uirginẽ grauidã &c. Inuenta est &c. Inter xpi cõceptionẽ & ei⁹ natiuitatẽ inuenio magnã differẽtiã in sacra scriptura, singulariter in hoc qa xpi natiuitas nõ fuit oĩno occulta & secreta, imo uoluit ꝙ esset mũdo nũciata & publicata tã p angelos, quã p celos, p stellã oriẽtis, p aĩalia, p reges orientis, secũdũ ꝙ iam fuit ꝓphetatũ. Ego cõmouebo celũ & terrã & mare & aridam, & mouebo oẽs gẽtes, & ueniet desiderat⁹ cunctis gẽtib⁹. Aggei. ij. Nota celũ. i. sanctos angelos. Sed circa ei⁹ conceptionẽ uoluit ꝙ eẽt occulta, qa nulli psone huius mũdi fuit reuelata, non patriarchis, nõ prophetis, nec sanctis psonis, nisi solũ archãgelo Gabrieli & uirgini Marie, secũdũ ꝙ fuit prophetatũ p Esa. A finib⁹ terre laudes audiuim⁹ gloriam iusti, & dixit secretum meum mihi. Esa. xxiiij. Et loquebatur propheta in persona Gabrielis & uirginis Marie. Nota a finib⁹ terre. Fines terre capiuntur dupliciter uel localiter, uel temporaliter. Quantum ad primum cõputãdo a centro terre, illud ꝙ magis distat a centro est circũferẽtia. Terra est centrũ, circũferẽtia est celum empyreũ. Ecce fines localiter a qb⁹ Gabriel & uirgo Maria audiuerunt laudes iusti. i. saluatoris, quia regula est in sancta theologia ꝙ cũ dicit iustus absolute intelligitur semp de saluatore. Quãtum ad secundũ fines pñt capi tẽporaliter. Et septẽ sunt etates mũdi tpales. Prima fuit ab Adã usq; ad Noe. Secũda a Noe usq; ad Abraham. Tertia ab Abraam usq; ad Moysen. Quarta a Moyse usq; ad Dauid. Quinta a Dauid usq; ad trãsmigrationem Babylonis. Sexta a trãsmigratione Babylõis usq; ad Christum. Septima & ultima a xpo usq; ad finem mundi. De qua dicit apostolus. Nos scimus in quos fines seculorum deuenerũt. j. ad Corin. x. Ecce fines temporaliter. de quibus dicunt Gabriel & uirgo Maria. A finibus terre. i. in ultima etate mundi laudes audiuimus gloriam iusti, ideſt saluatoris. Dicatis angele Gabriel de his laudibus, & gloria saluatoris, dicatis nobis aliquid

aliquid. Respõdet secretũ meũ mihi, sup ple tenebo. Ecce quomõ xpi conceptio fuit occulta, & secreta. De qua Dauid. De scẽdet, sicut pluuia in uell⁹, & sicut stilli cidia stillãtia sup terrã. ps. lxxj. Patet ergo differẽtia inter natiuitatẽ xpi, & eius cõceptionẽ. Tamen licet eius cõceptio a principio fuit ita secreta, tamẽ paulatim fuit manifestata, quia mulier grauida ad minus in partu manifestat suum partũ. Sic fuit de uirgine cuius uẽter, & uterus intumuit, & non potuit suã impregnatio nem occultare, propter hoc dicit thema propositum, Inuenta est in utero habẽs. patet thema. Et quia sum in materia de uota uirginis grauide, inuenio quod uir go Maria fuit inuenta grauida, & spon so suo Ioseph triplici ratione.

Primo per experientiam sensualem.

Secundo per sapientiam diuinalem.

Tertio per excellentiam specialem.

Pro qualibet istarũ dicit thema, Inuenta est in utero &c. Dico primo q̃ uirgo Ma ria fuit inuenta grauida a sponso suo Io seph p experientiã sensualẽ. Omnis co gnitio habetur per aliquod sentimentũ, p̃ uisum cognoscimus colores, p̃ auditũ sonos, per olfactũ odores, p̃ gustũ sapo res, per tactũ durũ, uel molle, calidũ, uel frigidum. Si dicitis alicui, quomõ scitis hoc. Respõdet. qa uidi, uel audiui. &c. Pa tet ergo q̃ omnis nostra cognitio est p sensus. philosophus, Sensus nõ decipitur circa propriũ obiectũ maxime uisus nisi sit defectus, ꝓpter hoc dñi iudices faciũt magnã differentiã inter testes de uisu, & de auditu, & de credẽtia, quia testis de ui su est maior. Ideo xps reprehendebat Iu deos qui nolebãt credere dicens. Quod scimus loquimur, & quod uidimus testa mur, & testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Io. iij. Nota quod scimus, scilicet ego, & sancti, ꝓphete loquimur, hoc modo, sci licet per uisum. Virgo Maria inuẽta est in utero habens a sponso suo Ioseph. Dic quomõ postquã Maria concepit tota le ta iuit ad uisitandũ Elizabet consangui neã germanã suã grauidã de beato Ioan ne baptista, ut angelus sibi dixerat, cum qua stetit tribus mẽsibus, ut dicit Lucas. Sponsus autẽ Ioseph uenit Nazareth ad uisitandũ ipsam, & uidit uterum eius in grossatũ, sic inuenit ipsam grauidã. Co gitate qualiter Ioseph debuit admirari, qa ipse nõ tetigit eam, imo dicunt sancti doctores postquã fuerant despõsati uir go Maria induxit sponsum suũ qui etiã erat uirgo, ut simul facerẽt uotũ uirgini tatis. Iã amplius debebat admirari quan do ipsam uidebat grauidã. Ideo dicit prĩ cipiũ euangelij hodierni, Cũ esset despõ sata mater Iesu Maria Ioseph, antequam cõuenirẽt, scilicet ad simul habitandũ, & faciẽdũ nuptias, inuẽta est in uetero ha bens de spiritusancto. Ioseph autẽ cũ es set iustus, & nollet eã traducere, uoluit occulte dimittere eã. Mat. j. Cogitate e tiã quãdo fuit inuẽta grauida a parẽtib⁹ nõ credẽtibus q̃ ipsa peccasset, sed mira bantur quid hoc esset, ex una parte cogi tabant suã magnã deuotionẽ, ex alia ui debãt ipsã grauidam. Dicebat sibi mater Filia, qd est hoc? Respõdebat uirgo Ma ria, hoc est illud, quod placet deo qui po test facere de suis creaturis, illud quod sibi placet. O filia, quid dicent gentes q̃ filia mea sit grauida antequã nuptie sint facte. Cogitate dolorẽ uirginis que non audebat reuelare, quia secretũ meũ mih̃. cogita perplexitatẽ in qua erat Ioseph qui erat senex, & pauper, & uirgo Maria iuuenis, & pulcherrima, & formosa. Di cit Bernar. q̃ Ioseph ex una parte cõside rabat sanctitatẽ uirginis, q̃ nõ poterat es se q̃ peccasset, & ex alia parte uidebat i psam grauidã. Et cũ naturaliter mulier non possit concipere sine homine, ideo ad instar oliue cor suum erat inter duas molas. Et quia erat prudẽs, & sapiens cõ siderabat omnia signa male mulieris, q̃ sunt indeuotio cordis, garrulatio oris, incompositio corporis, ingurgitatio co medendi, & bibendi, ociositas operis, ua nitas ornatus, despectio uiri, quodlibet istorum signorũ indicat mulierem esse malam. Sed Ioseph nullum signum istorũ inueniebat in uirgine Maria, imo totũ oppositum, scilicet omnia signa bone mulier

mulieris. Primum signum inhoneste mu lieris est indeuotio cordis ad deum, miss sas, & sermones, quia non timet deum. Deus custodiat ipsam ab oportunitate, quia nisi mulier retineat timore dei, nul lo alio timore retrahitur a malo. Timor dei, & deuotio retinuit Susannã ne pec caret, quando dixit. Angustie sunt mihi undiq;, quid eligã ignoro, sed meli⁹ est mihi absq; opere incidere in man⁹ hoĩm quam peccare in cõspectu domini. Dañ. xiij. Ioseph autẽ cogitabat de sponsa sua ũtrũ erat deuota, uel indeuota, & uide bat q̃ nunquam uiderat tã sanctã, & de uotam mulierem, quia semper uolebat orare, uel legere, uel contemplari. Et in isto fundamento deuotionis mulier se debet fundare, alias cadet. Fundamentũ aliud nemo potest ponere preter id qd̃ positũ est. j. ad Cor. iij. Sed ista Ioseph nõ inuenit in beata uirgine Maria, cũ esset deuotissima, & ardentissima in deũ. Vn de scriptura de ea dicit Prouer. ult. Mu lier timens deum ipsa laudabitur. Secun dum signum est garrulatio oris loquax. Deus custodiat ipsum ab oportunitate. Ratio, quia ex uerbis nulla deuotio re manet in anima, sicut nec odor in capsa cũ muscato que est aperta continue. Au toritas. Vbi autẽ uerba sunt plurima, ibi frequẽter egestas, scilicet bonitatis Pro uer. xiiij. Ideo nutriatis filias uestras puel las ne sint loquaces. Ideo. j. ad Tim. ij. Mulier in silentio discat cũ omni subie ctione, alias malũ signũ est. Sed mulier taciturna est bona. Nota de signis taci turnitatis beate uirginis, quia depingi tur cũ maiori oculo quam ore, sic ꝓprie depingitur ad innuẽdũ q̃ habebat ocu lum cordis magnum ad cogitandũ, & cõ templandum, sed os paruũ ad pauca lo quendũ. Maria autẽ conseruabat omnia uerba hec in corde suo. Lu. ij. &c. Ioseph autem considerabat in se si sponsa sua erat loquax, siue garrula, & uidebat q̃ non, imo nolebat loqui in signum huius ut dixi, uirgo habebat magnum oculũ, & paruũ os, ut patet in imagine sua quã depinxit beatus Lucas que est Rome. Tertium signum est incompositio cor poris, quando mulier incedit tota lasci ua, uel dissoluta ribalda, uidetur q̃ ha beat formicas in pedibus. Ambro. Cor pus hominis est simulacrũ mentis. Item Salomon, Mulier in ornatu meretricio preparata ad decipiendas animas garru la, uaga, quietis impatiẽs, nec ualens do mi cõsistere pedibus suis, nũc foris, nũc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Prouer. vij. Et statim facit se ad fenestras &c. Sed hoc signũ Ioseph nõ inuenit in beata uirgine, quia nũquã exibat domũ nisi quando ibat ad templũ. Et tunc ibat tota composita, semper habebat oculos suos ad terrã cum gestu sanctitatis, nun q̃ tripudiabat, sed oculis demissis ibat, ideo de ipsa dixit scriptura. Quam pul chra es amica mea, quã pulchra es, ocu li tui columbarũ absq; eo quod intrinse cus latet. Cañ. iiij. dixit spiritussanct⁹ ad uirginem bis, quã pulchra es, quia pul chra in corpore, & pulchra in anima. No ta oculi tui columbarũ, non dicit falco num. Quartum signum est ingurgitatio uentris, scilicet cibi, & potus. Malum si gnum est in homine, & in muliere, quia ille partes uicine sunt, & inuitãt se, unde uenter plenus statim inuitat uicinũ suũ, propter hoc p̃sona gulosa necessario est luxuriosa, ideo de personis gulosis dicit scrip. sancta, Comedẽt, & ad iniquitatem eorũ subleuabũt animas eorũ. Oze. iiij. sed uirgo Maria ualde parũ comedebat solũ pro sustentatione corporis, & sem per quasi ieiunabat, & abstinebat. Quin tum signũ est ociositas, ut alique dicen tes, non laborabo, ego portaui tantũ de dote uiro meo. Ideo Bern. Ociositas est mater uitiorum, & nouerca uirtutũ, un de quia corpus nostrum est de terra, ha bet conditiones terre, que si dimittitur inculta, facit, uel generat spinas luxurie, & malas herbas malarum cogitationũ, & peccatorum. Idem de corpore ociosi ꝓpter hoc de corpore dicit scriptura san cta. Mitte seruum, id est corpus quod ad instar serui est gubernandum in opera tionem ne uacet. Multam enim malicĩa docuit

docuit ociositas. Eccle. xxxiij. Sed uirgo nunqua fuit ociosa, imo erat semper occupata in sanctis operibus. Dicit Hierō. ꝙ surgebat in media nocte, & orabat. Deinde filabat, texebat &c. Sextum est uanitas ornatus, & superfluitas. Mulieres se possunt ornare decēter, & honeste iuxta statū, & conditionem earū, sed quando totum tēpus, & studium suū ponunt in ornando se, siue corpus, & non curāt de anima, deus custodiat ipsam, quia tales uane sunt, & habent cor uanū. Ideo dicit scriptura. Vanitas uanitatū, & omnia uanitas. Eccles. j. Nota regulā apostoli. Mulieres in habitu ornato, cū uerecūdia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel uestе preciosa, sed qđ decet mulieres promittētes pietatem, per opera bona. j. Timot. ij. Nota sobrietatem in mēsura, scilicet iuxta conditionē sui status, & facultatē sui uiri. Sed sunt multe mulieres, q̄ nihil respiciunt, & deberent uerecūdari ꝙ portant, quasi habitum, siue ornamentum, quod a meretricibus portaī, & ideo dicit scriptura. Fallax gratia, & uana est pulchritudo, mulier timēs deum ipsa laudabitur. Prouer. ult. Sed uirgo beata, nō curabat de ornamentis, bene abluebat faciem suam, cū aqua distillata, scilicet lacrymarum. beata autem Anna mater sua multum diues ornabat eā, & ipsa amore matris portabat in domo, sed non extra domū, sed oppositum faciunt moderni tēporis filie. Septimū signum est, despectio uiri, unde signū est, ꝙ habet cor ad aliū, quando disputat cū uiro de genere, & de alijs statim uult ipsum suppeditare. Et secūdū scripturā, mulier debet honorare uirum suum, ideo precepit apostolus di. Mulier in silentio discat, cū omni subiectiōe. Docere autē mulieri nō permitto neq; dominari in uirum, sed esse in silentio. j. Tim. ij. etiā legitur Hester. j. ꝙ Assuerus, & sui dicebāt, Cuncte uxores tā maiorum quā minorum deferant maritis suis honorē, & sciant uiros esse maiores in domibus suis. Sic nec isthuc signum despectiōis reperiebatur in uirgine gloriosa, qa licet esset iuuenis pulchra, & nobilis, & diues, & eius sponsus senex, & pauper, tamen ipsa honorabat ipsum super omnes mulieres mundi. In tantū ꝙ Ioseph nullū signū male mulieris inuenit in uirgine Maria, sed oēs uirtutes, & affectiones bone mulieris. Ex alia parte cōsiderabat, an natura permitteret mulierē cōcipere sine uiro, & uidebat ꝙ nō. ecce qualiter fuit perplexus, & cor eius erat quasi inter duos lapides molares, ex una parte timebat ipsam diuulgare, quia statim fuisset lapidata, secūdū legē, ex alia parte cū iustus esset ne uideretur cōsentire, cogitauit occulte recedere, & dimittere eā. Et fuit cōpleta prophetia Dauid dicētis in persona Ioseph. Timor, & tremor uenerunt super me, & cōtexerūt me tenebre. Et dixit, quis dabit mihi pēnas, sicut colūbe, & uolabo, & requiescā. ps. liiij. Et mansi in solitudine. Quantū ad ꝓpositū. Nota timor, scilicet cōsentire in peccatū si cū ea maneret, & tremor, scilicet ne innocētē diffamaret, ideo proposuit dimittere eā, patet ergo, qūo uirgo Maria inuēta est in utero &c. Moraliter auisetis uos, ut Ioseph, ne sint impedimēta, qñ uolueritis facere matrimoniū, scilicet parētele, uel affinitatis, uel alias. Ideo est ordinatio ecclesie, ut denuncieī, ideo dicit scriptura. Honorabile cōnubiū est in oībus, & thorus īmaculatus. Ad Heb. vl. Honorabile est, quā do nō est impedimentū. Dico secūdo ꝙ uirgo Maria fuit inuēta in utero habēs, p sapiētiā diuinalē. Hoc fundatur p regulā theologie, dicit. s. Tho. in j. parte, ꝙ mysteria dei, id est secreta, ex mera eius uoluntate dependentia, non possunt sciri nisi per ipsius reuelationem, quia nullus uestrū potest scire cor meū nisi ego reuelē, & manifestē, quāto magis de deo. Sed illa que cōtingūt naturaliter possūt sciri. Isto modo medici, sciūt horā mortis infirmi, quia licet effectus sit futurus tamen causa est iā presens. Nō est sic de uoluntate dei, ideo dicit scriptura. Quis hominū poterit scire consiliū dei, aut qs poterit cogitare, quid uelit deus. Subditur.

tur. Sēsum tuū quis sciet nisi tu dederis sapientiā, & miseris spiritū sanctū tuū de altissimis. Sap. ix. Ioseph autē cū uideret sponsam suā grauidā, nec naturaliter poterat scire ueritatē, quia conceptio xpi nullā habebat causam naturalē, quia nō uenit per constellationes celestes, nec p operationes angelicales, nec elementales, nec humanales, ergo non poterat sciri, nisi per diuinā reuelationē. Cogitate, ergo quomodo Ioseph, qui erat sanctus homo, iustus, & bonus orādo recurrit ad deū, super hoc, sibi dei beneplacitū reuelari supplicando, iuxta illud Iaco. ij. Si qs uestrū indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluēter, & dabitur ei. Ita fecit Ioseph, quādo uoluit de nocte recedere, posuit se primo in oratione dicendo. Dñe uos fecistis mihi magnā gratiā, dando mihi in sponsam istā domicellā, sed domine uideo ꝙ est grauida, quid est hoc ꝙ tā sancta mulier sit grauida, & similia uerba, & flebat multū. Credo ego etiā ꝙ beata uirgo ex alia parte orabat deū, affectuose se cōpatiēs sue perplexitati, & ꝙ eius spōsus tristis cōsolaretur. Credo ꝙ etiā mater sua, scilicet uirginis orabat ne uenirent ad diffamationē &c. Cogitate ꝙ illas deuotas oratiōes deus exaudiebat. Dicit euāgeliū. Hec autē eo cogitāte, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph di. Ioseph fili Dauid noli timere accipere Mariā coniugē tuam. Quod enim in ea natū est de spiritusancto est. Pariet autē filiū, & uocabis nomē eius Iesum. Ipse enim salū faciet populū suū a peccatis eorū. Hoc autē totū factū est, ut adimpleretur, quod dictū est a domino, per prophetā dicentē, ecce uirgo in utero habebit, & pariet filiū, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatū nobiscū deus. Cogitate ꝙ angelus dixit sibi illam prophetiam Esai. Ecce uirgo concipiet, & pa. fi. non patrē, nec spiritumsanctum. Esai. vij. Cogitate quale gaudium habuit Ioseph, quando sciuit ueritatem. Et hoc modo questio, quare uirgo non reuelauit sibi, quando uidebat suam tristitiam, & perplexitatē, quia ipse credidisset sibi, licet modo spōsus, non crederet sponse sue. Respōdeo quod secretum commissum, non est reuelandum, ubi deuote committitur, ex quo secretum est bonum, iustum, & sanctum, quia alias reuelandum est. Sacramentum regis abscondere bonum est. Tob. xij. Ideo uirgo Maria, que habebat conscientiam delicatissimam, noluit reuelare timens ne regem offenderet, uel deum precipue. Nota contra multas personas uanas, que non possunt tacere, si deus dat eis aliquam gratiam uel reuelationē, statim reuelant, & male, nisi super hoc sciant expresse uoluntatem dei, maxime, quia quandoq; credunt, quod diaboli illusiones sint diuine reuelationes. Tales sunt similes galine, que non potest tacere quousq; prodit ouū, quod posuit. De talibus dicit scriptura. Qui denudat arcana amici fidē perdit, & non inueniet amicum ad animum suum. Eccli. xxvij. Ecce ratio, quare uirgo Maria non reuelauit Ioseph, nec matri sue secretum sibi commissum, sed spiritussanctus reuelauerat Elizabeth. Dico tertio, ꝙ uirgo Maria fuit inuēta in utero habēs per excellentiā specialē. Mulieres cōmuniter, quādo sunt grauide fiūt macre, discolorate, tediose, appetū uaria. Sed non fuit sic de beata uirgine, imo dicunt aliqui sancti doctores, quod ex quo uirgo fuit grauida radij splendoris procedebāt de facie sua, & maxime quando fuit iuxta partum. Hoc potest probari tripliciter, per philosophiam, per theologiā, & per experiētiā. Quantū ad primū dicit philosophus, ꝙ omne agēs naturale quantum dat de forma substātiali, tantū dat etiam de accidentibus cōsequentibus formā, ut qui dat ignē, dat etiā calorē, & splendorē. Ita deus pater de sua forma substāliali dedit filiū suū uirgini Marie. Quod autem filius dei, dicatur forma. Autoritas. Ad Phil. ij. Qui cum in forma dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Neq; mirum ergo si dedit splendorem sibi in facie &c. Ideo grauida existens, uirgo erat pulchrior, & clarior.

clarior. Secūdo ꝓbat theologice. Legit Exo. xxxiiij. ꝙ quia Moyses locutus fuerat cū Deo in monte, propter hoc radij splendoris procedebāt de facie eius intantū ꝙ populus nō poterat eū respicere. Fiat ergo rō. Si facies erat ita splēdēs ex sola Dei locutione, quanto ergo magis facies uirginis Marie ex filij Dei cōceptione. Hanc rōnem facit apostolus dicēs, Si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gr̄ia, ita ut non possent intēdere filij Israel ī faciē Moysi propter gr̄iam uultus eius q̄ euacuat, quomodo nō magis ministratio spiritꝰ erit in gr̄ia. ij. ad Corin. iij. Ministratio mortis fuit lex Moysi q̄ nō dabat uitam gr̄ie. Tertio ꝓbatur per experientiā de laterna cryſtalli, q̄ de se est pulchra & clara, sed si intus mittatur lucerna accensa pulchrior erit & clarior. Idē de uirgine Maria. Cogitate eius corpus pulchrū & mundū ad instar laterne. & lucerna intꝰ illuminās totū mundum est filius Dei. Nimirū ergo si uirgo erat tūc clarior & pulchrior. intātū ꝙ dicit textus ꝙ Ioseph nō cognoscebat eā. Mat. j. ex illis radijs splēdoris, quia lux eterna erat in ea. Nota hic quō Ioseph habita diuina reuelatione suppliciter petebat ueniam a uirgine de suspitione quam de ipsa habuerat dicendo. O benedicta quare non dixistis mihi, quia ego credidissem uobis. Et q̄ dulciter ipsa ipsum consolabatur congratulando ꝙ esset sponsus & socius matris filij Dei & eius nutritius. O bene dicta societas. Item q̄ reuerenter uterq; Deum adorabant in utero uirginis incarnatum. Ideo si uultis habere societatem istam uobiscum, faciatis sicut faciebat unus mercator Valentinus, qui quolibet anno in die natiuitatis inuitabat unum pauperem senē, & aliquam mulierem habentem filium paruulum qui representabant sibi uirginem cum filio & Ioseph. De quo fuit reuelatū ꝙ in morte apparuerunt sibi uirgo cum filio & Ioseph, dicētes, quia recepisti nos in domo tua, ideo nos recipimus te in domo nostra. De hoc dicit Christus Matt. xxv. Amen dico uobis quicquid fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis. Iō illud quod expenderetis in ludo, detis pauperibus amore Christi, pauperes autē qui non habent nec possunt sibi presentare pecunias, possunt ad minus presentare cras tot Aue Maria, quot diebus ipsum portauit in utero, uel tot quot hebdomadis uel mensibus. Hebdomade sunt quadraginta. Menses uero nouem. Dies uero. cclxxvij.

In natiuitate Christi. Sermo unicus.

NAtus est uobis hodie saluator. Luc. ij. Sermo noster erit de natiuitate domini nostri Iesu Christi & uirginis partu. Sed ut sentiatis dulcedinem spiritualem huius festi, salutabimus matrem Dei gloriosam &c. Natus est uobis &c. A principio mundi usque ad natiuitatem Christi nō fuerunt auditi tam boni rumores nec tam utiles hominibus sicut sunt rumores thematis propositi dicentis, Natus est uobis hodie saluator &c. Omnibus qui eratis perditi & ad infernum damnati & sententiati. Declarationem huius benedicte natiuitatis comprehendo quinque conclusionibus.

Prima ꝙ ista benedicta natiuitas fuit antiquitus per sanctas personas desiderata ardenter.

Secūda ꝙ ista bn̄dicta natiuitas fuit per Iudeos minꝰ appreciata crudeliter.

Tertia ꝙ ista benedicta natiuitas fuit per Deum celebrata potenter.

Quarta ꝙ ista bn̄dicta natiuitas fuit p uirginē Mariam abscondita humiliter.

Quinta ꝙ ista bn̄dicta natiuitas fuit per sanctos angelos publicata patenter dicentes,

Natus est uobis hodie &c. Et q̄ uellet curiose predicare oēs quinq; cōclusiones essent nimis ꝓlixe. Et oēs tanguntur in themate. In quo quinq; sunt conditiones. Prima ergo tāgitur p primā dictionē. Secunda in secunda. Tertia in tertia & sic de alijs. Dico primo ꝙ ista bn̄dicta natiuitas fuit antiquitus p sanctas ꝑsonas

nas ardēter desiderata. Et ut melius istā cōclusionē intelligatis audite parabolā. Noueritis ꝙ fuit quedā magna & nobilis ciuitas optime populata, que fuit ab inimicis crudeliter obsessa impugnātibus eam omni genere armorū, intantū ꝙ iam eis deficiebant cibaria, tātum durauit obsidio, nec inimici uolebant eos recipere ad uitam nec misericordiā facere aliquā, immo occidebāt eos statim. Sciens autē hoc rex & dn̄s ciuitatis secrete misit nuncios & literas ciuitati eis intimādo ꝙ ipe ueniret ad eos ꝑsonaliter & liberaret eos cū esset potēs. De quo ciues fuerūt multū gauisi & ardenī quoti die expectabāt eius aduentum. Recte ita fuit de isto mūdo. Ciuitas ista magna & nobilis fuit & est natura humana. O & quis posset numerare quot ciuitates fuerunt & habitatores in ea. Ab Adā usq; ad natiuitatē xp̄i cū transiuerūt secundum aliquos doctores ultra quinq; milia annorū, q̄ fuit obsessa quotidie a crudelibus inimicis. s. infinitis demonibus impugnātibus eā diuersis tētationibus, cū balistis, miserijs & afflictionibꝰ, intantū qd̄ iam deficiebāt esse seu uictualia spūalia. de quibus dicit xp̄s, Nō in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo qd̄ procedit de ore Dei. Mat. iiij. Licet haberēt doctrinā Mosaycā, sed nō dat uitā eternā. nec habebāt potū. i. promissionē spiritaliū q̄ refrigerant aīas. Et qn̄ aliquis exibat de ciuitate. s. p mortē, statim sine misericordia capiebāt & ī carcere inferni incarcerabatur. Deus autē dn̄s huius mūdi uolens cōsolari ciues secrete misit eis nūcios scilicet sanctos patriarchas & prophetas cum literis suis nūciando eis ꝙ ipsemet ꝑsonaliter ueniret ad liberandum eos. De quo multū gauisi ciues & habitatores ciuitatis mittebant sibi supplicationes, scilicet deuotas orationes ut ueniret & liberaret ciuitatem. Primo uenit Moyses dicens Deo patri. Obsecro dn̄e mitte quē missurꝰ es. Exo. iiij. prout promisisti. Secundo Dauid ex parte ciuitatis totius dicēs filio. Dn̄e ex cita potentiā tuā & ueni ut saluos facias nos. ps. lxxix. Tertio Salomō dicēs spūi sancto, Mitte illā de celis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tue, ut mecū sit & mecū laboret. s. contra inimicos. Sap. ix. Nota mitte illam scilicet ꝑsonā xp̄i in carne humana, q̄ mittitur a patre & spiritu sancto q̄tū ad humanitatem. Quarto Esa. dicens, Vtinā dirumperes celum & descēderes. Esa. lxiiij. Alij dicebant. Veni dn̄e & noli tardare. relaxa facinora plebis tue Israel &c. Rex autē auditis his supplicationibus misit secrete unū nunciū ciuitati qui diceret ex parte sua, Apparebit in fine, nō mentiet. Si morā fecerit expecta illū quia ueniens ueniet & non tardabit. Abacuc. ij. Ecce quomodo ardenter desiderabat & dicebant secundū Ambro. Quando ueniet, qn̄ nascetur qn̄ apparebit. Putasne uidebo. putasne durabo. putas hic me inueniet illa natiuitas. O si oculi mei uidebūt per quem oculi cordis reuelabunt. O si oculi mei uidebunt ꝙ credo in scripturis Dei. Et q̄to magis appropinquabat, tāto magis desiderabatur. Viam ueniendi incepit ipse in die sue cōceptionis. Ideo feruentissime desiderabat a beata uirgine matre sua & sancto Ioseph qui quotidie cōputabāt dietas cupiētes uidere diem ingressus sui in hūc mūdum. Virgo ipsum portauit. ix. mēsibus & sex diebus q̄ sunt cclxxvij. dies. Ideo in ꝑsona xp̄i dicit scriptura sancta. Sum inquit & ego mortalis homo similis omnibus & in uentre matris figuratus, scilicet figura hominis siue caro. x. mensiū tpe. Sap. vij. Propter hoc uirgo Maria & Ioseph scientes suū aduentum prope preparabant se ad ipm deuote recipiendū. Virgo autē preparabat panniculos de lana & de lino, sicut faciunt mulieres qn̄ sunt iuxta partum. Ioseph autem emerat unum uitulum ut facerent illa die natiuitatis magnum festū. Sed interim dicit Lucas ꝙ exijt edictum a cesare Augusto ut describeretur uniuersus orbis. Luc. ij. Ideo uoluit describere mundum Augustus, quia uoluit scire quot essent prouincie, quot ciuitates, quot homines. Nota magnam tristi-

Universidad de Sevilla Biblioteca

tiam Ioseph, qñ audiuit edictum imperatoris ꝙ sub pena mortis singuli profiscerentur in ciuitatē natiuitatis. Ioseph qui erat de ciuitate Bethleem de genere Dauid incepit flere di. O miser si uado Bethleem, nō uidebo istā benedictā natiuitatē a sanctis patribus tandiu desideratam, si non uado ero inobediens & occidar, nec etiā uidebo dictam natiuitatem, sic tristis uenit ad domum. Virgo autē Maria consolabatur eum. Ita debet facere uxor, di. O pater quid habetis modo, quia deberetis gaudere, quia saluator est nasciturus in breui. Tunc Ioseph narrauit uirgini Marie edictū imperatoris & causam sue tristitie. Ad qđ uirgo respondit. Pater non ploretis, qñ ego pro cōsolatione uestra uadā uobiscū, quia etiam sum de progenie Dauid. Ioseph ex una parte letabatur ꝙ uirgo uellet ire. ex alia parte dubitabat quid dicerent sibi gentes ꝙ duceret secū mulierē iuuenem grauidā & partui propinquā. Itē quid si pareret in uia? Ad quem uirgo, Pater nō curetis de locutione gētium ex quo intentio est bona. Voluntas Dei est ꝙ uadamus Bethleem, qñ nasciturus est ibi saluator. Iuxta prophetiam Michee. v. Et tu Bethleē effrata paruulus es. s. locus, in milibus Iuda. ex te eñ egredietur qui sit dominator in Israēl. Virgo autē Maria melius sciebat bibliam q̄ ꝓphete, ut dicit Origenes. & parauerūt se & recesserunt de ciuitate Nazareth, Ioseph cum uirgine in asino equitāte, Ioseph precedente uinculum asini & bouis quem ducebat trahendo. Ecce regina paradisi qualiter ibat associata. Tunc fuit completa prophetia Aggei de hac mutatione dicentis. Adhuc unū modicum est & ego cōmouebo celū & terrā & mare & aridā, & mouebo oēs gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus. Aggei. ij. Nota unum modicū, quia modicum tempus fuit a prophetia Aggei usque ad Christum. & ego commouebo celum, ubi loquitur de celo empyreo immobili. Dicit S. Tho. in. j. parte. quod qñ aliquis angelus habet a Deo aliquam reuelationem, statim ille reuelat alijs. ita ꝙ ibi nihil teneatur secretū. Ideo archangelus Gabriel in consistorio sancte trinitatis qñ habuit reuelationem incarnationis, & natiuitatis filij Dei, de qua ipse erat nūci⁹, statim ipse reuelauit omnibus alijs, & sic celum fuit cōmotum ad gaudium & letitiam & tripudiū propter eorum ruine reparationē. Item ego cōmouebo terram, terra uirginea dicitur uirgo Maria, que debuit producere fructum uite que fuit mota in angeli salutatione, cū turbata cogitabat qualis esset ista salutatio. Lu. j. Itē cōmouebo mare & aridā qñ ex edicto imperatoris gētes profitebantur in ciuitatibus suis, quedā p mare, quedā p aridā. Tūc ueniet desideratus cūctis gentib⁹. patet prima conclusio. Secūda cōclusio dicit ꝙ hec benedicta natiuitas fuit per Iudeos minus appreciata crudeliter. Dicit historia ꝙ qñ Ioseph cū uirgine fuerunt in ciuitate Bethleē nō inuenerūt hospitiū nec aliquā domū nec hospitale ubi uellent eos recipere. Ad hoc assignantur tres rōnes. Prima quia uenerūt de ultimis & habuerunt ire spaciose p uiā. Ideo q uenit extremus iratū sepe uidemus. Secūda licet illa ciuitās Bethleē esset parua, abūdabat tñ multū in militibus & ciuibus & nobilibus, qui erāt de genere Dauid qui fuit natus in illa ciuitate qui miserāt nūcios pro habēdis hospitijs. Tertia ratio fuit auaritia hospitalariorū, qui qñ uidebant Ioseph pauperē cū muliere grauida, cogitabant ꝙ occuparent unā domū & ꝙ modicum lucrarētur cum eis. Ideo &c. Ad practicam etiā potestis cogitare quo modo fuit qñ Ioseph cum uirgine in asino equitante intrauit per portā ciuitatis, statim diuertit ad primū hospitiū ne haberet discurrere per ciuitatē querens si posset ibi hospitari. Cui dixerunt & quot estis &c. & qñ uidebant ꝙ erant solū duo & cū boue & cum asino, cogitantes, modicum haberemus, dixerunt sibi transeatis ultra, quia hic non est locus ꝓ uobis. Qui iuerunt ad aliud hospitium. Responderunt ꝙ totū erat plenū. Cogitate

mate hic tristitiā Ioseph & uerecūdiā uirginis Marie sic ire ostiatim. Sed uirgo patienter sustinebat & consolabatur Ioseph. Deinde iuerunt ad aliud hospitiū ubi dixerunt ꝙ totū erat plenū pro tali dño & pro tali uenturis &c. Videns Ioseph ꝙ pro pecunijs non inueniebat hospitiū, querebat amore Dei ut in aliqua domo illa mulier grauida partui propinqua reciperetur, nec inuenit in tota ciuitate, immo dicebant sibi, O antique bene uidetur certe ꝙ estis zelotipus de uxore uestra, & quare posuistis ipsam grauidā in uia. Et Pauper homo flebat. Ad quē uirgo. Pater habeamus patientiā & perquiramus aliquod hospitale. & sic iuerunt ad unū hospitale, querēdo si possent ibi recipi amore Dei. Rñdit hospitalarius. Vos sani estis, & domus ista est pro infirmis, nec potestis ibi recipi, ideo parcatis. Cū autē hora iam esset tarda nec inuenirent aliquod hospitium, dicebat Ioseph. O dñe hec sunt peccata mea. Cunq; inuenissent unam porticū in uia publica in qua erat presepe in qua forenses quandoq; ponebant animalia sua, dixit uirgo. Pater hic poterimus stare, quia nō est honestū ire per uillam tali hora. Dixit Ioseph. O miser. & nunqd inueniemus aliquam domum. Dixit uirgo Maria. Pater totus mundus est domꝰ Dei, ideo stemus hic. Tunc Ioseph cum maxima reuerentia deposuit uirginem de asino & intrauerunt porticum, & Ioseph posuit unam flaciatam quam portabat in asino pro cortina ne uideretur, & iuit ad emendum paleam & carbones propter frigus. Et de modica palea fecit lectum regine celi di. O dñe quid dicetis mihi ꝙ in tali lecto collocauerim matrem uestram, & in illa porticu steterunt ad minus. xiij. diebus, quia dicit glo. sup Mat. ij ꝙ reges orientis adhuc inuenerunt regem Christum in illa porticu. Ecce palatium regine paradisi, ecce quomodo illa natiuitas gloriosa fuit a Iudeis minus appreciata. Hoc reuelauerat Deus Hiere. prophete qui flens dicebat in persona Iudeorum. Tibi peccauimus expectatio Israel, saluator noster in tempore tribulatiōis. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendū. Quare futurus es sicut uir uagus & fortis qui nō potest saluare. Hier. xiiij. Tūc ista prophetia fuit cōpleta. patet secunda cōclusio. Morabr. quilibet uestrum modo in corde suo dicit. O si ego fuissem tunc ibi & cognouissem eum, ego recepissem eum in domo mea &c. Vtinam uos non sitis in eadem cōdemnatione uel crudelitate cū Iudeis. Et nunquid hodie uidistis uirginem grauidā in ista uilla cum Ioseph, & tamē nō recepistis eū. Virgo grauida de filio Dei est hostia cōsecrata quam ducit sacerdos ut Ioseph. Quis uestrum recepit eam cōicando deuote? credo ꝙ nullus. De bono cōsilio debebatis sibi preparare domū conscientie per contritionē, confessionem & satisfactionem. sed multi excusant se ut Iudei dicentes, Ego habeo recipere unum magnum militem scilicet dñm Caponē, dñm Hedū, dñm Porcū. Alius dicit. Ego habeo recipere magnā dñam nobilē. s. dñam Gallinam, alius dñam Perdicē &c. sed nolūt recipere dñm Iesum xp̄m. De quibus dicit Ioānes in Euang. In propria uenit & sui eū nō receperunt. Quotquot autē receperunt eū dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ioannis. j. Tertia cōclusio dicit ꝙ ista benedicta natiuitas fuit per Deū celebrata potenter. Virgine Maria existēte in illa porticu ut dixit in medio paramentorū circa mediā noctē uenit hora partus, quā sensit uirgo Maria, nō, sicut cetere mulieres, quia priusq̄ sentiūt partum, habent dolores, miserias & tristitias in corpore, & facies mortificatur. Sed uirgo Maria habuit alia signa scilicet illuminationes singulares, consolationes & dulcedines cordis & delectationes maximas magis q̄ alias, & facies eius resplēduit. Quod uidens Ioseph dixit. Benedicta quid est hoc, Rñdit. Pater modo uenit hora partus mei. Ioseph surrexit subito ut uocaret obstetrices. Sed uirgo prohibuit eū di. Pater sicut in cōceptio

ne nulla creatura fecit aliqd,sic nec etiã in natiuitate, cogitate quomodo dixit Ioseph,Benedicta uos nõ estis super hoc experta neq; ego &c.Et uirgo,pater nõ curetis, quia pater celestis prouidebit, id est,deus.Ideo liber de infantia saluatoris qui ponit ꝙ ibi fuerunt mulieres, est reprobatus ex decreto Pelagij pape. Hiero.Nulla ibi obstetrix,nulla mulierculaꝝ sedulitas interfuit,sed subito sicut radius solis trãsit per fenestrã uitreã sine fractiõe,sic Christus sol iustitie trãsiuit per portã uteri uirginalis sine aliqua fractione,& corruptione tanq̃ sponsus de thalamo suo. Quẽ uirgo recepit manibus proprijs genibus flexis cũ maxima reuerentia,& ueneratione adorando ipsum,& dicendo,O domine uos bene ueneritis de celo in terram pro saluatione hominũ. O domine desiderate a sanctis patriarchis, & prophetis adoro uos,quia inquantum deus estis creator meus,inquantũ homo estis filius meus, & osculabatur eũ modo in pedibus tanquã deũ,modo in ore tanq̃ filiũ,modo in manibus tanq̃ creatorẽ omniũ rerũ, modo in fronte tanquã filiũ suũ dicens, O domine tantã gratiã mihi feciſtis,adoraritq; eũ centũ uicibus.Et ut quidã dicunt ait, Tu es dñs deus meus,tu es redẽptor meus,tu es filius meus dilectꝰ.Ambro.O beata uirgo quis nobis posset arcana tui cordis reserare, cum hinc adorares natũ tuum ut deũ,& hinc osculareris ut filiũ,Ioseph autẽ flens pre gaudio dicebat,Benedicta permitte mihi adorare filiũ tuũ,& filiũ dei tandiu desideratũ &c. Dic quomodo adorabat eũ dicens.O domine tantã gratiã mihi feciſtis,ꝙ reges,& prophete uoluerunt uos uidere,& nõ uiderũt,& mihi peccatori feciſtis tantã gratiã ut uos uideã. Tunc infans propter frigus incepit flere.Statim Ioseph calefecit panniculos,& uirgo inuoluit.Deinde Ioseph uoluit uocare aliquã mulierem que lactaret &c.sed uirgo prohibuit. Ad quẽ Ioseph,Benedicta quid facietis,quia nõ habetis uos lac. Dicũt medici ꝙ ab eadẽ radice ꝓcedũt lac,& ꝓples.Ideo mulier que nõ cognouit uirum nõ habet lac.Rñdit uirgo.Pater,deus prouidebit. Tũc uirgo flexis genibus orauit deũ patrẽ dicens.Deus pater uos & ego habemus unũ filiũ cõmunem,ideo uos qui prouidetis omnibus creaturis prouideatis sibi de lacte. Tunc subito ubera uirginis fuerũt plena lacte de celo sibi missõ.Ideo dicit ecclesia.Ne sciens uirgo uirũ peperit sine dolore saluatorem seculorũ.Ipsum regem angelorũ sola uirgo lactabat ubere de celo pleno,patet tertia conclusio.Quarta cõclusio,dicit quod illa benedicta natiuitas fuit per uirginem abscondita humiliter. Dic historiã ꝙ statim quãdo Christꝰ fuit natus corpus suum resplenduit sicut sol quãdo orit,& nox facta est ut meridies, & ita claruit.Cogitate quomodo multi qui non dormiebãt admirãtes de tanta claritate uoluerũt uidere fontem luminis,& cõcurrentibus eis ad tam magnũ spectaculũ luminis uirgo sentiẽs tumultum gentis,filium posuit in presepio.Iudei autẽ uenerũt,& uiderũt unde lumẽ procedebat.Dixerũt aliqui,,ppheta dicit quando messias nascetur,nox sicut dies illuminabitur,dixerunt alij,si esset,forte iste.Dixerũt quidã,taceatis nõ curetis,si Herodes sciret interficeret nos.Ita ꝙ timore Herodis non fuerũt ausi recipere regem messiam.De isto lumine prophe ta,Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnã.habitantibus in regione umbre mortis,scilicet peccati ingratitudinis, lux orta est eis.Multiplicasti gentem,scilicet ad uidendũ lumen.non magnificasti letitiam,quia nullum ence niũ sibi miserunt nec uirgini,scilicet ma talaffintranasset.De quo lumine loquit, ostenditur cũ dicitur,& sequitur.Paruulus natus est nobis,& filius datus est nobis.nõ pater,nec spiritussanctus. Esa.ix. Est hic questio quare uirgo beata posuit filiũ suũ in presepio inter bestias. Quid si bos cornibus,& asinus dentibus impetissent?Beatus Lucas uult excusare uirginem dicẽs.Reclinauit eũ in presepio, quia nõ erat ei locꝰ in diuersorio,id est, in ista

in ista porticu.Sed hic posset homo beato Luce rñdere.Et nũquid uirgo que sine dolore,& miseria peperit, poterat ipsum ponere siue tenere in gremio uel brachijs,quare posuit eum inter animalia.Respõdetur quod triplex fuit ratio.

Prima ad complendũ ueritatem scripturalem.

Secunda ad subleuandum necessitatem corporalem.

Tertia ad docendum nos bonitatem moralem.

Quantũ ad primũ fuit prophetatũ quod inter animalia debebat poni,& ꝓ ea adorari humiliter. Cogitate quale gaudium habuit beata uirgo quãdo uidit filium suũ adorari a boue,& asino.Et qualem tristitiã quando uidebat ipsum a Iudeis refutari. Et fuit impleta prophetia Esa.dicentis.Audite celi,& auribus percipe terra,quoniã dñs locutus est.Filios enutriui,& exaltaui, ipsi autẽ spreuerũt me.Cognouit bos possessorẽ suũ,& asinus presepe domini suĩ, Israel autẽ me non cognouit.Esaie.j. Quantũ ad secundam rationẽ,iam uidetis quomodo uiget frigus in isto tẽpore. Cogitate si uirgo Maria habebat frigus,quia non legit quod portaret uestes foderatas.propter hoc posuit filiũ suũ in presepio ut animalia calefacerẽt eũ cũ anhelitu prout fuit reuelatũ Abacuc prophete,qui de hoc dixit, Domine audiui auditũ tuũ,& timui.Dñe opus tuũ cõsideraui,in medio duorũ animaliũ cognosceris. Abacuc. iij.secundũ.lxx. Quãtũ ad tertiã rõnem hoc fecit uirgo ut nos instrueret in bonitate morali.Bos est animal magnũ habens duo cornua,que significãt dños tẽporales,& rectores cõitatũ. Asinus qui portat onus significat uasallos,& subditos.Et uirgo posuit filiũ suum in medio ostendens ꝙ omnes possunt bene saluari.Domini saluãdo iustitiã,ꝙ nec odio nec amore nec timore nec munere faciant cõtra iustitiã,uasalli etiã seruando fidelitatẽ,obedientiã,& reuerentiã dominis.Secũdo bos est animal mũdũ qui antiquitꝰ sacrificabatur deo.Ideo signat sacerdotes qui offerũt sacrificiũ deo.Asinꝰ rudis significat laicos,uirgo posuit filiũ suũ in medio ut nues ꝙ omnes possunt saluari.Tertio bos qui non portat onus significat diuites qui manibus nõ laborãt.Asinus significat laboratores si sint patientes.Quarto bos qui habet cornua significat personas deuotas,& sanctas.Duo cornua sunt uera prudentia siue credentia ad fidem,& prompta obedientia ad mandata.Asinus acidiosus significat peccatores,si sint penitẽtes possunt saluari.Quinto bos qui ruminat,& diuidit ungulã significat literatos magistros,& doctores qui ruminãt studẽdo, & diuidũt ungulã,id est,habẽt sciẽtiã ueteris,& noui testamenti.Asinus significat ignorantes,Christus ponitur in medio&c.& uerificatur illud Dauidicũ.Homines,& iumẽta saluabis domine,quẽadmodũ multiplicasti misericordiã tuã deus.ps.xxv.Nota homines tam potẽtes quam impotẽtes,tam sapiẽtes q̃ diuites, & iumenta,id est,peccatores rudes, & ignorãtes saluabis dñe.Quinta cõclusio dicit quod hec benedicta natiuitas fuit per sanctos angelos patenter publicata quãdo apparuit pastoribus dicens optima noua.Natus est uobis hodie saluator qui est Christus dñs in ciuitate Dauid. modũ narrat beatus Lucas.dicatur historia breuiter de angelis in natiuitate xpi quos deus pater misit de celo,ubi fiebat magnũ festũ de natiuitate xpi ad terram ut etiã fieret ibi festũ.Hec benedicta natiuitas fuit reuelata pastoribus uigilantibus nõ imperatori Octauiano dormiẽti,nec in Hierusalem magistris,& doctoribus, nec sacerdotibus,sed pastoribus carmina cantantibus. Quare hoc?dicit Bern.quod pastores habebant quinque conditiones in quibus ostẽditur quibus personis deus reuelat sua secreta, & dat suam gloriam.Primo pastores uigilabãt super gregem &c In quo ostendit quod pastores tam temporales quam ecclesiastici debent uigilare super gregem eis commissum,ne a lupis peccatorum maxime notoriorum, deuorentur,quia ex

peccatis secretis nō punit cōmunitas, talibus pastorib⁹ reuelat deus suā gloriā, & gratiā. Secūdo sonabāt cōcorditer fistulas, in quo ostendit ꝙ personis deuotis, & pacificis que sonant per oratiōes, & supplicationes deus reuelat suā gratiam, & gloriā. Tertio, quia erāt in deserto i asperitate penitētie &c. ubi male comedebāt, & bibebāt, & dormiebāt &c. In quo ostendit ꝙ personis que uiuunt in asperitate penitētie &c. Quarto, quia erant homines pauperes &c. Ideo Christus Ve uobis diuitibus qui hic habetis cōsolationē uestrā &c. Luc. vj. Quinto, quia erāt homines simplices, neminem despiciebant, talibus dat deus suā gratiā. Autoritas Christi. Confitebor tibi pater domine celi, & terre, quia abscōdisti hec a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Matth. xj.

Dñica infra oct. natiuitatis xp̄i. Ser. j.

ECce positus est hic in signum cui contradicetur. Luce. ij. Certū est, & per sanctā scripturam probatū est, & clarum, ꝙ ante aduentū, & natiuitatē xp̄i nullus quātūcunq; sanctus potuit inuenire uiā paradisi ut posset gloriā habere. Ratio, quia si precedētes ductores errāt in uia, oportet etiā sequētes deuiare. Sic a principio deus dedit humano generi duos ductores, scilicet Adā, & Euā, qui in prima dieta errauerūt a uia gratie, & cōsequēter a uia glorie. Ideo oportuit sequentes ipsos errare, & deuiare per desertū huius mundi inter lupos, & feras infernales q̄ deuorabāt omnē hominē. De hoc dicit Dauid. Errauerūt in solitudine i inaquoso, uiā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt. ps. cvj. Nota in solitudine, id est, in deserto. Quare hoc, cū tamen in mūdo essent multe gentes? Quare ergo dicit in solitudine in inaquoso? Respōsio ꝙ nisi homo habeat deū secum per gratiā, ipse est solitarius, & desertus, quātumcunq; sit multis gentibus associatus. Et quia tunc mundus non habebat deum incarnatū, nec aquas doctrinarum euangelicarum. ideo uocat mundū desertum, & inaquoso. Si dicatur ab aliquo Iudeo, Nūquid fons doctrinarum Moysi rigabat totum mundum &c. Dico ꝙ nō fuit fons aque, sed arene terrenorū. Patet ergo quomodo totus mundus errauit a uia paradisi. Sed modo iam possumus ire uiam rectā ad paradisum, quia in Christianitate inuenimus uiam, quia sicut peregrini quiuadunt ad aliquā notabilē peregrinationem, in diuijs inueniūt aliquod signum uel crucis uel lapidis, scilicet monstrans uiam rectā ne errent in uia, sic deus pater nobis uiatoribus, & peregrinis misit filium suum quē nobis dedit in signum certū ne erremus uiam paradisi. Iuxta de ipso dicit Lu. in themate. Ecce posit⁹ est hic in signum, scilicet uie paradisi. Patet thema. Deinde dicit euangeliū, cui contradicetur. Nota in Christo nouiter nato triplex signum pro eundo ad paradisum, & cuilibet signo cōtradicitur a multis, que signa dedit angelus pastoribus dicēs, Hoc uobis signum. Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in presepio. Luce. ij. Vbi dicit tria signa. s.

De integra puritate, cum dicit inuenietis &c.

De uoluntaria paupertate, cum dicit pannis &c.

De uera humilitate, cum dicit positū in presepio.

Pro quolibet triū dicit thema, Ecce positus est hic in signū. Dico primo quod primum signum quod habemus in Christo nouiter nato est integra puritas. Puritas dicitur integra quando consistit tam in corpore quam in anima, quia anima non est homo, nec corpus est homo, sed totum insimul corpus, & anima est hō-mo. Sic quādo homo seruat puritatē in corpore a prauo opere non dicitur proprie purus nisi etiā preseruet puritatē in anima expellendo ab ipsa malas cogitationes, & desideria pro suo posse. Hinc est ꝙ dominus dans legē dedit duo precepta puritatis. Vnū pro corpore dicēs, Nō mechaberis. Aliud pro anima dicens, Nō concupisces uxorē ꝓximi tui,

quasi dicat nō sufficit seruare corpus purum, sed etiā animā. hoc signū puritatis dedit angelus de Christo di. Inuenietis infantē. Noluit Christus nasci iam adultus ut Adā, sed infans paruul⁹ ut ceteri, & hoc in cōmendationē puritatis, quia infantes nullam habēt corruptionem luxurie, nec in corpore, nec in anima. Dic exemplū de euangelio quod recitatur a tribus euangelistis. Matth. xix. Mar. x. & Luc. xviij. de gentibus que ex deuotione portabant infantes ad Iesum Christū, ut tangeret ipsos, quos discipuli prohibebant, sed Iesus indigne tulit dicens. Sinite paruulos uenire ad me, & nolite prohibere eos, taliū enim est regnū celorū, quasi dicat, ꝙ magni, & luxuriosi uadunt ad infernū. Dicit Marcus ꝙ ample xabatur infantes de uno ad aliū imponēdo manus super illos. Quo facto dixit. Amen dico uobis, quicunq; nō receperit regnū dei sicut puer, nō intrabit in illud. Luc. xviij. Nota ut puer, id est, pur⁹. Patet ergo ꝙ signū in Christo nobis datum est integre puritatis, cū dicitur, Inuenietis infantem. Hoc signum secrete fuit ostensum Raab meretrici ut legitur Iosue. ij. quādo filij Israel debuerant intrare terram promissionis ut caperēt ciuitatem Hierico, & miserunt explorato res. dixit Raab meretrix exploratoribus Iudeorū. Noui quod dominus tradiderit uobis terram hanc. Etenim irruit in nos terror uester, & elanguerūt omnes habitatores terre. Dominus enim deus uester ipse est deus in celo sursum, & in terra deorsum. Detis mihi uerum signū ut saluetis patrem meum, & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia que illorū sunt, & eruatis animas nostras a morte. Qui dederunt sibi funiculum coccineum, ut ipsum poneret in fenestra appensum, & hoc signo saluata est. Talis est persona luxuriosa. Deus ordinauit, & restrinxit illud opus ne fiat nisi inter uirum, & uxorem matrimonialiter coniunctos. Hec mulier Raab nomine, & etiam officio significat personam luxuriosam. Raab enim interpretatur dilatata, sed luxuriosus uult dilatari, & ampliari dicens. O uxor mea est senex uel infirma, turpis, uel sterilis, uel dimisit me, ideo &c. Ecce hec Raab dilatata meretrix. de qua dicit Dauid in persona Christi. Memor ero Raab, & Babylonis, id est, persone luxuriose, & cōfuse, que nul lum ordinem seruat nec modum, de qua memor est Christus in die mortis. & in dicij. Signum quo poterit saluari est suspendere funiculum coccineum in fenestra. Funiculus iste est castitas, & est de tribus filis, quia qui uult uiuere caste oportet quod seruet tria, scilicet,

Orationem spiritualem.

Afflictionem corporalem.

Vitationem socialem.

Oratio spiritualis est quando fit deuote flexis genibus, mente eleuata, cogitando quod uideatis Christum iratum contra uos &c. hoc modo anima retinetur a malis cogitatiōibus, & desiderijs. Quātum ad secundum necessaria est afflictio corporalis, ne caro saltet siue rebellet. quoniam sicut oratio eleuat animā, ita afflictio corporalis deprimit carnē. Tertium necessarium est uitatio socialis, sine qua nihil ualent alia duo prima. Cauere ab omni cōsortio mulierum, ab omni mala societate, & opportunitate. isto modo seruatur castitas. Ecce funiculus triplex de quo Salomon. Funiculus triplex difficile rumpitur. Eccle. iiij. Secus si sit solum simplex uel duplex. Quare dicit quod erat coccineus? ego dicā, quia castitas debet seruari in memoriā passionis Iesu Christi qui erat totus coccineus, id est, sanguineus in die sue passionis dicendo intra se, Christus ita pro me fuit passus, & ego dabo corpori delectationē, absit, Ideo dicit apostol⁹. Recogitate eū qui talē sustinuit a peccatorib⁹ aduersus semetipsum contradictionē, ut nō fatigemini animis uestris deficientes. Nondū enim usq; ad sanguinē restitistis aduersus peccatū repugnantes. Heb. xij. Quare dicitur ꝙ appēdatur ad fenestrā? nūquid sufficeret ipsum tenere in foramine? Dico ꝙ qlibet debet se taliter ha-

bere in sua cōuersatione in incessu, statu & habitu, q̄ oēs dicāt, uere persona casta est ista. Ecce qualiter funiculus castitatis appenditur in fenestra cōuersatiōis. Ali qui tenent ipsum absconditū in foramine, & qñ redarguunt dicunt, sufficit mihi deus hoc scit, sed nihil ualet, oportet eñ q̄ sit in fenestra. Ideo dicit apostol⁹.

Prouidētes bona nō tantū corā deo, sed etiā corā oībus hoībus, ad Ro. xij. Vt oēs dicāt, uere bonus hō uel bona mulier & casta uidetur in oībus. Ecce signū puritatis, de quo dicit thema, Ecce positus est hic in signum. Huic signo cōtradicitur a multis. O & quot contradictiones fiunt quotidie Christo in isto signo tam a religiosis psonis & clericis quā laicis, demō strando & alijs, qa totus mūdus est corruptus. De ista cōtradictione dicit propheta. Ve qui cōtradicit factori suo, testa de samijs terre. Esa. xlv. Samia dicitur a quadam insula sic uocata ī qua fuit primo inuenta operatio de terra, personam luxuriosam uocat testam de samijs terre. i. illius terre, quia ad instar operis terre luxuriosus ad extra est totus pict⁹ siue ornatus, sed intus est totus corruptus & prauus, & hoc de primo signo. Secundum signum est uoluntarie paupertatis. Si dicatur quid est paupertas uoluntaria. Ego dicam. Nota hic primo tres gradus paupertatis uolūtarie. Primus est ex principio. Secundus ex fine. Tertius ex medio. Primus gradus in principio, est quando homo dimittit diuitias uolūtarie habitas & habendas, & amore Christi uult uiuere in paupertate. Iste gradus est maior. & istum habuerunt apostoli sancti dicētes, Ecce nos reliquimus oīa. Mat. xix. nō dicit omnia dereliquerunt nos, sed nos reliquimus oīa. Si non habebant oīa, quomodo reliquerunt oīa? Rūsio, reliquerunt omnia que habebāt & etiam omnia illa que poterant habere, & uoluntatem habendi. Ad istum gradū paupertatis uoluntarie tenentur religiosi ex obligatione uoti. Secundus gradus paupertatis uolūtarie dicitur ex fine quādo diues quouis mō dimisit omnia & displicet sibi, sed post cogitās intra se dicit, quare tristor? qa etiā habebā dimittere & amittere hodie uel cras, & sic facit de necessitate uirtutē, se cōsolādo & acceptando q̄ deus fecit, talis paupertas bona est, sed prima est melior. In isto gradu fuit Iob qui oīa perdidit & displicuit sibi a principio, & scidit uestimenta sua, & tonso capite corruit ī terram. Sed postmodum consolādo se dixit. Nudus egressus sum de utero matris mee, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dñs abstulit &c. sit nomen domini benedictum. Iob. j. Nota nudus egreditur homo de uentre matris, cum miserabili camisia que statim laceratur ab obstetrice, & nudus reuertitur homo cum alia miserabili camisia, scilicet linteo. Hec paupertas est etiā bona & meritoria ratione patientie, ut dicit Ambro. dis. xlvij. Sicut hi. non tamen ut prima. Tertius gradus paupertatis uolūtarie non ex principio neq; ex fine, sed ex medio est, quando homo, licet habeat multas diuitias & possessiones & redditus, non tamen ponit ibi cor suum, sed de ipsis seruit sibi in necessarijs, & de residuo facit magnas & largas eleemosynas. Tales pauperes reputantur. De istis dicit Dauid. Diuitie si affluāt, scilicet de bono iusto, nolite cor apponere, licet possint m⁹ apponere ad licite congregandum, computādum, destribuendum. De his tribus gradibus paupertatis uoluntarie dixit angelus ad pastores de Christo. Hoc uobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum. Luc. ij. Nota pannis, non dicit fericis inuoluit eū, sed pannis q̄ notat paupertatem, quia pauper dicit pānosus. De hoc signo habetur figura. Gen. ix. dic breuiter historiam quomodo Noe & filij eius cū uxoribus post diluuiū fuerūt quando extra arcam deus consolando eos, qa timebāt ne pluuia rediret, cum iam p annum integrum stetissent ī arca. dixit eis, non timeatis. Arcum meū ponam in nubibus celi, & erit signum federis inter me & terrā. Gen. ix. No. q̄ iste arcus celestis signat paupertatem uolūtariā. Rō,

quoniam

quoniam arcus est curuus, ita & pauper uadēs humiliter. Secus de diuite q incedit totus rectus & superbe. Itē arcus dicitur celestis, sic ex uoluntaria paupertate deus ꝓmittit celū. Mat. v. Beati pauperes spū qm ipsorū est regnum celorū. Item cōiter arcus ille est trium colorum. s. de igneo, de liuido siue blaueo, & de uiridi. In colore ignis reputatur primus gradus paupertatis q est ex principio, qa p̄sona inflāmata igne amoris & deuotionis dei non uult aliqd in isto mundo. In colore liuido ostendit secūdus grad⁹ q est ex fine qñ p̄sona consolat de amissis ex desiderio celi. In tertio colore de uiridi representatur tert⁹ gradus paupertatis q est ex medio, quia sicut arbor uiridis facit fructū, ita qui sunt in isto gradu faciunt fructū eleemosynarū & misericordiarū. Diuitibus hui⁹ seculi precipe nō sublime sapere neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in deo uiuo q p̄stat nobis oīa abunde ad fruendū. Quid ergo est precipiēdū bene agere, diuites fieri in bonis operibus. j. ad Tim. vj. Cum ergo dicit dns. Arcum meū. i. paupertatē uoluntariam ponā in nubibus celi. i. in sanctis apostolis & uiris apostolicis. Et erit signum federis inter me & terrā. qa sicut nubes sunt medie inter celū & terram a quib⁹ uenit pluuia, tonitrua & fulgura, sic apostoli & uiri apostolici sunt medij inter deum & nos a quibus descēdit pluuia, scilicet doctrinarū tonitrua comminationum, & fulgura inflammationum in amore dei & proximi. De q̄bus dicitur. Qui sunt isti q ut nubes uolant. Esa. lx. Huic signo contradicitur a cupidis & auaris & dominis tēporalib⁹ per rapinam, a prelatis per symoniam, a iudicibus & aduocatis & procuratorib⁹ per calumniam, a diuitibus & mercatoribus per usurā, a religiosis p proprietatē &c. intantū q̄ xps dicit, Tota die expādi man⁹ meas ad populum nō credētē, sed cōtradicentē mihi. Esa. lxv. & ad Ro. x. No. tota die expādi manus meas, scilicet dādo pluuiā, rorem, panē, uinum, & oīa necessaria &c. ad pp̄lm nō credentē,

scilicet mādatis nec cōfilijs meis, sed cō tradicētē mihi. Tertiū signū uere humilitatis est qñ gestus corporalis & signa exteriora cōcordāt cū corpe, ut si hō habet uerba & oculos humiles, q̄ et cor sit humile, alias dicit scriptura sancta, Est q̄ nequiter se humiliat & interiora ei⁹ plena sunt dolo. Eccl. xix. Propter q̄ angelus ostendēs nobis signū uere humilitatis dicit. Hoc uobis signū, inuenietis infantē pānis inuolutū positū in presepio. Ecce hic exemplum infinite humilitatis. Luce. ij. Magna humilitas fuit filij dei quando uoluit humiliari infra seraphinos, cherubinos, thronos & dominationes, uirtutes & potestates, principatus, archāgelos & angelos ut esset homo. Nusquā angelos apprehendit, sed semen Abrae apprehendit. ad Heb. ij. Sed maius signum humilitatis fuit quando inter bestias uoluit poni in presepio, qui dicit patri, Vt iumentum factus sum apud te & ego semper tecum. psalmo. lxxij. Ecce signum uere humilitatis, & signum saluationis. Nota figuram que habetur Ezech. ix. ubi legitur quod Ezechiel propheta uidit deum iratum & furiosum uolentem destruere ciuitatē sanctam Hierusalem & totam terrā promissionis. Ad quem propheta. O domine deus quare hoc? Cui dixit deus. Veni & ostendam tibi peccata populi, & uidebis rationem quare. Dic historiam de illo homine qui uenit cum atramentario scriptoris, & de sex alijs hominibus ipsum sequentibus, quorum quilibet habebat arma in manu sua ad occidendum. Dixit dominus illi qui portabat atramentarium. Transi per mediā ciuitatem Hierusalem, & signa thau super frontes uirorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus que fiunt in medio eius. Deinde dixit sex hominibus, ipsum sequentibus. Transite per ciuitatem sequentes eum & percutite. Non parcat oculus uester neq; misereamini. Senē, adolescentulū, & uirginem, paruulum & mulieres interficite. Omnem autē super quem ui-

deritis signū thau ne occidatis,& a sanctuario meo incipite.No.practicā signatiōis quomodo fiebat.Quādo ille notarius transeundo uidebat sacerdotes ridentes,& gaudentes &c.dicebat eis,de quo ridetis ita & gaudetis?Rñdebant,Et nunquid debemus letari & gaudere &c. quia habemus tot redditus &c.Dicebat ille,expectetis modicum,quia alij soluēt uobis &c.Quando uidebat aliquos sacerdotes plorantes dicebat.Quare ploratis?Rñdebant.O miseri.Et nunqd debemus flere,qa tot pcā fiunt cōtra deū? Tūc dicebat,amoueatis capitiū.& signabat eos signo thau in frōte.Idē fecit de militibus,ciuibus,& de alijs & de mulieribus.Tūc ꝓpheta incepit clamare & dicere heu heu heu dñe deus.Interiectio est dolentis.Ecce hīstoriā.Hoc signum thau significat humilitatē,triplici rōne. Prima quia significat crucem xpi in qua Christus uoluit humiliari,& in maiori gradu humilitatis.Apostol⁹,Humiliauit semetipsum factus obediēs usq; ad mortē,mortem aūt crucis.ad Phili.ij.Secūda qa thau interpretatur subter.talis est humilitas uera.Tertia quia thau est ultima litera hebraica.Sic semper humilis uult esse ultimus in oībus.Notarius est Christus,ut dicit gl.interli.qa ipse signat signo thau qa ipse dat humilitatē paratis. Ideo Io.Apo.vij.Vidi alterum angelum ascendētem ab ortu solis habentem signum dei uiui,& clamauit uoce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terre,& mari dicens. Nolite nocere terre,& mari neq; arboribus,quousq; signemus seruos dei nr̄i in frōtibus eorum.No.alterum angelum,scilicet Christum,nō angelum natura,sed officio:signemus nō dicit signabo,qa oportet ꝙ homo se iuuet ad signādū,cogitando cū dolore peccata que fecit,& sic hō se humiliat.Nota in frōtibus eorū,qa magis apparet,ubi notatur ꝙ humilitas debet apparere in incessu,in uestitu,in ornatu & in alijs omnibus,quia qui non signatur hoc signo humilitatis,uenit in posse illorum sex hominum armorum,qui significant sex ordines sanctorū,qui licet modo orent pro nobis,tamē in iudicio armabuntur contra nos.Sap̄.v.Armabit creaturam ad ultionem inimicorum.Patriarche armabuntur,& percutiēt cū gladio de misericordia & liberalitate.Prophete cum ense deuotionis.Apostoli cū gladio charitatis.Martyres cū scuto patientie.Confessores cum balista diligentie.Virgines cum gladio munditie.Respiciamus ergo thau,ideſt signum humilitatis,ut dicit Dauid.Fac mecum signū in bonum ut uideant qui oderunt me & confundātur,quoniā tu domine adiuuisti me & cōsolatus es me.Huic signo cō tradicitur a superbis,uanis& pōpōsis,de quibus propheta dicit Christo.Hi cōtra dicūt sacerdoti.Osee.iiij.No.sacerdoti. i.Christo.cui dicit deus pater.Tu es sacerdos ineternum secūdū ordi.Mel.p̄s. cix.Ideo dicit Christus,Discite a me qa mitis sum & humilis corde.Matth.xj.Ecce hic tria signa posita ī uia paradisi.Sed utinam non contingat nobis sicut beato Machario,cuius signa arundinea diabolus sibi amouit de uia.Ita deus pater filius,& spūssanctus in nemore hui⁹ mundi posuerunt nobis tria signa,scilicet puritatis,paupertatis,& humilitatis, sed diabolus iam amouit. Ideo pater, filius & spiritussanctus conqueruntur dicētes, psalmo.lxxiij. Signa nostra nō uidimus, iam non est propheta,quia iā inter religiosos nō apparet signum puritatis,paupertatis,&humilitatis,nec inter laicos,nec clericos.Ideo Dauid.Posuerunt signa sua signa,& non cognouerunt.psalmo.lxxiij.quia iam per diabolum amota sunt de uia.

De eadem dominica. Sermo.ij.

ECce positus est hic in signum.Luc.ij.De⁹ pater fecit nobis de filio suo sicut solet fieri euntibus ad sanctum Iacobum uel ad notabilem peregrinationem.Nā in biuijs occurrentibus ponitur aliquod signum uel crucis,uel lapidis in uia directa ne erretur, maxime quando est stricta & uix apparens,& alia uia est patens & lata.Sic in proposito iuxta illud Matth.vij.Spaciosa est uia que ducit ad perditionem,& multi sunt, qui intrant per eā,quā angusta porta & arcta est uia que ducit ad uitam,& pauci sunt qui inueniunt eam.Ideo ne erremus in eundo,deus pater posuit nobis in uia directa penitentie filium suum in signum dicens,Hoc signum uobis.Inuenietis infantem inuolutum pannis, positum in presepio.Ideo dicit thema.Ecce positus est hic in signum.Nota hic figurā de signo thau,quo soli signati saluabantur a morte.Ezechie.ix.ubi declaranda sunt tria,scilicet,

Primo de uiro induto de lineis.

Secundo de figuratione quam fecit.

Tertio de sex uiris interficientibus non signatos.

Quantum ad primum,uir lineis indutus est Christus ut dicit glo.quia quādiu fumus in ista uita,Christus est nobis indutus de lino propter dulcedinē mīe quā habet erga peccatores penitentes.Auto. Apo.j.Conuersus uidi similē filio hominis uestitū podere,scilicet alba.No.conuersus,quia quātūcūq; hō fecerit plura peccata & grauia,& uult cōuerti,& facere penitentiā,uidebit xp̄m indutū,scilicet de lino misericordie.Sed post hanc uitam uidebit ipsum armatum totum de ferro,ut homo armorum.Autoritas.Accipiet armaturam zelus illius.Induet ꝙ thorace iustitiam & pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile equitatem, acuet autem diram iram in lanceā,& pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos &c.Sap̄.v. Nota zelus illius,quia nunquā aliquis homo fuit ita zelotip⁹ de uxore sua,sicut Christus de anima nostra,quam tanto precio emit& redemit secūdū illud,Empti estis precio magno.j.ad Corin.vj.Ideo dicit deus,Ego sum dominus deus tuus fortis & zelotes.Exo.xx.Et sicut homo armaret se contra uxorem si recederet ab ipso & iret ad lupanar cum aliquo ribaldo,uel lenone,ita Christ⁹ q in baptismo desponsat aīam.Osee.ij.Sponsabo te mihi in fide.Ecce qualis honor.Sed quādo peccat mortaliter,recedit a sponso suo Christo,& uadit ad lupanar.Et sunt septē lupanaria,& septē lenones.Primum lupanar est de superbia,cuius leno est Leuiathā.Quādo ergo xps querit a scutifero,scilicet angelo,ubi est spōsa mea. Respondet angelus,Dñe recessit & iuit ad lupanar cū leuiathan,propter ꝙ xps armatur.Et concordat Esa.ix.dicens,zelus dñi exercituum faciet hoc.Et sic de alijs lupanaribus.Christus armat se primo thorace uel lorica de iustitia.Nunc ipse portat camisiam lineā intantū ꝙ si mittis sibi irato unam sagittam deuote oratiōis,ut dimittat tibi peccata, statim uulneratur.De hoc ipsemet dicit,Vulnerasti cor meum soror mea spōsa,uulnerasti cor meū in uno oculorū tuorū,& in uno crine colli tui. Canti.iiij. Nota quomodo oratio fit duobus modis siue duplex est oratio. Quedam est intellectualis,de qua Exo.xiiij.De Moyse qui orabat,& tamen ore nihil dicebat,& talis oratio uocatur ictus oculi, & sagitta que uulnerat cor Christi.Ideo dicit.Cor meum in uno oculorum tuorum. Alia oratio est uocalis,que fit ore,& ista exit per collum,& uocatur telum quod mouetur cum pōdere,& de ista dicit in uno crine colli tui,& ista oratio uocatur crinis,quia mouetur una sufflatione. Sed post hāc uitā in alio mūdo xps est ita armatus,intantū ꝙ si hō moritur impenitēs,non potest Christus ab eo uulnerari nec tāgi.Ratio,quia est armatus de thorace rigoris iustitie.Vnde legitur Luce. xvij.de illo diuite qui non potuit obtinere guttā aque quam petebat orando dicens.Pater Abraam &c.Et in capite accipiet pro galea iudicium certum.Modo uidetur surdus & cecus.Surdus,quia uidetur quod non audiat iuramenta & blasphemias quas facitis.Et cecus,quia uidetur ꝙ non uideat tot peccata q̄ fūt, quia non facit iustitiam.Videtur ꝙ nullū habeat iudicium,sed post mortem,accipiet pro galea iudiciū certum,quia si-

cut

cut galea ſtat in capite, ita ibi erit ſapiẽtia iudicij. Tunc dicet, Nõ es tu ille, qui feciſti talia &c. O domine credebam q̃ eſſetis ſurdus, & cecus. dico autẽ uobis, quoniam omne uerbum ocioſum, quod locuti fuerint homines reddent rationẽ de eo in die iudicij. Mat.xij. Hieremias. Regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudiciũ, & iuſtitiam in terra. Hiereñ.xxiij. Item ſumet ſcutũ inexpugnabile, nõ de aſſerib⁹, ſed ſcutum forte de cornu cum uenis &c. Inexpugnabile cum quo fugabit omnes ſagittas ſupplicationũ, & orationum, etiam omnium ſanctorum ſi orarent pro aliquo impenitẽte, quia non poſſunt ſcutum penetrare. Secus modo, quia ſi tuipſe mittis ſibi unam ſagittam, ſiue unum telũ orationis deuote dicendo, Deus propitius eſto mihi peccatori, ſtatim penetrat. Item in manu dextra accipiet lanceam, que uno ictu penetrabit omnes peccatores impenitentes dando ſententiam definitiuam dicens, Diſcedite a me maledicti &c. Mat.xxv. Ab illa lãcea cuſtodiat nos dominus. Patet ergo, quis eſt iſte homo indutus de lino. Nũc ergo conuertimini ad dominum deum ueſtrũ, quia benignus, & miſericors eſt, & indutus de lino mundo. Quantum ad ſecundũ uidendũ eſt, de ſignatione, quã fecit tinctor, & ſignificat ſuã magnã charitatem. Calamus ſuã magnã miſericordiã. Tincta ſiue incauſtũ, eſt ſua magna gratia erga nos. Signatur perſona ſigno thau, id eſt cõfeſsione, quando cõfeſſor abſoluit peccatorem ad extra. Similiter Chriſtus ſignat ipſum in anima int⁹. De hoc dicit Chriſtus confeſſoribus. Signemus ſeruos dei noſtri in frontibus ſuis. Apo.vij. Non q̃ ſit caracter indelebilis, ſed eſt quidã ornatus ad inſtar mulieris pulchrã coronã portãtis in qua adderetur pulchra ſtella pro ornatu. Sed nota quib⁹ perſonis debet dari ſignum thau, ſuper frontibus uirorum gemẽtium, & dolentium, ſuper cunctis abominationibus. Non ergo debet dari illis qui ueniunt ridendo, uel excuſando ſe, uel peccata abſcõdẽdo. Tales non ſunt ſignãdi ſigno thau, imo dãnatus eſt cõfeſſor qui tales abſoluit, ſed debet eis dicere, uadatis, quia ira dei ſoluat &c. ideo dicit, Signemus ſeruos dei, non ſeruos diaboli, ſcilicet non cõtritos. Idẽ de mulieribus que quando ſunt, ad pedes confeſſoris dicunt Pater noſter, uel Aue Maria, uel dicunt, Non recordor de aliquo peccato, ſed ſi confeſſor eſſet aſtutus, & interrogaret, & diceret, Quid de tali uicina ueſtra, ipſa diceret de illa omnia peccata mortalia, & etiam uenialia, ſed de ſe nõ recordatur. Dic quomodo confeſsio eſt faciẽda, ad inſtar alicuius, qui habet reddere cõputum, & cogitat, & uidet, & numerat, idem &c. Deinde ſignatur ſigno thau, contra irã dei uitandam, & anima portat illud ſignum in fronte, & quãdo exit de corpore, demones, quando uident illud ſignũ, turbantur. Autori. Turbabuntur gentes, ſupple infernales, & timebunt, qui habitant terminos a ſignis tuis exitus matutini, & ueſpere delectabis. ps. lxiiij. Propter hoc Dauid ſciẽs uirtutẽ huius ſigni orando dicebat deo. Fac mecũ ſignũ in bono, ut uideant qui oderunt me, & confundantur, quoniã tu domine adiuuiſti me, conſolatus es me. ps. lxxxv. Quantũ ad tertium de ſex uiris armorum, interficientibus non ſignatos. Hi ſunt ſex ordines ſanctorũ, qui ſunt in celo, ſcilicet patriarche, prophete, apoſtoli, martyres, confeſſores, & uirgines, qui modo ſunt ad inſtar Chriſti induti, ſed poſt hanc uitam armabuntur cum Chriſto. Autoritas. Armabit creaturam, id eſt uniuerſitatẽ ſanctorũ, ad ultionem inimicorũ, & pugnabit cõtra inſenſatos. Sap. v. Nota contra inſenſatos, ergo nõ contra me dicit ſapiens. Sed quot ſunt qui non credunt, imo putant ſe eſſe ſapientes? Nota ſex conditiones ſtultorũ. Prima eſt auarorum, qui totam uitã ſuã ponunt in pecunijs, & bonis temporalibus, & non curant de ſpiritualibus. Contra iſtos inſenſatos pugnabit Chriſtus in iudicio, quando anima exit de corpore dicẽs Michaeli, uoca patriarchas, qui uenient armati, quibus dicet Chriſtus, Vos qui

qui fuiſtis miſericordes, &c. quid uobis uidetur faciẽdum de illo auaro uſurario &c. Tunc illi gladio liberalitatis percutiẽt dicẽdo. Iudiciũ ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiã. Iac. ij. Iſto ictu miſer cadit in infernum. Secunda cõditio ſtultorum eſt indeuotorum, qui non honorant deum, nec ſanctos, nec eccleſias, nec ſeruos dei, imo iurãt, & blaſphemant deum, & ſanctos, de eccleſijs faciunt lupanaria, uituperant ſeruos dei, quando tales moriuntur, & ſunt in iudicio, uocabuntur prophete, qui uenient armati, quibus dicet Chriſtus. Vos qui fuiſtis homines deuoti, quid uidetur uobis faciẽdũ de his indeuotis &c. Qui lancea deuotionis percutient dicentes, Domine maledicti erunt qui cõtempſerunt, & condemnati, qui blaſphemauerunt te. Tho.xiij. Tertia eſt inuidorum, qui non poſſunt uidere bonum proximi abſq; dolore cordis, qui percutiuntur ab apoſtolis enſe charitatis dicentibus, quia nõ fuerunt charitatiui. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet uitam eternam in ſe manẽtem. j. Ioãnis. iij. Quarta eſt uindicatiuorum, qui nolunt remittere iniurias propter Chriſtum. Nunquid eſſet magna ſtultitia percutere ſeipſum gladio in pectore? Ita faciunt uindicatiui, qui primo occidunt animam ſuam, ut poſsint occidere aſinũ proximi, id eſt corpus. Qui percutiuntur a ſanctis martyribus, Georgio, Vincentio &c, qui fuerunt patiẽtes, qui percutiunt cum axa dicentes, Vos dñe dixiſtis uindicatiuis, Pater meus celeſtis tradet uos tortoribus niſi remiſeritis unuſquiſq; fratri ſuo de cordib⁹ ueſtris. Mat. xviij. Quinta ocioſorum, qui nolunt laborare in bonis operibus, quibus contingit, ut mercatori ſtulto, qui non uult emere tempore ferie, ſed poſt, & emet pro floreno, quod poterat habere pro uno denario tempore ferie, qui percutiuntur a ſanctis confeſſoribus ſcilicet Martino, Dñico &c. Qui fuerunt diligẽtes, cũ apoſtolus dicat, Si qs nõ uult operari nõ mãducet. ſ. &c. Theſſalonicẽ. iij. ſed mittẽtur ad hoſpitale miſerorũ ſcilicet ad infernũ. Sexta eſt luxurioſorum qui ſunt inſenſati ad inſtar illius, qui in ſuperiori domo tenebat magnas mercãtias, & in domo inferiori tenebat paleam, uolebat ſe calefacere, incendit paleã, & amiſit oẽs merces &c. Sic domus ſuperior eſt mẽs ubi ſunt merces meritorũ. Domus inferior, ubi ſunt palee ſenſualitatis. Quando ergo luxurioſus uult ſe calefacere accẽdit ignẽ in domo inferiori. ſ. in ſenſualitate, & cõburit etiã q̃quid eſt in domo ſuperiori, quia amittit oĩa merita. p unũ enim peccatũ luxurie puta fornicationis, uel adulterij &c. oĩa merita mortificant, ſimiliter & p quodlibet mortale. De quo uide ſan. Tho. pulchre diſſerentẽ. Ignis eſt uſq; ad conſummationem deuorãs, & omnia eradicans genimina. Iob.xxxj. Et loquitur de luxurioſis, qui percutiuntur a uirginibus, ſcilicet Katharina, Vrſula &c. que propter fetorem claudunt ſibi naſum cum manica di. non intrabit in eam, ſcilicet gloriã aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium. Apoc. xxj. Attendamus ergo ad ſignum de quo dicit the. Ecce poſitus eſt hic in ſignum, ſcilicet uirtutum, & in uiam rectam, ſcilicet penitentie, ut habeamus gratiam in preſenti, & in futuro gloriam.

In feſto circũciſionis xpi. Ser. unicus.

APparuit benignitas, & humanitas ſaluatoris. Ad Titũ.iij. & in epiſtola. In hac die q̃ eſt caput anni, ſancta mater eccleſia facit feſtum circunciſionis domini quẽ hodie uoluit recipere propter tres rationes, quas declarabo. Materia erit ſatis ſpeculatiua, & continet multa ſecreta. Sed ſi bene uultis attẽdere optime eam intelligetis. Sed primo ſalutetur uirgo Maria &c. Apparuit benignitas &c. Dies iſta dicitur ſolennis propter tria ſingulariter, que hodie fuerunt facta in perſona infantis domini noſtri Ieſu Chriſti, que tanguntur in themate.

Primum

Primum fuit susceptio circuncisionis dolorose.

Secūdū fuit effusio sanguinis p̄cios̄i.

Tertium fuit donatio nominis uirtuos̄i, que notantur in themate.

Primū ostenditur cum dicitur, Apparuit benignitas. Secundū cū dicitur, & humanitas. Tertiū cū dicitur, saluatoris, ergo apparuit, &c. Primū quod hodie fuit factū in p̄sona infātis, dñi nostri Iesu Christi, fuit susceptio circūcisionis dolorose. Oēs intelligitis, qd est circuncisio, scilicet incisio preputij illius partis hominis uerecunde, que cū magno dolore, & periculo dabatur, intantū q̄ multi pueri ex hoc moriebantur, hanc circuncisionem uoluit hodie habere siue recipere dominus Iesus Christus, octo dierū iuxta preceptū Moysi dicentis, infans octo dierū circūcidetur in uobis. Omne masculinū in generationibus uestris tā uernaculus quam emptitius circuncidetur, & quicunq; nō fuerit de stirpe uestra, eritq; pactū meum in carne uestra in fedus eternū. Masculus cuius preputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima sua de populo suo, quia pactum meū irritum fecit. Geñ. xvij. idē precipitur Leui. xij. Mulier que susceptо semine peperit masculū immūda erit septē diebus, & die octaua circūcidetur infantulus. ecce p̄ceptū legis strictum, graue & dolorosum. Hoc preceptū Christus uoluit seruare, & cōplere. in quo uidetur mihi, q̄ Christus tenuit modū diuitis plures captiuos habētis, qui uolens suos captiuos custodire dat eis signū annuli in tibia. Sic fecit dominus deus, qui recepit populum Israel ut seruiret sibi, & ipse esset dominus ei⁹. Dedit eis hoc signum circuncisionis dicens Abrae, qui fuit primus, qui ipsum recepit. Circuncidetis carnem preputij uestri, ut sit in signū federis inter me, & uos. Geñ. xvij. Itē dominus deus, qui tūc precepit, & dedit illud signum populo Iudeorum factus homo, hodie recepit illud signum, ut captiuos liberaret ab illo signo. ecce ratio quare Christus uoluit hodie recipere circunsionē, in qua ostēdit suam infinitam benignitatem. Ideo dicit prima clausula. Apparuit benignitas. De qua benignitate dicit beatus Lucas, Ipse benignus est super ingratos, & malos. Luc. vj. Ingrati, & mali sunt Iudei, qui noluerunt dominū suum recipere, qui maximam benignitatē ostendit uolens se subijci legi ad quam nō obligabatur, sed ut nos liberaret, & ī filios nos adoptaret. Hanc rationē tāgit ap̄s dicens. At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suum ex muliere factū sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, id est liberaret, ut adoptionē filiorū dei reciperemus. Ad Gal. iiij. patet per predicta ratio. Nota, uenit plenitudo temporis. Dominus deus omnibus rebus mundi huius dedit certum tempus, & certū durationem. Salomon. Oīa tēpus habēt, scilicet determinatum, & limitatum, & suis spacijs transeunt uniuersa sub celo. Eccles. iij. Circuncisioni dedit deus certū tēpus determinatū, & limitatū, & principium, & finem, & debuit durare, quasi per duo milia annorum. principium ei⁹ fuit in patriarcha Abraam. Finis eius in domino nostro Iesu Christo. Inter istos duos terminos durare debuit pactū circūcisionis. Autoritas. Dixit deus Abrae. Ego sum dominus deus omnipotēs. Ambula corā me, & esto perfectus, ponāq; fedus meum inter me, & te. Infra hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me, & uos, & semen tuum post te. Circūcidetur ex uobis omne masculinū. Geñ. xvij. Complemētum ergo, & plenitudo temporis denotatur hic. Hic potes cogitare, & uidere quanta est cecitas Iudeorum, quos de⁹ liberauit, & liberos fecit, & ipsi uolunt esse captiui. Marc. modo nullus uestrum obligatur ad istam circūcisionē materialē, quia finita, & terminata est in Christo. Sed obligamur ad circūcisionem moralem siue spiritualem. Sicut enim tunc circuncidebatur superfluum illius partis, & remanebat illud quod erat necessarium, ita moraliter est nunc faciendū. Circuncidere oportet superfluum in illis partibus gladio discretionis.

tionis. Illi qui non sunt de matrimonio non curent de illo actu, nec cogitando, nec loquendo, nec operādo aliquo modo, imo occasiōes, oportunitates, & corruptiones uitare debēt. Sed uir cū uxore, hoc quod est necessariū pro conseruatione humane nature, sine peccato cō mittere potest, seruando modum debitum omnibus superfluis circūcisis. Hec circuncisio est nobis necessaria ad salutionē. Ideo Christus. Sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnū celorū. Qui potest capere capiat. Mat. xix. Talibus dicit apostolus. In Christo Iesu circuncisi estis circuncisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione Christi, scilicet spirituali &c. Ad Colł. ij. Nota expediens, quod sicut quelibet persona tenetur ad istam circūcisionem moralem, ita & quelibet cōmunitas debet circūcidere publicas putanas seu meretrices q̄ stant per uicos ciuitatis, & expellere eas de communitate, & solum retinere lupanaria ad remedium. Secundum quod hodie fuit factū. In persona infantis Iesu Christi fuit effusio sanguinis precios̄i. Et hoc ostenditur cum dicitur. Apparuit humanitas. Vera humanitas Christi apparuit in circuncisione in sanguinis effusione, sine qua non poterat dari. Ideo legitur Exo. iiij. de Sephora. Tulit ilico Sephora petrā acutissimā, & circūcidit preputiū filij sui dicens. Sponsus sanguinum tu mihi es ob circuncisionem. Videtur mihi, q̄ Christus in sua circuncisione tenuerit modum magni mercatoris, uenientis ad feriam pro emendo preciosas merces, quas non soluit, sed dat signum, uel arram. Deinde tempore statuto soluit totum precium. Ita fecit dominus noster Iesus Christus, qui uenit de celo in terrā in quam intrauit in die natiuitatis ad emendum preciosas margaritas, id est animas in feria huius mundi, dicens mundo, Da mihi animas, cetera tolle tibi. Gene. xiiij. Precium emptionis fuit totus sanguis Christi soluendum in die ueneris sancta in mensa cambij, scilicet arboris sancte crucis secūdum quod erat ordinatum. Sed hodie dedit signum, uel arram, ut se tenerent pro eo. Ecce hec est secunda ratio quare Christus uoluit hodie recipere circuncisionem in qua apparuit humanitas. Sciebat Christus esse aliquos hereticos futuros ex ignorantia dicentes quod non assumpsit ueram carnem humanam, sed corpus aereum, ut angeli faciunt, quando apparent hominibus, hoc est erroneum, & contra articulum fidei dicētis, Qui propter nos homines, & propter nostrā salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu-sancto, ex Maria uirgine, & homo factus est. Athanasius. Perfectus deus perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens. Et fuit cōpleta prophetia Dauid de ista humanitate dicens, Homo natus est in ea, scilicet uirgine Maria, & ipse fundauit eam altissimus. Constructio incipit hic, Ipse altissimus fundauit eam. Fundamentum redemptionis humane aliud nemo potest ponere preter id quod positū est. j. Corī. iij. In hoc fundamento passionis deus fundauit hodie uirginem Mariam. Et ecce modum, quē quia circuncisio, que dabatur antiquitus erat figura passionis Christi, ex decem circunstantijs, que ibi obseruabantur, que etiam seruate fuerunt in circuncisione Iesu Christi, uirgo Maria optime intelligebat, quia secundum quod dicit Origenes, omnes prophetias intelligebat mirabiliter. Prima circunstantia que etiam iuxta circuncisionem est, fuit quando Ioseph hodie dixit uirgini Marie. Est uoluntas dei quod filius uester accipiat circūcisionem, quia hodie sunt octo dies a sua natiuitate, hodie ergo debet dari. Respōdit uirgo Maria, quod erat uoluntas dei. Tunc Ioseph recessit a Christo, & a uirgine Maria matre, & iuit ad rabinos &c. Hoc figurabat, quod sic in passione unus discipulus eius recederet ab eo, & iret ad Iudeos dicens, Quid uultus mihi dare, & ego uobis eū tradam. Quod intelligens uirgo plorabat. Secunda fuit, quando Ioseph uenit

cum

cū multitudine Iudeorū, quia sicut nos congregamur in baptismo pueri, ita tūc Iudei in circūcisione. Hoc figurabat turbam magnā q̄ uenit cū gladijs & fustibus ad accipiendū xp̄m in nocte sue passionis. Tertia fuit q̄n uirgo recepit filium suū. Et ipso recepto de presepio p̄sentauit ipsum rabinis. Hoc figurabat q̄ sic in passione Christus presentaret iudicib⁹, Anne & Cayphe, Pylato & Herodi. & uirgo plorabat cōtinue. Quarta fuit q̄n imponebat sibi hoc nomē Iesus. Hoc figurabat sententiam passionis irreuocabiliter datā per quā saluū fecit populum suū a peccatis eorum. Quinta fuit quando Iudei eleuauerunt sibi uestes, quod figurabat nudationem Christi in passione iuxta crucem, quod intelligens uirgo flebat uberrime. Et dicebant sibi Ioseph & rabini, bene uidetur certe q̄ estis inuenis. Sexta fuit in circūcisiōe preputij, tunc ex dolore infans Iesus clamauit flendo, quod figurabat clamorē quē fecit in cruce in passione alta uoce. Cogitate fletū uirginis Marie. Septima q̄n uirgo in pāno de lino recipiebat sanguinē circuncisionis, qđ figurabat qđ sic in passione in pede crucis uirgo Maria in suo uelo reciperet sanguinem eius. Octaua q̄n imponebatur sibi unguentum in uulnere circuncisionis qđ figurabat unctionem sui corporis in sepulchro siue sepultura. Nona q̄n uirgo cū Ioseph posuerunt filiū in presepio, quod figurabat q̄ sic in passione corpus poneretur in sepulchro per Ioseph ab Arimathia & Nicodemum. Decima q̄n uirgo plorabat super presepe respiciendo filiū, qđ figurabat q̄ sic in passione uirgo faceret planctum super sepulchrū. Ecce quo modo altissimus fundauit eam, scilicet uirginem Mariā in fundamento passionis. Ideo dicit. Fundamenta eius in mōtibus sanctis. p̄s. lxxxvj. Nota in montibus sanctis propter altitudinem cōtemplationis passionis Christi in dictis circunstantijs. Ex his Leo Papa extrahit moralitatem dicens. Agnosce o Christiane dignitatem tuam, & diuine consors factus nature noli in ueterem uilitatem degenere conuersatione redire. Memē to cuius capitis & cuius corporis sis mēbrum. Reminiscere, quia erutus de potestate tenebrarum trāslatus es in lumē & regnum. Noli te iterum seruituti diaboli subijcere. quia precium tuum sanguis Christi est, qui ueritate te iudicabit, qui misericordia te redemit. Ergo ex quo precium nostre redēptionis est tam magnum & tanti ualoris, caueamus ne uendamus nos diabolo modico pretio superbie. Superbus uendit se diabolo modico uento superbie & uanitatis. Auarus de uno denario. Luxuriosus modica delectatione. Gulosus uno cibo uel una tacea uini. Ad cognoscendum q̄ta est culpa illius qui peccat mortaliter, nota hic parabolam de mercatore qui emerat margaritam preciosam, quam commisit uxori ad custodiendum in panno inuolutam quam dedit pro folio lactuce. Quilibet nostrum reputat hanc mulierem fatuam fuisse. Sed utinam nos non simus in eadem fatuitate. Hic mercator est Christus. Lapis preciosus seu margarita est anima nostra que plus ualet quam aliquid corporale, que est empta p̄cioso sanguine Iesu Christi. j. Pet. j. Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paterne traditionis, id est uenditionis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Hanc margaritam panno carnis inuolutam Christus commisit mihi & tibi & illi. Mulier transiens portans lactucas uel huiusmodi est tentatio. calor estatis est ardens desiderium illius rei pro qua peccas mortaliter, tūc tradis diabolo margaritam pro tribus lactucis scilicet cogitatione, locutione, & operatione. Ideo caueatis. Alias dicit Dauid. Frater non redimit, quia nullus purus homo poterat redimere. Dicit sanctus Tho. iij. parte. q. j. articu. ij. ad ij. q̄ nulla pura creatura potuit satisfacere pro natura humana. Item. iij. scrip. distinctio. iiij. ad nonum. Sed satisfactio pro tota natura humana debuit fieri per mortē

mortem Christi, quia debuit esse uniuersalis & exemplar cuiuslibet alterius, ut dicit sanctus Tho. iij. dist. ij. ad. vij. c. iij. & in de ueritate. q. xxix. ad. vij. Vnde Dauid subdit. Redimet homo, scilicet De⁹, & non dabit Deo placationem anime sue. Et sequitur pena. Laborabit in eternum & uiuet adhuc in finem, quia eternaliter erit in pena ergo auisemur ne peccemus mortaliter. Tertiū quod hodie fuit factum in persona infantis Iesu Christi, fuit donatio nominis uirtuosi cū dicitur saluatoris, sicut nos modo imponimus nomen in baptismo. Hoc nomen Iesus est uirtuosum, quia omnes uirtutes quas Deus posuit in herbis, lapidib⁹, uerbis, planetis, stellis, constellationib⁹, omnes sunt & continentur in hoc bene dicto nomine Iesus, qđ fuit hodie datum Christo. Luc. ij. postq̄ consummati sunt dies octo ut circūcideret puer, uocatum est nomen eius Iesus. Circa hoc nota q̄ hoc nomen Iesus conuenienter Christo impositum est in sua circūcisione, ut dicit sanctus Thomas. iij. parte. q. xxvij. arti. ij. quia nomina debent proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generum & specierum, quia ut dicitur. iiij. Methaphysice, Ratio quam significat non est diffinitio que designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate eius cui nomen imponitur, uel a tēpore uel a cogitatione, uel etiam ab euētu uel ex aliqua qualitate. Horū omniū exempla doctor sanctus ubi supra in corpore articuli ponit. Sed nomina que imponuntur aliquibus diuinitus semper signant aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum. sicut Genesi. xvij. dictū est Abrae, Appellaberis Abraam, quia patrem multarum gentium constitui te. Et Mat. xvj. dictum est Petro, Tu es Petrus & super hanc Petram edificabo ecclesiam meam. Quia igitur Christo hoc munus gratie collatum erat ut per ipm omnes saluarentur, ideo conuenienter uocatum est nomen eius Iesus, id est saluator, angelo hoc nomen prenunciante non solum matri, sed etiam Ioseph qui erat futurus nutritius. Itē sanctus Tho. ubi supra in sol. ad. ij. dicit q̄ hoc nomē Iesus est nomen proprium Christo inquantum significat spirituale & uniuersalem salutem, non autem ut particularem & temporalem. Si enim his qui fuerunt ante Christum potuit conuenire hoc nomen Iesus, & pluribus ante Christum fuit in ueteri testamento impositum, ut patet etiam ex genealogia xp̄i, ubi dicitur, qui fuit Her, qui fuit Iesu, q fuit Heliezer. Luce. iij. Item hoc nomē Iesus significat humanam naturam, sed Christus naturam diuinam & humanam ut dicit sanctus Tho. iij. parte. q. xv j. arti. v. in corpore articuli. ubi dicit q̄ in hoc nomine Christus intelligitur & diuinitas ungens, & humanitas uncta. Et in. iij. scrip. distin. x. &. xj. contra gentiles. iiij. ca. xxiij. Hic nota pulchram speculationem. Videtur mihi q̄ spiritussanctus tenuerit erga xp̄m modum quem tenent doctores uel scriptores erga librum, & libro composito imponunt sibi nomen uel titulum de litera rubea iuxta materiam de qua tractat liber, ut de anima, uel de celo & mundo, & sic de alijs. Sic etiam spiritussanctus composuit & scripsit librum, scilicet corpus Christi ipsum formando & organizando, & animam cum potentijs creando, in quo scripsit oēs uirtutes theologales, morales &c. Ideo dicebat Deus pater spirituisancto. Sume tibi librum grandem & scribe in eo stilo hominis. Esaie. viij. Magnus liber fuit Christus, quia existens in terra tangebat celum & non habebat titulum, sed hodie cum uermilione de illo cornu spiritussanctus ipsum intitulauit nomine Iesus. Nec habet aliud proprium nomen nisi istud. Ideo quando hoc nomen Iesus nominatur in ecclesia omnes Christiani debent inclinari, quia idem est quod saluator. Ideo dixit angelus Ioseph. Vocabis nomen eius Iesus. Ipse enim saluū faciet populum suum a peccatis eorum. Matth. j. Populus eius sunt

credentes in eum & sibi obediẽtes. Nota quomodo nomen Iesus representat nobis modũ nře saluationis tripliciter.

Primo interpretatione.

Secundo pronunciatione.

Tertio representatione.

Primo modo Iesus interpretatur saluator. Secundo in hoc nomine Iesus sunt due syllabe. Prima est ie, in qua sunt due litere scilicet i & e. Hec prima syllaba significat humanitatem, que consistit in duabus substantijs, scilicet corporis & anime. Non enim anima rõnalis est homo, sed homo est aliquid compositũ ex anima & corpore. ut dicit sanctus Tho. j. par. q. lxxv. ar. iiij. Vnde & Aug. xix. de ciui. Dei cõmendat Ciceronem, qui hominem nec animã solã nec solũ corpus, sed animã simili & corpus esse arbitrabatur. Similiter nec anima est humanitas, quia ut doctoris sancti probabilior est sententia. In rebus materialibus forma totius sicuti humanitas distinguitur realiter, saltẽ partialiter a forma partis, ut ab anima rationabili. Si igitur humanitas xpi in duabus consistit substantijs saltem, scilicet corporis & anime. Hãc distinctionẽ beatus Tho. ponit. iiij. distin. xliij. q. j. ar. j. Idem in quodlibetis quodlib. ij. q. ij. Hec litera I significat animam. & litera E significat corpus. Secunda syllaba est sus. Hec significat unitatem Christi propter accẽtum altum. Et habet tres literas significantes triplicem honorem qui Christo debetur secundũ quod dicit apostolus. Deus dedit illi nomen quod est super omne nomen ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium terrestrium & infernorum. Ad Philip. ij. Tertio representatione. quilibet vult habere tabulam & imaginem crucifixi. Dico ꝙ hoc nomen Iesus si subtiliter contemplatur, representat crucifixionem xpi, in qua fuit nostra salus siue saluatio. Primo hec litera h significat crucifixum, quia dicit Priscia. ꝙ h non est litera, sed aspirationis nota. ideo significat xpm in cruce existentem, quia tũc nõ fuit litera legibilis, quia uix cognoscebatur. Vidimus eũ & nõ erat aspectus. Esa. liij. Sed fuit aspirationis nota, qñ clamans uoce magna expirauit. Secundo in hac litera h sunt tres lineationes, scilicet linea recta que significat animam Christi rectissimam. Secũda est linea retorta que significat corpus xpi passibile & retortum in cruce. Tertia linea est titulus desuper que significat deitatẽ que est super omnia. Litera I significat latronem bonum ad dexteram crucifixi crucifixum duplici ratione, quia sicut est parua litera, sic latro paruulum se reputabat, & humilẽ, qñ cognoscens suos defectus dixit alteri latroni. Nos quidem iuste digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. Luc. xxiij. Secunda ratio, quia sicut hec litera I est recta, sic latro fuit rectus quãdo dixit Christo Dñe memento mei dũ ueneris in regnũ tuũ. Hec litera S significat latronem a sinistris Christi crucifixum. Ratio quia sicut hec litera S est retorta, sic ille latro fuit tortuosus & blasphemus quando dicebat Christo, si tu es Christus saluum fac teipsum & nos. Luc. xxiij. Duo puncta que sunt in hoc noñe Iesus, significant uirginem Mariam & Ioannẽ Euangelistam, quorum uita stabat in puncto propter dolorẽ passionis xpi. Ideo hoc nomen Iesus est ueneranduꝫ, & sperandum est in eo. Dauid. Beatus uir cuius est nomen domini spes eiꝰ & non respexit in uanitates & insanias falsas. ps. xxxix. Ideo beatus Petrus postquam in nomine Iesu curauit unum cõtractum dixit. Non est aliud nomen sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Act. iiij. Nota saluos fieri non solum in anima, sed etiam in sanita te corporali intelligitur. Dic moraliter contra illos qui recurrũt ad diuinos, sortilegos, cõiuratores & huiusmodi. Ideo Dauid. Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deum alienum, Nónne Deus requiret ista, scilicet ad puniendum & uindicandum. ipse enim nouit abscondita cordis Psal. xliij. Deo gratias.

In uigilia Epiphanie dñi. Ser. unicus. Here-

HEredes sumus secundũ spem uite eterne. ad Titum. iij. & in epistola. In presenti sermõe uolo uobis declarare quot modis homo potest habere hereditatem paradisi. Sed ut materia sit Deo acceptabilis & gratiosa, nobis utilis & proficua, salutef uirgo gloriosa. Heredes sumus &c. In sententia effectus huius uerbi est ꝙ habeamus spem firmam ꝙ erimus heredes uite eterne. Inuenitur clare in sacra scriptura ꝙ ad istã spem habendi heredi tatẽ uite eterne, que est maior spes quã homo potest habere, gradatim Deus duxit hominem. Verbi gratia. Post peccatum Ade homines habuerunt spem uite inferni, non dico spem mortis inferni, quia tunc in inferno erat uita & mors. Quia boni & sancti in limbo sanctorum patrum existentes habebant spem uite inferni, & non habebant penam sensus, sed erant in tenebris, quia non habebãt presentiam Dei, & ille locus erat uita inferni. De isto loco dixit Iacob patriarcha. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Geñ. xxxvij. Ergo Iacob iã intelligebat ꝙ filius erat in inferno. Ecce spem antiquorum tẽpore legis ueteris. Ideo dicebat sanctus Iob. In profundissimum infernum descendet anima mea. Iob. xvij. Non loquebatur de inferno damnatorum, sed de limbo patrum sanctorũ qui dicitur ꝓfundissimus respectu celi & elementorũ. Deinde Deus mutauit spem hominũ qñ dedit legem scripture, quia tunc dedit eis spem uite eterne pro hereditate. Quia lex Moysi nõ promittebat sanctis psonis & deuotis nisi bona terrena & tẽporalia huius mũdi. Leuitici. xxvj. Si in preceptis meis ambulaueritis, dabo uobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germẽ suũ, & pomis arbores replebuntur. Ibidem. Dabo pacẽ in finibus uestris, dormietis & nõ erit qui exterreat. ibidẽ. Comedetis panem uestrum in saturitate &c. Vide ibi totum capitulum & multum pulchrũ. ideo dicebat Esaias populo Israel in persona Dei. Si uolueritis & audieritis me, bona terre comedetis. Esa. j. de hoc sanctus Tho. j. ij. q. xcix. ar. vj. plene determinat & rationem dicti assignat. Deinde uenit filius Dei in carne humana, & dedit legem gratie & eleuauit spẽ hominum in altum scilicet hereditatis uite eterne. Quia modo boni qui tenẽt sanctam uitam & iustam iam non expectant uitam infernalem nec temporalẽ, sed expectant uitam eternam. Exaltari oportet filiũ hominis ut omnis qui credit in ipso non pereat, sed habeat uitam eternam. Io. iij. Propter hoc dicit thema propositum heredes sumus secundũ spẽ scilicet legis gratie uite eterne, patet thema. Pro dictorum intelligentia nota ꝙ lex diuina distinguitur in ueterem & nouam, non sicut in species omnino diuersas. sed sicut in imperfectum & perfectum in eadem specie, ut dicit S. Tho. prima secunde. q. xcj. ar. v. &. q. xvij. ar. j. Lex uetus erat bona, quia reprimebat concupiscentias & consonabat rationi, sed erat imperfecta, ut dicit sanctꝰ Thomas prima secunde. q. xciij. articu. j. nec conferebat gratiam, quia hoc Christo reseruatum fuit a Deo, & assimulatur puero ut imperfecta, sed lex noua uiro assimilatur ut perfecta, ut dicit sanctus Tho. j. ij. queſt. xcj. articu. v. &. q. xcix. articu. vj. Et lex noua principaliter promittit spiritualia, & ordinat actus etiam interiores. & est lex amoris, ideo est perfectior lege ueteri que habet opposita, ut dicit sanctus Tho. j. ij. q. xcj. art. v. &. q. xcix. ar. vj. Inuenio ꝙ quatuor conditiones personarum possunt habere spem certam hereditatis uite eterne secundum ꝙ in hoc mundo aliqui consequuntur hereditatem.

Primo filij & filie legitime generati.

Secũdo parẽtes sanguine propinqui.

Tertio amici cordialiter amati.

Quarto pauperes ab omnibus bonis separati.

Et nõ inuenio plures, ergo heredes sumus &c. Dico prio ꝙ in hoc mũdo cõsequunt hereditatẽ filij uel filie legitime

generati. Hoc est clarū, & secundū ratio nem naturalē. & iura imperialia, & pontificalia, & etiā theologicalia. Legitur ad Gal. iiij. de quodā puero de quo erat magna questio, an debebat habere hereditatem patris, an nō. Quidā dicebant ꝙ sic, quidā ꝙ non. Questio uenit ad apostolū Paulū legistā, & canonistā, & cōpromisserunt in eū. Qui nō curauit de aliquo alio nisi scire an ille puer erat legitimus. Quo scito statim dedit sententiā dicēs. Itaq; iam nō est seruus, sed filius, ꝙ si filius, & heres per deū. ad Gal. iiij. Modo uideamus qui sunt filij legitimi dñi nostri Iesu Christi. Dico ꝙ solū pueri nouiter baptizati, quia licet nos fuerimus ei⁹ filij, tamē ex peccatis nostris facti sumus ei⁹ inimici, filij legitimi sunt quādo sunt geniti de uiro, & uxore legitima. Hoc modo Christus sponsus de ecclesia uxore sua, & sponsa legitima generat filios, & filias in baptismo. Ioan. primo. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui nō ex sanguinibus, id est, seminibus patris, & matris, neque ex uoluntate carnis, id est, mulieris, neque ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. ecce qui sunt filij dei legitimi. Ergo certum est ꝙ erunt heredes uite eterne, si decedant anteq̄ peccent mortaliter. Filij legitimi absq; questione, & contradictione intrant domū patris, quasi dicerent illud apostoli. Spiritus sanctus testimonium reddit spiritui nostro ꝙ sumus filij dei. Si autē filij, & heredes. heredes quidē dei, coheredes autē Christi. ad Roma. viij. Pro dictorū pleniori intelligentia uide. q. lxix. iij. partis Thome doctoris. scilicet in qua ponit uarios baptismi effectus, scilicet spiritualē regenerationem, vt patet arti. viij. in corpore articuli. Incorporationem etiā pro effectu baptismi sanctus Tho. assignat, & illuminationem simul, & fecundationē. vt patet ubi, s, arti. v. De quibus etiam effectibus notabiliter in iiij. dist. iiij. q. ij. determinat. Quare isti pueri dicuntur filij xpi legitimi? nunquid habet filios illegitimos seu bastardos? Dico ꝙ sic. de⁹ habet unā ancillā seu captiuā, scilicet carnē siue naturā ex qua generat filios spurios seu bastardos, scilicet omnes infideles qui ueniunt per generationē seu naturalē siue carnalē. Ideo isti nō consequuntur hereditatem uite eterne. Autoritas. Abrahā duos filios habuit, unum de ancilla, aliū de libera. Qui autē de ancilla secūdum carnem natus est, sed qui de libera per repromissionem. Hec autem per allegoriam dicta sunt. ad Gal. iiij. Et loquit de Christo cū dicit, hec per allegoriam dicta sunt. Dominus noster Iesus xps habet duos filios. Vnū de libera, scilicet ecclesia sponsa, & uxore sua, ex qua genuit populū Christianū. Aliū de ancilla siue de captiua natura uel carne, scilicet populo infideli. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius, nō erit heres filius ancille. ad Gal. iiij. Ratio, quia non est filius legitimus. quia quod natū est ex carne, id est generatione carnali, caro est. ideo non potest celum intrare. sed quod natum est ex spiritu, id est, per generationē spiritualē, spiritus est. ideo Amen amen dico uobis nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non pōt introire in regnū dei. Io. iij. Sed de⁹ tenet modū boni patris, bonus pater filijs bonis, & legitimis dat hereditatem, malis autē filijs, & inobedientibus nihil dat, imo ipsos flagellat. filijs autē illegitimis, & bastardis non dat hereditatē, sed dimittit eis certū qd pro uita. Recte ita facit Christus qui filijs legitimis bonis, & obediēdibus dat hereditatē paradisi, malis autē filijs, & inobedientibus sicut sunt infideles dat penam inferni ubi flagellantur. bastardis autē, scilicet pueris illegitimis sine baptismo solū cum originali peccato descendētibus dat uitā in limbo. Ideo de filijs bonis, & legitimis dicit propheta Dauid. cū dederit dilectis suis somnum. ecce hereditas domini filij merces fructus uentris. ps. cxxvj. Ecce notat immediationem, hereditas domini que est merces filij legitimi, quia est fructus uentris ecclesie. supple, sponse Christi. Ecce prima conditio. Secundo dico

dico ꝙ in hoc mundo consequuntur hereditatē parentes ex sanguine cōiuncti. sicut sunt germani, parentes, nepotes, & huiusmodi. Hoc patet ad practicā. Et ita uolunt iura tam diuina q̄ humana. Nume. xxvij. Homo cū mortu⁹ fuerit absq; filio, ad filiā eius transibit hereditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod & si fratres non fuerint, dabitis hereditatē fratribus patris eius. Si autē nec patruos habuerit, dabitur hereditas his qui ꝓximi sunt &c. Modo uidendū est qui sunt parentes Christi ꝛanguine ꝓpinqui. Dico quod sancti martyres qui pro fide Christi uel iustitia uel ueritate uel uirtute quacūq; mortui sunt, quia tunc per martyriū quod recipiebāt in memoriam passionis Christi miscebantur. Legitur Apoca. vij. ꝙ deus ostendit beato Ioanni gloriā suā in qua uidit Christū sedentem super thronū, & multi sancti stabant corā eo in albis cum palmis in manibus suis in signum uictorie, & fuit dictū Ioāni. Hi qui sunt amicti stolis albis, qui sunt, & unde uenerūt? Dixit Ioannes. Domine tu scis. Nesciuit respondere. Cui Christus. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, id est, uirtutes, & dealba uerunt eas in sanguine agni. Et nunquid in sanguine proprio? Dico ꝙ non, quia sanguis proprius nullā habet uirtutē uel efficaciam, nisi misceatur cum sanguine agni per fidē, & memoriā passionis xpi. Nota qui uenerūt ex magna tribulatione. Quatuor tribulationes sunt in hoc mūdo, & quarta que est maior facit martyrem. Prima est malorū uerborū quando bonis, & deuotis personis dicit. Vos estis hypocrita fictus, falsus, & huiusmodi. Magna tribulatio est huiusmodi, licet respectu aliarum sit modica, quia uerba non sunt nisi uentus, & statim trāseunt, & est magnū meritū, quādo sustinentur patienter. De quibus dicit Dauid. Verba iniquorū, id est, malarū personarum preualuerūt super nos. Sed quid meremur ex hoc ostēditur ibi. Et impietatib⁹ nostris tu propitiaberis. ps. lxiij. Secunda tribulatio est quādo nō solū uerbo, sed etiam facto furātur bona, & officiū &c. etiam parua est, quia bona huius mundi sunt etiā amittēda &c. sed meritū est magnum. Nota exemplum de heremita cui quidam bonus homo portabat quotidie panem amore dei. Et quidā iuuenis heremita furabatur medietatē. Quod sciēs sanctus heremita patienter sustinuit, licet ex defectu panis efficeretur macer, & impotēs. Et quādo debuit mori cōgregati sunt ad eū omnes heremite. Qui uidens illū qui furabatur sibi panem, uocauit eū, & osculabatur sibi manus dicens, O benedicte manus que tantū meritum acquisiuerunt. de quo alij mirantes qui sciebāt illū esse indeuotū satis &c. Ideo apostolus, Rapinā bonorū uestrorū cū gaudio suscepistis cognoscētes uos habere melioreē, & manentē substātiā, scilicet in celo ad Hebr. x. Tertia tribulatio est uulnerū. Ista est modica respectu meriti magni, & premij, intātū ꝙ dicit apostolus. Si quid patimini propter iustitiā beati. j. Petri. iij. De hoc sanctus Thom. j. ij. q. cxiij. art. iij. Quarta tribulatio est mors, & hec est maior, quia omniū terribilū terribilissimū est mors, ut dicit philosophus. De ista dicit Christus. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Apoca. vij. Quia prima tribulatio secunda, & tertia licet sint magni meriti si patienter suscipiuntur, tamen non faciunt hominem martyrem, sed quarta facit hominem martyrē, & quādo moriūtur statim cōsequuntur hereditatem uite eterne. Autoritas, & est uerbum Christi ad patrem dicentis. Quoniā tu deus meus exaudisti orationem meam, dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. Psalmo. lx. Nota exaudisti orationē meā, scilicet illam quam Christus fecit in nocte sue passionis quando orauit dicens. Pater omnia tibi possibilia sunt transfer calicem hunc a me. Marci xiiij. Quam orationem exponens Hylarius dicit. Nō dicit quod non ueniat calix passionis, sed orat ut transeant ab eo martyres. Quoniam

niam exista oratione Christus dedit fortitudinem,& uirtutē hominibus,& mulieribus,etiā pueris,& puellis sustinendi martyrium pro ipso.Item dedit hereditatē timentibus,scilicet timore filiali, quia potius noluerunt mori quā aliquid facere contra deum.Iuxta consiliū Christi dicentis.Nolite timere eos qui occidunt corpus,animam autē non possunt occidere,sed potius timete eum qui potest animā,& corpus perdere in gehennam.Matth.x.Dico tertio quod in hoc mundo consequuntur hereditatem amici cordialiter amati.Sunt multi qui non habent filios nec parentes,sed habēt bonos amicos quibus dimittunt hereditatem quādo moriūtur. Modo uideamus qui sunt amici chari, & cordiales Christi.Illi de quibus dicit ipsemet.Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio uobis.Ioan.xv.Ergo obedientia facit hominem esse amicum dei:per oppositum inobedientia,& peccatum facit esse inimicum suum.Obedientes uero tanquā amici charissimi Christi consequuntur hereditatem uite eterne, quos ipsemet Christus inuitat dicens. Transite ad me omnes qui concupiscitis me.Eccle. xxiiij.Nota cum dicit transite.in quo innuitur,quod ipse est in una parte,& nos in alia.Fluuius terribilis est mors quam oportet trāsire,& habet duas ripas. Vna est uita eterna in qua est Christus.Alia est uita temporalis in qua nos sumus,& Christus uocat nos dicens, transite ad me.domine & per quem pontem transibimus,non possumus transire per alium pontem uite eterne,nisi per pontē obedientie,& precepta dei.Matth.xix.Si uis ad uitā ingredi serua mandata.Hic pons habet decem arcus.Primus est confidentia dei ut in omnibus necessitatibus nostris recurramus ad deum,& non ad demones,sed ad deum.Non habebis deos alienos coram me.Exo.xx.Secundus est reuerentia uocalis,ut quando homo loquitur de deo,loquatur cum reuerentia sicut homo loquitur cum personis honorabilibus reuerentialiter. Non assumes nomen domini dei tui in uanum. Exod.xx.Tertius est reuerētia realis de modico seruitio quod uult de nobis,ut seruemus festa diligenter,alias &c.Memento ut diem sabbati sanctifices.Exod. xx. Quartus est obseruantia parentalis honorare patrem,& matrē corde,ore, & opere,iuuando,& seruiendo eis de omnibus.Honora patrem tuum,& matrē tuam.Exo.xx. Quintus est concordia fraternalis non recipere uindictā, sed remittere iniurias propter deum,& facere pacem.non occides.Exod.xx.Sextus est mundicia personalis cauendo a luto luxurie,& immundicie.Non mechaberis. Septimus amicitia proximalis,non furari, nec proximū in aliquo dānificare. Non furtū facies.Exo.xx. Octauus prudentia uocalis, neminem diffamando, nec uerbis iniuriosis seu duris afficiendo.Non falsum testimonium dices.Nonus mūdicia cordialis,nō cōcupiscere agrū,uineā,hortū,& huiusmodi,nec bōa proximi. Nō concupisces rem proximi tui.Exo.xx.Decimus mūdicia mentalis, non cōcupiscere uxorē proximi.Nō cō cupisces uxorē proximi tui.Exo. xx.Ecce quare dicit Christus. Transite ad me. Nota cōcupiscitis me,id est,diligitis,qa obedientia nō potest bene seruari sine dilectione, & generationibus meis, id est,uirtutibus quas deus generat in aīa deuota implemini.Spiritus eī meus super mel dulcis,hic tangit gloriā anime. Et hereditas mea super mel,& fauū,hic tangit gloriā corporis.Sicut enim in fauo mellis mel est incorporatum cere,sic in iudicio gloria anime redundabit in corpus.Dixi quarto qꝺ in hoc mūdo cōsequuntur hereditatē pauperes ab omnibus bonis separati,ut sunt pauperes, uirgines,religiosi,& huiusmodi.paupes sūt peccatores penitentes qui fecerunt plura peccata.in quorum persona dicit Dauid. Cito anticipent nos misericordie tue,quia pauperes facti sumus nimis.Argumentum. Diceret hic aliquis, quare penitentes dicuntur pauperes?qa quando erant in peccatis,tunc erant pauperes.

Sed penitentes qui habent thesaurū gratie,scilicet septem dona spiritus sancti,& alias uirtutes, quomodo sunt pauperes?Dico qꝺ penitētes sunt pauperes. Verbi gratia.si aliquis uestrum habet decem milia florenorū diues est,sed si obligaretur in centū milibus non diceret diues,licet habeat decē milia,certe non, imo diceretur pauper,ꝓpter tam magnā obligationē,imo diceretur talis nihil habet,pauper est.Idē est de penitēte.penitēs qui habet gratiā dei,& septem dona spiritus sancti,uirtutes theologicales, & morales,diues est.Sed propter obligationē pauper est.Et primo deo patri obligatur ex peccatis que fecit ex fragilitate,quia deo patri attribuitur potētia. Et qui peccat per fragilitatem peccat cōtra deū patrē,ergo obligatur sibi,qa ipsum offendit. Soluitur autem ista obligatio per asperā,durā,& magnā penitentiā.Secūdo penitēs obligatur filio dei,cui attribuitur sapiētia ex peccatis que cōmisit per ignorātiā uel stultitiam ignorans quod tenebatur scire.Soluit autem ista obligatio audiēdo sapientiā diuinā, missas,sermones, bonas lectiones. Tertio obligatur penitēs spiritui sancto,cui attribuitur bonitas,ex peccatis que commisit per malitiā,& iniquitatē. Soluitur autē ista obligatio per bonitatē faciēdo bona opera misericordie tam corporalia q̄ spiritualia.Pro doctorū euidētia nota qꝺ essentialia attributa tribus personis diuinis communia cōuenienter appropriantur,& attribuuntur diuinis personis,ut dicit sanctus Tho.j.parte.q.xxxix. arti.vij.& viij.quia cōueniēs est ut diuine persone nobis manifestentur,modo attributa essentialia sunt nobis magis nota quā persone uel personalia uel notionalia,& appropriatio est manifestatio diuinarū personarū per attributa essentialia,ergo cōueniēter fit attributio siue appropriatio,& sic patri attribuitur potētia,filio sapientia,spiritui sancto bonitas.Huius appropriationis rationē doctor ponit ubi.s. arti.vij.Idē dicit primo scrip.di.xxxj.q.j.&.ij. Quarto obligatur homo Christo ex peccatis que commisit ex carnalitate,quia xps fecit lixiuiam de sanguine suo.Soluitur cū disciplinis cilicio ieiunijs&c.Quinto obligatur uirgini Marie que est aduocatrix peccatorum que cōtinue aduocat,& multas sententias in curia iustitie filij dei facit reuocare ex suis allegationibus.Soluit presentando sibi aue Maria.Sexto penitēs obligatur omnibus sanctis paradisi.ratio,qa qui offendit cōmunitatē omnibus obligatur,& tenetur ab omnibus petere uenia propter offensam.Sic tota cōmunitas sanctorū offenditur ex peccatis nostris,quia fetor,& fumus peccatorum nostrorū ascēdit sursum ad eos.Soluitur per deuotam,& sanctā cōuersationem.Septimo obligatur sanctis angelis custodibus,sicut discipuli qui resistunt, & cōtradicunt magistro.Soluitur orando ipsos,& supplicādo,& dicēdo,Ange le qui meus es custos pietate superna. Tu me guberna ne moriar morte eterna &c.Octauo obligatur animabus purgatorij,scilicet animabus patris,& matris &c. quia quandiu homo est in peccato mortali nō,pficiūt eis ofones quas facit homo pro eis.Quod dictū est sane intelligēdū ex parte operis operātis secūdū qꝺ operatio peccatoris suffragia faciētis cōsideratur ut est eius,scilicet peccatoris.Sic eī operatio peccatoris cōsiderata nullo modo meritoria esse pōt, nec sibi,scilicet operāti,nec alij,ut dicit sanctus Tho.in.iiij. dist.xlv.q.ij.arti.j.q. iij.in corpore articuli. Qui querit utrū suffragia ꝓ peccatores facta mortuis prosint.Verū dicit idē sanctus Tho.ubi.s.qꝺ suffragia peccatorum ꝓsunt mortuis ex opere operato sicut est sacrificiū altaris, quia nostra sacramēta efficaciā habēt ex seipsis absq; opere operātis,quā equaliter explent per quoscūq; fiant,& sic q̄tū ad hoc,scilicet ipsum opus operatū suffragia ꝓ malos facta defunctis prosunt. Prosunt etiā ex opere operante inquātū pctōr suffragia faciens gerit personā totius ecclesie,sicut sacerdos dū dicit in ecclesia exequias mortuorū.Et qa ille intelli

telligit facere cuius noīe uel uice fit, ut dicit Dionysius.in.xiij.c.celestis Hierarchie.inde est q̄ suffragia talis sacerdotis, quamuis sit peccator defunctis prosunt. Prosunt etiā suffragia p peccatorē facta ex opere operāte inquantū peccator est, & agit ut instrumētū alterius uel ex alterius imperio agit. uñ si aliqs ī charitate decedens precipiat sibi suffragia fieri uel alius precipiat charitatē habens, illa suffragia ualēt, defunctis, quāuis illi p quos fiunt in peccatis existant. Magis tū ualerent si in charitate essent, qa tunc ex utraq; parte illa opera meritoria essent. Hec. S. Tho. ubi. s. in corpore artic. Nono obligatur uiuis ex usuris quas homo fecit de eis. Decimo obligaī pximo si fuit sibi furatus famā. Soluit sibi famā restituendo. Ecce hic debita & obligationes penitentis. Cui dicit Ioā. Dicis q̄ diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser & miserabilis, & pauper & cecus & nudus. Apoc. iij. His pauperibus dat deus hereditatē uite eterne si faciunt pniam. Mat. xviij. Oblatus est ei unus, qui debebat ei decem milia talenta. Cum aūt non haberet unde redderet, iussit eum dūs eius uenundari & uxorem eius & filios & oīa q̄ habebat & reddi. Procidens autē seruus ille rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius dimisit illum, & debitum dimisit ei. Per penitētiam ergo soluitur omne debitum pene, & cōsequitur hereditas paradisi. Nōne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites autem in fide & heredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Iacobi secundo.

In epiphania dñi. Sermo primus.

PRocidentes adorauerunt eum. Mat. ij. Festū hodiernum uulgariter dicitur epiphania seu apparitio, q̄ idem est. Quia partus uirginis qui fuerat absconditus, & secretus hodie fuit gentibus manifestatus. Ideo ecclesiastici dicunt & uocant hoc festū epiphania, ab epi, quod est supra, & phanos, quod est apparitio, quia stella desuper gentibus apparuit. Vt ergo deus uelit nobis dare sentimentum dulcedinis huius festi in nostris animabus, salutemus uirginem Mariam &c. Procidentes adorauerunt eum. Verbum propositum declarat nobis breuiter magnam & perfectā reuerentiam quā tres reges orientis fecerunt hodie domino Iesu Christo, pcidētes &c. Non solū discooperuerunt capita, nec fuerūt contenti flectere genua, brachia & manus, imo totum corpus flexerunt. Et procidentes adorauerunt eū. Modo ad dandum nobis rationem huius adorationis, quia rō dat scientiam, & autoritas confirmat credentiā. Inuenio in sacra scriptura q̄d ad uerā, deuotam, & perfectā adorationem requiruntur duo, scilicet reuerentialis effectus mentis interius, & humilis gestus corporis exterius. De primo quando homo cogitat infinitam dei incomprehensibilem maiestatem, & potentiā eius transcendentem, uenit timor reuerentialis interius in anima, & ex hoc sequitur humilitas exterius in corpore, scilicet iungendo manus, flectendo genua uel prosternendo se orādo deum. In his enim duobus cōsistit adoratio diuinalis. Pro intellectu huius rationis, sciendū q̄ deus creauit hominē in esse substātiali aliter quā alie creature sunt create. Quia homo est compositus de substātiali quantum ad animam, & materiali quātū ad corpus. Non sic de angelis, qui solū sunt substantie spūales, nec de animalibus que sunt substantie materiales, propter quod homo est similis angelis & aialibus, qa habet utrūq;. Ideo de⁹ de utroq; uult adorari, scilicet de anima cogitando maiestatem dei, & de corpore p gestus humiles, sicut dūs qui agrum & uineā laboratori pro certo cēsu quo ad usum concesit, qui de utroq; uult habere censum, aliter recipiet sibi totum cō missum. Ita deus de nobis, qui dedit nobis uineam, scilicet animam que inebriabit cor amore dei, & agrum corporis, ut faciat

faciat fructū pnīe & mīe. Ideo de utroq; uult habere censum deuote adoratiōis. De angelis nō uult nisi adorationem spirituale, scilicet motus reuerentiales mētis. De animabus solum uult gestus corporis reuerentiales, sicut fecerūt bos & asinus qñ adorauerūt xp̄m in presepio, qñ solū flexerūt genua, sed interius nihil cogitabāt. Sed de nobis uult deus totū, scilicet motus reuerentiales mentis, & gestus corporales. Autoritas xp̄i dicētis. Venit hora, & nunc est quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales querit q̄ adorāt eum. Spiritus est deus & eos qui adorant eū in spiritu, & ueritate oportet adorare. Io. iiij. Nota uenit hora. Itempore legis gratie, quando ueri adoratores adorabūt pfem in spū quātū ad animam, & in ueritate quantum ad corpus, qa tunc est ueritas quādo corpus cōformaī & correspondet mēti. Et assignat rationē dicēs. Spūs est deus, & ideo oportet ipsum adorare in spiritu & ueritate. Dic miraculū quod legiī Io. ix. de ceco a natiuitate illuminato a Christo, cui dixit xp̄s. Tu credis in filium dei? Rñdit ille & dixit. Quis es domine ut credam in eum? Et dixit ei Iesus. Et uidisti eum, & q̄ loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine, & procidēs adorauit eū. Ecce motus reuerentialis intus in animas, & gestus corporalis exterius, qa procidens adorauit eum. Ita fecerunt isti sancti tres reges quando uiderunt eum, scilicet infantem Iesum, subito in animas ipsorum intrauit motus timoris reuerētialis ex p̄sentia maiestatis diuine. Ideo corpore procidentes adorauerūt eum. De his tribus regibus declarabo quatuor puncta.

Primū quō se parauerunt diligenter.

Secūdū quō ambulauerunt fortiter.

Tertium quō quefierunt firmiter.

Quartū quo adorauerūt reuerenter.

Et de quarto puncto loquitur thema, pcidentes adorauerunt eum. Primus punctus est ad declarandum quomodo isti tres sancti reges se parauerunt apte. Pro quo sciendum q̄ ex quo deus promisit Abrae, & sanctis patriarchis, q̄ mitteret filium suum in hunc mundū nasciturum de muliere uirgine uerū deū & uerū hominē. De hoc deus dedit prophetias claras, & signa nō solū Iudeis in Iudea, sed etiā in diuersis mundi partibus, in signū q̄ nō solū ueniret ad saluādū Iudeos, ut ipsi falsē credunt, sed etiam oēs sibi credētes, & obedientes. Singulariter dedit prophetias in partibus orientalibus, ubi erant magni prophete, & sapiētes p prophetam Balaam dicētē. Videbo eum sed nō mō. intuebor illū sed nō prope. Oritur stella ex Iacob & consurget uirga de Israel & percutiet duces Moab. Nu. xxiiij. Nota uidebo eum. s. Christum, quem uidit nō per se, sed per suos successores: intuebor illū, sed non prope, quia secundū textū biblie a Balaam usq; ad Christū cōputantur mille & quingenti anni. Sed isti tres reges erāt de suo genere, & dedit ipsis signum dicens. Oritur stella ex Iacob, ideſt de terra promissionis & consurget uirga de Israel, ideſt rex messias saluator, & percutiet duces Moab qui interpretatur ex parte. Et significat diabolum, qui est pater peccatorum, q̄bus dixit Christus. Vos ex patre diabolo estis. Ioan. viij. duces Moab, ideſt diaboli seu luciferi. Et sunt septem principes qui sunt capitanei septem peccatorum capitalium. Primus dux & capitaneus superbie dicitur leuiathan. Iob. xlj. Ipse est rex super omnes filios superbie. Secundus dux & capitaneus auaritie dicitur mammona. de quo dixit Christus Matth. vj. Non potestis deo seruire & mammone. Tertius dux & capitaneus luxurie dicitur asmodeus, de quo Tob. vj. Demon nomine asmodeus, occidit eos, scilicet luxuriosos. Quartus dux inuidie dicit Beelzebub. Luce undecimo, In Beelzebub principe demoniorū eijcit demonia. Verbum fuit inuidorum Iudeorum contra Christum. Quintus dux gule dicitur Beelphegor. Psalmo. cv. Initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Sextus

dux ire dicit Baalberith. Iudicum.ix. de phano Baalberith cōduxit sibi uiros. Septimus dux acidie dicit Astaroth. j. Regum. vij. Auferte deos alienos de medio uestri Baalim & Astaroth, & pparate corda uestra domino. Hos septem duces pcussit dominus noster Ieius Christ⁹ uirga sue predicationis. De qua Dauid. Virgam uirtutis tue emittet dominus ex Syon &c. ptalmus. cix. Super hanc pphetiam Balaam dicit Chrysostomus, q eius discipuli, & illi qui erant de genere eius post eius mortē uoluerūt seruare illam stellā. Et ordinauerūt, q certi de ipsis starēt in mōte uictoriali alto ad melius cō templandū celū ubi se lauabāt credentes ex hoc remitti peccata, & orabāt dicē tes. O deus celi deus Iſrael, mitte illam stellā, & qñ cōplebit illa prophetia. & sic per partes diuidebant sibi tps. Et in nocte natiuitatis, accidit diuina ordinatione q isti tres reges orientis magni philosophi & astrologi fuerūt in monte uictoriali obseruātes dictam stellam. Et in hora qua Christus exiuit de utero uirginis stella apparuit eis clarissima & bassa in aere, nec claritas solis impediebat ei⁹ aspectum. Et recitat Chryso. opinionem quod in illa stella erat forma pueri, cum cruce infronte. Dicunt aliqui quod magi uoluerunt adorare stellam. Sed dicit Augu. q angelus domini dixit eis q nō adorarent stellam, sed q irent adorare creatorem nouiter natum. Tunc reges tenuerunt consiliū quomodo irēt, qualiter se prepararent, & quid sibi portarēt & offerrent dicētes. Iste rex magnus est & potens, offeramus ei aurum, & est deus & creator, quia stelle sibi seruiunt, ideo offeramus ei incensum, & in hoc signo crucis ostenditur, quod debet pati in cruce, ideo offeramus ei myrrham amarā. Ecclesia. Magi uidentes stellā dixerūt adinuicē. Hoc signū magni regis est. Eamus & inquiramus eum & offeramus ei munera, aurū, thus, & myrrham. Credo ego, licet non legatur, q rationabiliter sancti reges in muneribus significabant, quod de xpo credebant. Credo q etiā in uestibus, quia rex qui portabat aurum, uoluit indui de panno aureo, & ille qui portabat thus, de purpura alba, & qui myrrhā, scarlata rubea. Ecce quomodo parauerūt se apte tam in muneribus quā in uestibus. Moraliter inuenio in sacra scriptura quod deus pmisit hominibus duas stellas, unā in ueteri lege, scilicet istam que apparuit regibus orientis, que figurabat redemptionem humanalem. Secūdam meliorem promiserat in nouo testamento dicens, Qui uicerit & custodierit usq; in finem opera mea, dabo illi stellā matutinam. Apoc. ij. Hec figurabat saluationem celestialem. Nota qui uicerit, scilicet diabolū per humilitatem, carnem per castitatem, & mundum per paupertatē, & custodierit usq; in finem opera mea, dabo illi stellam matutinam, id est angelum bonum perducentem animam usq; ad Christum. Dic quomodo angeli in sacra scriptura dicuntur stelle. Ratio, quia sicut celum firmamenti decoratur, & ornatur stellis, sic celū empyreū decoratur, & ornatur angelis sanctis, propter quod dicuntur stelle. Autoritas. Stelle dederūt lumē in custodijs suis, & letate sunt, uocate sunt & dixerūt, adsumus, & luxerunt ei cū iocunditate qui fecit illas &c. Baruch. iij. Nota stelle, id est angeli, dederūt lumen in custodijs suis, id est hominibus quos custodiunt. Dauid angelis suis mandauit de te, ut custodiant te. Ipsi dant in intellectu quid sit credendum, in memoria quid sit timendum & retinendū, in uoluntate quid sit sperandum, & in opere quid sit faciendum. Et quando homo recipit lumen instructionis eorum ipsi letantur. Et in fine quando homo est in articulo mortis, deus mittit stellam matutinam, id est angelum qui ducit animam ad Christum, sicut illa stella duxit reges ad Christum. Fiat ergo ratio. Si hec stella hodierna corruptibilis, quia statim conuersa fuit in preiacentem materiam ita fuit obseruata, & desiderata, quāto magis nos debem⁹ expectare illam stellā incorruptibilem, lauādo nos ab

ab omnibus immūdicijs & peccatis. Primo lauando cor ab ira, odio, rancore, & mala uoluntate, os a blasphemijs, mendacijs, & detractionibus, manus a furtis & usuris, & sic de alijs, & totum corpus a corruptionibus luxurie & carnalitatis. Nota pro dicti precedentis euidentia q illa stella que magis apparuit in natiuitate Christi non fuit una celestium stellarum, quintuplici ratione, quas Sanct⁹ Thomas ponit. iij. parte. q. xxxvj. arti. vij. Et dicit Sanctus Tho. aliorum narratis opinionibus, De illius stelle quidditate probabilius uidetur, quod fuerit stella de nouo creata, non in celo, sed in aere uicino terre, que secūdum diuinam uoluntatem mouebatur. Quod & Aug. sentit, scilicet quod non fuerit de stellis celestibus, quia dicit in libro contra Faustum, Non ex illis erat stellis, que ab initio create itinerū suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo uirginis partu nouū sydus apparuit. Itē sentit Chryso. Secundus punctus est ad declarandū quomodo isti tres reges sancti ambulauerunt fortiter, quia de capite mūdi, scilicet oriente uenerūt intra tredecim dies usq; ad Iudeā, que est in medio mundi. Ad practicā secundū q inuenio in textu, & in glosis doctorū, ipsis preparatis statim inceperunt uiā, & stella precedebat ostendens eis, uiam quam debebant facere. Ita q quādo habebant ascendere collē prius stella ascendebat, & quādo habebant descendere descendebat. Item qñ habebant trāsire flumen, stella ostendebat eis locū trāsitus. Et qñ erāt in uillis in quibus habebāt quiescere, stella stabat immobiliter super hospitium. Deinde in recessu stella incipiebat uiam & ipsi sequebātur. Nunqd uidetur uobis istud fuisse magnū miraculū? Hoc modo uenerunt usq; ad terminū terre promissionis. Et in crastinū qñ debuerunt intrare terrā Iudee, stella disparuit eis. Cogitate qualē tristitiam habuerunt dicētes. O miseri quid est hoc? ex aliquo peccato alicuius nostrū stella disparuit. quid faciemus? Dicit Sanctus Tho. q tenuerunt consiliū quid facerent. Quidā dicebant q redirēt, qñ querere regē nouū in terra aliena magnū periculū esset. Alij dixerūt q irent ad min⁹ usq; ad ciuitatē Hierusalē, qa tantus rex in nobili ciuitate deberet esse natus, uel ad minus scirēt ubi erat natus, qa ibi erāt magni rabini, & doctores, ideo faciamus, q in nobis est. Et uenerunt in ciuitatē Hierusalem. Et tunc fuit cōpleta prophetia Esa. dicētis. Surge illuminare Hierusalē qa uenit lumē tuum, & gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebre operient terrā, & caligo populos, sup te aūt orietur dñs, & gloria eius in te uidebitur. Et ambulabūt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui &c. Esa. lx. Et loquit gēti Iudaice quasi pſone dormiēti dicens. Surge. s. ciuitas Hierusalē, illuminare. s. lumine claritatis fidei, qa uenit lumē tuū. s. Christus. Nota & ambulabūt gētes in lumine tuo, nō solū Iudei. Moraliter sup hoc, q reges amissa stella uenerūt Hierusalem, ut ibi certificarentur. Sic debemus nos facere quādo amittimus stellā gratie dei. Sciendum q gratia dei dicitur stella per stellā regum significata. Ratio quia sicut illa stella dirigebat, & ducebat reges ad Christū in Iudeā, sic gratia dei dirigit nos & ducit, & ostendit uiam paradisi illis, qui habent eam. Primo in biuio ostendit uiam dextram. O quot biuia sunt in hoc mundo illis, qui uolunt ire ad Christum. Primū est superbie, & uanitatis ad sinistram, mā suetudinis, & humilitatis ad dexteram. Stella gratie dei ostendit ire ad dexteram humilitatis, que est uia recta, plana & bona & absq; periculo. Secundum est auaricie & cupiditatis, & misericordie & liberalitatis. Tertium est luxurie & carnalitatis, & munditie & puritatis. Quartum est inuidie & malignitatis ad sinistram, & beniuolentie & qualitatis ad dextram, quam ostendit stella gratie. Quintum est gule & uoracitatis, & abstinentie & parcitatis. Sextum est ire & seueritatis, & pacis & unitatis. Septimum est acidie & ociositatis, diligentie

gentie,& operositatis,in his stella gratie dei dirigit nos, item stella gratie dei ostēdit uiam accēdēdo per uiam cōtemplatiuā,& descendendo per uiam actiuā ad opera mie,& pietatis. Item ostendit transitū in flumine delectationū mundi ubi quam plures submergūtur,ut homo non recipiat de ipsis nisi necessaria,& se cundū legem,& non extra,ne submergatur in cibo,& potu,& uestitu,sopore &c. Ideo dicebat beatus Ioannes. Vnctionē quā accepistis ab eo maneat in uobis,& non necesse habetis, ut aliquis doceat uos, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus.j.Ioan.ij. Nota unctionē.Glo. i.gratiā diuinam.Sed quid est a nobis faciendū,quādo stella diuine gratie amittitur, que non perditur nisi per peccatū mortale? Dico q̄ debemus facere, sicut fecerunt illi sancti reges, scilicet ire in Ierusalem, id est, ad ecclesiam,confiteri peccata nostra,& sic recuperabitur stella gratie dei.Ideo dicit Christus Paulo,qui p̄diderat stellā.Ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Actuū. ix. Nota ciuitatē,scilicet Damascum que interpretatur sanguinea,& significat ecclesiam in qua cōsecratur, & sumitur corpus,& sanguis Christi. Tertius punctus est ad declarandū,quomodo isti tres sancti reges quesierunt Christū discrete siue locum natiuitatis Christi, postquā fuerunt in ciuitate Ierusalē. Die practice, quādo reges fuerūt prope ciuitatē,cogitate qualis cōmotio fuit in ciuitate,maxime,quia Herodes qui fuit nouus rex,& extraneus a populo Iudeorū,timebat sibi, & custodiebat se ab eis. Cogitate q̄ statim Herodes misit ad reges ad sciendū,qui erant,& quē querebant,& quare ueniebant.Respōderūt reges q̄ ipsi ueniebāt querere regē Iudeorū nouiter natū. Credatis q̄ fuit eis dictū.Nō dicatis,alias Herodes persequetur uos.Dixerūt,Nō negabimus ueritatē. Vidimus enim stellā eius in oriente, & uenimus adorare eū.Chryso.Cōsidera deuotionē regū, nondū Christū uiderant,& pro eo mori parati erāt. Fuit dictū Herodi propter q̄d uenerant.Cogitate qualis dolor, & timor ītrauit in cor eius,maxime,quia de hoc iā timebat. Et mirabilia, que in natiuitate xp̄i fuerāt facta audiuerat,propter quod reputauit se perditū,& destructū.De hoc dicit euāgelista Matt. Audiēs Herodes rex turbatus est,& oīs Hierosolyma cū illo. Sed dissimulauit suā malicia ostēdendo leticiam de natiuitate xp̄i.Et q̄a reges oriētis uenerūt simpliciter,& sine armis, permisit ipsos intrare ciuitatē, & recepit eos honorifice.Postea dixit eis.Dūi,quare uenistis.Respōderunt.Querimus ubi est q̄ natus est rex Iudeorū.Ecce in quo periculo ponebāt se. Herodes uero dissimulās dixit.Audiui aliq̄d de hoc,sed nescio an sit certū q̄ sit natus.Respondērūt reges.Certū est,q̄a nos uidimus stellā eius in Oriēte. Tunc dixit Herodes. Et modo domini,quid uultis. Respondērunt. Venimus cum munerib⁹ adorare eum. Tunc Herodes clā uocatis magis diligēter didicit ab eis tempus stelle, que apparuit eis dicēs regibus.Ex quo uos certi castis me de die,& tēpore natiuitatis,ego cum magistris doctoribus,& rabinis certificabo uos de loco ubi natus est,ut omnes insimul ipsum adoremus. O proditor,& ex alia parte parabat iā gladium ut ipsum iugularet si posset.Et cogregās oēs principes sacerdotū,& scribas,scilicitabatur ab eis ubi xp̄s nasceretur. Qui omnes cōcorditer respondērūt q̄ in ciuitate Bethleē,secundum prophetiam Michee.v.Et tu Bethleem terra Iuda nequaquā minima es in milibus Iuda. Ex te enim exiet dux, qui regat populū meum Israel.Nota,qui regat in uirtutibus exēplo cōuersationis,& predicationis. Tūc Herodes certificauit reges de loco, & mittēs eos in Bethleē dicēs.Ite & interrogate diligēter de puero,& cū inueneritis renunciate mihi, ut & ego ueniens adorē eum.O proditor.Eccl. Hostis Herodes impie Christū uenire,quid times? non arripit mortalia, qui regna dat celestia.Ecce quomodo sancti reges quesiuerūt discrete cum magna diligentia.

Moral

Moraliter ibi sancti reges antequam uenirent ad Herodem dirigebantur a stella,sed postquam uenerunt ad regem Herodē habuerunt recurrere ad scripturas sanctas ad se gubernandū &c.Herodes significat antichristū,quia sicut Herodes uolens Christū occidere occidit innocentes. Sic antichristus uolens destruere fidem Christi, occidet Christianos sibi cōtradicentes.Et illa stella significat scientiam humanam,scilicet logicā, philosophiam,leges,canones,quibus modo dirigimur,& gubernamur.Sed quando erimus in tempore antichristi oportebit recurrere ad scripturas sacras,quia antichristus non credet logice,nec philosophie,nec poetrie,nec legibus &c. Solum cū sacra scriptura habebimus stare cōtra ipsum, ergo quāta culpa est modo, quia nullus curat de Biblia. Seculares dant se scientijs lucratiuis. Religiosi qui deberent studere sacrā scripturā, unus dat se Virgilio,alius Ouidio,alius Terētio, & sic de alijs.Hoc est signum inter alia propinquitatis antichristi,quia antichristus, ad probandum suum errorem q̄ est messias, & filius dei &c. non allegabit nisi textū Biblie,& prophetias. Quomodo te defendes ad improbandū eū si ignoras Bibliam? De hoc habetur prophetia Salomonis dicentis.Cū prophetia defecerit dissipabit populus.Prouer.xxix.Prophetia notat uetus testamentū,ideo dicebat Christus omnibus. Scrutamini scripturas, quia uos putatis in ipsis uitā eternā habere, & ille sunt,que testimonium perhibent de me.Io.v. Quartus punctus est, quomodo ipsum adorauerūt digne postquam receperunt cōgeriū siue licētiā recedendi ab Herode,& quando fuerūt ad portam ciuitatis Ierusalem stella apparuit eis, O si quis posset declarare gaudium quod ipsi habuerunt.Et hoc dicit Matthēus.Vidētes autē stellam gauisi sunt gaudio magno ualde,Mō apparet ratio,quare stella disparuit eis,ut duplici signo,scilicet stelle,& scripture,essent certificati de ueritate, & haberēt duplex testimonium. Et stella antecedebat eos, ut prius,& quādo fuerunt prope Bethleē forte ad mediā leucā, iurati, & proceres ciuitatis Bethleem,qui audiuerant eorū aduentū uenerunt obuiam eis dicentes. Quid placet,& que causa aduētus? Qui dixerunt,ubi est,qui natus est rex Iudeorū? Vidimus stellam eius in Oriente,& uenimus adorare eū. Qui dixerūt.Nos nescimus alium regem nisi Herodē. O proditores, illa stella illuminauit istos tres reges,& sol,id est Christus,non potuit illuminare eos eorū culpa impediēte,& obicem ponente in nocte natiuitatis, quando refulsit. Et stella uidebatur ab omnibus,ut dicit Maximus in sermone hodierno.Recte autem una stella resplēduit cuius gēs perfida,nec radios occultare posit, nec abscondere ueritatē, ubi celū ipsum uniuersorū oculis syderio lumine fulgebat. Cogitate quādo Iudei aspiciebāt stellā,que bonis dabat deuotionem, & malis incutiebat terrorē, quomodo mirabantur,quoniā non multum alta,quam sequebantur reges,& intrauerunt ciuitatem,& finaliter uenerūt ad locum ubi erat puer.Dicūt sancti docto.q̄ adhuc uirgo Maria erat in illa porticu cū puero ubi pepererat. Et dicit Gl. quod non erat ibi tunc Ioseph ordinatione diuina, ne putaretur pater ipsius pueri. Cogitate quando uirgo Maria sensit uenire illam militiā quod timuit, & abscondit puerum in presepio,& ipsā suebat,filabat,uel orabat,& totum cor contremebat.Stella autē stetit supra ubi erat puer. Et reges mirabantur cum non uiderent ibi palacium, nec magnam domum, & aspiciebant se mutuo dicentes. Quid est hoc quod stella non mouetur? Dicit Maxim⁹ quod stella emittebat nouos radios,& clariores.q. d.regib⁹, Hic est rex quem queritis.Reges autem descenderunt ad terram de equis, uel animalibus suis, & unus eorum ueniens ad porticum eleuauit modicum flaciatam di. Quis est hic? Et uidit uirginem filantem,uel suentem.Et accedentes alij duo reges, quando uiderunt uirginem Mariam,statim habuerunt magnā deuotionem

nem. Que dixit eis, Domini, quid placet uobis? Qui dixerunt. Scitis uos ubi est, qui est natus rex Iudeorũ, quia uolumus ipsum adorare. Virgo Maria non dixit se nescire, sed dixit, Domini hoc deberent scire magni domini, & rabini, & rectores ciuitatis. Et uerũ dicebat, & interim reges totaliter in corde fuerunt ca lefacti. Et inde exeuntes respexerũt stellam que stabat superius immobiliter, & pulchriorẽ. Et iterũ redierunt ad uirginẽ, & dixerũt sibi. Vos habetis filiũ. Que respõdit. Ita dñi. Et est diu ꝙ peperistis? Respõdit, domini, hodie sunt. xiij. dies. Dixerunt reges. Bona iuuẽcula, si placet uobis ostendatis ipsum nobis. Tunc uirgo sciens ꝙ pro bono ueniebãt recepit filiũ de presepio, & ostendit eis. Qui dixerũt. Qũo uocatur? Virgo Maria respõdit Iesus. Quo nomine audito, procidẽtes adorauerũt eũ dicentes. O saluator, uos bene ueneritis. O domine tanta est humilitas uestra ꝙ uoluistis uenire in stabulũ huius mundi miseri. Vos qui estis infinitus in diuinitate, estis restrictus in humanitate. Vos qui estis creator, estis factus creatura. Vos q estis salus immortalis, & impassibilis, estis factus passibilis, & mortalis. O domine tãta gratia est ista. Et flentes osculabantur pedes eius. Deinde adorãtes matrẽ, dicebant. O camera paradisi, templũ dei, sacrariũ spiritussancti. O benedicta, uos portastis nobis saluatorẽ. Dicit euãgelista ꝙ apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurũ, thus, & myrrhã. Aurũ tanquã regi magno, thus tanquã deo uero, & myrrhã amarã tanquã passuro. Et fuit cõpleta prophetia Dauid de ista die dicentis. Reges Tharsis, & insule munera offerẽt, reges Arabum, & Saba dona adducent. Et adorabunt eum oẽs reges, & omnes gentes seruient ei. ps. lxxj. Nota seruiẽt ei. s. propter lucrũ bonũ, & remunerationẽ, quã dat suis seruitoribus. Secus q seruit mũdo, qui suis seruitoribus dat mortem, & animã diabolo, qui dat penam eternam. Sed Christus suis seruitoribus dat gratiam in hoc mundo, & gloriam in alio. ideo sibi est seruiendum, ideo Christus, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Mat. iiij. Deinde sancti reges fecerunt orationem deo, ut ostenderet eis si redirent ad Herodem. Sed dicit euangelista, quod responso accepto in somnis, scilicet ab angelo ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Contemplamini hic modicum, quando uenit Ioseph, & uidit tãtum aurum, thus, & myrrham, quomodo gaudebat, sed ex alia parte tristabatur, quod non fuit dignus interesse tanto festo. Dicit Bernũ, quod totum aurum dederũt amore dei. Moraliter nos exemplo regum debemus offerre aurũ bone reformationis, & talis poterit dicere cũ Dauid. Dilexi mãdata tua super aurum, & topasion, qui est lapis preciosus. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem uiam iniquam odio habui. ps. cxviij. Secundo thus deuote orationis dicendo. Dirigatur ad te domine oratio mea sicut incen. ps. cxl. Tertio debemus offerre myrrham penitẽtialis afflictionis. Et dicere poterit talis. Viuificabis me ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam, ut non periret. Esa. xxxviij.

In epiphania domini. Sermo. ij.

VBi est qui natus est rex Iudeorum. Mat. ij. Tota materia huius sermonis erit moralis tam de uirtutibus moralibus, quã theologalibus. Sed primo salutetur uirgo Maria &c. Vbi est qui natus &c. Hoc prium uerbum fuit questio interrogatiua trium regum Orientis, qui cũ magna diligentia perquirebant Christum dicẽtes, Vbi est qui &c. de isto intellectu pro nunc nõ curo. Sed tropologice siue moraliter declarando thema dico quod hoc nomen Iudeorum idem est, quod glorificatorum in gloria. Cum ergo queritur, ubi est qui natus est rex Iudeorum, id est glorificatorum, de hoc rege Dauid fecit questionem in spiritu prophetie dicendo, Quis est iste rex glorie? Cui respon

respondit spiritussanctus, dominus uirtutum ipse est rex glorie. Sicut rex est dominus ciuitatum sui regni, ita Christus est domin⁹ omnium uirtutũ, que dicuntur ciuitates sue. Si ergo uolumus ipsum perquirere cũ sanctis regibus Orientis, queramus eum in suo dominio, quia rex communiter moratur in suo regno. Sic Christ⁹ rex glorie moratur in suis ciuitatibus uirtutum. Cum ergo dicit thema, Vbi est qui natus rex Iudeorum, id est glorificatorum. Respondetur in ciuitatibus suis, scilicet uirtutibus seu uirtutum. Patet thema. Vbi autem sit a nobis querendus ostendit propheta dicens. Disce ubi sit prudentia, ubi sit uirtus, ubi sit intellectus, ut scias simul ubi sit longiturnitas uite, & uictus, & ubi sit lumẽ oculorum, & pax. Baruc. iij. Hic ponit septem uirtutes tanquam septem ciuitates siue uillas domini regis Christi in quibus ipse moratur, quarum quatuor sunt morales, & tres theologicales. Morales sunt site in plano, theologicales uero in montibus altissimis.

Prima est prudentia rationalis.
Secunda fortitudo spiritualis.
Tertia iusticia intellectualis.
Quarta temperantia corporalis.
Quĩta, & ẽ pria, theologicalis est spes.
Sexta fides.
Septima est charitas.

In his septem includuntur omnes uirtutes. Cum ergo querit thema. Vbi est qui natus &c. Respondetur quod in his septem uirtutibus. Dico primo quod querendus est Christus in sua ciuitate plena que dicitur prudentia rationalis, cum dicitur. Disce ubi sit prudentia. Prudentia autem auisat hominem, ut inter tot pericula huius mundi tam anime quam corporis, fame, & bonorum sciat regere, & gubernare uitam suam cauendo a periculis, maxime a periculis anime. De hac uirtute auisaut Christus apostolos, & per ipsos nos, quando misit eos ad predicandum dic. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporũ. Estote ergo prudentes sicut serpentes. Matt. x. Nota, quod lupos uocat demones, & malas personas, & lupinas a quibus prudenter debet se homo custodire. Nota sicut serpentes. Dicunt philosophi, qui tractant de proprietatibus rerum, quod est quedam natura serpentis, qui dicitur aspis multũ bona & necessaria pro tyriaca, & est talis conditionis, quod non potest capi nisi incantetur. propter hoc si incantatores possunt proferre certa uerba, ipso audiẽte capiunt eum, alias non. Ideo quid facit ipse instinctu naturali? quando audit uocem incantatoris ponit unam aurem super lapidem, & cum cauda claudit aliam ne audiat uerba incantatoris, & sic non incantatur, nec capitur. Dicit Christus, quod ita faciamus nos quod habeamus prudentiam serpentis, quando demones, uel alie male persone uolunt nos incantare, uel capere, & impedire ne uadamus ad paradisum tentantes nos dicendo aliqua uerba ad aures corporis, uel cordis, sicut serpentes facere debemus, & ponere aurẽ dextram super illũ lapidẽ. De quo dicit Paul. j. ad Cor. x. Petra autem erat xps. & claudere aurẽ sinistram cũ cauda scilicet mortis, qa sicut cauda est ultima pars serpentis, sic mors est ultima pars hoĩs. uerbi gratia. Si diabol⁹, uel aliqua mala persona uult te incantare de superbia dicendo, quare tu non incedis ornatus sicut talis, uel associatus cum sis de meliori genere, magis diues &c. statim ponas aurem in lapide, cogitando, quomodo Christus fuit indutus, quia. xxxiij. annis portauit eandem tunicam, & cauda mortis claude aliam aurem, scilicet sinistram, scilicet cogitando quid portabis tecum, & quid dices deo de uanitate uestium &c. Ecce quare dicit. Estote ergo &c. Item si uult te incantare de auaritia, luxuria, gula, uindicta &c. Cogita de Christo, & in morte, quid eris, & qualis sententia datur auaris, luxuriosis &c. ergo disce ubi sit sapientia. Secundo disce ubi sit uirtus. hic ostenditur fortitudo spiritualis, que notanter dicitur uirtus, & non fortitudo. Quoniã fortitudo est

est duplex, scilicet corporalis & spiritualis. fortitudo corporalis nō est uirtus in qua Deus sit querēdus, qa animalia bruta sunt fortiora hominibus, uerbi gratia fortitudo est luctari, sed ursus uicet uos. Idem de cursu, sed unus equus superabit uos. Idē de saltu, sed unus ceruus saltabit plus. Itē fortitudo est portare on⁹, sed plus portat mulus. licet ergo fortitudo corporalis sit bona & seruiat quādoque, non tū est uirtus. Sed fortitudo spiritualis sicut est resistere & contradicere peccatis, ista est uirtus, non dimittere bonā & sanctā uitā inceptā nec penitentiā, ista est uirtus. Itē tenere & seruare firmiter bonas ordinationes ꝓ utilitate cōitatis, hec est uirtus spiritualis, de qua debet homo gloriari & se appreciari, & nō de fortitudine corporali que est cōis hominibus & iumētis. De ista fortitudine corporali nō se appreciabatur Dauid licet esset fortissimus, quia adhuc puer. xvj. annorū qñ custodiebat oues patris sui, & ad eas ueniebat leo uel ursus, Dauid auferebat ab eis predam & occidebat eos, ut patet. j. Reg. xvij. Nā leonem & ursum interfeci ego seruus tuus. Sed gloriabatur de fortitudine spirituali de qua dicebat Deo, Fortitudinē meā ad te custodiā, scilicet resistendo & cōtradicēdo peccatis, quia Deus susceptor meus es. ps. lviij. Ideo sanctus Paulus pro nobis orando dicebat, Det uobis Deus secūdum diuitias glorie sue uirtutē. scilicet fortitudinis spiritualis, corroborari per spiritū ei⁹ in interiori hoīe. ad Ephe. iij. Tertio disce ubi sit intellectus. Ecce iustitia iudicialis siue intellectus q̄ pertinet ad iudices. Dicet aliquis, improprie loquitur ꝙ uirtus iustitie dicatur intellectus. Rñsio, ꝙ hoc notāter dicit ad ostendendū iudicibus ꝙ iustitia nō est facienda secundū sensualitatē, sed rationabiliter ꝓ intellectū. uerbi gratia. si litigāt coram iudice diues & pauper, diues promittit iudici pecunias &c. pauper uero plorat. si iudex uult iudicare secundum sensum uisus, quia uidet diuitē ꝓmittentē sibi &c. pauperē flentē, nō bene iudicabit. Sed ꝓ intellectū examinata prius causa debet dare iustitiā ꝓ illo q habet bonū ius siue sit diues siue pauper. Itē non debet sensu auditus iudicare, uerbi gratia. Si nobilis, baro, miles & rusticus litigāt coram iudice, & nobilis loquitur comminādo &c. iudex nō debet iudicare secundū aures sed ꝓ intellectū dādo iustitiā rectā & suam pro illo q habet ius rectū, & nihil debet timere. Item nec sensu tactus. uerbi gratia. Si cōsanguineus Iudicis litigat coram eo cū extraneo uel iudeo, ubi pater uel frater uel consanguineus tangāt iudicē in carne uel sanguine, nō debet iudicare secundū tactū, sed ꝓ intellectū & rōnē, qm̄ iudex in iudicio nō debet cognoscere nec patrē nec matrē nec fratrē nec amicū, sed extra iudiciū faciat eis bonū festū. Itē nec sensu ol factus. Nota ꝙ legit in Talmuth, de illo falso messia Bartosina incātatore, q dicebat se ꝓ odoratum iudicare quis esset bonus uel malus, quē Iudei uoluerūt ꝓparare, & clausis sibi oculis statuerūt coram eo duos homines & unus erat bonus, & alius prauus & malus. Qui male sententiauit, ideo fuit male sententiatus. Item nec sensu gustus, scilicet propter cōuiuia uel dona uel encenia. Dic de illo rege cui fuit p̄sentata pulchra anguilla, & quia sapuit sibi, dedit sniam pro illo qui presentauerat sibi anguillā. Cū autē cancellarius cōtradiceret, quia cōtra iustitiā. Respondit rex, uere anguilla sapuit nobis. Ideo de iudice dicit scriptura sancta, Nō secundū uisionē oculorū iudicabit, neq; secundū auditū aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate ꝓ mansuetis terre. Esa. xj. Quarto disce ubi sit longiturnitas uite. Ecce hic tēperantia corporalis. Sed quare uocat eā sic & nō proprio suo nomine, quia sicut iustitia ex sua cā dicitur intellectus, ita tēperantia ex suo effectu quia dat longā uitā, ideo uocat̄ lōgiturnitas uite. Verbi gratia. Dent duo hoīes quorū unus sit abstinēs & alter gulosus, naturaliter multo ampli⁹ uiuet abstinēs. Dicunt medici ꝙ plures interficit cibus q̄ gladius, cū tū moriantur tot in prelijs, in guerris. Ideo tēperate comedere & bibere debemus. Nota ꝙ legitur de magno Alexādro, qui cū fuisset monarcha & fuisset in oriente ad Bracmanas, admirans de eorum antiquitate cogitauit ꝙ aliquā medicinā debebāt habere ex qua eorū uita cōseruabatur, & querens ut eā sibi ostenderēt ut ipsa uteretur. Qui dixerunt ꝙ nō placeret sibi. Rñdit ꝙ īmo. Tunc dixerūt sibi ꝙ eorū medicina erat temperantia, quia semel in die comedebāt de uno solo cibo, & non placuit ei. De hac dicit scriptura. Noli auidus esse in omni epulatione, & nō te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas & auiditas appropinquabit usq; ad cholerā Propter crapulā multi obierūt, qui autē abstinens est adijciet uitam. Ecclesiastici. xxxvij. Nota sicut dicunt medici ꝙ prima digestio debet fieri in olla, secunda in ore, tertia in stomacho. Itē non te effundas super oēm escā. Nota cōtra diuites tā laicos q̄ ecclesiasticos qui utuntur multis escis, & de qualibet uolūt comedere, & confundunt sibi stomachū, quia quilibet cibus habet suā digestionē. Ideo dicit, ī multis escis erit infirmitas. Quia sicut in olla in qua decoquitur de boue & de porco & de pullo &c. qñ unus cibus est coctus, alius est consumptus, propter hoc magni dñi & prelati uiuūt parū, ideo dicit propter crapulā, idest crudā epulā secundū etimologiā, multi obierūt. Qui autē abstinēs est adijciet uitā. Quinta, ciuitas in alto monte sita est. quinta uirtus que est prima theologalis, scilicet spes que ostenditur cū dicitur. Disce ubi sit uict⁹, sed quare dicitur uictus, quia tota spes xp̄iana cōsistit in uictu, quia uictus sacre eucharistie est radix spei nostre. Ratio quia sicut totum malū destructionis nostre humane nature uenit ex cibo. s. uetitio. Sic uult Deus ꝙ totū bonū nostre saluationis ueniat ex cibo eucharistie. Querit sanctus Tho. in. iiij. utrū sacramentū eucharistie sit ita necessariū ꝙ sine illo nō possimus saluari. Et arguit ꝙ

non est ita necessariū, quia pueri absque cōione saluant. Sed finaliter respondet determinando ꝙ nullus pōt saluari nisi uirtute huius sacramenti. Quid ergo de pueris &c. Rñdetur per talē similitudinē quia qñ homo comedit in prandio uel cena, solū unū membrū corporis. s. os comedit & recipit cibū, & oīa alia mēbra reficiuntur. Ita de sacramento altaris. Tota Christianitas est unū corpus fide & charitate coniunctū habens multa mēbra. Sacerdos est os huius corporis. Cū ergo sacerdos cōicat oīa membra reficiuntur. Ideo etiā pueri qui sunt membra huius corporis. Ideo dicit ecclesia in collecta. Refecti cibo potuq; celesti De⁹ noster. non dicit refectus de cibo sacerdotis. Si dicatur ex quo iā cōicamus ore sacerdotum audiendo missam, quid ergo oportet nos cōicare ī Pascha? Resp̄ō deo ꝙ duplex est cōio. s. spiritualis & sacramētalis. Cōio spiritualis fit quotiescunq; homo audit missam in charitate, tunc homo cōicat spūaliter tanq̄ membrū ecclesie. Alia est cōio sacramentalis que precipitur fieri semel in anno. s. in Paschate, ad quā tenentur omnes utriusque sexus cū ad annos discretionis peruenerint. De ista uirtute spei dicit Dauid. Oculi omniū in te sperāt dñe, & tu das escam illorū in tempore oportuno, scilicet ī missā, quia illud tēpus est ordinatio. Aperis tu manū tuā, & imples omne animal benedictione. ps. xviij. Sexta est fides, ibi. Disce ubi sit lumen oculorū. Sed quare nominatur sic? Rñdeo ꝙ sicut corpus habet duos oculos quibus uidet, ita anima habet duos respectus tanq̄ oculos, scilicet respectum diuinitatis Christi quasi oculum dextrū, & respectū humanitatis eius quasi oculum sinistrū. In his duobus consistit tota fides catholica que habet quatuordecim articulos fidei, scilicet septē diuinitatis & septem humanitatis, & omnes simul cōtinentur in Credo in Deum. Benedictus est ille qui habet istos duos oculos claros & bonos, de quibus dicit xp̄s. Non turbetur cor uestrum neque formidet,

creditis in Deum & in me credite. Ioā. xiiij. Creditis in Deum. Ecce oculus dexter. & in me credite, ideſt in meā humanitatem. Ecce hic oculus ſiniſter. Ideo Dauid orando dicebat. Illumina oculos meos ne unq̄ obdormiam in morte, nequando dicat inimicus meus preualui aduerſus eum. p̄s. xij. Non loquitur de oculis corporis, qa nō legitur fuiſſe cecus, ſed de oculis anime ut illuminarentur ſibi ne peccaret contra fidem, quia ſi fundamentū cadit, totū eius edificium corruet. De hoc S. Tho. ij. ij. q. iiij. artic. vij. ubi queritur utrū fides ſit prima uirtutum, & oſtenditur precipue in ſolutione ad quartum quomodo ipſa ſit fundamentum. ſecus de alijs uirtutibus. Sed quidam ſunt ceci oculo dextro, ut agarени, qui non habent fidem chriſtianitatis Chriſti, quidam oculo ſiniſtro, ut manichei, qui negant humanitatem Chriſti, ſed utroque ſunt ceci Iudei miſeri.

Septima eſt charitas generalis que cō ſiſtit in amore Dei & proximi que offenditur ibi. Diſce ubi ſit pax. Que ſic uocatur ab effectu quia pacificat creaturam cū creatore qū ipſum diligit ſuper omnia. Et iſta pax conſeruat q̄diu creatura ſeruat tria prima precepta. ſ. nō habebis deos alienos. Secundū, non aſſumes nomē dñi Dei tui in uanum. Tertium memēto ut diē ſabbati ſanctifices. Ideo xp̄s Mat. xxij. Diliges dñm Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Secūdo charitas facit pacem cū proximo que ſeruatur ſeruando alia ſeptem, ut ſi uis honorari a filijs tuis honora parētes tuos. Secūdo ſi non uis occidi, non occidas. Tertio ſi non uis uxorem tuā tangi ab alio, nō tangas uxorē alterius. Quarto ſi nō uis depredari, non furtū facias. Quinto ſi nō uis diffamari, non falſum teſtimoniū dicas. Sexto ſi non uis in aliquo damnificari, nulli damnū infernas. Septimo ſi non uis ut uxorem tuam aliquis concupiſcat, non concupiſcas uxorem proximi tui. Hec eſt charitas generalis Dei & proximi. Ideo dicit Chriſtus de pace Dei & proximi. Pacē relinquo uobis, pacē meam do uobis &c. Ioā. xiiij. Dauid. Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum. p̄s. cxviij. Quia in dilectione Dei & proximi uniuerſa lex pendet & prophete. Deo gratias.

In Epiphania domini. Sermo. iij.

REr aliam uiam reuerſi ſunt in regionem ſuā. Mat. ij. Hoc uerbum ſecūdum intellectum hiſtoricum declarat uiam reuerſionis trium regum, ſcilicet per aliā uiā reuerſi ſunt in regionem ſuam, & nō per aliam per quam uenerant, iuxta diuinā ordinationem & angeli reuelationem dicētis eis ne redirent ad Herodem. ſed iuxta intellectum allegoricum & ſpiritualem dicitur de nobis quid debemus facere, ſcilicet ire ad regionem noſtrā non per uiam per quam uenimus, ſed per aliam, propter quod oportet declarare tria puncta.

Primus qualis eſt terra uel regio noſtra propria ad quam debemus ire finaliter.

Secundus qualis eſt uia per quam poſſemus errare ut caueamus ab ea prudenter.

Tertius qualis eſt uia per quam ſine errore perueniamus ad patriā ſecuriter.

Quantum ad primū dico q̄ gloria celeſtis illa eſt terra propria & regio ad quam debemus ire finaliter que noſtra eſt triplici ratione & iure, ſcilicet,

Creationis.
Redemptionis,
Legationis.

Quantum ad primum, quare creditis q̄ Deus creauit celum non pro ſe? quia iam habebat habitationem latam, ſcilicet ſuam eternitatem. & uerius dicitur q̄ celum & terra ſtant in Deo quam q̄ Deus ſtat in celo uel in terra, quia Deus non indiget ſuſtentamento. Nec celum creauit pro angelis ex neceſſitate. Ratio q̄ cum ſint creature ſpirituales, non indigent loco corporali, ſed ipſum creauit pro nobis q ſumus corporales, ideo indigem⁹ loco corporali, ergo iure creationis illa regio eſt noſtra. Autoritas. Annunciat de ea, ſcilicet gloria amico ſuo q̄ poſſeſſio eius ſit & ad eam poſſit aſcendere. Iob. xxxvj. Nota amico ſuo, quia ſolum amici Dei intrant illo. Inimici autem faciunt ſe indignos intrare illuc. Et ad eam poſſumus aſcendere ſcilicet per ſcalam uirtutum & bonorū operum. Sed eſt hic argumentum in oppoſitum, quia dicit Dauid propheta, Celum celi domino, terram autem dedit filijs hominum. p̄s. cxiij. Celum. i. gloria celi Deo. Quomodo ergo dabitur homini iure creationis? Reſponſio q̄ per eſſentiam & naturam gloria celi ſoli Deo debetur, quia ſua eſt eſſentialiter & naturaliter. terra autem competit homini, ſed gloria celi competit homini per adminiſtrationem diuinalem. Ideo dicit annunciat de ea amico ſuo. Secundo eſt noſtra iure redemptionis, quia Chriſtus emit ipſam nobis magno precio. ſ. ſanguine ſuo. Nō enim emit ipſam q̄ ſe. qa iam erat ſua, ſed pro nobis, quia nullus ſanguis humanus nec oīm creaturarum factarum & faciendarum ſuffeciſſent ad emendum illā gloriā ſolū ad horā unā. Sed uenit filius Dei qui dedit precium magnum & ſuperabundans. Ideo ſancti qui ſunt in gloria dicunt Deo. Redemiſti nos Deus in ſanguine tuo ex omni tribu & lingua, & populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terrā. Apoc. v. Redemiſti nos, non dicit emiſti, ſed redemiſti, ideſt iterum emiſti. Dicunt oēs ſancti doctores cōcorditer, q̄ tanta erat uirtus ſanguinis xp̄i q̄ minima eius gutta fuiſſet precium ſufficiens & ſuperabundans. Cum ergo tot guttas effuderat primo in circunciſione &c. ideo non ſolum emit, ſed redimit. Et feciſti nos de noſtro regnum & ſacerdotes. Nota dicit regnum & ſacerdotes, quia oēs qui intrant gloriā paradiſi ſunt regnū quantum ad animā, in qua Deus regnat in intellectu per cognitionē, in memoria per beneficiorū recordationē, in uoluntate per amorē & deuotionē. Et ſunt ſacerdotes q̄tum ad corpus ipſum Deo ſacrificādo per penitentiā. & ſic exponit glo. Et regnabimus ſup terrā, nō dicit in terra. Patet ergo q̄ illa patria eſt noſtra iure redēptionis. Tertio eſt noſtra iure legationis, quia dñs noſter Ieſus Chriſt⁹ in ſuo ultimo teſtamento ipſam nobis dimiſit. Deus fecit duo teſtamenta, ſcilicet uetus & nouū. In ueteri teſtamento nō dimiſit illā alicui, ſed dimiſit argentum, aurū, panē, uinum, cibū & potū, fructus & uictoriā inimicorū. Deinde fecit aliud teſtamentum, ſcilicet nouū morte ipſius cōfirmatum, teſtamentū enim nouum in morte xp̄i cōfirmatū eſt, ergo & primū eſt caſſatū. In nouo autem teſtamēto legauit gloriā celeſtem dicēs. Nolite timere puſillus grex, quia cōplacuit patri ueſtro dare uobis regnum. Luce. xij. Nos ſumus puſilli reſpectu ſanctorū angelorū. Et ne deſperemus dicit, quomodo & nos habebimus regnum Dei? Ideo dicit Chriſtus. Nolite timere &c. Sed ſunt multi in mundo qui magis audiunt & curant de promiſſionibus ueteris teſtamēti, q̄ de promiſſionibus noui teſtamēti, quia nō curāt de gloria eterna & futura, ſed de pecunijs, de honoribus, dignitatibus, & uictoria inimicorū &c. q oīa ſunt trāſitoria & tpalia. Ideo de legato eterno debem⁹ curare & ip̄m appetere & deſiderare. Si aliquis miles dimiſiſſet uobis aliq̄d caſtrū in ſuo teſtamēto, de quo nondū haberetis poſſeſſionē, nocte & die laboraretis ut ipſum haberetis, q̄to ergo magis de caſtro glorie nobis a Chriſto dimiſſo? Sed pauci ſunt qui laborant ut habeant poſſeſſionem. Ideo dicit Cypria. ī ſua epiſtola de mortalitate. Patria noſtram paradiſum computemus, parentes, patriarchas, & prophetas iam habere cepimus, ut quid non properamus, ut quid non currimus ad patriam noſtram, ut uidere & parentes noſtros uiſitare poſſimus? Magnus illuc charorum numerus nos preceſſit, & expectat turba filiorū parentum & amicorū que iam ſunt de ſua ſalute ſecuri,

adhuc de nostra solliciti. Patet primus punctus, Secūdo uidēdum est qualis est uia per quā errauerūt primi parentes, & nos similiter possemus, ut cauēamus. Dico ꝙ in principio mundi uia fuit errata per Adā, & Euā, qui inuenerūt tres uias tortas, quibus deuiauerunt, & amiserūt paradisi patriam, & uenerunt in hāc ualle miserie, & lachrymarum.

Prima fuit uia superbie.

Secunda fuit inobedientie,

Tertia fuit gule.

Non credatis ꝙ peccatum gule fuit primum, imo dicit sanctus Thom. in prima parte, ꝙ anteq̄ de fructu uetito comederent, iam erāt in eis peccata superbie, qa quādo serpēs dixit Eue. Cur p̄cepit uobis deus, ut nō comederetis ex omni ligno paradisi. Gen. iij. hec fuit prima que ptio mūdi a diabolo inuenta, qui fuit primus sophista in specie serpētis faciē humanam habētis: ut dicit magister historiarū. Statim facta questione Eua habuit superbiā, & quare nō comederemus ex omni fructu: statim cor eius elatū est ex superbia. Ecce deuiatio quomodo incepit Eua. Ideo dicit scriptura, Initiū oīs peccati est superbia, qui tenuerit eā implebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Eccles. x. Nota subuertet eū, quia superbus uult esse elatus super alios, sed in fine ibit caput subtus in infernū. Secūdum peccatū fuit inobediētia, sicut fuit in Adā, quod fuit grauius, quia magis debuit ipse cauere. Sed dicit Aug. ꝙ Adam peccauit nolens cōtristare suas delitias. Primo uxorem que erat pulcherrima, & Adā multū diligebat eā, ideo amore ipsius comedit, quia si Adā nō comedisset ipsa sola fuisset damnata, & non filij, nec fuisset peccatū originale, sed postq̄ ipsā comedit de fructu attulit Ade ut comederet. O dixit Adā nō comedatis ne moriamini. Respondit Eua. Ego comedi, & non sunt mortua, ideo comedatis. Adā nolens eā contristare comedit. Ecce hic secundū peccatū, scilicet inobedientia. O quot Adam sunt hodie in mūdo, qui uolētes cōplacere mulieribus in uanitatibus suis faciūt usuras, rapinas, malas adquisitiones, falsas sententias, furta, retētiones, & huiusmodi. Ideo apostolus. Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus nō essem. ad Gal. j. Dauid. Deus dissipabit ossa eorū qui hominibus placent, cō fusi sunt quoniā deus spreuit eos. ps. lij. Nota ꝙ ossa sunt uirtutes, quia sicut ossa sustinent corpus, ita uirtutes sustinēt animam. Sed ossa uirtutū illorū qui hominibus placent cōtra deū dissipantur, & confunduntur in morte quādo remittuntur in infernū. Tertiū peccatū fuit secutū quādo Adam comedit, ecce peccatū gule. Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius nō implebit bonis. Ecclesiastes. vj. Nota ꝙ ubi nos habem⁹, homines, Iudei habēt Ade, quia oēs labores ipsi⁹ Ade, & filiorū suorū in ore ei⁹, id est, ex peccato gule uenerunt, & dū os impleret illo fructu anima fuit euacuata uirtutibus, & meritis. Ideo dicit. aīa eius nō implebit bonis, imo euacuabit. Ecce secūda uia deuiatiōis a paradisi uia. Tertio uidēda est uia per quā debemus reuerti directe, quia dicit thema ꝙ per aliā uiā reuersi sunt in regionē suā. Iuxta illud Deut. xvij. Dūs precepit uobis, ut ne quaquā per eandē uiā reuertamini. Item mādatum est mihi in sermone dūi preciētis. Nō reuerteris per uiā qua ueneris. iij. Reg. xiij. Oportet ergo redire per alias uias tribus modo predictis contrarias, quas Christus ordinauit, & ostendit nobis.

Primo contra superbiam ostendit uiā humilitatis,

Secundo contra inobedientiam ostēdit uiam obedientie.

Tertio contra gulam ostendit uiam temperantie.

Dico primo ꝙ deus ordinauit, & ostendit nobis cōtra uiā superbie uiā humilitatis, quā primo ostēdit opere qū descē dēs de celo uoluit humiliari nostras miserias assumēdo. Deinde ipsam ostendit uerbo qū dixit. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. Matt. xj. Ergo dimittat uia Ade, & Eue superbie, & sequamur xp̄m per uiā planā securā humilitatis. De qua Esa. xxxv. Erit ibi semita, & uia sancta uocabit. Nō trāsibit p eā pollutus, & hec erit uobis uia directa, ita ut stulti nō errēt per eā. Non erit ibi leo, & mala bestia nō ascēdet per eā, nec inueniet ibi. Nota erit, scilicet in nouo testamēto uia, & semita, qa uera hūilitas cōsistit in duob⁹, scilicet in fundamēto, & in ornamēto. Fundamētum humilitatis est in corde, nō superbire de aliqua gra per fectiōe uel dono, sed magis humiliari ad instar bastiaxi, q quāto plus portat maius on⁹, tāto pl⁹ inclinat nec se appreciat de pretiositate oneris quātūcūq; sit pretiosum. Idē si portatis on⁹ deuotiōis sanctitatis uel diuitiarū, uos portatis ptiosum scrinium mercatoris xp̄i, ideo caueatis ne ip̄m pdatis. Qui hoc cogitaret, de nullo superbiret. Hec consideratio humiliabat beatā uirginē Mariā q̄ portabat thesaurum, & clenodiū ptiosum cū esset mater dei. Talib⁹ cōsideratiōibus humiliabant sancti ap̄li, & oēs sancte p̄sone. Secundo ornamētū hūilitatis constitit ad extra in opatiōib⁹, qa si estis uere hūiles in corde, nō portabitis uanitates ad extra ī corpore. Ecce quare dicit propheta. Erit sibi semita, scilicet in corpis hūilitate ad extra in opib⁹, ita ut stulti nō errēt p eā qa null⁹ pōt excusari quin posit p uiā hūlitatis incedere. Nō erit ibi leo, id est, superb⁹, nec mala bestia, id est mulier uana, & superba. De eūtib⁹ ad paradisum per hāc uiā humilitatis pōt dici thema, p aliā uiā &c. Secūdo cōtra uiā inobedientie xp̄s ordinauit, & ostēdit, nobis uiam obediētie. Prīo de facto, & ope, qa fuit in oīb⁹ obediēs deo p̄ri, iō ap̄s. Fact⁹ est obediēs usq; ad mortē, mortem aūt crucis. Ad Phi. ij. Et nota qualē obediētiā habuit, & ostēdit, nō solū deo p̄ri, sed etiā uirgini mri, & Ioseph nutritio, quia erat subditus illis. Luc. ij. Itē crucifixorib⁹ qī dixerūt ei expolia te, & ipse statim obediuit &c. Ideo a more sui sim⁹ obedientes ei, & p̄ceptis dei. Hāc uiā obedientie petebat Dauid di. Legē pone mihi dne uiam iustificationū tuarū, & exquirā eā semp. ps. cxviij. Nota ꝙ xp̄s dedit legē, & uiā obediētie sex cōditiōibus gentiū mūdi. Prima est dnorū prelatorū quibus xp̄s dedit legē, & uiā iustificationū suū dicens. Pascite qui in uobis est gregē dei, prouidētes nō coacte, sed spōtanee secūdum deū, neq; turpis lucri gratiā, sed uoluntarie, neq; ut dnantes in cleris, sed forma facti gregis ex aīo, & cum apparuerit princeps pastorū p̄cipietis immarcessibilē glorie coronam. j. Pet. v. Nota turpe lucrū est qū propter simoniā faciūt. Per hāc uiā debēt ire obediētes dūi, prelati. Secūda est dnorū tēporaliū, quib⁹ Christus dedit legē obediētie, & uiā iustificationū dicens, Domini quod iustū est, & equum seruis prestate, scientes quoniā & uos dm̄ habetis in celo. ad Col. iij. Tertia est religiosorum, dicēs, Obedite prepositis uestris, & subiacete eis: ipsi enim perui gilāt quasi rōnē pro aīmabus uestris reddituri. ad Heb. vl. Quārta est simpliciū clericorū dicēs. Sint lumbi uestri precincti, & lucerne ardentes in manibus uestris &c. Luce. xij. Quinta est diuitū, quibus dedit legē misericordie dicēs. Estote misericordes sicut & pater uester misericors est. date, & dabitur uobis &c. Luc. vj. Sexta est pauperū quibus dedit legē patiētie dicēs. In patiētia uestra possidebitis aīmas uestras. Luce. xxj. Ecce hic quare dicit. Legē pone mihi domine &c. De obediētibus dicit thema. Per aliā uiā reuersi sunt. Tertio xp̄s contra uiā gule ordinauit nobis uiā temperantie seu abstinētie. Primo de facto, & opere, quia statim baptizatus a Ioāne intrauit desertū, & ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ꝙ nihil comedit. Itē uerbo dicēs. Penitētiam agite, scilicet abstinēdo a delectationib⁹ cibi, & potūs, & aliorū. Ideo primū p̄ceptū quod deus dedit post diluuiū fuit abstinentia, scilicet cōtra gulam di. Carnem cum sanguine nō comedetis. Gen. ix. ideo dicit Greg. super illo uerbo, Per aliam uiam reuersi sunt, quia a paradisi gaudijs per cibum cecidimus, ad hec per abstinentiam quātum possumus resurgamus

gamus. Ista est uia de qua dicit Christus. Arcta est uia que ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniūt eam. Matt. vij. Sed isti qui tendunt per istam uiam uadunt recte ad paradisum. De quib⁹ dicit thema. Per aliam uiam reuerti sunt in regionē suam.

In Epiphania domini. Sermo. iiij.

OBtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Mat. ij. Hoc uerbū ad literā loquitur de illis tribus regibus qui obtulerunt munera &c. Sed iuxta intellectū anagogicum quē uolo pertractare, sciendum q̄ deus in hoc mundo fecit creaturas in triplici differentia. Quasdā creaturas fecit omnino spirituales, ut sunt sancti Angeli. de quibus dicit scriptura sancta. Qui facit angelos suos spiritus. Item Luc. vlt. Spiritus carnem, & ossa non habet. Alias creaturas fecit omnino corporales, quia tam corpora q̄ anime fiunt de terra. Dicit philosophus q̄ anima bruti educi⁹ de potentia materie. Itē dicit tex. Producat terra animā uiuentē in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terre. Gen. j. Ideo quādo moritur brutum, moritur etiam anima eius. Hoc satis tradit sanctus Tho. j. par. qō. v. ar. vj. in solu. ad primū. Autoritas. Cuncta, supple que sunt in animali bruto, subiacent uanitati, & omnia pergūt ad unū locum. de terra facta sunt, & in terrā pariter reuertuntur. Eccle. iij. Tertio fecit deus creaturas simul spirituales, & corporales, scilicet hominem, qui quātum ad corpus est corporalis de terra factus sicut animal brutum. Gen. ij. Formauit deus hominē de limo terre q̄tum ad corpus. Sed q̄tū ad animā est spiritualis similis angelis, quia anima hominis nō educitur de potentia materie, sed creatur a deo ut angelus, & creādo infunditur corpori, & infundendo creatur ad gubernandū, & custodiendum castrum corporis ad instar militis cui rex committit castrum inter inimicos positum. Si bene custodit castrum, premiatur a rege: si autē male, & permittit intrare inimicos regis, tanquā proditor punitur a rege. Et ita moritur sicut animal brutum quātum ad corpus. Autoritas. Vnus est interit⁹ hominis, & iumentorum, & equa utriusq; conditio, sicut moritur homo, sic & illa moriūtur. Et nihil habet homo iumento amplius, scilicet quātum ad corpus. Eccle. iiij. Sed quātum ad animam homo est similis angelis, quia anima hominis est immortalis, ut angelus. q̄ enim anima hominis sit incorruptibilis, probat efficaciter sanctus Tho. j. parte. q. lxxv. art. vj. Et in morte corporis anima redit ad deū, ut reddat computum deo, & rationē de gubernatione corporis. Autoritas. Reuertatur puluis in terram suā unde erat, scilicet quantū ad corpus, & spiritus redeat ad deū qui dedit illum. Eccle. xlti. Cui dicet Christus. Redde rationē uillicationis tue. Luc. xvj. Apostolus. statutū est hominibus semel mori quātū ad corpus, & post hoc iudicium, quantum ad animam. Heb. ix. Modo secūdū Augu. in libro de cura pro mortuis agēda, tres cōditiones sunt defunctorum.

Quidam sunt boni perfecte, & isti offerunt deo aurum per magnum ualorē.

Quidā sunt boni mediocriter, & isti offerunt deo thus per bonum odorem.

Quidam sunt mali peruerse, & isti offerunt deo myrrham per amaritudinē. De his omnibus dicit thema. Obtulerūt ei aurum, thus, & myrrham. Dico primo q̄ quidā defuncti sunt boni perfecte, sicut sunt deuoti religiosi clerici, & laici, qui, licet fecerunt plura peccata, tamen pro tēpore cōuerterūt se ad deū, & fecerunt magnā penitentiā de peccatis suis. Primo habuerūt magnā cōtritionē. Secūdo propositū non redeūdi ad peccata. Tertio fuerūt cōfessi. Quarto satisfecerunt. Quinto remiserunt iniurias &c. orabāt, & ieiunabāt, cōmunicabāt, faciebāt magnas eleemosynas, & multa opera bona, intantum q̄ si in statera diuine iustitie ponerentur bona, & mala que fecerunt, plus ponderarent bona quā mala, tales sunt aurū purum propter penitē

tiam in hoc mundo factā, ideo qñ tales decedūt non trāseunt per purgatorium, quia eorū anime iam fuerūt in hoc mundo purgate in fornello penitentie. ideo ut aurū purū bonū statim ponūtur in cofris thesaurorū dei, scilicet in ordinibus angelorum. Sicut dicit ecclesia de beata Magdalena. In thesauro regis reposita est drachma perdita. Et talib⁹ dicit Petr⁹ apostolus. Modicū nūc si oportet cōtristari in uarijs tentationibus, ut probatio fidei uestre multo pretiosior sit auro q̄d per ignem probatur inueniatur in laudem, & gloriā, & honorē, & reuelationē Iesu Christi. j. Pet. j. Nota modicū nunc, scilicet in hac uita presenti, si, pro quia, oportet cōtristari, quia quodlibet opus penitentie infert tristitiā, & dolorē homini. unde dolor, & tristitia est conteri de peccatis que tantū placuerūt. Itē dolor est recipere propositū nō redire ad ea ad que homo inclinatur naturaliter. Idem de cōfessione quasi se diffamādo siue diffamare se, & sic de alijs operibus penitentie, ideo dicūtur uarie tentationes. Sed in morte talis anima inuenitur in laudē, gloriā, & honorē. Vbi tanguntur tria que fiunt anime bone, & perfecte. Primū est in mortis articulo, angel⁹ custos subito totus letus ascendit in celum dicens Christo quomodo sibi talis cōmissus est in extremis. Et Christus licet sciat omnia, tamē ad instar iudicis interrogat iustū, & impiū, & audit relationem angeli qui laudat illū de bona uita, & de penitētia quā fecit. Ecce quare dicit, inueniatur in laudē. Tunc xps precipit alijs angelis, ut descendāt ad associādum illā animā, qui tantū nos diligūt q̄ quilibet ingerit se di. Ecce ego domine mitte me. Itē filij petunt mitti qui simul cum angelis descendūt ad associandum animam patris uel matris &c. Statim anima a corpore separata uidet eos, & cognoscit eos di. Vnde mihi tantus honor? ideo Iob loquēs de persona bona, & perfecta dicit. Si fuerit pro eo angelus loquens unus de milibus ut annunciet hominis equitatem, id est, penitentiā, miserebitur eius, & dicet. Libera eum, ut non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier, scilicet penitentiā condignam. Iob. xxxiij. Ideo Dauid. ps. xxxij. Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. Secūdo dicit, ut inueniatur in gloriam, quia talis anima sic perfecta sanctis angelis associata, uadit ad instar sponse in die nuptiarū. O qualis gloria q̄ tales, & tanti reges, duces, & nobiles, & barones paradisi associant ipsam. Et qualia festa fiūt ei in qualibet platea paradisi p̄ sanctos &c. di. O benedicta anima &c. Et ipsa inclinādo se dicit. Nō nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Propter hoc dicitur. Non sunt condigne passiones huius tēporis ad futuram gloriā que reuelabitur in nobis. ad Ro. viij. Huius intellectū sanct⁹ Tho. ponit. j. ij. q. cxiiij. art. iij. ubi querit utrū homo ex condigno possit mereri uitam eternam. Tertio dicit, ut inueniatur in honorem, & hoc quando sancta anima sic associata uenit usq; ad cathedrā Christi, ubi a Christo recipit coronā glorie. O qualis est gloria coronari a summo pontifice, qualis honor est regi quando coronat ab archiepiscopo, qualis est honor cesari Augusto coronari a Christi uicario Romano pontifice, quod tñ nihil est respectu illius coronationis. Sapien. v. Iusti in perpetuum uiuent, & apud dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum. ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu domini. De quibus dicit thema. Obtulerunt domino aurum. Dico secūdo q̄ quidā sunt boni medio modo, sicut sunt illi qui faciūt penitētiā de peccatis suis, cōterunt de peccatis, sed nō tantum sicut Magdalena, tñ si est uera cōtritio nō est sine gratia dei, cōfitent semel in anno, & seruāt penitētiā eis datā siue iniunctā, nihil aliud addētes, audiūt missam solū in dieb⁹ dñicis, & festis, cōicāt in paschate, ieiunāt precise ieiunia ecclesie, & nihil aliud faciunt, nisi illa ad que tenent. Tales boni sunt, sed quia penitē tia est modica respectu pctōrū, iō modi-

cū redolēt,sed tales qñ decedūt offerūt deo thus in igne purgatorij,ubi tunc ardēter desiderāt deū.De qbus dicit scriptura sacra. Quasi thus redolēs ī diebus estatis,quasi ignis effulgēs,& quasi thus ardens in igne.Eccl.l.In dicta autoritate sunt tres clausule.Prima declarat conditionē animarū imperfectarū cū dicit. Quasi thus redolēs,in diebus estatis.In diebus hyemis thus non redolet propter frigus,sed in diebus estatis redolet modicū, sed ī igne multum redolet.Sic persone imperfecte modicū redolent,si seruant illa ad que tenent,& nihil aliud addunt.Vnde si dicat eis in diebus feriabus,ut uadāt ad missam,rñdent nō teneor &c.Idem de alijs bonis operibus. Ideo recipiūt illas bonas delectationes, & solatia que possunt sine peccato mortali,& seruant precepta dei.Secūda clausula innuit,& declarat conditiones purgatorij,cum dicit.Quasi ignis effulgēs. Non intelligatis ꝙ ille ignis purgatorij sit de lignis,sed est flamma pura& clara. Secus de igne inferni qui est tenebrosus ad instar ignis sulphurei.Sed ignis purgatorij est clarus,quia anime q̄ sunt in purgatorio sunt clare in fide catholica,& in conscientia per gratiam dei quā habēt secum,sed purificant in illo igne. Si dicatur iuxta regulam Philosophie. Omne agens prestantius est suo passo. Cū ergo anima sit prestātior igne,quomodo ergo torquet illa illo?Rnsio.Regula philosophie est uera loquendo naturaliter,sed ignis purgatorij non agit naturaliter,nec uirtute propria, quia si sic,tunc nō posset animas cruciare,quia nullum corporale potest agere naturaliter in rem spiritualem.Sed ille ignis purgatorij agit supranaturaliter tanquam instrumentum diuine iustitie,nec agit tanquā principale agens. Quoniam si deus uellet una formica posset unū angelū cruciare.Et uirtute diuina ille ignis durabit abiq; lignis.ideo dicit,Quasi effulgens cruciat animā.Vnde de anima que uadit in purgatorium dicit apostolus. Detrimentum patietur,ipse autē saluus erit,sic tamen quasi per ignem.j.Corin.iij.Tertia clausula declarat modū quomodo portatur anima ad purgatoriū,& ponitur cū dicitur.Quasi thus ardens in igne.Dic secūdum S.Tho.ꝙ aīa portatur ad purgatorium a bono angelo & nō a malo ut dicūt aliq.qa talis aīa exit cum uictoria de campo belli huius mundi deuicto diabolo.nō est ergo uerisimile ꝙ uictor capiatur a uicto & portetur. Ideo secundū S.Tho.portat ibi a bono angelo.Dic practice qūo mittitur thus in thuribulo &c.Sic bonus angelus recipit thus.s.animam de uasculo corporis, dicens corā summo sacerdote benedicite.Christus uero dat sniam,ꝙ sit tanto tēpore in purgatorio quasi thus in thuribulo,& tunc anima est quasi thus ardēs in igne euaporans sursum fumum laudis,& benedictionis ad deum,quia euasit penas horribiles inferni.Secº de animabus inferni que euaporāt sursum ad deum fumum fetidū blasphemiarum,& maledictionum.Nota exemplū de duobus uarletis,uel de seruis quos dñs uult corrigere,quorum unus humiliter petit ueniam,alius nō &c.De illis de inferno beatus Ioannes dicit,Estuauerunt estu magno.s.dānati,& blasphemauerūt nomē dei.Apoc.xvj.Questio utrū aīe purgatorij possint adiuuari suffragijs nostris quātum ad diminutionē tpis & penarū.Rñsio ꝙ sic.Declarat hoc iuxta similitudinē mēbrorū corpis qa oīa mēbra corpis coniuncta uno spiritu uiuificant & reficiunt cibo ab ore sumpto.Secus de mēbris ablatis,& a corpore precisis. Idem de corpore mystico ecclesie cuius corporis anime purgatorij sunt membra,que eodem spiritu,scilicet sancto uiuificantur. Secus de damnatis qa sunt membra ablata & scissa a corpore ecclesie.Prouer.xj.Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. Taliter ergo anima purgatorij potest iuuari suffragijs parentum,& amicorum quod statim liberabitur,quia sententia que datur a Christo standi in purgatorio tanto uel tanto tempore,conditionaliter dat.

Ideo

Ideo aplʼs ad Ro.viij.Qui secūdū spiritū sunt spūs sentiunt.Dic practice qūo facto suffragio pro ipsis,ut dicta missa uel oratiōe uel absolutiōe facta uel eleemosyna data,statim sentiūt alleuiationē pene.Dic qūo suffragiū principale,qdʳ pōt fieri ꝓ ipsis,est suffragiū missarū.Seruatis tñ duabº cōditiōibº.Prima ꝙ nō fiat preciū in missis &c.Secūdū ꝙ sacerdos, sit bonus homo & amicus dei,tātū quātum hō pōt cognoscere ad extra,ne sit cōcubinarius &c.Greg.Cū is qui displicet ad intercedendū mittitur,irati animus ad deteriora prouocat.Itē Io.ix.Scimus eīm ꝙ peccatores deº non exaudit. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a pctis soluant.ij. Machab.xij.uide de hoc.ꝰ.ser.iiij.dñice. iiij.aduētus.Tertia cōditio defunctorū est quorūdā qui sunt mali peruerse.Dic de quolibet statu sicut sunt illi qui sciūt se uiuere in peccatis mortalibus,& recta uia ire ad infernum,& nolūt dimittere peccata,ut superbiā,aut auariciā uel luxuriā &c.imo truffando,ridēdo,comedendo,bibēdo,& delectādo uadunt ad infernū.De quibus dicit scriptura sacra, Ducunt in bonis dies suos,& in puncto ad inferna descendunt.Iob.xxj. Tales in morte descendunt statum in infernum ubi offerūt deo mirrhā amaram per magnū dolorē.ideo ī psona dānati di.scriptura sctā,Amaritudo mea amar. Esaie. xxxviij.no.mors dānatorum est amara, qa in morte corpali perdūt oīa bona huius mūdi.Secūdo est amarior qñ datur a Christo snīa dānationis irreuocabiliter. Tertio est amarissima qūdo iam cruciant ī inferno,& post iudicium cruciabuntur simul in corpore.Dic quomodo deus dat gloriam,uel penā in alio mundo secundum opera bona,uel mala,que hō fecit in hoc mundo.Vbi sciēdū ꝙ sicut in eterna uita siue beata diuerse māsiones secundū uerbū xpi sunt,qa quidā clarius quidā minus alijs uidēt diuinam essentiam.Ita etiā sunt inequales gradº in tormētis infernalibus.Nam & si oēs dānati in pēnis infernalibus quo ad durationē siue quo ad ppetuitatē sint pares,sunt tñ impares,quo ad acerbitatē. Sicut etiā oēs beati sunt pares in eternitate supple participata diuine uisionis, & fruitiōis,sunt tñ inequales,& impares quo ad gradū uisionis secūdum diuersam mēsuram facultatis quā sortiuntur ex diuersa participatiōe luminis glorie.Qui enim plus abūdauerit in lumine glorie,clarius & limpidius uidebit diuinam essentiam & intensius fruitione fruetur &c.Hoc ueritas est,& doctoris sancti sententia in pleriſq; paſsibus eiusdē resolutorie determinata.Nota quomodo opera bona uel mala ꝓ prius fiūt ab anima cogitādo,deliberādo,ordinando,proponēdo,ideo aīa per prius meretur,uel demereī,sed in executione operis corpus cooperatur. Verbi gratia,de aliquibus operibus propter que anima prius habet gloriam uel penam.Deinde post iudicium corpus etiam habebit gloriam uel penam. Deo gratias.

De eodem. Sermo.v.

AB oriente uenerūt Hierosolymam. Mat.ij.Hoc uerbū ad literam declarat terminum a quo uenerūt reges,cū dicitur,ab oriēte uenerūt reges,nō tracti uiolēter,sed libere.cum dicit uenerūt,supple libere,& terminū ad quē cū dicit Hierosolymā. de isto intellectu nō cura amplius,sed iuxta intellectū spiritualē intēdo declarare qūo gētes,que sunt ī peccatis pñt uenire ad illā celestē Hierusalem.De hoc Dauid in.ps.cvj.Qui redēpti sunt a dño quos redemit de manu inimici,de regionibus cōgregauit eos,A solis ortu & occasu ab aqlone & mari.Itē Luc.xiij.Venient ab oriēte & occidente & aquilone & austro,& accūbēt in regno dei.Ex his patet ꝙ a quatuor partibus mundi gentes ueniunt ad celestem Hierosolymam quadruplici ratione uel modo,scilicet,

Ab oriente iuuentutis.
Ab occidente senectutis.
Ab aquilone aduersitatis.
A meridie siue austro prosperitatis.

k ſ De

De primis dicit thema. Ab oriente uenerunt. Dico primo, ꝙ aliqui ueniunt ad deū in hoc mūdo p gram, & in alio per gloriam ab oriēte iuuentutis, & isti ueniūt tracti per amorem sicut sunt hoīes, & mulieres iuuenes, qui in flore iuuentutis dant se deuotioni, & bone uite & seruitio dei orādo, ieiunando, nō iurāt nec mentiunt, nec nocent alicui, sed audiunt missas, & sermones deuote, tales ueniunt ad deum ab oriente iuuētutis. Iam uidetis qūo claritas diei in oriente incipit. Sic in talibus claritas bone uite incipit in oriente iuuentutis. Si tu haberes in manu tua rosam pulcram recentē, & rex peteret eā a te, & ex alia parte peteret eā cloacarius, & ex alia unus captiuus, nunqd esset prius danda regi antequā alijs? imo. Idē de rosa seu flore iuuentutis, quam a te querit rex xp̄s, & ex alia parte unus cloacarius. s. mūdus iste qui non curat, nisi de fumo transitorio, & ex alia parte petit ipsam captiuus, scilicet demon. Cui ergo est dāda? clarum est, ꝙ regi xp̄o. Ideo Threñ. iij. bonū est uiro cū portauerit iugum ab adolescentia sua. Patet hic stultitia illorū qui dicūt, non placet mihi equus faleratus, nec iuuenis, uolens uideri deuotus. Tales ueniūt ad deū ab oriēte tracti amore, quos dominus uocat. Autoritas. Esa. xlvj. ego sum dominus uocans ab oriente auem, & de terra longinqua uirum uoluntatis mee. Auis dicitur iuuenis duplici ratione. Prima est, sicut auis confidit in alijs ad uolādū. Iob. v. Auis nascit ad uolatū, & homo ad laborē &c. sic iuuenis cōfidit de iuuentute sua ad ambulandū. Secūda quia sicut auis nutrita qñ esurit statim uenit qñ uocat. secus si habet stomachū plenū. sic iuuenis, qñ uocatur a deo in aliqua bona p̄dicatione statim uenit, maxime si uidet rubricaturam passionis Christi. Nota quomodo uenator uocat falconem tripliciter. Primo ostēdendo sibi rubedinem, secundo partem de carne, tertio clamando. Sic Christus nos uocat primo ostendēdo rubedinē, scilicet crucē, in qua eius caro fuit, ꝙ nobis suspensa, rubea & sanguinolēta, & quādo iuuenis cogitat xp̄i passionē, & dolorē, statim uenit ad eū p deuotionē, qa adhuc non est intricatus cum mundo. Secundo uocat nos xp̄s, ut uenator gustando de uenatione. quando iuuenis audit missas, & sermones libenter, & cogitat delectabiliter gaudia paradisi. dicit iuuenis, O tam bonū est illud, & sequit xp̄m per bonam uitam. Ideo Dauid. ps. xxxiij. Gustate, & uidete qm̄ suauis est dominus. Tertio uocat clamando ore predicatoris. Mat. x. Nō enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Iuuenis statim uenit, secus de senibus qui sunt ut falco qui habet stomachum plenū, q licet a dño uocatur, non uenit, sed fugit. Idē de senib⁹ qui sunt pleni diuitijs, qñ audiunt deum clamantē ore predicatoris, dicunt cras, in quadragesima sequēti, uel in alio anno, & interim uenit mors &c. Sed iuuenis statim uenit, iō dicit Iob. Cū essem iuuenis, uocabis me ego respondebo tibi. Iob. xiiij. Secūdo dixit de terra longinqua, duplici ratione. s. naturali & morali. Rō naturalis est, qa iuuenis, secūdū cursum nature lōge est a morte, licet in macello mactent tot uituli quot boues. Secūda rō moralis est, qa iuuenis multum est lōge a deo qñ nō uult ieiunare, nec orare &c. Dauid. Longe a peccatoribus salus. Tertio dicit uirum uoluntatis mee. Nota uirum. i. uirtuosum, quia talis placet deo. Dic exemplum ꝙ narratur a tribus euāgelistis. s. Mat. xix. Mar. x. Luce. xviij. De pueris qui portabantur ad xp̄m ut ipsos tangeret, & benediceret quos apostoli prohibebant, qd xp̄s indigne tulit & dixit apostolis. Sinite paruulos uenire ad me, talium est em̄ regnū celorum. Dixit Marc⁹ ꝙ amplexabatur eos. Dico secundo, ꝙ aliqui ueniunt ad deū ab occidente senectutis, & isti ueniūt tracti per timorē. Sicut sunt illi qui totam suā iuuentutem dederūt mundo in uanitatib⁹ superbie, luxurie, auaricie &c. & quando sunt senes absq; moralibus, iam nō possunt ire, nec comedere, nec

nec dormire, nec iā uult ipsos mundus, tunc ipsi dant se deo. Tales dicunt uenire de occidēte, quia iā sunt in fine. s. iuxta mortē, & ueniūt timore mortis. De⁹ non deberet tales recipere in seruitium octogenariū uel nonagenariū, qa nō faciūt, nisi comedere & dormire, sed deus est pius, & benignus, & iō recipit ipsos, quasi diceret. O uos stulti & tardi ad credendū. Luc. xxiiij. De talibus deberet facere deus, sicut fecit qdā rex de suo seruitore, qui dimisso rege iuit ad inimicos regis cū quibus expendit totā suam iuuentutē faciēdo guerram dño suo. Et qñ fuit senex redijt ad regē qui suspēdit ipsum in furca ut merebatur. Nō sic facit deus cū sit totus pius de his, qui ueniunt ad ipsum ab occidēte timore. De qbus dicit Esa. lix. Timebūt qui ab occidente nomē domini, & qui ab ortu solis gloriam eius, cū uenerit quasi fluui⁹ uiolentus quē spiritus dñi cogit. Nota timebunt q ab occidēte, supple ueniūt, nomen dñi, non dicit nomen creatoris, uel redemptoris seu saluatoris, sed dicit nomē dñi. Quoniā ista noīa faciūt quā plures stare in peccatis, cogitātes, ꝙ xp̄s est creator, & nō in uanū creauit nos, sicut argētarius nō in uanū facit cupā argenteam ut ipsam proijciat &c. Idem de noīe redemptoris, quia redemit nos &c. Et de nomine saluatoris, quia cū sit saluator saluabit nos. Idē de noīe gubernatoris, ideo gubernat nos. Sed timebunt nomen dñi quod est nomē iustitie. Ideo Hiere. x. Non est similis tui in dijs. dñe magnus es tu, & magnū nomen in fortitudine. Quis nō timebit te o rex gētiū. Hoc nomē dominus tangit cor qñ homo cogitat, qd deus est dñs & ego sum seruus. Ideo si nō facio sibi bonū seruitium ipse dānabit me. Isto modo uenit timor dñi, sed timor solus modicum ualet, ideo oportet, ꝙ ibi sit amor. Secūdo dicit quasi fluuius uiolētus quē spūs domini cogit. Si dicat qñ senex timebit nomen dñi. Rñdeo cū uenerit quasi fluui⁹ uiolētus, scilicet cōtritio. Quādo senex uidet se propinquū morti & cogitat penas inferni, & quid erit de ipso tūc? sicut oliua conterit inter duas molas, sic senex. Mola superior est rigor diuine iustitie. Mola inferior est pena īferni, tūc uenit quasi fluuius uiolentus, scilicet cōtritio cū lachrymis, de quo multū gaudet deus & sancti. Dauid. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. ps. xlv. Luce. xv. Gaudiū est angelis dei sup uno peccatore pniam agente. & Ezech. iij. Abij amarus in indignatione spūs mei, manus em̄ domini erat mecū cōfortans me. Nota qūo manus domini habet quinq; digitos. Pollex est cordis cōtritio. Index oris cōfessio. Medius debitorum restitutio. Medicus iniuriarū remissio. Auricularis eucharistie cōmunio. Fiat manus tua ut saluet me. Dauid. Dico tertio, ꝙ quidā ueniūt ab aqlone aduersitatis p dolorem, sicut sunt illi qui in aduersitate cōuertunt ad deum, & ueniunt ad ipsum tracti per dolorē. Quia sicut aquilonaris uentus est frigidus, & stringit homines, ita aduersitas uel tribulatio stringit hominem cum deo. Iob. xxxvij. Ab aquilone uenit aurum. i. ex tribulatione uenit homo ad deū, quia sicut aurū purgatur in furnello, ita peccator purificatur in tribulatione. Sunt multi qui quando sunt in prosperitate nō curāt de deo, sicut mulieres pulchre & iuuenes, sed curāt de ornamentis, tripudijs &c. sed quādo deus mittit eis tribulationes, aduersitates, infirmitates, diuisiones cum uiris suis, tunc ueniunt ad deum, ieiunant, deponunt uanitates &c. Item homines luxuriosi, auari, superbi, parum curant de deo. Nota similitudinem Luce. xiiij. de illo qui fecit cenam magnam, & uocauit multos, qui cena parata noluerunt uenire &c. Qui misit seruum dicens. Cōpelle eos intrare, scilicet per aduersitates, dolores & tribulationes &c. Itē de hominibus mūdanis, qui se excusant de cena glorie, nec curant ire per bonā uitam seu uiam quam nobis parauit Christus. De qua dicit Ioā. Apocal. xix. Beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt. A qua aliqui se excusant dicentes,

Villam

Villā emi, ecce ſuperbiam. Quidam dicunt iuga boum emi quinq;. ecce auariciam. Quidā dicunt uxorē duxi. ecce luxuriā. ſed cōpelluntur uenire aduerſitatibus tribulationibus infirmitatibus &c. & ſic ueniunt ab aquilone. Grego. Mala que nos hic premunt, ad deū ire compellunt, ſicut puer cōpellitur a patre, ut uadat ad ſcholā percutiēdo. De iſtis poteſt dici illud. Ab aquilone uenit aurū. Iob. xxxvij. Dico quarto ꝙ quidam ueniunt ad deum a meredie proſperitatis. Iſti ueniūt tracti per rigorē. Meridies que eſt regio rigida, & fertilis, ſignificat proſperitatem, que eſt habere abundantiā bonorum temporalium, honorum, dignitatū, diuitiarū, ſanitatū &c. que retrahūt homines ne ueniant ad deum. Autoritas. Incraſſatus impinguatus dilatatus dereliquit deū factorē ſuū, & receſſit a deo ſalutari ſuo. Deu. xxxij. Sed quādo tales, qui ſunt in proſperitate cōuertuntur ad deū, ut Dauid & patriarche, dicuntur uenire a meridie proſperitatis ad deū. Autoritas. Deus ab auſtro ueniet, & ſanctus de monte pharam, pharā, id eſt abundās. De his quatuor ſimul una autoritas. Ab Oriente adducā ſemen tuū, & occidēte congregabo te. Dicam aquiloni da, & auſtro noli prohibere. Eſa. xliiij. Nota ab aquilone adducam ſemen tuum, ſcilicet nō uiolenter, ſed per amorem, & libere ab occidente congregabo te. Dic de ſacco tritici in agro diſperſi quomodo non poteſt cōgregari niſi a deo, ſic nec homines mundani, qui habent cor diſperſum hinc inde in diuitijs, & honorib⁹ omnes radices cordis ponunt hic inferius. Dicam aquiloni, id eſt tribulationi da, & auſtro, id eſt, proſperitati noli prohibere.

In Epiphania domini. Sermo. vj.

AMbulabunt gentes in lumine tuo. Eſa. lx. Pro declaratione &c. Sciendū ꝙ dominus noſter Ieſus Chriſtus uolens oſtendere, & declarare differentiā inter tempus ante ſuā incarnationem, & tempus poſt, dixit, Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non eſt in eo. Ioā. xj. In iſta autoritate Chriſtus cōparat tēpus ante incarnationem nocti, & tempus poſt incarnationem diei. Ratio, quia ſicut dicitur dies, quando ſol lucet, & dicitur nox abſentia ſolis. Idem de Chriſto ſole iuſtitie de quo dicitur uirgini Marie, Felix nāq; es ſacra uirgo Maria &c. Hic ſol iuſtitie ex peccato Ade fuit abſens generi humano. Volens Adam plus complacere uxori quā deo, comedit de cibo uetito &c. Aug. Adam peccauit nolens contriſtare ſuas delicias. Quia ſic Adam interpoſuit mulierem inter ſe, & deū, quemadmodū terra interponit inter nos, & ſolem quādo occidit &c. Ideo Dauid. Sol cognouit occaſum ſuum, poſuiſti tenebras, & facta eſt nox. ps. ciij. Sol ſcilicet Chriſtus iuſtitie cognouit occaſum ſuum, quādo Adam peccauerat interponendo uxorē &c. Poſuiſti tenebras, ſcilicet peccatorū, miſeriarum, & dolorum, & facta eſt nox que durauit quinq; milibus annorum & ultra. Ideo tunc temporis gētes que ambulabant per iſtum mūdum cadebant in errores &c. quia non habebant claritatē ſcientie euangelice. Ideo dicit Chriſtus illo tempore. Si quis ambulauerit in nocte offendit, quia lux non eſt in eo. Sed orto ſole iuſtitie ſuper terram in die natiuitatis, incepit dies clara dans claritatem doctrinarum euāgelij, & inſtructionum moraliū. De iſto die dicit Chriſtus. Si quis ambulauerit in die nō offendit, id eſt, non cadit in errorem, uel dubitationem, uel falſam opinionem, imo credit fidem catholicam a Chriſto predicatam, qui non fallit, nec fallitur, nec decipit, nec decipitur. ideo apoſtolus. Nox preceſſit, dies autem appropinquabit. ad Rom. xiij. De iſto die dicit propheta ſpiritu prophetico domino noſtro Ieſu Chriſto. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Patet thema. Modo ad eundum ad paradiſum ne cadamus, ſunt nobis neceſſaria quatuor lumina, que habemus a domino, ſcilicet,

Lumen

Lumen intelligentie naturalis.
Lumen doctrine ſpiritualis.
Lumen exempli uirtualis.
Lumen gratie diuinalis.

De quolibet iſtorum luminum dicit thema. Ambulabunt gentes in lumine tuo &c. Primum lumē nobis neceſſariū pro eundo ad paradiſum ne cadamus, eſt lumen de intelligentia naturali ne homo ſit ſtultus. Vnde intellectus ſeu ratio naturalis nihil aliud eſt quam quoddam lumen illuminans cameram conſcientie quēadmodum cereus accēſus illuminat domum ad dirigendum in agendis. De iſto lumine loquitur Dauid deo dicens. Signatū eſt ſuper nos lumen uultus tui domine, dediſti letitiā in corde meo. ps. iiij. Nota ſup nos, non dicit infra nos, ſcilicet in ſenſualitate, ſed ſuper nos, ſcilicet in mente. Cū iſto lumine homo poteſt regere ſe bene, & gubernare in tribus ſingulariter, ſcilicet in credendis, in faciendis, & in ſperandis Primo in credendis, quia ſicut ille, qui uiget intellectu naturali, quando intrat magnam domū, uel palatium, intellectu naturali cognoſcit potentiam domini, qui illud fecit &c. Sic perſona que uiget intellectu naturali, quando uidet palatium huius mundi, cuius camere ſunt in celo, ubi ſunt ſilij, & amici dei. Stabulum eſt hic ubi ſumus nos cum beſtijs. Cacer inferni eſt inferius in corde terre pro malefactoribus. Ex aſpectu ergo palatij huius mundi poteſt cognoſci potentia domini, qui talem domum creauit ſolo intellectu naturali abſq; magiſtro, & doctore, quia nulla domus fit a ſeipſa. Item in ordinatione, & motu corporum celeſtium intellectu naturali poteſt cognoſci ſapiētia dei. Item ex eorum utilitate, quia influunt hic quotidie, & cōtinue poteſt cognoſci bonitas dei, hoc dicit apoſtol⁹ ad Ro. j. Inuiſibilia dei a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta cōſpiciūtur, ita ut ſint inexcuſabiles. Nota inuiſibilia dei ſicut ſunt attributa diuina, ut potētia, ſapiētia, bonitas &c. a creatura mūdi, ſcilicet ab homine intellectu uigente per ea q̄ facta ſunt &c. ita ꝙ ſunt inexcuſabiles. ſcilli qui non credūt. Secundo lumine intellectus naturalis poſſum⁹ nos gubernare in faciendis, unde dato quod deus non dediſſet nobis decē precepta moralia, per intellectū naturalē poſſent ſciri, & teneri. Quoniā intellectu naturali ſcitur, & oſtēditur, & ſeruatur ꝙ null⁹ fidelis ſeruus, & bonus debet pro aliqua re recurrere ad inimicos domini ſui, nec cū illis aliquid tractare contra dominū ſuū qui dat ſibi uitā, & prouiſionē, ſed ꝙ in ſuis neceſsitatib⁹ debet recurrere ad dominū ſuum potentē, & bonū, ecce primū preceptū, Nō habebis deos alienos. Secūdo intellectus naturalis oſtendit, & iudicat ꝙ ſerui, & ſubditi debēt loqui de dño ſuo cū reuerētia. Ecce ſecūdū, Non aſſumes nomē dei tui in uanū. Tertio intellectus naturalis dictat ꝙ ſerui faciāt aliquid & tenētur facere aliquod ſeruitium dño ſuo, ex quo ipſe prouidet ipſis de uictu. Ecce tertiū, Memēto, ut diē ſabbati ſanctifices. Quarto intellectus naturalis dictat ꝙ quilibet dñs uult ꝙ in domo ſua iuuenes honorent ſenes, Ecce quartū, Honora patrē, & matrē tuā &c. Quinto nullus dñs uult ꝙ in domo ſua aliquis recipiat uindictā de iniuria ſibi facta, ſed ꝙ petat ab eo iuſtitiā. Ecce quītū, Nō occides. Sexto nullus dñs uult ꝙ in domo ſua aliquis cū filiabus, uel ancillis ſuis carnaliter cōueniat, niſi ipſe dederit in coniugiū. Ecce ſextū, Non Mechaberis. Septimo nullus dominus uult ꝙ in domo ſua aliquis recipiat aliqd ab eo, uel ab alio, ſed ꝙ ſit cōtētus de parte ſua quā dñs ſibi dedit. Ecce ſeptimū preceptū, Nō furtū facies. Itē ꝙ nullus diffamet alterū, & ſic de alijs. Patet ergo, ꝙ lumē intellectus naturalis dictat nobis quid faciēdū. Aut. Cū gētes que legē nō habēt naturaliter ea q̄ legis ſunt faciūt, eiuſmodi legē non habētes ipſi ſibi ſunt lex qui oſtēdūt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis, teſtimoniū reddēte illis conſcientia ipſorū. Ro. ij. Tertio lumē intellectus naturalis ſufficit ad oſtendēdū nobis quid a deo ſit ſperandū. Quoniā ratio

tio naturalis dictat q̄ quilibet bonus dominus potēs, sapiens, & iustus det retributionem suis bonis seruitoribus, & malis seruitoribus det punitionē. Cum ergo deus sit summe bonus, iustus, potens & sapiens, ideo oportet dicere de necessitate, q̄ premiat suos bonos seruitores qui seruiunt sibi iuxta suā uoluntatē, & q̄ punit malos &c. Hec autē retributio bonorum, uel punitio malorum seruitorum nō fit in hoc mundo, ergo oportet dicere, & necessario credere q̄ est alia uita in qua premiat bonos, & punit malos, uel deus esset iniust⁹, quod absit. De hoc apostolus. Sine fide impossibile est quenquā placere deo. Credere enim oportet accedentē ad deum, quia est, & q̄ inquirētib⁹ se remunerator sit. ad Heb. xj. De isto lumine intellectus naturalis dicit thema. Ambulabūt gētes &c. Dico secundo q̄ secundū lumē nobis necessariū est, lumen de doctrina spirituali. Ratio, quia primū lumē, scilicet intellectus naturalis solum nobis declarat q̄ debemus credere unū deū, & quid faciendū, & quid sperandū, sed nō declarat nobis, nec ostēdit q̄ ille deus unus sit in essentia, & trinus in personis, quia intellectus naturalis nō sufficit ad hoc declarandū, ut pulchre ostendit s. Tho. j. pte. q. xxxij. art. j. Huius rationem superius in quodā sermone reperies. Ideo fuit nobis necessarium lumen doctrine spiritualis ab ore dei incarnati dicens. Tres sunt qui testimoniū dant in celo, pater, uerbum, & spiritussanctus. Et hi tres unū sunt. j. Ioā. v. Item lumen intellectus naturalis non sufficit nobis ad declarandū qualiter de illis tribus personis diuinis, nec pater, nec spiritussanctus, sed filius fuit incarnatus, sed ostēditur lumine doctrine, cū apostolus dicat. Qui cū in forma dei esset nō rapinā arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinem hominū factus, & habitu inuentus est, ut homo, ad Phil. ij. Itē non sufficit intellectus naturalis ad declarādū quomodo uirgo concepit, & peperit, & quomodo post partū uirgo permansit. Sed hoc nobis ostenditur lumine doctrine spiritualis dicētis. Ecce uirgo cōcipiet, & pariet filiū, non patrē, nec spiritumsanctū, & uocabitur nomē eius Emanuel. Esa. vij Item q̄ Christus sit passus in cruce non inquantū deus, sed inquantum homo, non sufficit intellectus naturalis ad declarādum, ideo fuit necessariū lumen doctrine spiritualis, quod ostēdit qūo Christus uoluit suspēdi in cruce, ne aliquis sibi credēs, & obediens suspēdatur in furca inferni, & ipse diues uoluit soluere preciū redemptionis pro nobis pauperibus. Ad Phi. ij. Humiliauit semetipsum factus patri obediēs usq; ad mortē, mortem autē crucis. Itē non sufficit intellectus naturalis declarare qūo Christus est in sacro altaris uerus deus, & uerus homo, & perfectus, imo fuit necessariū lumen doctrine spiritualis ab ore dei īcarnati di. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Io. vj. No. uere est potus, nō similitudinarie. Si dicat. Et si sacerdos est malus ribaldus &c. nūquid uere cōficit? Respōdeo q̄ sic. Ita uere sicut sacerdos bonus, & sanctus, quia nō fit uirtute sacerdotis, quia solū est instrumētum, sed fit uirtute uerborū Christi. Sed est ibi talis differētia, quia missa boni, & deuoti sacerdotis est in saluationē sui, & aliorum. Missa autē mali sacerdotis est in damnationē sui, & aliorū, uel illorū qui ipsam audiūt si public⁹ fuerit. di. xxxij. Nullus. &. c. seq. preter hoc nihilominus consecrat, sed ad sui dānationē &c. Gre. de cō se. dist. ij. Quid sit sanguis. Quis enim fidelium dubiū habere possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem celos aperiri, & in ipso Iesu Christi mysterio angelorū choros adesse, qui recōmendāt Christo bonū sacerdotē, malū uero detestantur petentes a Christo licētiam ipsum occidendi. Quibus respōdet Christus. Nolo mortē peccatoris, sed ut magis cōuertatur, & uiuat. Esec. xviij. Itē nō sufficit lumen intellectus naturalis ostēdere oīa que debemus facere, ut q̄ debeamus baptizari, & q̄ ibi mundemur a peccatis

peccatis, a culpa, & pena. Ideo fuit necessariū lumen doctrine spirituali dic. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto, nō potest introire in regnū dei &c. Io. iij. Itē nō sufficit intellectus naturalis ad intelligendū, q̄ si post baptismū peccamus q̄ per penitentiā iterū sanctificemur, sed necessarium est lumē doctrine Christi di. Quorū remiseritis peccata remittūtur eis, & quorū retinueritis retēta sunt. Io. xx. Itē nō sufficit lumē intellectus naturalis ad sciendū quid sperandū est in alio mundo quantū ad gloriā anime, uel quid horrendū, & timendū quātū ad dānationē, & de resurrectione quātū ad corpus, ideo necessariū est lumen doctrine spiritualis di. Venit hora in qua oēs qui in monumentis sunt, audiēt uocē filij dei, & procedēt, qui bona fecerūt in resurrectionē uite, qui uero mala egerūt in resurrectionem iudicij. Io. v. Licet enim intellectus naturalis sufficiat intelligere q̄ habeamus a deo retributionē, nō tamē declarat qualē. De isto lumine doctrine spiritualis autoritas. Esa. ij. Domus Iacob, i. xp̄iani, uenite, & ambulem⁹ in lumine dei nostri. No. non dicit in lumine intellectus nostri. Ideo dicit xp̄s aliquibus q erāt contēti de primo lumine. s. intellectus. Adhuc modicū lumē est in uobis. Ioā. xij. Tertiū lumē nobis necessariū est lumē de exēplo uirtuali, ratio, quia uiatores q habēt ire per lōgam uiā, & periculosam, necesse est, ut habeāt ductorē qui eis ostēdat uiā, nec sufficit doctrina. s. dicere eis uerbo, sed opus est etiā facto, maxime cū in uia sunt plures uie, sicut ī uia abhinc usq; ad celū in qua primi ductores fuerūt Adā, & Eua, qui in prima dieta errauerūt in uia, & cōsequēter omnes ipsos sequentes. ps. Ipsi uero nō cognouerunt uias meas, quibus iurauī in ira mea, si introibūt in requiē meā. ps. xciiij. Sed uenit alius ductor, scilicet Christus, qui nūquā errauit nec. Io. j. Pe. ij. Sequamini uestigia eius qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Et cum in dicta uia siue uia paradisi sunt multa biuia, non oportet respicere nisi per quā Christ⁹ ductor uadit. Primū biuiū est ad sinistrā superbie, & uanitatis. Ad dextrā māsuetudinis, & humilitatis, & per istā uiā iuit Christus. Ideo dicit ipse. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde &c. Matt. xj. Secundū est auaricia, & cupiditas, & mīa, & liberalitas. Per primū uadunt ad infernū auari, usurarij, raptores, fures &c. Respicite per quam uiā iuit Christus ductor, qui dicit Lu. vj. Estote misericordes sicut & pater uester misericors est. Tertiū est luxurie, & carnalitatis per quam uadūt luxuriosi ad infernū, & munditie, & puritatis per quam iuit xp̄s. Ideo dicit scriptura sacra. Hec est uolūtas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatiōe, ut sciat unusquisq; uas suum possidere in sanctificatione. j. ad Thessaloniceñ. iiij. Quartum est inuidie, & malignitatis, & ad dexteram est uia amoris, & charitatis, per quā iuit xp̄s. De quo Ioā. Apoc. j. Dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Quintū est gule, & uoracitatis, per quod uadūt gulosi, & aliud est abstinentie, & puritatis per quod iuit xp̄s. Ideo dicit ipsemet. Luc. xxj. Attēdite ne grauētur corda uestra crapula, & ebrietate, & sic de alijs. Vnde possumus dicere xp̄o illud Geñ. xxxiij. Precedat dñs deus, & ego paulatim sequar. De isto lumine dicit iste sanctus senex Symeō. Viderūt oculi mei salutare tuū, Lumen ad reuelationē gentiū. Lu. ij. De isto dicit thema. Ambulabunt gētes in lumine tuo. Quartū lumē est de gratia diuinali. Vnde sunt multi qui habent tria predicta lumina, nō tamen uadunt ad paradisum, quia nō habuerunt istud quartum lumē propter eorū malam uitam, & defectum. De quibus dicit Iob. xxxiiij. Ipsi fuerunt rebelles lumini, scilicet gratie diuine. Ideo necessariū est illud de gratia diuinali, scilicet gratia gratū faciēs, que est quoddam lumē a deo infusum ī anima. Cuius effectus sunt illuminare intellectū de credēdis, inclinare uolūtatē in faciēdis, & inflammare affectū in desiderādis. De isto lumine Esa. lx. Surge illuminare Ierusalem,

Iem.in persona Christiani tropologice, quia uenit lumen tuum,& gloria dñi super te orta est, quia ecce tenebre operient terram & caligo populos.super te autem orietur dñs. s. lumen gratie. Ex his sequitur ꝙ Deus reputat nos personas nobiles,& uult ꝙ cum quatuor luminibus, idest quatuor cereis accensis uadamus ad paradisum,cū tamē nos simus uermes putridi,& uult ꝙ honorabiliter uadamus ad paradisum. Ideo dicit thema.Ambulabunt gentes,scilicet ad paradisum,in lumine tuo,&c.

Dñica infra octa.Epiphanie. Ser.j.

VOluntas Dei bona, beneplacens & perfecta. Ro.xij.& in epistola.Iuxta motiuum thematis in sermone uolo uobis declarare breuiter quid uult Deus a nobis,quia hoc est nobis multum necessariū ad sciē dū pro habēdo hic diuinā gratiā & in futuro gloriā Dei.Sed primo salutetur uirgo Maria. Volūtas Dei bona &c.Pro huius uerbi declaratione & materie predicande introductione,sciendum ꝙ inter omnia nobis multū necessaria ad gubernationē uite est scire quid uult Deus de nobis.Ratio quia nullus seruus pōt bene seruire dño suo,nisi sciat eius uoluntatē,que sunt illa que sibi placēt, & illa que sibi displicēt,alʒ credens sibi seruire bene,male seruiret.sic nos oēs xp̄iani sumus seruitores Christi,in domum cuius intramus ad seruiendū sibi in baptismo in quo promittitur nobis uita eterna siue salarium uite eterne,quando sacerdos querit quid petis &c.Respondet uitam eternam, ergo abrenūcia sathane & pōpis eius. Respondet abrenuncio. Ideo oportet nos scire quid uult Deus de nobis de quolibet statu, quid uult a religiosis,quid a clericis,quid a dñis,qd a prelatis,quid a diuitibus,quid a pauperibus,quid a sanis, quid ab infirmis, ut quilibet gubernet se iuxta uoluntatem Dei.Propter hoc Dauid orando dicebat & querebat a Deo ut sibi ostēderet quid uolebat, dicēs,Dñe ad te confugi, doce me facere uolūtatē tuā,quia Deus meus est tu.p̄s.cxlij. Nota dñe ad te cōfugi.s. ad tibi seruiendū, ideo doce me facere uoluntatem tuā q̄ nō pōt sciri nisi ab eo reuelet. Quis enim hoīm poterit scire cōsiliū Dei,aut quis poterit cogitare qd uelit Deus? Sap.ix. Arguēdo a minori.s. si uolūtas hominis nō potest sciri nisi reueletur ab homine, quomodo sciret uoluntas Dei,nisi ab ipso reueletur? Ideo modo in nouo testamento reuelauit nobis clare quid uult a nobis, propter hoc deuote dixit apostolus i themate.Volūtas Dei bona beneplacens & perfecta. Vbi ostendit apostolus ꝙ Deus uult a nobis tria principaliter ad que omnia sunt reducibilia.

Vult enim a nobis primo cōuersionē penitētialē,ideo dicit uolūtas dei bona.

Secundo durationem uirtualē, ideo dicit uoluntas Dei beneplacens.

Tertio saluationē celestialē,ideo dicit uoluntas Dei perfecta.

Dico primo ꝙ Deus uult a nobis cōuersionem penitentialē,quia omnes sumus peccatores,nec aliquis potest se de peccato excusare.j.Ioan.j. Si dixerimus qm peccatū non habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis nō est.Ideo uult Deus de peccatoribus cōuersionē penitentialē, quia peccando quilibet uertit dorsum Deo,& faciē ad bona huius mū di.uerbi gratia.Superbus uertit dorsum Deo & faciē ad honores & dignitatas & officia &c. Idem de alijs peccatis auaritie,luxurie &c.uult ergo Deus ut peccator cōuertat se.s.ut uertat dorsum bonis huius mūdi,honoribus,dignitatibꝰ &c. & cōuertat faciē ad ipsum Deū ad seruiēdū sibi & obediēdū,amādū & desiderandū &c, Istā cōuersionē pn̄ialem uult Deus a nobis. Autoritas.Nūquid uoluntatis mee est mors impij dicit dñs Deus, & nō ut cōuertat a uijs suis & uiuat.Eze. xviij, De ista uoluntate Dei dabo uobis unā pulchrā rōnē.Sicut argētarius postq̄ fecit unā pulchrā cupā uel taceā de auro uel argēto que cadit in terrā uel lutū uel frangit & deturpatur,propter hoc argē-

tarius nō proijcit illā cupam uel taceā,cū sit de materia p̄cioso,secus de ua se modici ualoris,de uitro, terra uel ligno,sed uult ipsam cupā uel taceā reformare iterū & renouare in fornace uel incude reformare seu reparare. Sic Deꝰ ab initio fecit diuersa uasa uel taceas de stāno uel de plūbo,de argēto & auro.s. diuersas creaturas, sed solū hoīem fecit de auro,quia est ad maginē Dei Ideo de alijs creaturis corporalibus si cadent & frangantur Deus nō multū curat, sed de homine qū cadit in peccatū mortale superbie uel auaritie &c.multū curat,quia materia est preciosa,& nō uult ut perdat uel annihilet p mortē,sed uult ꝙ reformetur & renouet ad instar uasis auri uel argēti in fornace penitentie. Nota ꝙ sicut cupa reformat tripliciter, scilicet in fornace uel incude, uel alʒ, sic peccator tripliciter reformat. Primo in fornace cōtritionis conterēdo & dolendo de peccatis suis &c.Secūdo in incude cōfessionis cōfitēdo peccata feriēdo cū martello accusationis,accusando se ipm forti ter seruata ueritate. Tertio reformat seruādo penitētiā iniunctā a cōfessore. Hec est uolūtas Dei bona. Ideo apostolus.Hoc bonū est & acceptū corā saluatore Deo nostro qui uult oēs homines saluos fieri & ad agnitionē ueritatis uenire.j.Timo.ij.Nota qui uult omnes homines.s.peccatores saluos fieri per conuersionē penitētialē,& ad agnitionē ueritatis uenire quantum ad infideles. Si dicat. quare ergo non omnes saluantur ex quo ipse Deus uult &c. Respōdeo ꝙ tu nō uis fieri. Si dicat nunquid uoluntas Dei est maior, & efficacior q̄ mea? Respōdeo ꝙ immo, sed dimittit ipsam in libertate.Dico secundo ꝙ post cōuersionē penitētialē uult Deus a nobis durationē uirtualē & perseuerantiā in bona uita incepta.nō contentatur Deus de sola inchoatione bone uite,imo uult durationē. Sunt multi qui subito cōuertūtur ad Deū qñ aliquam audiunt bonam predicationem & proponunt bene uiuere, sed paulatū desistūt. Hoc nihil ualet, ideo uult Deus durationem uirtualem. Rō,quilibet mercator uult ut bene conseruentur & custodiātur merces preciose quas ipse emit,& quanto sunt meliores & preciosiores,tāto magis uult ut diligētius custodiantur.Idē de dño nostro Iesu xp̄o optimo mercatore,qui optime cognoscit merces, & iocalia preciosa,q uenit ad nūdinas huius mūdi ad emendū animas nostras dicens mūdo,Da mihi animas, cetera tolle tibi. Gene.xiiij. Modo in hoc mundo nulle alie merces nec iocalia sunt ita preciosa sicut est anima hoīs uel mulieris.Vnde si oēs creature corporales,scilicet sol,luna, aurū &c. essent simul in una statera, plus pōderaret una sola aīa in ualore, q̄ omnes tales creature corporales Ideo xp̄s bonꝰ mercator non auro nec argento emit animas nostras,quia nō fuisset pretiū sufficiēs,sed emit eas preciosissimo sanguine infiniti ualoris.j.Pe.j. Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis, sed preciosissimo sanguine xp̄i Iesu. Anima est tā preciosum iocale & tanti cōstitit dño Iesu xp̄o,ꝙ uult ꝙ non perdatur nec furetur a latrone. s. diabolo, sed ꝙ cōseruetur & duret in bona uita.Dauid. p̄s.xxix. Dñe in uoluntate tua prestitisti decori meo uirtutē, idest aīe mee uirtutem.s.durationis uirtualis. Modo cogitate qd malū est peccare mortaliter & perdere animā tam preciosum iocale a Christo tam chare emptū. Nota ad propositum parabolam illius mercatoris q in nundinis emit preciosissimā margaritam pro qua dedit quicquid habebat, quā cōmisit uxori custodiendā in quodā pāno rudi inuolutā. Que nesciēs eiꝰ ualorē ipsam dedit pro duabus lactucis propter qd iratus uir occidit eam gladio.Hic mercator est xp̄s qui emit preciosissimā margaritam. s. animam meā & tuam &c.pro qua dedit totū sanguinē cuius una gutta plus ualet q̄ quicquid creauit. Quam animā cōmittit xp̄s uxori,scilicet p̄sone xp̄iane q̄ est sponsa xp̄i. Ozee.ij.Sponsabo te mihi in fide &c.Dicit xp̄s persone xp̄iane. Ego teneo meā

cu tuã, & ille suã in corpore, & uenit lactuca. i. tẽtatio diabolica tpe estatis quãdo persõa est calida p cõcupiscẽtiã de muliere uel bñficio, uel de honore uel de dignitate &c. Et uenit tentatio lactucam portãs, & loquitur imaginationi dicẽs. Tu poteris habere qd' uis si facias hoc &c. si das tñ &c. & uis recreari, cõsentis tẽtationi, tũc tradis margaritã diabolo. i. animam tuã. Item emẽdo uel uendendo cũ usura, tũc das aĩam diabolo. Idẽ de quolibet peccato mortali potest dici, qñ mercator xps uenit, scilicet ĩ morte uel in iudicio querẽs a te margaritã, quid dices? Cogita quid tunc faciet xps de te, faciet sicut mercator fecit de uxore sua stulta. Ideo uult Deus ut duremus & perseueremus in bona uita custodiẽdo diligenter aĩam nostram dicente xpo de quolibet qd' dicit Iesus de Ioanne. Sic eum uolo manere. s. in bona uita, donec ueniã. Ioã. ulti. que exiſtit in gratia Dei dicitur Ioãnes. i. cui data est gratia. Ideo dixit xps de ipso, sic eũ uolo manere &c. Beatus qui põt respõdere xpo. Dñe ecce animã meã quã custodiui uobis diligenter. Hec est uolũtas Dei bene placens. De qua Dauid. Beneplacitũ est dño super timẽtes eũ. ps. cxlvj. qñ timor custodit uirũ. Dicito quomodo mulier timeret adulterari cogitando p uir eius respiceret eã per fenestrã. Sic nihil possumus facere in hoc mũdo quin totũ uideat Deus p fenestrã sue cõsciẽtie. Ideo timere debemus ad instar mulieris que nõ audet loqui cũ amasio suo respiciẽte uiro. Quia timor dñi expellit peccatũ, & qui sine timore est nõ poterit iustificari. Eccli j. & Eccli. xxvij. Si nõ in timore dñi tenueris te instanter, cito subuertet domus tua. Tertio uult a nobis Deus salutionẽ celestialẽ. Post cõuersationem penitentialẽ & durationẽ uirtualẽ, uult de nobis Deus saluationẽ celestialẽ. Rõ, quia quelibet psona prudens & discreta uult ducere opus suũ ad finẽ, ppter quẽ fit illud opus, alĩs esset defectus uel potẽtie, uel sapiẽtie, uel iustitie. Modo uidea mus propter quẽ finẽ fecit nos Deus ut nõ habitemus in hoc mũdo finaliter, qm mũdus iste nõ est nisi uia quã intramus per portã natiuitatis, & eximus per portã mortis. uerbi gratia. ubi sunt illi qui erãt modo, sunt tot anni. Nec fecit nos Deus isto fine, ut cõgregemus pecunias nec redditus &c. quia oĩa sunt dimittenda in morte, quia tã reges dñi q etiã papa & plati dimittũt suas dignitates &c. Nec fecit nos Deus ut demus nos delectationibus carnalibus &c. ad instar animaliũ brutorũ, que etiã habẽt illas delectationes. Sed fecit nos Deus isto fine ut habeamus uitam eternã. Ad Rom. vj. Finẽ uero uitam eternã, scilicet habere. Si ergo quelibet persona uult p opus suũ ueniat ad finẽ, multo magis Deus. Ideo uult Deus de nobis saluationẽ celestialem que est finis noster. Autoritas. Luc. xix. Venit filius hominis querere & saluũ facere qd' perierat. Subditur. Nõ est uolũtas ante patrẽ uestrum qui in celis est, ut pereat unus de pusillis istis. Mat. xviij.

Questio. Diceret aliquis si uoluntas Dei est ut omnes saluẽtur, quare tot dãnantur cum sua uoluntas sit omnipotẽs. Quare ergo damnantur tot infideles, Iudei, agareni, & tot mali xpiani. si Deus uult ut omnes habeant saluationem celestialem, quare ergo tot uadũt ad damnationem. Responsio. Voluntas Dei est ut oẽs saluentur, sed tu non uis saluari. Sed dices uolo saluari. Responsio uerũ est uerbo, sed non de facto. Vnde qui dicit se uelle ire ad Nusciam uerbo, & recipit facto uiam uersus Magunciam, mẽtitur. Itẽ superbus dicit uerbo, p uult saluari & ire ad paradisum, sed facto recipit uiã inferni. Idem dicatur de quolibet peccato. Vnde non est uoluntas, sed uelleitas, ut dicit sanctus Thomas in his qui uolunt per uiam peccatorum ire ad paradisum. Patet ergo p tu non uis saluari uoluntate proprie dicta, dum intendis in peccatis permanere. Nota de rege similitudinem, qui uult p omnes de ciuitate habeant bonum & uiuãt, si dicatur ergo quare suspendis illum. Respondeo, quia fecit contra ordinationẽ meã.

Ego

Ego ordinaui propter bonũ ipsorum ne furentur aliquid, sed iste fecit oppositũ, ergo &c. Idem de alijs peccatis. Idem de Deo qui uult p omnes habeant bonum saluationis celestis. Ideo ordinauit p omnes infideles ueniant ad fidem & baptizent, & ipsi nolunt obedire, ideo dãnantur, quia Deus nõ uult cogere liberum arbitrium. Ideo de christianis ordinauit decem precepta &c. & nolunt facere. Idem de religiosis & clericis ordinauit ut uiuant honeste &c. & nolunt. Sicut enim bonus dñs & iustus uult p omnes sibi subditi habeant bonum seruando suas ordinationes, ita & Deus, qa ista est Dei uoluntas perfecta. De qua dicit apostolus. Qui cepit in uobis opus bonum perficiet usque in diẽ Iesu xpi. Ad Philippen. j.

Dñica intra octa. Epiphanie. Ser. ij.

Reformamini in nouitate sensus uestri. Ad Ro. xij. Et in epla dñice currẽtis. Pro declaratione &c. Sciendum p inter omnes creaturas quas Deus fecit, singulariter quid fecit in homine. Quoniã alie creature aut sunt pure spirituales ut angeli, aut pure corporales ut iumenta, sed homo habet utrunq;. Habet autẽ animã spiritualẽ per quã participat cum angelis, corpus cũ animalibus. Deus fecit ut doctor qui fecit aliquẽ librum & post in fine libri totum epilogat in uno capĩo. Ita fecit Deus qui fecit unũ magnũ librum, scilicet istũ mundum. in quo qui uult legere, potest ibi legere diuinã potentiã in creatione, Dei sapientiam in ordinatione, Dei mĩam in cõseruatione. Fecit omnes creaturas corporales & spirituales, & ultimo hominẽ qui participat cũ omnibus creaturis tam spiritualibus q corporalibus, cum lapidibus inesse, cum plantis inesse & uiuere, cũ iumentis inesse uiuere & sentire, cum angelis inesse uiuere & sentire & intelligere. Illud uidetur dicere scriptura sacra Geñ. ij. Formauit Deus hominem de limo terre quantum ad corpus. Et factus est homo in animam uiuentem. Ex hoc sequitur contradictio in homine, quia homo est ex duabus naturis contrarijs. s. corporali & spirituali. Corpus naturaliter uult descendere ad delectationes &c. Anima autẽ uult ascendere per contemplationem &c. Ecce cõtradictio. Autoritas. Ad Galla. v. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autẽ aduersus carnẽ &c. Angelo nihil contradicit, nec iumentis, sed homini, quia quando uult facere aliquod bonum, statim sequitur contradictio, hoc bellum portamus nobiscum. Et quia ex hoc sunt multi inordinati in hoc mundo, propter hoc dicit nobis apostolus in themate. Reformamini in nouitate sensus uestri. non dicit carnis, sed sensus, idest anime. Ego quesiui amore uestri per quas uirtutes homo reformari, & inueni p per tres. Prima ordinat hominem erga Deum. Secunda erga proximum. Tertia erga corpus proprium.

Prima est uera humilitas.

Secunda liberalis pietas.

Tertia uera castitas.

Ex his dicit the. Reformamini in no. &c. Dico primo quod prima uirtus qua homo potest reformari est uera humilitas que ordinat hominem erga Deum. Nota p quasi totus mundus secutus est doctrinam illius mali magistri, scilicet luciferi qui docuit superbiam. Dic quomodo in serpente uenit ad mulierem ad partem debiliorem ille, & legit sibi lectionẽ superbie, qñ dixit p essent sicut dij sciẽtes bonum & malum, que statim superbiuit. Sicut eñ habemus carnẽ nostrã ab Eua, sic etiã inclinamur ad superbiam. Sed uide qualiter Deus reformauit mundum cum tanta humilitate, & p nõ potuit esse melior docẽs & predicãs q p non sequantur doctrinã illius falsi magistri luciferi, sed p discant ab ipso dic. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Math. xj. Scutifer uel miles non uellet ire equitando, si Rex suus iret peditando, nec sedere in scamno, si

no, si rex sederet in terra. Ideo xps q est forma humilitatis dedit nobis exẽplum humilitatis. De quo apostol⁹ ad Philip. ij. Qui cũ in forma dei esset semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs humilia uit semetipsum, ergo reformamini iuxta formã, & exẽplũ a xpo uobis datum. Nota ad propositũ experimentũ quod dicũt naturales de aquila, quãdo ex anti quitate propter nimiam curuitatẽ rostri nõ potest cibum capere allidẽdo rostrũ ad petrã renouatur. De hoc dicit Dauid. ps. cij. Qui replet in bonis desideriũ tuũ renouabitur ut aquile iuuẽtus tua. Aqui la antiqua persona est superba, curuitas rostri est quedã cõsideratio proprie ex cellentie uel generis, quia miles uel no bilis &c. quia magister uel doctor in scie tia, uel quia diuites, & possent emere o mnes istos, uel quia iuuenis uel fortis, & sic despicit alios, ex tali cõsideratione uenit superbia. Itẽ de mulieribus quãdo mulier cogitat, ego sum pulchrior de uilla, scio tripudiare, cantare &c. Venit superbia in corde. Idẽ etiam de excellen tijs spiritualibus de quibus deberẽt deũ laudare, curuant rostrum ad propriã ex cellentiam. Nota ad hoc exemplũ quod habetur Luc. xviij. de pharisẽo qui dice bat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum raptores, iniusti, adulteri. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium que possideo. Ecce quomo do curuabat rostrum ad seipsum. Ex quo sequũtur duo mala. Primũ q nõ põt su mere cibum, scilicet spirituale, quia ex il la superbia perdit consolationes, & dul cedinẽ anime, & clausa est ianua per su perbiam Ideo. j. Pet. v. Humiliamini sub potenti manu dei, & pauloante, quia su perbis deus resistit. humilibus autẽ dat gratiam. Secũdũ malũ quod sequitur, qa persona superba ad instar aquile tota est pomposa. Primo in magnis manicis. Se cundo in caudis. ecce aquila. Istis clausa est ianua paradisi. Rostrũ habent curuũ dicẽdo ego sum in magno genere. Ego portaui tantum. Salomõ. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Ecclesiastes. j.

Remedium quod habemus ad instar a quile queramus lapidẽ fortem. iste lapis est Christus. de quo Dauid. Lapidẽ quẽ reprobauerunt edificãtes, hic factus est in caput anguli. ps. cxvij. In isto lapide percutiamus rostrũ considerando humi litatem Christi. practice. Si quis habet desideriũ ascendendi ad dignitatẽ, regi men &c. Cogita si Christus uoluit habe re regimẽ, dignitatem, honores, & inue nies quod nõ. Idẽ de desiderio ornãdi. Respice si Christus uoluit ornari, & ue stiri, & inuenies quod trigintatribus an nis portauit eandẽ uestẽ pauperrimam. Idẽ de superbia in equis mulis &c. Per cute rostrum ad Petram qui nunquã uo luit equitare nisi pro necessitate in asi no. Zacha. ix. & Mat. xxj. idẽ de superbia recipiẽdi uindictã, Christum respice, & uidebis q noluit se uindicare de inimi cis, licet esset magn⁹, imo dixit, pater di mitte illis, quia nesciunt quid faciũt. De hoc autoritas. Dauid. ps. cxxxvj. Beatus qui tenebit, scilicet humilitatem, & alli det paruulos suos, scilicet motus super bie, ad Petram, id est, ad Christum. Tunc poterit recipere cibum anime. Secun da uirtus necessaria ad reformationẽ ui te est liberalis pietas, que ordinat homi nem circa ꝓximũ, quãdo de gratijs sibi a deo factis facit partẽ proximo. uerbi gratia. Si deus facit tibi gratiã de intelle ctu, iuua ignorantẽ ne erret uel decipia tur. Si es deuotus, & timens deũ, & pro ximus est peccator, dulciter corrige ipsum. Si habes bonã eloquẽtiã, loque re pro ꝓximo qui nescit loqui &c. Si fa cis partẽ sibi de bonis spiritualibus, idẽ facias de bonis tẽporalibus, & corpora libus. Si tu es fortis, & proximis sit uio lẽtia, defende. Si es nobilis uel miles po tens in uilla, defende uiduas, & pupillos qui psecutionẽ patiunt. Idẽ de pecunijs da pauperib⁹. Ecce quid est liberalis pie tas, benedictus qui sic reformat. Autori tas. Vnusquisq; sicut accepit gratiã in al terutrũ illã administrãtes sicut boni di spẽsatores multiformis gratie dei. j. Pet. iiij. Nota de hoc experimentũ in natura de

de serpente ꝓbatũ a philosophis. Nã qñ serpẽs ꝓpter duritiã pellis nõ põt se bene mouere abstinet per multos dies, tan dem transit ad strictũ foramẽ, & dimittit pellẽ durã. Hic serpens significat perso nam auarã. duplici rõne. Prima, qa deus dedit serpẽti terrã ad comedendum. Ait dñs deus ad serpentem. Terrã comedes cunctis diebus uite tue. Gen. iij. Sic auarus comedit terrã, qa semper habet fari nam uel terrena in ore suo loquẽdo de nũdinis, foris &c. Secũda ratio, qa serpẽ tes nõ incedũt recte sed serpẽdo tortuo se. Idẽ de diuite auaro qñ pauper homo uenit ad eũ, ut mutuet sibi amore dei de cem florenos. Si respõdet, certe libẽter amore uestri. modo incedit recte. Sed quãdo dicit. Ecce quãdo ueniet notari⁹ dices q sint duodecim, & ita ponetur in charta. Ecce tortuosus. Vel quãdo reci pit possessiões in pignore, & interi reci pit fructus. Ecce iniquitas. Vel qñ uẽdit pluris propter solutionis dilationẽ, uel quãdo emit pro minori pretio ꝓpter de narios promptos, uel solutiõis anticipa tionẽ. ecce dolũ, uel qñ obligat ad molẽ dum in suo molendino &c. De tali dicit scriptura sancta. Cor tuũ nõ est rectũ co ram deo, in felle amaritudinis, & obliga tione iniquitatis uideo te esse. Act. viij. Ecce serpens cũ duritia pellis qui nõ po test se mouere ad opera misericordie, & pietatis. Remediũ ergo ad instar serpen tis qui facit duo. Primo abstinet, & caro restringitur. Secũdo transit per arctũ fo ramen, & dimittit pellẽ. Ita debet facere usurarius. Primo debet abstinere ne de cetero faciat usuras, iuxta cõsiliũ aposto li. Qui furabatur iam nõ furetur. magis autẽ laboret manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patiẽti. ad Eph. iiij. Secũdo oportet ipm transire per strictũ foramẽ restitutionis. Dicunt aliqui. Non habeo de quo resti tuam. credunt q ex quo non habent pe cunias superfluas, q non teneantur resti tuere, uendatis agrum, domum, uineam seu uasa argentea. Quoniam regula est theologorum, & etiam legistarum, quod non dimittitur peccatum nisi restitua tur ablatum. xiiij. q. vj. Sires. De restitu tione sanctus Tho. pulchre, & salubriter determinat. ij. ij. qõ. lxij. qui in. ij. art. di cit, q restituere est de necessitate salutis, sicut etiam seruare iustitiam. Alius dicit, Ego ponam in testamẽto &c. Interim tu ibis ad infernũ. Illi autẽ qui faciũt restitutionẽ, saluantur solũ. Restituatis, & eri tis reformati ad instar serpẽtis in uia ue stra. De hoc autoritas. Expoliantes uos ueterem hominẽ cum actibus suis, & in duentes nouũ hominẽ qui renouatur in agnitionẽ dei secũdũ imaginẽ eius qui creauit eũ. Ad Colossen. iij. Tertia uir tus que facit reformare creaturã est pu ra castitas, que ordinat hominem erga corpus propriũ. Si quis uixerit luxurio se, decetero corrigat, & emendet se. Dic quid est luxuria? Vir & uxor seruantes modum debitum non faciunt luxuriam que sit peccatũ mortale. Sed omnes alij qui uolunt gustare &c. peccãt mortali ter. Ideo apostolus. Obtecro uos per mi sericordiã dei, ut exhibeatis corpora ue stra hostiã uiuentẽ, sanctam deo placen tem, rationabile obsequiũ uestrũ. Et no lite cõformari huic seculo, sed reforma mini in nouitate sensus uestri. Ad Ro ma. xij. Nota ad propositum aliud experi mentũ in natura de terra. Nam cum in hyeme sit lutosa, & sterilis, tandẽ in esta te mundatur, & fructificat. Idem de per sona luxuriosa, quando perdit calorem ignis diuini amoris, & bonorũ operũ, amittit delectationes angelorum, & dat se delitijs porcorum. Sed quando uenit estas, scilicet calor amoris dei, persona mundatur, & fructificat. Autoritas. Emit te spiritum tuum, & creabuntur, & reno uabis faciem terre. ps. ciij. Deo gratias.

Dñica infra octa. epiphanie. Ser. iij.

DEus diuisit mensuram fidei. ad Roma. xij. Scien dum quod apostolus Pau lus uolens nobis declara re dignitatem, & excellẽ tiam fidei Christiane super omnes alias doctrinas dicit, Tantam nos habentes

impositam nubem testium deponentes omne pondus,& circunstans nos peccatum per patientiã curramus ad ꝓpositũ nobis certamẽ,aspicientes in autorẽ fidei,& consummatorem Iesum. Ad Heb. xij. Nota nubẽ testiũ,id est,multitudinẽ testium. Ex hac autoritate habetur,ꝙ licet sint multi testes fidei catholice,tamẽ est unus magister solus,& doctor principalis,scilicet Christꝰ. Sicut in schola unꝰ est magister principalis,& doctor,& alij baccalarij, & repetitores. Sic in schola Christianitatis unus est doctor,& magister,scilicet principalis Christus.ideo dixit ipse.Nolite uocari rabbi,id est, magistri,scilicet in fide catholica,unus est eiñ magister uester. Matth. xxiij. Apostoli autem solũ fuerunt baccalarij,& repetitores fidei.Ideo dicit. Aspicientes in autorem fidei,id est,inuentorẽ,& consummatorẽ,quia Christus declarãdo fidem ipsam cõsummauit seu perfecit,& cõfirmauit per miracula que a solo deo possunt fieri,& nõ per creaturã.Omnes alie sciẽtie seu doctrine mechanice habẽt inuentorẽ purũ hominẽ,ut sunt septem artes liberales.Idẽ de medicina,& de ceteris legibus.Idẽ de arte politica,& economia.Sed fides catholica est a solo xpo primo inuentore,& principalior est fides catholica,& sacra doctrina,& theologia oĩbus alijs sciẽtijs humanitus inuẽtis,ut dicit sanctus Tho.j.par.q.j.arti.v. quod probat de speculatiuis,& practicis.De speculatiuis probat tum propter certitudinẽ,tum propter materie dignitatem.De practicis uero probat ex parte finis.unus cõcludit doctrinã sacrã secundum omnem modũ digniorẽ esse alijs sciẽtijs supple humanitꝰ inuẽtus. Quod cõfirmat arguẽdo in oppositũ, quia alie scientie dicãtur ancille huius.Prouer.ix. Misit ancillas suas uocare ad arcem.Nõ incongrue,uel irrationabiliter, quia omnes alie scientie,& doctrine sunt sub intellectu humano, sed fides catholica, & eius ueritates sunt supra omnẽ intellectum humanum.Ideo oportebat quod a deo qui mentiri nõ potest nec falli reuelaretur.Ideo secure,& firmiter possumus credere.propter hoc scriptura sacra dicit. Que scilicet fides catholica cũ initium accepisset enarrari per dominũ ab eis qui audierũt in nos cõfirmata est cõstante deo,signis,& portẽtis,& uarijs uirtutibus,spiritus sancti distributionibꝰ secundũ suã uoluntatẽ.ad Heb.ij.Patet ergo quomodo fuit a xpo inuenta tanq̃ ab autore,& doctore,& magistro principali,& per apostolos fuit repetita in predicationibus.Ideo dicit thema.Deus diuisit mensurã fidei.Nota deus,non patriarcha,nec ꝓpheta,nec apostolꝰ,nec philosophꝰ,nec aliqua pura creatura,sed deꝰ diuisit&c.Patet thema.Inuenio in sacra scriptura ꝙ quatuor sunt que deus diuisit,& dat nobis ad mensuram,scilicet,

Credentia euangelicalis.
Gratia spiritualis.
Pena infernalis.
Gloria celestialis.

De primo dicit thema.Deus diuisit mensuram fidei.De secũdo põt dici.Deus diuisit mensurã gratie spiritualis.Idem de tertio,& de quarto.Dico primo ꝙ deus diuisit,& dat nobis ad mensurã credentiam euangelicalẽ,scilicet fidem catholicam,quia nõ plus nec minus. Quoniam ueritates fidei supra intellectũ naturalẽ sunt.Ideo si homines mẽsurassent fidẽ, multum errassent.Vnde antiqui philosophi mꝛtas ueritates cognouerũt de deo, & habuerunt,sed cum multis erroribus. Dicebant ꝙ erat unus solus deus,& uerum dicebant,sed errabant,quia dicebãt ꝙ erant tria principia, scilicet materia, forma,& priuatio,in j.phyficorũ.Itẽ dicebant uerũ ꝙ deus est eternus,sed errabãt cũ dicebãt ꝙ esset idea,scilicet materia prima,& eterna. Item dixit Plato de ideis. Itẽ dicebant uerũ ꝙ mundus gubernatur a deo,sed errabant dicendo ꝙ mundus non habuit principium nec habebit finem.Sciens ergo Christus quod intellectus hominum non est sufficiens ad habendum plenam cognitionem de deo,noluit dimittere iudicio hominum mensuram fidei,sed eã reuelauit apostolis,

quã expresserũt apostoli in xij.articulis fidei,sicut ipsam audiuerãt a Christo. Sunt enim.xij.articuli fidei si eorũ accipietur numerus ex parte apostolorũ qui ipsos articulos posuerũt. ꝙuis sint.xiiij.si eorũ sumatur numerus ex parte credibilium,ut dicit sanctus Tho.iij.scti.dist. xxv.arti.ij.& hi.xij.articuli ab apostolis expressi in Credo in deũ,siue in symbolo apostolorũ sunt contenti.Dicatur semel Credo in deũ.Ecce hic mensuram fidei.xij.cõclusionibus.Omnes libri sanctorũ doctorũ sunt ad declarandum has xij. cõclusiones,& ad istã mensurã oportet nos uenire,nec aliquis quantũcunq; subtilis debet aliquid addere,nec quantũcunq; rudis debet aliquid diminuere. Moraliter nota hic contra subtiles presumptores qui hãc mensurã uolũt transcendere dicẽtes.Quomodo est Christꝰ in hostia.Si frangitur,utrũ diuidit Christus.He sunt questiões diaboli loquẽtis imaginatiõi,ut nescias respõdere, & dubites,& dãneris.Ideo in talibus questionibus diabolicis debet homo rñdere p illũ articulũ fidei.Credo in sanctã ecclesiam catholicã &c.id est,credo determinatiões ecclesie que errare nõ potest in his q̃ fidei sunt.Ideo nõ plus sapere,quã oportet sapere.De hoc dicit apostolus Corinthijs disputãtibus,ꝙ locus,& locatum debẽt proportionari &c.di. Timeo ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua, ita corrũpãtur sensus uestri,& excidãt a simplicitate,scilicet fidei q̃ est in xpo.ij. ad Corin.xj.Nota practice qũo Euã fuit decepta a diabolo qstionãdo siue querẽdo.Cur precepit uobis deꝰ,ut nõ comederetis ex omni ligno paradisi.Gen.iij. Ecce hic prima questio mũdi.Eua autem que debuit uiriliter respõdere,& diabolum expellere dicẽdo,& tu uis mecũ disputare de uolũtate dei &c. nõ fecit,sed uoluit disputare cum diabolo dicẽs.Ne forte moriamur,id est,dubitãdo,qa deꝰ nõ dixit forte moriemini, sed moriemini.Ideo nolite disputare cum diabolo. Deus fecisset gratiã multis si fuissent rudes,q cõfidẽtes de ingenio,& subtilitate intellectus intra se disputãt de fide.Ideo dixit xps Iudeis disputãtibus.In iudiciũ in hũc mundũ ueni,ut qui nõ uident uideant,& qui uidẽt ceci fiant.Io.ix Nota in iudiciũ,scilicet discretionis,ut qui nõ uident,scilicet per scientiam uideant,& qui uident ceci fiant. Qui respõdẽtes dixerunt xpo.Nũquid & nos ceci sumus. Dixit eis Iesus.Si ceci essetis,id est,ignorantes,peccatum scilicet infidelitatis nõ haberetis.Nunc uero,quia dicitis uidemus,peccatũ uestrũ manet. Qui uidẽt, supple per presumptionẽ,& scientiã acquisitã ceci fiant per minus credentiam. Dic etiã cõtra simplices,& rudes ne deficiant minuendo fidẽ catholicam,quia nesciunt Credo in deum, nec excusantur,quia bene addiscunt,& sciũt cantilenas siue carmina huius mundi &c.Dic qũo xps in iudicio interrogat quẽlibet cuius cõditionis est prout fuit reuelatũ beato Hieronymo.Si aliquis dicit se esse Christianũ,si nesciat Credo in deũ,est ridiculum,sicut si ego dicerem,ego sum frater sed nescio cuius ordinis.Ideo apostolus.Dico enim per gratiam que data est mihi omnibus qui sunt inter uos nõ plus sapere q̃ oportet sapere,sed sapere ad sobrietatẽ,& unicuiq; sicut deus diuisit mẽsuram fidei.Ad Romanos.xij. Nodico per gratiã,scilicet apostolicã. Et loquitur subtilibus non plus sapere quam oportet sapere,quia caderetis in errorem.Deinde dicit simplicibus.Vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei, illam scilicet uelitis tenere,nihil minuere. Iõ est optimum consilium bis in die,scilicet mane, & sero,actualiter mensurare mensuram fidei genibus flexis dicẽdo, scilicet Credo,ad instar militis homagiũ facientis regi,& attendatis bene si cor uestrum adheret cuilibet articulo,& sic salui eritis. Ad Romanos.x. Si confitearis in ore tuo dominum Iesum Christũ, & in corde tuo credideris quod deus illum suscitauit a mortuis saluus eris &c. Quia omnis scientia acquisita obliuioni datur nisi repetatur actuali considetione,& uerbali. quanto magis scientia

infusa.Iō apostolus.Vosmetipsos tentate si estis in fide,ipsi uos probate.ij.Corin.ulti.Secūdo deus dat ad mēsurā suā gratiam spūalem,quia quidam hūt plus, quidā minus.Ratio,quia datur secundū dispositiones creaturarū. Nota exēplum de duobus pānis uel uitris,scilicet quorū unus est bū mūdus,alius immundus, qui mūdus recipit maiorem claritatē & fulgorē ad solem quā immundus,licet ambo equalr sint ad solē.Itē si uultis in uobis recipere claritatem gre spūalis, attēdatis,q cor ūrm sit bene mundū & purum ab inuidia,odio, rancore,& mala uoluntate,a malis desiderijs,& cogitationibus immundis.Sic enim illuminabitur a sole iustitie dño nostro Iesu Christo,qui quantum in eo est equaliter illuminat omnem hominem.Si autē cor uestrum sit rubiginatum rubigine odij,inuidie,rancoris &c.non illuminabitur.Patet ergo ratio,quando dispositio est causa materialis.Eadem ratio potest dari de cholericis,& flegmaticis ad solem equaliter existentibus,quoniam cholerici magis sentiunt calorem solis quā flegmatici.Idē de sole iustitie Christo,qui magis calefacit cholericos,idest siccos a delitijs,& delectationibus mundanis,quā flegmaticos uitiosos,& delitiosos,ideo dicit scriptura ad Ephe.iiij. Vnicuiq; nostrum data est gra,secūdum mensurā,idest secūdū dispositionē cuiuslibet sone de.ista materia dicit xps. Mat.xxv.per modū parabole.Homo qdam peregre proficiscēs uocauit seruos suos,& tradidit eis bona sua.Et uni dedit quinq; talēta,alij autem duo,alij uero unum,unicuiq; secundum propriam uirtutem.Exponunt doctores,idest secūdum propriā dispositionem.In qua perabola Christus comprehēdit oēs status, qui sunt tres communiter,scilicet,

Religiosorum.
Clericorum.
Laicorum.

Religiosi recipiunt a Christo qnq; in qbus consistit dispositio ipsorum pro habendo gratiā dei in hoc mundo,& gloriam in alio.Primū est paupertas apostolicalis.De qua Christus Matth.x.Nolite possidere aurum neq; argentū,neq; pecuniam in zonis uestris.Non peram in uia neq; duas tunicas,neq; calciamenta, neq; uirgam.Dignus est enim operari cibo suo &c.Ecce hic regula paupertatis apostolice.Secundū est castitas angelicalis,non curando de illa materia,nec corde cogitando,nec ore loquēdo,nec oculis inspiciendo,nec manibus tangēdo,nec opere faciendo &c.Tertium est obediētia generalis secūdum regulā & nō cōtra.Nota hic differētiam inter dispensationem,& dissipationē,&c.Quartum est afflictio pnīalis seu corporalis, quia alias non possumus uiuere caste & honeste.Quintum est deuotio diuinalis in cerimonijs seruādis.In his quinq; consistit dispositio seu mensura gratie diuinalis.Status autem sacerdotum recipit a Christo duo,primum deuote officiare,secundū digne celebrare.De primo nota quomodo septem hore canonice dicunt in memoriā passionis,Christi quā representant primo matutine in memoriā captionis &c.Quantū ad secūdum,digne celebrare,est primo confiteri sacramentaliter cū proposito non redeundi ad peccata &c.Status aūt secularis recipit a xpo unū tātum,scilicet obediētiā ad decē precepta legis.Dic historiam Mat.xix.de laico Christo querēte. Magister bone quid boni faciam ut habeam uitam eternam.Cui respōdit Christus.Si uis ad uitam ingredi serua mandata dei,taliter quod p nullo lucro uel periculo uitando homo faciat cōtra mā datū dei,unicuiq; ergo deus diuisit gratiam secundū mensuram &c.tertio dat deus penam infernalem ad mensurā.nō credatis,q in inferno omnes dānati habeant penam equalē,imo secundū mensuram culparū est mēsura penarū.Deut. xxv.Pro mensura peccati erit & plagarū modus.Quod uerbū dicit sanctus Tho. iiij.di.xlvj.q.j.arti.iij.non est intelligendum,de quantitate durationis pene pro culpa inflicte,quia iusto dei iudicio pro temporali

temporali,imo momentaneo mortali peccato pena infligitur eterna. Cuius quadruplicem ubi.s.Sanctus Tho.reddit rationem.Sed hoc uerbum premissum de quantitate pene secūdū intētionē acerbitatis intelligendum est,& uerificatur.Duplex em quātitas pene existit,scilicet secūdū intentionē acerbitatis,& secūdū durationē tēporis.Quātitas pene respōdet quātitati culpe secundū intentionem acerbitatis,ut secundū q grauius peccauit,secundū hoc ei grauior pena infligitur. Vnde Apoc.xviij. Quātū glorificauit se & in delitijs fuit, tantū date illi tormentū & luctum.Non aūt rndet duratio pene durationi culpe, ut dicit Aug.xxj.de ciuitate dei.Hec sanctus Tho.ubi supra.Item idem Sanctus Thomas dicit ubi supra in solutione ad secundū argumentum in quo sic arguit, duorū peccatorū mortaliū unū est grauius,& maius altero,ergo unum debet maiori pena quā alterū puniri &c.Soluit q quantitati peccati respōdet quantitas pene secūdū intensionē.Et iō peccatorū mortaliū inequalium erunt pene inequales intensione,equales aūt durationē.Idē dicit.iij.li.cōtra gētiles.c.ciiij. uel secūdum aliā quotationē.c.xlij.Dic qūo secundū Augu.in quolibet peccato sunt duo.s.auersio ab incōmutabili bono,& conuersio ad bonū cōmutabile.s. ad tēporalia & terrena.Ideo sunt in inferno due pene correspondentes.s.pena damni & pena sensus,ut dicit.s.Tho. iiij.cōtra gentiles.c.xc.ubi sic dicit.Peccatū q in deū cōmittit,non solum pena dāni,sed etiā pena sensus debetur.Pena enim sensus respondet culpe quantū ad conuersionem inordinatā ad cōmutabile bonum,sicut pena damni rndet culpe quātū ad auersionem ab incōmutabili, bono.Hec ille in forma. Prima scilicet dāni est nunquā uidere deū, secunda est torqueri,& pati a creaturis. Verbi gratia de peccato superbie ubi est auersio & cōuersio,qa deus precepit nobis & ostē dit in se humilitatē,& superbus auertit se nolens deo obedire,& cōuertit se ad superbiā,pōpam &c.Iō superbus in inferno nunq uidebit deū,nec habebit honores paradisi,sed erit ī inferno in cacabis,de plūbo liquefacto. Rō,quia superbus est omnibus onerosus,ideo &c.Item deus precepit ne homo faciat auariciam.Luce.xij.Videte &cauete ab omni auaritia. O dicit auarus,nō curo de precepto dei &c.Ego non essem diues.Ideo in inferno habebit penā dāni,& nihil poterit habere de his,que desiderat,ut patet de dīuite epulone &c.Et penā sensus,qa erit ī auro & argēto liquefacto.Iō qa ppter aurū & argentū fecit cōtra deū.Idem de pcto luxurie,de pcepit ne illud fiat nisi inter uirū & uxorē,sed luxuriosus nō curat de pcepto dei,ideo puniet pena dāni,quia nō habebit delectationē paradisi &c.Et pena sensus in ueru ad instar cyrologij &c.qa hic uoluit ita calefieri per luxuriā.Idē de peccato inuidie,deus pcepit ut diligamus inuicem &c.sed inuidus nō curat,imo inuidet proximo,ideo puniet pena dāni,qa nō sentiet delectationes,nec amorē paradisi.& pena sensus in feruēti pice,qa habuit cor nigrū p inuidiam.Idē de peccato gule dices.Attendite ne grauētur corda uestra in crapula & ebrietate.Luce.xxj.sed gulosus nō curat,ideo puniet pena dāni,qa non gustabit de escis paradisi.Et pena sensus in calce ubi semper esuriet & sitiet.Idē de peccato ire de uindicatiuis & iracūdis,quia nolūt remittere iniurias &c.punient pena dāni,qa nunquā habebūt pacem paradisi.Et pena sensus, quia semper erunt in guerra in inferno.Idem de accidiosis,qui nunquā habebunt quietem glorie.De qua Ioā.Amodo iam dicit spiritus,ut requiescāt a laboribus suis,opera enim illorum sequuntur illos.Apoc. xiiij.Et habebunt penā sensus,quia semper laborabunt inter serpentes,qui non permittent ipsos quiescere. Ecce quomodo pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ideo Esa.xxvij.In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam.Nota in mensura,scilicet culpe.cū abiecta fuerit,scilicet ani-

ma corpore de hoc mũdo iudicabit eã. De ista potest dici thema. Deus diuisit mesuram, scilicet pene. Quarto dat de⁹ ad mensuram gloriam celestẽ, quia nõ omnes beati qui sunt in paradiso habẽt equalem gloriam, sed quidã maiorem, quidã minorẽ secũdũ mensurã bonorũ operũ que fecerunt in hoc mũdo. Autoritas. Mẽsurã bonã & cõfertã & coagitatã & superfluentem dabunt in sinũ uestrũ. Eadẽ quippe mẽsura qua mensi fueritis, remetiet uobis. Luce. vj. de hoc S. Tho. tractat in. iiij. dis. xlix. q. j. arti. iiij. q. ij. utrũ beatitudo ab omnibus equaliter pticipabit. Rñdet q̃ nõ equaliter beatitudo participabit ab omnibus beatis ex parte subiecti siue operantis, quia unus beatus erit magis perfectus lumine glorie secũdũ gradũ charitatis sue, & sic erit potentior ad illam uisionem diuine essentie quam alius, & sic operatio in uno peccato erit perfectior, & delectatio maior. & hoc confirmat p illud q̃ dicit. j. ad Corin. xv. Stella differt a stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum, ergo unus resurgẽtiũ maiorẽ gloriã habebit quã alius. Itẽ ad idẽ. Premiũ debet rñdere merito, sed quidam sunt excellentioris meriti alijs, ergo cum beatitudo siue gloria celestis sit uirtutis premium, un⁹ potest habere maiorem gloriam & beatitudinem, & gaudebit si fuerit pfectus maiori lumine glorie quã alius. idẽ dicit eadẽ di. q. ij. que est de diuisione diuine essentie. art. iiij. Et. j. pte. q. xij. art. vj. Sed ex parte abiecti erit equalis gloria & beatitudo in omnibus beatis. Quia obiectum operationis in qua beatitudo consistit, est omnino unũ & idẽ, scilicet diuina essentia ex cuius uisione oẽs erunt beati. Et ex hac parte non erit aliquis gradus ĩ beatitudine, quia deus oĩbus beatis se ut obiectum beatificãs oñdet. Et sic patet intellectus dicte autoritatis. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis. Luce. vj. In dicta autoritate ponuntur quatuor conditiones, secundũ q̃ quadrupliciter meremur in hoc mundo, scilicet,

Bene cogitando.
Bene loquendo.
Bene operando.
Et aduersa patienter tolerando.

Cogitando meremur expellẽdo statim malas cogitationes, de corde tãquã pruinas ignitas de manu, qa licet imaginatio sensualis, sit aperta diabolo q̃ potest ibi ponere prunas ardẽtes malarũ cogitationũ, tamẽ in libertate nra est cõburi delectabiliter, uel non cõburi uiriliter expellẽdo. Verbi gra. Si diabolus ponit in nra sensualitate malã cogitationẽ de superbia &c. uos potestis ipsam expellere cogitãdo Christi humilitatẽ. Idẽ põt dici de alijs peccatis. Isto modo meremur mẽsurã bonã, quia bone psone iam in hoc mũdo cõsolantur. Ber. Multi uident eruces nras qui nõ uidẽt cõsolationes nras. Secũdo meremur ore cauẽdo a falsis, & enormibus iuramẽtis, a mẽdacijs, & diffamationib⁹, sed affirmare debemus per aduerbia dicendo, ita nõ &c. Hoc mõ meremur mẽsurã cõfertam, iõ plenam in fine, qñ angelus a dextris, & diaboli a sinistris expectant aie exitum de corpore, q̃ si bona fecerit recipitur a bono angelo. Ecce hic mẽsurã cõfertã. Tertio meremur, bñ operãdo in opib⁹ mie, pnie, & iustitie a peccatis cauendo, festa deuote seruãdo. Isto mõ meremur mẽsurã coagitatam. i. calcatã, & hoc qñ aĩa intrat paradisum & salutatur cũ gaudio ab animabus beatis &c. Quarto meremur patienter aduersa, & mala tolerãdo. isto modo meremur mensuram superfluentem, idest superius effluentem, hoc erit post diem iudicij quãdo gloria aie redundabit in corpus, ecce quare dicit, eadem quippe mensura qua mẽsi fueritis remietur uobis, de ista potest dici, deus diuisit mẽsuram, scilicet glorie.

Dñica intra octa. Epiphanie. Ser. iiij.

PRoficiebat sapiẽtia, etate & gratia. Luce secundo. Sanctum euangelium cõtinet in effectu tria singularia de dño Iesu Christo que sunt magne difficultatis.

Primum

Primum est crementum corporale.
Secundum documentum spirituale.
Tertium exẽplum uirtuale, que ostẽduntur clare in themate proposito.

Primũ cũ dicit ꝓficiebat etate. Secundũ cũ dicit ꝓficiebat sapiẽtia. Tertiũ cũ dicit ꝓficiebat gratia. Primũ qd̃ ostendit in sancto euãgelio de dño nro Iesu xpo est augmentũ corpale, ibi, ꝓficiebat etate. Sciẽdũ q̃ dns Iesus xps exiẽs de utero matris noluit subito magnus apparere, cum potuisset ita magn⁹ nasci, ut fuit Adam in principio mũdi q̃ exiuit de utero matris sue. s. terre iã magnus, & homo perfecte etatis. xxx. annorũ. Hoc tangit textus di. Formauit deus hoĩem, non dicit puerũ uel infantẽ, sed hoĩem de limo terre, & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ uite, & factus est hõ, nõ dicit infans in aĩam uiuentẽ. Geñ. ij. Certum est, qd̃ ita potuisset facere Christus de seipso, sed noluit, imo uoluit ut ceteri paulatim crescere. Primo uoluit esse infans ut ceteri, non loquens, nec ambulãs. Secundo uoluit esse puer. Tertio adolescẽs. Quarto iuuenis, & tandẽ uir perfectus, unde debuit per oĩa fratribus assimilari, ad Heb. ij. Rõ, ad ostẽdendum q̃ ueniebat pro saluatiõe oĩm. Venit enim saluare. Primo infantes p innocentiam. Secũdo adolescẽtes per gñalẽ obedientiam. Tertio iuuenes per sacramẽtalem pniam. Ideo debuit p oĩa fratribus assimilari qui uult oẽs hoĩes saluos fieri. j. ad Ti. ij. Si dicat nõ uidet uenire ad saluãdos senes, qa noluit esse senex, sed uoluit mori in flore iuuentutis, & dare uitam suã in etate in qua magis uita dirigitur. Iuxta prophetiã Hier̃. xij. in persona Christi di. Reliqui domũ meã, dedi dilectã animam meã. i. uitam in manus inimicorum meorũ. Rñdeo q̃ imo uenit etiã saluare senes. Licet ipse non fuerit senex, tamẽ a senibus uoluit benedici. s. a Symeone & Anna. ideo postq̃ sancta mater ecclesia festinauit de infantia saluatoris in festis transactis modo incipit facere officium de eius pueritia quando fuit. xij. annorũ. De hoc dicit principiũ euãgelij. Cũ factus esset Iesus annorũ. xij. alcẽdẽtibus illis Hiero. secũdũ cõsue. diei festi cõsum. que die. cũ redi. remã. pu. Iesus in Hier. & nõ cogno. parẽ. e. Exi. autẽ illũ esse in comitatu ue. iter diei &c. Nota post triduũ inuenerũt eũ in tẽplo in medio doctorũ. Dic qũo uirgo Maria ibat ad tẽplũ dñi in Hierusalẽ in festiuitatib⁹ ordinatis, secũdũ legem, qa in tota Iudea nõ erat, nisi unũ tẽplũ. s. in ciuitate Hierusalẽ in quo possent offerre sacrificiũ, ꝓpter q̃ Iudei ter in anno tenebant uenire ad tẽplũ in Hierusalẽ. s. in festo paschatis, pentecostes, & zenophegie. i. tabernaculorũ fixionis exp̃cepto legis. Virgo Maria in dictis festiuitatibus, etiã uolebat uenire de Nazareth, q̃ distabat a Hierusalẽ p. xl. milaria. Et ex magna dilectione nolebat dimittere filiũ suũ Iesum, sed ipsum portabat in brachijs, qñ erat ifans. Sed qñ fuit puer, ducebat ipsum p manũ. Nota hic contẽplando qũo uirgo Maria ibat cũ filio ali quãdo cũ calore, aliqñ cũ frigore, pluuia, niue, uento, ad templũ. Si fuisset sibi dictũ, uirgo benedicta quo uaditis, modo cũ tali tẽpore. Respodisset uirgo Maria, uado ad tẽplum dñi in Hierusalẽ. O uirgo benedicta & nũquid uos estis tẽplũ dei magis sanctũ quã illud De quo dicit ecclesia. Templũ repẽte fit dei intacta nesciens uirũ, uerbo cõcepit filiũ. Et nunquid filius uester est tẽplum diuinitatis. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Io. ij. Sed respondisset uirgo finaliter, hoc facio in exẽplum Christianorum, ut quãdo audierint hoc, nullus, quãtũcunq; delicatus excuset se, ne uadat ad ecclesiam ratione caloris seu pluuie, frigoris &c. Hoc dicit expresse Beda in homelia hodierna, quod uirgo Maria ut daret exẽplum ibat ad tẽplum, ideo memento, ut diem Sabbati. i. quietis sanctifices. Exo. xx. A negocijs tẽporalibus quiescendo, & in spiritualibus se occupando. Nota me. In nullo alio precepto dicit memẽto, nisi in isto ut postquã laborasti in negocijs temporalibus feria. ij. iij. &c. De dominica dicit memento

mento &c. Exemplo etiã uirginis parentes debẽt ducere filios, & filias ad ecclesiam. Nota cõtra malã cõsuetudinem de puellis, que nõ uadũt ad missam, iõ sunt tot male, qa tunc hñt oportunitatẽ faciẽ di malũ, quod nõ pñt intra hebdomadã q parẽtes sunt in domo. Inde ueniũt aliq; graui de ad nuptias, uel iã pepererũt bus uel ter. Ideo ducẽde sunt ad ecclesiã ut habeãt deuotionẽ, qa nisi deuotio retineat mulierẽ &c. Ideo filij sunt ducẽdi ad eccl̃a p patrẽ, uel matrẽ &c. Cõpleto autẽ festo septẽ diebus, cõsũmatisq; diebus cũ redirent remansit puer Iesus in Ierusalẽ. Nõ per parẽtũ negligentiã, sed per diuinã prouidentiã. Et nõ cognouerũt parẽtes eius. Ratio, qa erat cõsuetudo Iudeorũ ex honestate, ut hoĩes hoc ẽ uiri irẽt p unã uiã, mulieres autẽ p aliã, uel hoĩes p̃cedebãt, & mulieres sequebãtur. Pueri ergo poterãt ire cũ patre, uel matre. Qñ ergo uirgo Maria recessit de tẽplo, & nõ uidit iuxta se filiũ suũ Iesum credidit q̃ esset cũ Ioseph, & ueniret cũ eo. Idẽ credidit Ioseph, qñ nõ uidit Iesũ, cogitauit q̃ esset cũ matre. Hoc tãgit euãgelista breuiter dicẽs. Cogitãtes eũ in comitatu esse uenerunt iter diei. Credo q̃ Ioseph alijs uicib⁹ fuit prius in Nazareth, qa hoĩes uadũt uelocius, & ut parent cenã, & qñ uirgo intrabat domũ filij⁹ occurrebat sibi, quoniã ueniebat prius cũ Ioseph, & faciebat sibi magnũ festũ. Sed nũc quãdo uirgo intrauit, & nõ uidit filiũ suum, dixit Ioseph, ubi est filius meus. Respõdit Ioseph, & nõ erat uobiscũ. O miser ego credebã ipsum esse uobiscũ. Tunc uirgo plãgẽs dixit. O misera, qd est de filio meo, & statim magnus clauus intrauit in cor, quia diligebat ipsum plus q̃ omnes matres. Ratio, quia alie matres diligũt filios suos tanq̃ creaturas suas, sed uirgo diligebat ipsum etiã tãquam suũ creatorem. Item alie matres perdunt uirginitatẽ, ꝓpter filios, sed ipsa non. Item alie matres dolent in partu, sed uirgo nihil. Et uirgo plorando intrauit cameram dicens. O fili mi, ubi estis uos modo, utinam non in manibus Archelai filij Herodis. O fili ubicunq; sitis uos scitis modo bene dolorẽ meũ, & timorẽ. Tũc cor uirginis erat inter duas molas. Ex una parte cogitabat utrum ascẽderit in celũ ad patrẽ. Ex alia parte dicebat. Qũo recessisset quod nihil mihi dixisset, nec predicasset euãgeliũ, nec instituit sacramẽta. Ex alia parte cogitabat ne ipsum teneret filius Herodis, qui tũc regnabat. Ioseph ex alia parte plorabat dicẽs. O miser quid dicet mihi deus pater, quia tã male custodiui filium suũ. O miser, quid dicam de tãta mea negligentia. Secus de multis matrimonio cõiunctis. Nonnunquã dum quid aduersitatis turbationisq; occurrit in domo, cõtendũt uir, & uxor dicẽtes. Vos feciſtis, imo uos feciſtis. Sed uirgo, & Ioseph mutuo se cõsolabãtur. Dicebat uirgo Ioseph. Pater cenetis, qa ego nõ posũ comedere, nisi uos comedatis. Dixit ẏgo Ioseph. Pater perquiramus filiũ meũ inter uicinos & apud notos, & amicos. Dic qũo ibant de nocte cum laterna plorãtes, & ipsum querentes, & oẽs mirabantur. Et multe mulieres associebãtur eis per Nazareth, & ipso nõ inuento redierunt ad domũ. Et uirgo intrauit cameram suã, & flexis genibus lacrymãdo dicebat. O deus pater uos scitis ubi est filius uester, & me⁹, uirtute cuius cõcepi, uelitis me consolari. O fili, ubi estis modo iã amplius nõ possum pati. Idẽ faciebat Ioseph ex alia parte, nec de tota nocte dormierunt. In crastino bono mane redierunt in Ierusalẽ, & fuerunt ibi in sero. Cogitate quomodo in nocte circuibant per ciuitatem cũ laterna, scilicet per ciuitatem Ierusalem querentes ipsum inter cognatos, & notos, de quo gentes mirabantur quod tali hora iret per uillam cũ esset famosa de maxima honestate, & sanctitate uite. Cogitate quando inueniebatur per uigiles, quomodo dicebant. O quis uadit illuc &c. Trãsactis tribus diebus dixit uirgo. Vadamus ad templũ domini, & oremus, ut ipsum inueniamus. Dicit euãgelium, Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedẽtem in medio doctorum

ctorum. Statim uirgo ascendens ad eum dixit. Fili quid feciſti nobis sic, scilicet nobis ignorantibus. Sed non fuit increpatio, sed q̃stio. Ecce pater tuus, scilicet putatiuus, & ego dolentes querebamus te. Cogitate qũo Christus cõsolabat matrẽ suã dicens. Quid est, q̃ me q̃rebatis? nesciebatis, quia in his q̃ patris mei sunt oportet me esse? De tota ista materia, uel speculatione, ecce prophetia loquẽs in persona uirginis Marie. Adiuro uos filie Ierusalẽ, quesiui quẽ diligit aĩa mea, quesiui illum, & nõ inueni, surgã, & circuibo ciuitatẽ per uicos, & plateas, querã quẽ diligit aĩa mea, tenui eum, nec dimittã. Ca. iij. Moraliter nota quantũ dolere debemus cũ Iesum perdim⁹. Virgo Maria in festiuitate perdidit filiũ suũ, tamen sine peccato pdidit. Et nos in festiuitatibus perdimus Christũ propter peccata. Quia in diebus festis plura peccata mortalia cõmittuntur. Dic de quolibet statu ad libitũ. Ideo dicit Christus nobis. Festiuitates uestras odiuit aĩa mea. Esa. j. Nota, & post triduũ inuenerũt eũ in tẽplo, quare post triduũ, & nõ ante? Ratio, qa qui perdit x̃pm ex peccato, nõ potest ipsum inuenire nisi post triduum. i. post tria opera penitẽtialia. Primũ est cordis cõtritio, q̃ dicit dies naturalis, includẽs noctẽ culpe, & diẽ gratie, quia uera contritio nõ est sine claritate diuine gratie, ex quo dolet de culpa preterita. Secũdũ est oris cõfessio que etiã dicitur dies naturalis, cuius nox est prolatio peccatorũ quasi se diffamando. dies clara est remissio peccatorũ, que fit in absolutione, & orit claritas gratie, quã iam habebat ex cõtritione, augmẽtatur ex cõfessiõe, & absolutione. Tertium est uite correctio cuius nox est labor correctionis, & mutatio male inclinationis, dies uero claritas cõsciẽtie, & bone fame. Correctio fit, qa si fuisti superbus, uanus, põposus &c. de cetero sis humilis, & sic de alijs uitijs & uirtutibus. hoc modo post triduũ inuenitur Christus in tẽplo in manibus sacerdotis ad digne cõmunicãdũ. Autoritas allegorice. Ibimus uia triũ dierum in solitudinẽ, ut immolemus dño deo nostro. Exo. iij. Patet primus punctus. Secũdum est documẽtũ spirituale, cũ dicitur, proficiebat sapiẽtia. Hoc uerbum habet magnã difficultatem in theologia. Nam omnis doctrina theologorũ, singulariter magister sent. in iij. dicit q̃ Christus nõ solũ inquãtũ deus, sed etiã inquantũ homo in primo instãti creatiõis anime habuit tantã sapientiã quantã habet modo in celo. Autoritas. Esa. Butyrũ, & mel comedet, ut sciat reprobare malũ, & eligere bonũ. Esa. vij. Nota, ut pro quãuis Christus in primo creatiõis instãti sciret reprobare malũ, & eligere bonũ, tamen ut ceteri pueri uoluit comedere butyrũ & mel. Item Iere. xxxj. Creauit dominus nouũ super terrã, femina circũdabit uirũ, scilicet statim perfectũ in omnibus. Qũo ergo dicit euangelista q̃ x̃ps proficiebat sapientia? Respõdeo q̃ hoc potest dupliciter intelligi, quia ꝓficiebat sapiẽtia habitualiter, uel effectualiter. Habitualiter autẽ x̃ps nõ profecit in sapiẽtia, sed profecit effectualiter, qa quãtomagis crescebat in corpore, tanto maiores effectus ostendebat sapiẽtie. Exẽplũ de sole, qui licet tantã claritatẽ habeat hora prima quantã habet hora tertia habituali ter, & tantã hora tertia quantã hora meridiei, tamen sol effectualiter proficit in claritate, quia maiorẽ claritatẽ ostendit hora tertia q̃ hora prima, & maiorem in meridie. Ita etiã est de Iesu Christo sole iustitie. Licet in instãti creationis haberet tantã claritatẽ sapiẽtie quantã habet modo ĩ celo habitualiter, tamẽ effectualiter in sapiẽtia crescebat, & ꝓfecit. Quoniã in aurora, scilicet anteq̃ uirgo ipsum pareret nondũ ortus erat super terrã, & iã dabat aliquos radios claritatis, scilicet uirgini Marie, Ioseph, & Elizabet. Sed maiores dedit hora prima, scilicet in natiuitate per tot mirabilia. Sed adhuc maiores dedit hora tertia, scilicet quando fuit. xij. annorũ disputãdo cũ doctorib⁹. Sed multo maiores emisit adhuc in meridie, scilicet quãdo fuit triginta annorũ in predicatione euangelica, & miraculorum

lorū operatione. Ecce quomodo Christus proficiebat ſapientia effectuali. De hoc prophēta in perſona dei patris loquētis de Chriſto homine dicēs. Ecce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit ualde. Eſai. lij. Vbi ponūtur quatuor gradus exaltationis effectualis. Primus ibi. Ecce intelliget ſeruus meus, ſcilicet ſtatim in inſtāti cōceptionis, & exaltabitur ſcilicet hora tertia, & prima in natiuitate, & eleuabitur, ſcilicet diſputando cū doctoribus, & ſublimis erit ualde ſcilicet in predicatione euāgelica. Modo uideamus de radijs ſapiētie, quos emiſit quādo fuit. xij. annorū, de hoc dicit euāgeliſta, Inuenerūt eū in templo ſedētem in medio doctorū audientē illos, & interrogantem. Stupebant autē omnes, qui eū audiebant ſuper prudētia, & reſpōſis eius. Ego amore ueſtri queſiui de modo ſedendi quomodo Chriſt⁹ ſedebat in medio doctorū, & de materia de qua diſputabāt. Modū ſedendi declarat Beda in homelia hodierna dicēs, ꝙ Chriſtus tenuit formā diſcipuli, quod fuit magne humilitatis indiciū, imo eximiū diſcēdi humilitatis exēplū. Quidā dicūt quod Chriſtus ſedebat in cathedra in medio doctorū, & ita pingunt pictores, & male. Dic quomodo in angulo tēpli doctores habebant ſcamna circulariter poſita pro conſilijs, & diſputationibus, ubi erat rota tota libris plena, & quando doctores diſputabant, pueri maxime ingenioſi ponebant ſe in medio doctorū in terra ſedendo, & doctores audiendo, & de dubijs ipſos interrogando, ſed nō cōtra doctores arguēdo. Hunc modū aliorū puerorum uoluit tenere Chriſtus. Ideo dicitur, inuenerunt eū ſedentē in medio doctorū audiētem illos, & interrogantē, nō dicit arguentē. Materiā autē de qua tunc doctores, & rabini diſputabant inueni in epiſtola glorioſi Hieron. ad Paulinū. c. iij. ubi dicit. Duodecim annos ſaluator impleuerat, & in tēplo ſedens de queſtionibus legis iterrogās, nō dicit diſputās, uel arguēs, magis docet dum prudēter interrogat. Not. de queſtionibus legis practice quō fuerūt rationabiliter queſtiōes legis, & que tūc maxime diſputabātur erāt de ad uētu meſie, oēs doctores nullo diſcrepāte ſciebāt tempus aduētus meſie eſſe cōpletū ex ꝓphetia Iacob. Geñ. xlix. Nō auferetur ſceptrū de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus eſt. Quia tūc regnabat Herodes. Iterum ex Hebdomabibus Danielis. Modo ponamus diſputationes in forma. Cū eſſēt ibi doctores multi, & magiſtri, & rabini ſedētes in ſcamnis, & pueri in medio eorū, ut dictū eſt, inter quos erat Chriſtus, unus doctor propoſuit queſtionē dicēs, Quid uobis uidetur de aduentu meſie? Reſpōderūt alij. Pro certo aduētus meſie eſt cōpletus, tamen ſi habeatis aliquā rationē, uel prophetiā in oppoſitū, dicatis. Reſpondit alius doctor dicens. Bene uidetur mihi, ꝙ aduētus ſit cōpletus ſecūdū prophetias, ſed tū dubito ex quadā ꝓphetia Aggei. ij. di. in perſona dei. Hec dicit dñs deus. Adhuc unū modicū, & ego cōmouebo celū, & terrā, & mare, & aridā, & mouebo omnes gētes, & tūc ueniet deſideratus cūctis gētib⁹. Aggei. ij. Modo dñi mei reuerēdi nondū uidim⁹ iſta ſigna, quia non uidimus nouū motū in celo, nec in terra. Verū dicitis dicebāt alij. Ideo cogitemus ſuper hoc. Et neſciebāt aliud dicere. Tūc ſurrexit xp̄s in forma diſcipuli manibus plicatis, & obtēta licētia loquēdi dixit. Dñi ſi recordamini, mō ſunt duodecim anni ꝙ celū fuit motū per nouā ſtellā, que duxit tres reges Oriētis ſecūdū ꝙ ego audiui a parētibus meis. Si uidetur uobis, ꝙ iſte mot⁹ fuerit nouus. Itē terra fuit tunc cōmota, & mare, qñ ex precepto Imperatoris qui libet ibat, ut profiteret in ciuitate ſua, ſi forte eſſet hoc. Ecce interrogās, ſed ẏba ſua ueniebāt ad cor cū lumine prout ſibi placebat. O dixerunt ipſi, uerū dicit, pro certo ego recordor ꝙ tūc fuit magnus motus in celo, & in terra. Dixit Chriſt⁹. Domini, parcatis ſi pueri querunt. Ecce qūo queſtionibus legis interrogans magis docet dū prudenter interrogat. Deinde

inde alius dixit. Domini aliud ſignū dedit Eſa. di. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucē magnā, habitātibus in regione umbre mortis, lux orta eſt eis &c. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerū ei⁹ &c. Eſa. ix. Hoc ſignū debuit eſſe in natiuitate regis meſie. Sed hoc ſignū nō uidimus. Dicebāt alij. Verū dicitis. Et uoluebāt, & reuoluebāt libr. Dixerūt xp̄o. Quid dicitis uos hic fili, dubitatis in aliquo? Et ſurrexit humiliter & loquēdo cū magna reuerētia dixit. Audiui ꝙ in ciuitate Bethleē in media nocte mō ſunt. xij. anni, apparuit magna claritas, intātū ꝙ nox uidebatur meridies, iuxta illud ps. Nox ſicut dies illuminabitur. Et audiui ꝙ angeli apparuerūt paſtoribus cū magna claritate, inter quos loquebatur unus dicēs. Euangelizo uobis gaudiū magnū, quia natus eſt uobis hodie ſaluator &c. Dicebant doctores. Reſpōdit bene. Recordor ꝙ talis fama fuit publica. Nunquid recordamini qūo fuit ſcriptū uobis de hoc. Mi fili, bonas gratias dicimus uobis, quia ita clarificatis in telle⁹ noſtros. Ecce quomodo de queſtionibus legis interrogās magis docet &c. Alius doctor dixit ſuſpirās. O domini dubito ꝙ totū noſtrū gaudiū, & ſpes ſit perdita, & nunquid dicit propheta ꝙ ſtatim ueniet ad templū ſuū dominator quē uos queritis, & angelus teſtamenti quē uos uultis. Malach. iij. ſed nondū uenit. O fatui, & inſcij cū habebant ipſum preſentē, & ꝓpter hoc dixit eis Ioānes, Medi⁹ ueſtrū ſtetit quē uos neſcitis. Io. j. Et iterrogauerūt eū quid diceret. Qui reſpōdit. O dñi quid poſſūt dicere pueri inter uos. Audiui a parētibus meis, ꝙ poſt miraculū de lumine in media nocte in ciuitate Bethleem apparēte, in xl. die una mulier iuuenis cū puero in brachijs eū baiulans uenit ad tēplū, & ſanctus Symeō, & Anna prophetiſſa predicauerūt eū dicentes, ꝙ ille erat uerus meſsias, & ſaluator mūdi. Dixerūt ipſi. Per deū uerum dicit, Symeon erat conſanguineus meus, & amicus meus, a quo ego audiui. Dixit alius, & ego audiui ab Anna cō ſanguinea mea. O benedicaris fili, & addiſcas bene. Deinde rabi Samuel ſuſpirans, & quaſi flens dixit. Et nūquid recordamini quomodo Herodes rex occidit oēs pueros, ergo & illū, ergo domini de tis rationes, & erāt triſtes, & nō poterāt reſpōdere. Qui dixerūt Chriſto, qd dicitis uos hic fili? qui cū magna humilitate reſpondit, ne notaretur de preſumptione. Dñi reuerendi ego legi Exod. xxiij. Non coques hedum in lacte matris ſue. Modo domini pueri poſſent hic dubitare, non dixit ꝙ ipſe dubitaret, an deus uellet oſtendere quomodo eſſet decoquendus **hedus**, uel an eſſet prophetia de meſsia ne in lacte matris moreretur dū eſſet puer. Moyſes in tribus locis dicit. Nō coques hedū &c. quia tripliciter fuerunt innocētes ab Herode occiſi, qui dam gladijs, quidā lāceis, alij baliſtis, ne parētes &c. uel dicas ſic, qdā gladijs, qui dā ſuffocati ſiue ſtrāgulati, quidā fuerūt percuſsi ad parietes, uel qa Herodes uoluit occidere Chriſtū ter, ſcilicet in natiuitate, in aduentu regū, & in purificatione &c. Sed xp̄s, nec ſic, nec ſic fuit ab Herode interfect⁹. Ideo dixit ſibi Moyſes, non coques hedū, id eſt Chriſtū &c. hoc intellexerunt doctores, & magiſtri dum xp̄s loqueretur uirtute diuina dicentes. Verū dicit, quia pro certo illud fuit prophetia de meſsia. Ideo ſine dubio nō fuit ab Herode occiſus. Et dū eſſent ſic cōſolati, uenit ẏgo Maria dicēs. Fili quid feciſti nobis ſic &c. Cui dixerunt rabini. Eſt filius ueſter iſte? Reſpōdit uirgo Maria. Ita domini. O tā bonū, & tam gratū filium habetis, addiſcat, quia adhuc erit magnus rabinus. Nō oſtēdatis ei officiū uiri ueſtri. O quales ſtulti. habebāt Chriſtū preſentem, & non cognoſcebant. De iſta ſapientia Chriſti prophetia fuit tunc completa. Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. Prouer. viij. Ecce quomodo proficiebat ſapientia effectualiter. Tertius punctus eſt de exemplo uirtuali, cū dicitur, proficiebat gratia. Similis difficultas eſt de

profect

profectu gratie ſicut de profectu ſapientie. Et ſimiliter rñdetur qñ xp̃s in inſtãti ſue cõceptionis habuit tantã gr̃am habitualiter quãtã habet nũc in celo. Sed ſicut dixi de claritate ſolis q̃ magis oritur hora tertia q̃ prima &c. ita etiã põt dici de claritate gr̃e, qñ ſol habituaľr habet tãtã claritatẽ hora prima quãtã habet hora tertia &c. Sed effectualiter ſol magis oſtẽdit claritatem ſuã hora tertia q̃ hora prima, & magis hora meridiei q̃ tertia, quia dicit philoſophus q̃ lux eſt uehicu lũ caloris. Idem de Chriſto ſole iuſtitie. Ideo apoſtolus. Apparuit gratia Dei & ſaluatoris nr̃i omnibus hominibus erudiẽs nos. ad Titum. ij. Not. apparuit gr̃a. nõ dicit creuit gratia, ſed apparuit, ſcilicet effectualiter, erudiens nos. ſ. dando exemplum uirtuale nobis, de quo dicit euangeliſta in tertia parte. deſcendit cũ illis in Nazareth, & erat ſubditus illis uſq; in finem. Moraliter ſuper hoc quod dicit, & erat ſubditus illis, non legitur q̃ in domo uirginis Marie eſſet aliquis niſi ipſa cum Ioſeph ſponſo & xp̃o eius filio. quis faciebat ſeruitium domus, quia ubi ſunt tres perſone multis ſeruitijs indigent. Dicit Luc. de xp̃o q̃ erat ſubditus illis. Ideo ipſemet xp̃s dicit. Filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Matthei. xx. Ecce quomodo proficiebat gratia ſeruiendo parentibus. Dicam uobis unum ſeruitium ut magiſter hyſtoriarũ expreſſe dicit q̃ Chriſtus cũ alijs pueris ibat ad portãdum aquam de fonte. Dic practice qũo uirgo de mane uolebat recipere amphoram ut portaret aquam. Nota hic cõtra mulieres que dicunt, ego portaui bonam dotẽ, ideo nõ intrabo coquinam nec portabo aquam, habeat uir meus ancillam uel captiuam. Et uos quid facietis? uidẽs Ioſeph q̃ uirgo uolebat portare aquam & recipere amphoram, dixit, Ego ibo &c. Cum autẽ ſic pie contenderent uirgo & Ioſeph ueniebat xp̃s & recipiebat amphoram dicens ego ibo. Dicit Ioſeph. O dñe uos non ibitis. Dicebat Chriſtus. Ibo ut dem exemplum alijs filijs. O ſi quis dixiſſet ſi bi qñ redibat de fonte. O dñe quare facitis hoc? Quare non facitis uos Michael Gabriel &c. Rñdiſſent Angeli. Nos ſumus parati, ſed ipſe uult facere. O dñe, quare facitis hoc? Reſpõdiſſet, ut qñ filij xp̃ianorum audiẽt hoc ſeruitiũ q̃d ego facio parentibus meis, hmõi exẽplo ipſi ſeruiãt & miniſtrẽt parentibus ſuis. Dic aliquid cõtra filios inobediẽtes parentibus ſuis. Ideo ap̃s. Filij obedite parentibus ueſtris in domino. Hoc enim iuſtũ eſt. Honora patrẽ tuum & matrẽ tuam, q̃d eſt mãdatũ primum in promiſsione, ut bene ſit tibi & ſis longeuus ſuper terrã. ad Eph. vj. Filij autẽ inobediẽtes ſunt parue uite & faciũt malum finem. Nota ad hoc quod cõtigit Valẽtie de quodam ſentẽtiato ad ſuſpẽdiũ ex quadam morte de qua fuit iniuſte infamatus. Qui qñ uidit furcã in qua debebat ſuſpẽdi nouiter factã in illo loco clamauit. Dñe iuſte morior, & non ex crimine mortis huius mũdi impoſito, ſed quia in hoc loco uerberaui matrẽ meã, que genib⁹ flexis orauit dicens. Vtinã in iſto loco in quo me percuſsiſti ſis ſuſpẽſus, & ita factũ fuit. Ecce quem finẽ faciunt. Ideo dicit xp̃s in euangelio. Honora patrem tuum & matrem tuam. Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Mat. xv.

In octaua Epiphanie. Ser. unicus.

EGo a te debeo baptiſari. Mat. iij. & in euangelio hodierno. Sãcta mater eccleſia hodie facit feſtum & officium de baptiſmo Chriſti, de quo loquitur euangelium hodiernum quomodo Chriſtus fuit baptiſatus a beato Ioanne. Et de hoc erit ſermo noſter & habebimus multas bonas doctrinas ſpeculatiuas ad illuſtrationẽ intellectus & morales ad correctionem uite. Sed primo ſalutẽ uirgo Maria &c. In preſenti ſer. cogitaui tenere modum iuriſtarum, qui in ſuis ſcholis qñ uolunt legere uel diſputare, primo ponunt caſum legis. Deinde quid iuris. Sic primo recitabo caſum legis diuine & hiſtoriã euangelij ſancti. Deinde mouebo aliquas

quas queſtiones ſpeculatiuas & morales. Dic hiſtoriam euangelij qũo xp̃s de ciuitate Nazareth uenit ad Ioannem ad Iordanẽ ut baptizaretur ab eo, & ſpiritusſanctus reuelauit Ioãni q̃ ille homo erat ſaluator mũdi, uerus Deus & uerus homo. Propter q̃d Ioãnes admirans dixit reuerẽter thema. Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me. Cui dixit xp̃s. Sine modo. Sic enim decet nos implere oẽm iuſtitiã. Non loquebatur xp̃s põpatice ut iſti dñi, ſed loquebatur de ſe & de Ioanne dicens. Sic ſcilicet per humilitatem decet nos implere oẽm iuſtitiam. Chriſtus autem humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſq; ad mortem. ad Philip. ij. Ecce hic omnis impletio iuſtitie redemptionis humane. Greg. Nihil enim nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. Ecce Ioannes etiam humiliatus eſt ad implendum preceptum Chriſti inunctionis baptiſmi. & totus tremens baptizauit xp̃m. Eccleſia, Baptiſta contremuit & nõ audet tangere ſanctũ Dei uerticẽ, ſed clamat cũ tremore, ſanctifica me ſaluator. Hanc formam tenuit Ioannes baptizando xp̃m. Moraliter inſtruimur hic in hoc q̃ Ioannes tam ſanctus de quo dicit xp̃s, Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Ioanne baptiſta, non audebat tãgere Chriſtum. Nota hic quãta debet eſſe puritas & bona uita ſacerdotum, quia habẽt tangere xp̃m in ſacramento altaris. Ideo dicit ſcriptura ſancta. Sacerdotes qui accedunt ad dñm ſanctificentur ne percutiat eos. Exõ. xix. Itẽ ne laici appropinquẽt altaribus &c. Nume. j. & ij. Homo qui non eſt de genere Aaron, ideſt ſacerdos, & acceſſerit, occidetur. Si dicatur lex eſt antiqua, uerum eſt ſi dignius & ſanctius eſt altare noue legis q̃ ueteris. Quanto magis eñ Chriſtus eſt maioris dignitatis qui imolatur in altari noui teſtamenti q̃ agnus qui immolabatur in altari ueteris teſtamenti, tanto magis altare noui teſtamenti eſt maioris dignitatis. Modo arguo p locum a minori. Si tunc erat pena mortis qui accederet ad altare appodiando ſe ibi uel cõfitendo &c. Si dicatur, Nunquid homo põt oſculari altare &c. Rñdeo q̃ immo reuerenter, ſed melius eſſet oſculari terrã iuxta altare ubi ſteterunt pedes ſacerdotis. j. Pet. v. Humiliamini ſub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tpe uiſitationis. Dic qũo manus diuitis p̃one ſeu potẽtie humiliat & deprimit ſuperbos & exaltat humiles. Modo poſito caſu legis euãgelice, mouẽde ſunt alique queſtiones quid iuris. Et ponam quinq; queſtiones quas declarabo.

Prima ſuper hoc quod dicit euangeliũ. Venit Ieſus a Galilea ad Ioannẽ ut baptizaretur ab eo. Queritur quare xp̃s uoluit baptizari. Ratio huius queſtionis eſt quia baptiſmus datur contra peccatũ originale primordialiter, & etiam cõtra alia peccata actualia ſi ſint. Sed cũ Chriſtus non haberet peccatum nec originale nec actuale. j. Petri. ij. peccatum non fecit, ergo uidetur q̃ non debuit baptizari. Reſpondeo q̃ Chriſtus uoluit baptizari non ut aliquid reciperet a baptiſmo, ſicut nos qui recipimus a baptiſmo dona ſpiritualia, ſcilicet remiſsionem peccatorũ, ſanctificationem, uirtutes & gratias & dona ſpirituſſancti, & uirtutes morales infuſas, ſed xp̃s nihil horum recipit a baptiſmo. Sed uoluit recipere baptiſmum ut daret baptiſmo uim regeneratiuam, ut dicit Beda in homelia hodierna. Venit filius Dei baptizari ab homine in aquis Iordanis qui mundus erat a ſordibus cunctis, ut abluens noſtrorũ ſordes ſcelerum omnium fluenta ſanctificaret aquarum. Nota propriã ſimilitudinem & experimentũ de unicorni qui tactu ſui cornu purificat aquam. Deinde bibunt animalia expectantia &c. Hoc proprie ſignificat baptiſmũ Chriſti. Vnde in ſacra ſcriptura dicitur Chriſtus uni cornis. p̃s. xcj. Et exaltabitur ſicut unicornis cornu meum, & ſenectus mea in miſericordia uberi. & loquitur propheta in perſona eccleſie dicens. Exaltabitur, ſcilicet xp̃s, ſicut unicornis. Quia diuinitas & humanitas in xp̃o non faciunt niſi unũ cornu. i. unã p̃ſonã. Et ſenectus mea.

Nota, sicut etates hominis sunt.vij.ita etiã sunt.vij.etates nature humane. Infantia fuit ab Adã usq; ad Noë. Pueritia a Noë usq; ad Abrahã. Adolescentia ab Abrahã usq; ad Moysen. Iuuẽtus a Moyse usq; ad Dauid. Virilitas a Dauid usq; ad trãsmigrationẽ Babylonis. Senectus a trasmigratione Babylonis usque ad xp̃m. Decrepitas a Christo usq; ad finem mũdi. Ecce quare dicit Senectus mea in misericordia uberi. id est abundãti, quia modo abundat Dei mĩa, quia Iudeo remittuntur omnia peccata q̃tum ad culpam & q̃tum ad penam in baptismo. Itẽ alia autoritas. Luc.j. Et erexit cornu salutis nostre. Cornu salutis nostre est corpus Christi. Hodie iste unicornis tetigit aquas ut tactu sue mũdissime carnis uim regeneratiuam cõferret omnibus alijs. Dic quomodo Christus terminauit & finiuit purificationem ueteris legis que fiebat per circuncisionem, & inchoauit purificationem noue legis que fit per baptismum, ideo xp̃s dicitur alpha & o, initium & finis. Apo.xxij. scilicet principiũ noue legis, & finis ueteris. Propter hoc nos christiani solũ recipimus baptismum & non circũcisionẽ, quia in Christo sacramenta legalia habent suum finẽ & terminum. Gen.xvij. Dixit Deus Abrahe. Abraham ambula corã me & esto perfectus, ponamq; fedus meũ inter me & te, quia inter istos duos terminos seu moles, scilicet Abraham & xp̃m debuit durare pactũ circuncisionis qđ durauit per duo milia annorum. Apls. Ecce ego Paulus dico uobis qm̃ si circũcidamini xp̃s nihil proderit uobis. ad Gal. v. Qui ergo exẽplo xp̃i uellet circũcidi, Iudaizaret & peccaret grauiter. Secunda questio est super hoc quod dicit thema qđ Ioãnes dixit Christo, Ego a te debeo baptisari. Queritur quare beatus Ioannes dixit hoc cum esset in utero matris sanctificatus. Luc.j. Spiritusãcto replebitur adhuc ex utero matris sue, dixit angelus Zacharie patri Ioannis. Quare ergo dixit Christo, ego a te debeo baptizari? Responsio secundum determinationes sanctorum doctorum, ꝙ baptismus dat characterem in anima, scilicet quoddam signum pulchrum ad instar corone regalis, qđ signum nullus potest habere in paradiso nisi fuerit baptizatus. Vnde nec Abraham, nec Ysaac, nec Iacob, nec Dauid, nec aliqui ueteris testamenti habent illud signum, nec etiam illi.l. rhetores beate Katharine qui mortui fuerũt sine baptismo aque, licet sint baptismo sanguinis saluati. De isto signo dicit apostolus. Credẽtes signati estis spiritu promissionis sancte qui est pignus hereditatis nostre. Ad Ephe.j. Pignus est arra hereditatis ut dant mercatores. Licet ergo beatus Ioannes fuisset sanctificatus in utero matris, tamen non habebat characterem. propter hoc ut ipsum haberet, dixit Christo. Ego a te debeo baptizari pro isto signo habendo. Et quia dixit debeo, habemus pro certo ꝙ Christus baptizauit beatum Ioãnem, & etiã apostolos & discipulos. De apostolis autoritas. Venit Iesus & discipuli eius in terrã Iudeam, & illic morabatur cum eis & baptizabat. Ioan. iij. Et dicitur Ioan. iiij. quasi contrarium, quanq̃ Christus non baptizaret, sed discipuli eius. Aug. & glosa super illud concordant, cum dicit Ioã. & baptizabat. Dicit glosa, scilicet discipulos & apostolos. quamq̃ Christus non baptizaret. glo. scilicet alios, sed discipuli baptizabant alios. Eadem ratione creditur ꝙ Christus baptizauit uirginem Mariam ut haberet illud signum corone. Dic differentiam que est inter coronam & crinale. Sic signum characteris est ut corona & ante habet monile, scilicet hoc nomen Iesus. Apoca. xiiij. Ecce agnus stabat supra montem Syon, & cũ eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen Iesus & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Moraliter ex quo nos Christiani portamus nomen Iesus scriptum in frontibus nostris cauere debemus ne portemus nomen diaboli in ore dicendo. In nomine diaboli quare fecisti sic uel sic. Nota de latrone clamante Iesus, & de diabolo clamante latrones latrones. Nota cõtra illos q̃ nescium aliud dicere nisi diabolũ nominando. Dauid. ps. xxxix. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius &c. non dicit nomen diaboli. Tertia questio super hoc. Spiritussanctus descendit sicut columba in ipsum. Quare hoc cum certum est ꝙ Christus inquãtum homo ab instanti sue conceptionis recepit spiritumsanctum & nunq̃ ab ipso recessit. Esa. lxj. & Luc. iiij. Spiritus domini super me eo ꝙ unxerit me, scilicet per gratiã in conceptione. Responsio ꝙ spiritussanctus descendit sicut columba in ip̃m, non acsi iam prius non habuisset uel nõ fuisset in eo, nec ut sibi cõferret tũc nouam gratiam, sicut uenit in apostolos in die Pentecostes. Actuum. ij. & Luc. j. Superueniet in uirginem Mariam. Sed ad ostendendum nobis ꝙ spiritussanctus descendit in illo qui baptizatur, & ibi recipit habitationem tanquam in proprio templo. Cum quilibet ante baptismum saltem uel habitu uel re uel uoto sit habitatio demonum. Ideo baptizandi exorcizantur ad expellendos de ipsis demones moraliter. ex quo spiritussanctus semel recepit habitationem in creatura nunquam recedit ab ipsa nisi irreuerentiam sibi exhibeat per peccatum mortale, quia propter ueniale nõ recedit. Sed quando homo peccat mortaliter, tunc expellit a se spiritumsanctum & introducit diabolum. O qualis iniuria expellere regem & introducere ribaldum lenonem. Ideo dicit scriptura. Melius erat illis non cognoscere uiam iustitie q̃ post agnitionem retrorsum conuerti ab eo ꝙ illis traditum est sancto mandato. Cõtingit enim eis illud uer. prouerbij, Canis reuersus ad suum uomitum & sus lota in uolutabro luti. ij. Petri. ij. Ideo instruendi sunt pueri & nutriendi ne dent congerium spirituisancto qui habitat in ipsis. Dic quomodo parẽtes debẽt informare filios &c. Quarta questio super hoc, Vox de celo facta est, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Queritur quare hec uox facta est, quia certũ est ꝙ xp̃s nõ incepit tũc esse filius Dei, qa xp̃s eternaliter est filius Dei. Autoritas. Dns dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. ps. ij. Nota cum dicit hodie, hic sunt plures dies ex interpositione noctis, quia si sol staret semp supra nos non esset nisi una dies. Sic nõ est in celo, nunq̃ est ibi nox, quia Deus semper inuariabiliter illuminat. Apoca. xxj. Ciuitas illa nõ eget sole neq; luna ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eã, & lucerna eius est agnus. cum ergo dicitur, Hodie genui te. i. in eternitate. quare ergo uenit illa uox. Respõsio quia illa uox nõ uenit propter xp̃m, sed propter nos ad ostendendũ ꝙ in baptismo efficimur filij Dei. qm̃ sicut uir de uxore sua generat filios & filias legitimos, sic xp̃s de ecclesia sponsa sua. Semẽ est uerbũ Dei. Luc. viij. Ideo xp̃iani oẽs sumus filij Dei regis xp̃i & regine, scilicet ecclie. Secus ante baptismũ, sed post baptismũ parẽtes debent se reputare nutrices filij regis xp̃i. j. Timo. ij. Saluabit autẽ mulier per filiorũ generationẽ, id est nutritionem, si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione. Ideo Ioan. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater ut filij Dei nominemur & simus. j. Ioã. iij. Moraliter instruimur, ꝙ sicut filij regis non uaduntad lupanar nec ad tabernas, nec ad loca ubi luditur ad taxillos &c. sic nec Christiani, aĩs degenerãt nec cõsequũtur hereditatem paradisi &c. Quinta questio super hoc qđ dicitur, Et aperti sunt celi. Queritr quare hoc. quia xpo semper fuerunt celi aperti. Oĩa nuda & aperta sunt oculis eius. Ad Heb. iiij. Responsio ꝙ non propter ipsum fuerunt celi aperti, sed ad ostendendum ꝙ celi aperiuntur illis qui noniter baptizantur, secus ante aduentum xp̃i, quia ultra quinq; milia annorũ celi fuerunt clausi generi humano. Ecclesia. Paradisi porta per Euã cunctis clausa est, & per uirginẽ Mariam iterum patefacta est &c. Ideo pueri qui decedũt post baptismũ anteq̃ peccent mortaliter, statim euolant uia recta ad paradisum, & statim

inueniēt celum apertū. De quibus dicit Christus portarijs paradisi. Sinite paruulos uenire ad me, taliū enim est regnum celorū. Matt. xix. Dic cōtra errorē mulierum dicentiū q̄ primo transeunt purgatoriū propter dolores matris &c. Ezech. j. Cū esset in medio captiuorū iuxta fluuium Cobar aperti sunt celi. Cobar dicitur baptismus. Moralitex instruimur ne ploretis pro talib⁹ filijs q̄ decedūt, sed debetis gaudere ac si rex faceret filium uestrum de curia sua &c. sed flendi sunt filij adulti ribaldi &c. Apostolus. j. ad Thes. iij. Nolumus uos ignorare de dormientibus. j. innocenter quiescentibus, ut nō cōtristemini sicut ceteri qui spem non habent, scilicet resurrectionis &c.

Dñica. j. post octa. epi. Sermo. j.

Rediderunt in eū discipuli eius. Io. ij. & in euangelio hodierno sancta mater ecclesia facit mētionē de illis nuptijs in quibus fuit dñs noster Iesus xp̄s, & eius benedicta mater uirgo Maria, & aliqui apostoli, & discipuli. In sancto euāgelio ostenduntur, & declarātur nobis tria, de quibus poterimus recipere pro nobis materiam bone instructionis. Primo ostēdit in uirgine Maria misericordia materna Iis. Secūdo in xp̄o potētia diuinalis. Tertio in apostolis credētia uirtualis. De tertio dicit thema. Crediderūt in &c. Dico primo q̄ in sancto euāgelio ostenditur de uirgine Maria eius misericordia maternalis. Iam uidetis qūo matres sunt misericordes erga filios, quia cū filij aliqñ nō petāt ea quibus indigēt, bona mater dat. Talis est uirgo Maria ergo suos deuotos filios quos semper oculis apertis respicit. Et si indigent aliquo dat, ideo ecclesia dicit, Maria mater gratie mater misericordie &c. mater gratie, scilicet filijs. mater misericordie, scilicet peccatoribus. tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe. Hec misericordia maternalis uirginis Marie ostēditur in euāgelio cū dicit, nuptie facte sunt in Cana Galilee, & erat mater Iesu ibi. Vocat⁹ est autem ibi & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte uino dicit mater Iesu ad eū. Vinū nō habent. Nota Cana est q̄dam uilla parua sita in ꝓuincia Galilee. Et spōsus cum parentibus uenit ad uirginem Mariā que tunc erat. xlv. annorū. & ab omnibus reputabat sancta. Ideo spōsus, & amici eius reputabant se beatos si ip̄a esset in nuptijs eorū, & iuerūt ad eā, que promisit eis uenire. sed non essent ibi dissolutiones nec superfluitates &c. Et de cōsilio uirginis inuitabāt xp̄m qui predicabat ibi ꝓpe, qui fuit etiā ibi cū discipulis ei⁹. O benedicte nuptie, & nobiliores mūdi, qa nunq̄ in mūdo fuerūt similes. Moraliter dic qūo in nuptijs que fiunt modo in mūdo, nō est xp̄s neq; uirgo Maria nec discipuli xp̄i, sed demones ꝓpter peccata qui ibi cōcurrūt, scilicet septē peccata mortalia. Primo in nuptijs cōcurrit peccatū superbie in ornamētis & uanitatibus &c. Ideo nō uenit ibi xp̄s sed leuiathā qui est rex superborū. Iob. xlj. Leuiathā ipse est rex sup oēs filios superbie. Secūdo cōcurrit peccatū auaricie, qa ꝓpter expēsas quas faciūt excessiuas expēdūt dotē &c. Ideo oportet uos facere usuras, furta, retētiōes &c. ꝓpter hoc nō uenit xp̄s sed māmona. Matt. vj. Tertiū peccatū est luxurie, qa intrat per oēs sensus corporales, per oculos respiciēdo mulieres pictas &c. p aures audiēdo cantationes inhoneſtas, p nares sentiēdo odores de musco &c. Ideo nō uenit xp̄s, sed demō nomine asmode⁹ qui occiderat septē uiros sancte Sare. de quo Tob. iij. Quarto peccatū inuidie, qñ uident alios melius indutos, & mulieres melius ornatas. Itē inuidia de loco sedē di honorabiliori. Ideo nō est ibi xp̄s, sed demon q uocaf Beelzebub. Lu. xj. Quinto peccatū gule &c. Ideo uenit illo Beelphegor. ps. cv. Initiati sunt Beelphegor &c. Sexto peccatū ire, qa ueniūt, & consurgūt ibi rixe, & indignationes de nihilo. Dic exēplū de sancto homine qui uidit luciferū sedentē in cathedra ad quē ueniebāt demones dādo cōputū de malis que fecerūt &c. Ideo nō uenit eo xp̄s, sed

sed Baalberith. Iudic. ix. Septimo peccatum acidie, quia dimittunt opera spiritualia, ideo nō est ibi xp̄s sed Astaroth. j. Reg. vij. Et ideo, qa nuptie uestre habēt malū initiū, propter hoc diabolus ponit ibi disturbiū, guerram, diuisionē &c. Si uultis ergo, ut i nuptijs uestris sit xp̄s faciatis sicut fecit ille sanct⁹ Thob. de quo dicit scriptura sancta. Accesserūt ad conuiuiū, sed cū timore dñi nuptiarū conuiuiū exercebāt. Thob. ix. Et qa tales fuerunt iste nuptie in Cana Galilee iō fuit ibi xp̄s, uirgo Maria, & discipuli eius. Et in medio prādij uinū eis defecit. Quod sentiēs uirgo Maria dixit intra se. O isti cōfundētur in presentia filij mei, & sciēs uirgo q̄ filius eius erat uer⁹ deus, & homo, sciēsq; eius potentiā, qa cōuerterat uxorē Loth in statuā salis, & aquas Egypti in sanguinē, & uirgā in serpētē, sciēsque q̄ poterat conuertere aquā in uinū. dixit tanq̄ uero deo filio suo coram quo sedebat in mensa. Vinū nō habēt. Rndit Christus. Quid mihi, & tibi mulier? quasi dicat quid ad nos, qa hoc ptinet ad spōsum. tū expectetis, qa nōdum uenit hora mea. Nota diuersitatē uolūtatum, uirgo Maria desiderabat, ut faceret miraculū anteq̄ defectus uini cognosceret ne spōsus confunderet, per oppositū xp̄s uolebat, ut ante defectus ab oīb⁹ cognosceretur, ut in hoc miraculo honor dei manifestaretur, quilibet ipsorū habebat sanctam intētionē. Tūc uirgo uocatis ministris dixit eis. Quodcunq; dixerit uobis, scilicet fili⁹ me⁹ facite, scilicet sine cōtra dictione. Morafr. patet hic misericordia maternalis uirginis Marie, qa non legit q̄ aliqs ipsam rogasset q̄ rogaret filiū, ut ꝓuideret de uino, sed ipsa habuit cor piū, & dulce, & bene expedit nobis. Quāto ergo magis subueniet nobis si ipsam inuocauerim⁹ deuote, & ueniet ad nos, & domos nras si ipam deuote salutaueri mus di. sibi Aue Maria hūiliter genibus flexis. Nota miraculum de illo pessimo peccatore q nullū bonū faciebat nisi qd⁹ deuote uirginē Mariā salutabat. Accidit q̄ cito obiret sine cōfessione, & statim fuerūt ibi demones, ut acciperēt eius animā, sed angel⁹ bonus ipsam defendit, eo q̄ erat deuotus uirgini Marie. Dic quomodo iuerunt ad iudiciū, & positus fuit in statera, & cū peccata magis pōderarēt quā bona, uirgo Maria posuit manum in statera, & omnes demones ex alia parte, sed uirgo Maria obtinuit ut anima rediret ad suū corpus &c. Ideo dicit ecclesia. Mōstra te esse matrē, sumat per te preces &c. Secūdo in sancto euangelio ostēdit de xp̄o potētia diuinalis, que ostēdit opibus miraculosis. Videbāt enī corpus suū sicut & in eius natiuitate, sed non uidebāt diuinitatē quā debebāt credere per miracula que faciebat q̄ nō poterāt fieri nisi a deo. Ideo dicebat ipse Iudeis. Si mihi nō uultis credere operibus credite, opera enim que facio testimoniū perhibēt de me. Io. v. & x. Hec potentia diuinalis ostēdit in euāgelio hodierno ubi dicit q̄ erāt ibi, scilicet in nuptijs illis lapidee, hydrie seposite secūdū purificationē Iudeorū. Et uocatis Iesus ministris dixit eis. Implete hydrias aq̄. Et impleuerūt eas usq; ad summū. Et steterūt corā Iesu sicut fili⁹ corā patre, qui nō dicit ego peto carnē, sed iam habeo panē. Ita illi expectabāt coram xp̄o, ut faceret miraculū. Quib⁹ dixit xp̄s. Haurite nūc, & ferte architriclino. Et tulerūt amphoras plenas optimo uino ex aqua facto. Nunq̄ tale uinū natura ꝓduxit, qa illud quod faciebat xp̄s per miraculū erat melius q̄ quod fecit natura. Vt aūt gustauit architriclinus aquā uinū factū, & nō sciebat uñ esset. Nota architriclinus erat maior domus, & uocauit sponsum dicēs ei. Omnis homo primū bonū uinū ponit, & cū inebriati fuerint tūc id quod deterius est, tu autē seruasti bonū uinū usq; adhuc. Dic qūo miraculū fuit diuulgatū testimonio ministrorum. Moraliter sex hydrie significāt sex opera q̄ xp̄s ordinauit ad lauationē animarū, ut purificate possint intrare ad nuptias paradisi. Prima hydria est ablutio baptismalis. Ezec. xxxvj. Effundā super uos aquā mundā, & mūdabimini ab omnibus inquinamē

tis uestris &c. Secūda est cōfessio sacramentalis. j. Ioā. j. Si confiteamur peccata nostra, fidelis, & iustus est deus, ut remittat nobis peccata nostra, & emūdet nos ab omni iniquitate. Tertia est afflictio penitētialis. ps. cxviij. Feci iudiciū, & iustitiam, non tradas me calūniātibus me. Quarta est oratio spiritualis. Dic exemplum quod habet Lu. xviij. de illo publicano dicente. Deus propitius esto mihi peccatori &c. Quinta est donatio miseri cordialis. Mat. v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiā cōsequēter. Sexta est remissio iniurialis. Mat. vj. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet & uobis pater uester celestis delicta, & peccata uestra. Si autē non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. & Esa. j. Lauamini, mundi estote, auferte malū cogitationum uestrarū ab oculis meis. Subdit. Si fuerint peccata uestra ut coccinū, quasi nix dealbabūtur, & si fuerint rubra, quasi uermiculus uelut lana alba erūt. Tertio ostēditur in sancto euāgelio de sanctis apostolis credētia uirtualis. De hoc dicit thema. Crediderūt ī eūdiscipuli ei⁹ quādo uiso miraculo adorauerūt eū tanquā uerū saluatorē. Ideo dicit, hoc fecit Iesus initiū signorū in Cana Galilee, & manifestauit gloriā suā, & crediderūt in eū discipuli eius. Nota, xps cepit facere miracula in nuptijs, nō prius, ne humanitas fantastica uideretur, ut dicit sanctus Tho. iij. parte. q. xxxvj. iiij. iij. Chryso. em̄ dicit sup Io. q̄ xps nō fecit miracula antequā aquā cōuertit in uinū, secundū q̄d dicit Ioā. ij. Et habet in presenti euā. hoc fecit initiū signorū Iesus. Si enim secundum primā etatē miracula fecisset nō in diguissent Israelite alio manifestāte eū. cum tamē Ioānes baptista dicat Ioā. j. ut manifestetur in Israel, ꝓpterea ego, ueni in aqua baptizās, subdit sanct⁹ Tho. ubi s. Decēter autē non incepit facere signa in prima etate. Existimassent eū fantasma esse incarnationē, & ante oportunū tēpus crucī eū tradidissent huore liquefacti. Nec obstat q̄ in libro de infantia saluatoris legit, quod xps in sua pueritia multa miracula fecerit. Quia ut dicit sanctus Tho. ubi s. liber de infantia saluatoris est apocriphus. Nota qūo deus antiquitus nullis seruitoribus suis manifestauit gloriā suā, sed oēs quātūcunq; sancti ibant ad infernū. Sed modo hāc frigiditatē cōuertit in uinū in cruce que aperuit ianuā celi merito sue passiōis. Ideo modo boni seruitores statim quādo moriuntur hic habent gloriam.

Sermo. ij. de eadem dominica.

MAnifestauit gloriā suā. Io. ij. Thema dat mihi motiuum declarādi quot sint cōditiones personarū bonarū in hoc mūdo, quibus de⁹ manifestat gloriā suā in alio mūdo, Sed primo salutet uirgo Maria &c. Manifestauit gloriā suā. Doctrina est cōis, & certa in sancta Theologia q̄ a principio mūdi usq; ad aduētū xpi de⁹ nūquā ulli homini manifestauit gloriā suam, & tamē trāsiuerūt de mundo ultra quinq; milia annorum, in quo tpe fuerūt multi sancti amici de quibus dabat, & manifestabat multa alia bona, sicut suā potentiā dādo legē in multis miraculis, & suā sapientiā dādo suā misericordiā, & clemētiā dādo eis plures gratias, sed nunq̄ eis manifestauit suā gloriā. Autoritas. Legit Exo. xxxiij. de Moyse q̄ loq̄bat cū deo, tū nō uidebat deū, imo petijt a deo p gratiā spāle, ut ostēderet sibi suā gloriā dicens, Dñe si inueni gratiam in cōspectu tuo, ostēde mihi gloriā tuam. Rñdit sibi deus. Posteriora mea uidebis, facie autē meam uidere nō poteris. Nota quod dictum est q̄ nullus uidit ante Christi aduentū gloriā dei siue diuinā essentiā, pie intelligēdum est, scilicet permanēter, & plene beatifice. Dicit sanctus Tho. in pleriq; passibus, scilicet in iiij. dist. xlix. & in. q. de ueritate. qō. xiij. de raptu, & etiā in ij. ij. q̄ Paulus, & Moyses uiderunt in raptu diuinā essentiā, scilicet trāseunter, quia eis fuit lumē glorie collatū, nō per modū habitus permanentis, sed per modum passionis trāseūtis. Vnde nec simpliciter

pliciter fuerūt beati, sed potius rapti. Et hoc fuit eis spirituali priuilegio, & gratia cōcessum. Nota qūo deus habet q̄dā principia, scilicet beatitudines paradisi, & quedā media, scilicet gratias euāgelicas, & quedā posteriora signacula, & gratias que fecit tpe Moysi. Sed qñ moriebant oēs descendebāt ad limbū inferni, scilicet Adā, Noe, Abraam, Moyses, nulli eorū de⁹ dedit gloriā pro illo tpe, nec etiā sanctis innocētib⁹, nec Ioāni baptiste, imo descēderūt oēs ad infernū, quia humana redēptio nondū erat completa. De hoc autoritas. ps. lxxxviij. Quis est homo qui uiuet, & nō uidebit mortem, eruet animā suā de manu inferi? quasi dicat nullus. Sed ex quo uenit dñs noster Iesus xps, & cōpleuit opus misericordie nostre redēptionis, dicit thema q̄ manifestauit gloriā suā quā renuerat absconditam ultra quinq; milia annorū. patet thema. Amore uestri quesiui in sacra scriptura quibus, & quot cōditionibus personarū deus manifestat gloriā suā quando descendūt. Et inueni in quadā autoritate q̄ solū tribus cōditionibus personarum manifestat gloriā suā dicente, Gloria Libani data est ei decor Carmeli, & Zaron. Ipsi uidebūt gloriā dñi, & decorem dei nostri. Esa. xxxv. Nota gloria Libani, id est, candoris siue albedinis significat personas innocētes. Decor Carmeli, id est, tenelli. Ecce persone pure obedientes. Zaron, idest, principes merentium. Ecce persone penitētes. His tribus cōditionibus personarum deus manifestat gloriā suam quādo decedūt, scilicet,

Innocentibus pure.

Obedientibus plene.

Penitentibus condigne.

De quolibet istorum dicit thema. Manifestabit &c.

Dico primo q̄ deus manifestat gloriā suam infantibus innocētibus pure, sicut sunt pueri post baptismū qui sunt ab originali peccato purificati, tales autē sunt Innocentes, id est, non nocentes, quia nunquā nocuerūt alicui. Dicūtur pueri, quia sunt totaliter ab originali peccato purificati. Dic quomodo peccatū originale est quedā macula existēs in anima ad instar mappe que caderet in peluim plenam incausto. &c. Dicit enim sanctus Tho. j. q. lxxxij. ar. j. q̄ peccatū originale est habitus, scilicet lāguor nature, id est, inordiata dispositio ex dissolutiōe harmonie originalis iustitie. Est enim peccatū originale habitus corruptus nō pura prinatio, qa dicit priuationē originalis iustitie, & inordinatā dispositionem partium anime. Ita q̄ formale eius, vt dicit sanctus Tho. ij. dist. xxx. qō. j. art. iij. & etiā dist. xxxj. & etiā prima. ij. q. lxxxij. ar. iij. est priuatio originalis iustitie. materiale uero est concupiscentia, id est, inordinatio partiū anime. Vnde scriptura. Quid est homo, ut immaculatus sit, & ut iustus appareat nat⁹ de muliere. Iob. xv. Nullus nisi sit in utero sanctificatus. Sed purificatur, & mūdatur in lixiuio baptismi, nec est alius modus mūdandi, & hoc dicitur gloria Libani, id est, candoris siue albedinis, si tales decedūt anteq̄ peccent statim euolant, & deus manifestat eis suam gloriam. Dic cōtra uetulas que dicūt q̄ imo transeunt purgatoriū propter dolorē matris &c. De his dicit thema. Manifestauit gloriā suā scilicet innocētibus. De hoc Autoritas. Gratiam, & gloriā dabit dñs, qa primo iam datur gratia in hoc mūdo, scilicet in baptismo, quoniā maximā gratiam faceret rex si filios rustici adoptaret in filios, ut possent obtinere hereditatē regni. Hāc gratiā facit deus qui filios illius rustici Ade in baptismo adoptauit in filios, ut cōsequātur hereditatē paradisi. Ideo baptismus uocat regeneratio in scriptura sancta, quia sicut uir, & uxor sua generāt filios legitimos &c. ita Christus de spōsa sua, scilicet ecclesia regenerat filios. Et baptizat⁹ est effectus filī⁹ regis xpi. Autoritas. Videte qualē charitatē dedit nobis deus pater ut filij dei nominemur, & simus. j. Io. iij. Ideo dicit primo, gratiā dabit dñs. Secūdo dicit, gloriā dabit dominus, quia si filij, ergo & heredes. Prima ergo dat gratiā baptismalē predictis, & secundo non

prſtabit bonis, ſcilicet gr̃e & gl̃ie fruitionis, qui ambulãt in innocentia. Iõ ad Tit.iij. Apoſtolus in pſona illorũ innocentũ dicit. Nõ ex opibus iuſticie q̃ fecimus nos, ſed ſecũdũ ſuam mĩam ſaluos nos fecit. Queſtio eſt hic. Quid eſt de pueris abſq; baptiſmo decedentibus, & nũquid habebũt gloriã? Rñſio q̃ non. Si dicat quare, qa nunquã peccauerũt, nec corde, nec ore &c. Perſonis ſimplicibus uidet cõcludere hec rõ, que tñ nihil ualet, imo eſſet ſimilis ſtultitia q̃rere a rege, quare nõ dat regnũ ſuũ filio ruſtici, q nunquã fecit aliqd cõtra eũ &c. quia regnũ nõ dat extraneis, ſed filijs legitimis. Io.iij. Amen amẽ dico tibi, niſi quis renat⁹ fuerit ex aqua & ſpũſancto nõ poteſt introire in regnũ dei. Sed qa nihil fecit cõtra deũ, iõ nõ habet penam ſenſus, ſed ſolũ penã dãni, nec diſplicet eis, qa nõ hñt gloriã, nec habebũt ſciẽtes q̃ nõ ꝑtinet ad eos, ſicut non diſplicet ruſtico q̃ nõ habet regnũ Frãcie, qa ſibi nõ cõpetit, ſed diſpliceret filio regis, ſi ñ haberet regnũ. Itẽ qa nõ diſplicet tibi q̃tu nõ habes alas, qa nõ cõpetit tibi, ſed diſpliceret aqle uel falconi q̃bus cõpetit hñe alas. Idẽ de illis pueris, q gaudent & diſputant inter ſe. Moraliter habetis hic duas doctrinas, prĩa q̃ illi pueri q decedũt ſtatim poſt baptiſmũ nõ ſunt flendi, qa certi ſum⁹ q̃ ſunt in paradiſo, nullus uñm fleret de filio quẽ rex reciperet de curia, & ipm faceret magnũ dñm, imo gauderetis. Idẽ de regina ſi reciperet filiã ueſtrã. Ideo apls. j. ad Theſſa. iiij. Nolumus uos ignorare de dormiẽtibus. i. innocenter in xpo quieſcẽtib⁹. Sed flẽdi ſunt filij adulti, ſupbi, auari, luxurioſi, ribaldi &c. ſed fili⁹ innocẽs, qñ decedit põt dicere parentibus. Nolite flere ſup me, ſed ſuper uoſipſos flete, & ſup filios ueſtros. Luc. xxiij. Secunda doctrina eſt q̃ auiſetis uos, q̃ nõ ex culpa ueſtra pueri moriantur ſine baptiſmo, quoniã in die iudicij reſurgẽt in etate triginta annorum, petendo iuſtitiam &c. Dic quomodo maſculus in quadrageſima die a cõceptione habet animam. Femina uero in. lxxx. die, ut dicit gloſa ordinaria ſit per Leuiti. xij. Ideo auiſentur mulieres, ne quando ſunt grauide ſaltent, currant equitent, uel trepudient. Ideo Chriſtus, Videte ne cõtẽnatis unũ ex his puſillis. Dico enim uobis, qa angeli eorũ in celis ſemp uident faciẽ patris mei qui in celis eſt. Mat. xviij. Dico ſecundo q̃ de⁹ manifeſtat gloriã ſuam pſonis obedientibus plene, de pueris innocentibus nõ uult deus, niſi purificationem baptiſmalem, ſed de adultis uult deus obedientiã generalẽ. Hoc oſtendit nobis Chriſtus quãdo poſt ſermonem quẽ ipſe fecit de gloria paradiſi, uenit ad eum quidã doctor di. Magiſter, quid boni faciã ut uitam habeam eternã. Matt. xix. Reſpondit ſibi Chriſtus. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata dei. At ille. Que? tunc Chriſtus fecit mentionem de decẽ preceptis, in quibus reductiue ſtant & includuntur omnia precepta. De his decẽ preceptis dedit deus decem digitos in manibus qui maxime uidentur ad memorandum, ſicut ſunt decem digiti quibus operamur, ita ſunt decem precepta quibus meremur. Primum preceptum ordinat cor, quia primum, & principale quod requirit a nobis deus, ſicut dñs a ſubditis eſt fidelitas cordis, ne curram⁹ ad ſuos inimicos pro aliqua re mundi. Secũdum ordinat os ut cũ reuerẽtia loquamur de dño, nõ iuremus falſe ꝑ aliqua re mundi, nec enormiter, nec infideliter. Non aſſũmes nomen domini dei tui in uanum etiam dicendo ueritatem abſq; utilitate, uel neceſsitate, multo minus in falſum &c. Tertium ordinat op⁹ circa diligentiam habendam in ſeruitio diuino faciendo, quia ipſe dat nobis ꝑuiſionem &c. Dic quomodo dñica eſt ſeruãda quieſcendo ab omni ope & miſſam audiẽdo ſeruatis quatuor conditionibus. Alia tria ordinat perſonam circa proximos, quorum primi & principales ſunt parẽtes. Ideo dicit. Honora patrem tuũ &c. Et ut ad hoc magis filij inclinentur facit promiſſionẽ dicẽs, & eris longeuus ſup terrã. Et apoſtol⁹ ad Ephe. vj.

Filij

Filij obdite parentibus ueſtris in domino, quod eſt primum mandatum in promiſsione, & eritis lõgeui ſuper terram. Nota in dño, non contra dñm. Proximi minus principales ſunt inimici. Etiam uult deus, q̃ circa inimicos habeamus patientiã, ne ſumamus uindictam. Ideo precepit deus. Nõ occides, ſcilicet cauſa uindicte, qa mihi uindictã, ſcilicet reſeruaui, &ego retribuã. Deute. xxxij. & ad Ro. xij. De alijs ꝓximis di. Non furaberis, nec p rapinam, nec p uſurã, nec p retentiones, & ſic de alijs. Alia quatuor p̃cepta ordinãt hominẽ circa ſeipſum. Primũ ordinat ꝓpriũ corpus, ut ſit caſtũ. Sicut q̃libet uult q̃ equus ſuus caſte uiuat, iõ dicit, Nõ mechaberis. Nota quomodo ꝑter mñimoniũ totum eſt luxuria & pctm̃ &c. Secũdũ ordinat aĩam, qa mo dicũ ualeret corp⁹ caſtum & aĩa putana ꝑ deſideria mala & cõcupiſcẽtias. Iõ dicit, Nõ cõcupiſces uxorẽ ꝓximi tui. Tertium ordinat ut os nõ mentiat, maxime in dãnũ proximi in iudicio, nec in terra. Iõ dicit, Nõ falſum teſtimoniũ dices. imo oportet reſtituere famã. Quartum ordinat cor di. Non cõcupiſces rẽ proximi tui. j. ad Tim̃. vj. Radix oĩm malorum eſt cupiditas. Seneca. Si iſta duo pronomina meum, & tuũ &c. Ecce hic ordinatio totius bone uite erga deũ & ꝓximũ, & ſeipſum. Autoritas. Si audierint & obſeruauerint cõplebũt dies ſuos in bono & annos ſuos in gl̃a. Io. xxxvj. ergo manifeſtauit gloriã ſuã pſonis plene obediẽtibus. Dico tertio, q̃ de⁹ manifeſtat gloriã ſuã pctõribus digne penitentibus q̃ bene expedit nobis q toties peccamus faciẽdo cõtra dei pcepta. Ideo dicit Chriſtus in primo ſermone quẽ fecit. Pnĩam agite. Mat. iiij. Exinde, ſcilicet poſt ieiuniũ cepit Ieſus predicare & dicere. Penitentiam agite. Ecce primũ thema Chriſti. Iterum Mat. iij. inqt Ioãnes. Facite dignum fructum penitentie. Digna pnĩa in quatuor conſiſtit, que poſſunt iterari, ſcilicet toties quoties. Primum eſt cordis cõtritio reſpectu mundi uel fame uel honoris ſiue periculi. Recogitabo tibi oẽs an. me. in ama. a. mee. Eſa. xxxviij. Secũdũ eſt emẽdãdi ꝓpoſitũ, qa null⁹ rediret libenter ad emẽdũ cibũ potionatũ ſiue uenenatũ ſi euaderet ſemel. Sic oĩa pctã mortalia ſunt potiões aĩe. Iõ Io. viij. Vade & iã ampli⁹ noli peccare. Tertiũ eſt oris confeſsio, quaſi ad uomitũ ſe ꝓuocãdo, ut eijciat extra cibus potionatus, de ſtomacho aĩe cõfitẽdo pctã ſua &c. Prouer. xxviij. Qui abſcõdit ſcelera ſua nõ dirigeť, q aũt cõfeſſus fuerit & reliq̃rit ea mĩam dei cõſequeť. Quartum pnĩe iniũcte obſeruatio, alſ nihil ualet cõfeſsio. Iõ ſcriptura ſctã. Qui humiliat⁹ fuerit &c. ſ. ad faciẽdum penitẽtiã erit in gloria. Iob. xxij. Cor humiliatur p cõtritionẽ, os p confeſsionẽ, burſa p reſtitutionẽ, corpus per penitentialẽ afflictionẽ. Talibus deus manifeſtat gloriam ſuam. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo. iij.

HYdrie ſex poſite ſecũdũ purificationẽ. Ioã. ij. hoc thema dat mihi motiuũ & rationẽ declarandi q̃ ſunt illa que deus ordinauit ad purificandu aias nr̃as, ut poſsint intrare paradiſum, ſed prio ſalutef uirgo Maria &c. Hydrie ſex poſite &c. ſecũdũ. i. ꝓpt purificationẽ. Iuxta intellectũ ſpũalem quẽ uolo ptractare, ſciendũ q̃ in incarnatione dñi nr̃i Ieſu xp̃i fuit factũ mñimoniũ inter filiũ dei & nr̃am humanitatẽ, qa ſicut uir & uxor non ſunt duo, ſed una caro. Mat. xix. Ita xp̃s de⁹ & hõ non ſunt due pſone, ſed una. Itaq; iã nõ ſunt duo, ſcilicet ſuppoſita, ſed unũ tm̃. Sponſalia fuerunt facta in aula uteri uirginalis. Ideo Dauid loquẽs de xp̃i diuinitate dicit. Ipſe aũt tãquã ſponſus ꝓcedẽs de thalamo ſuo. ps. xviij. Sed nuptie fiunt non in hoc mũdo, quia nõ eſt loc⁹ apt⁹, nec ſufficiens pro tãtis nuptijs, ſed fiũt in celo empireo. Autoritas. Simile eſt regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Matth. xxij. Sicut enim in nuptijs architriclini nullus intrabat, niſi prius lauaretur, & propter hoc erant ibi ſex hydrie, ut dicit the. ad literam, ſic

nec in nuptijs paradisi potest aliquis intrare, nisi prius mūdet & purificetur in hoc mūdo, qa non intrabit in eā. s. gloriā aliqd coinquinatū aut abominationē faciēs. Apo. xxi. ppter q̄ xp̄s sponsus posuit ī hoc mūdo sex hydrias. i. sex opera penitentialia ad lauandum, & purificandum animas nostras.

Prima est contritio cordialis.
Secunda confessio sacramentalis.
Tertia afflictio penitentialis.
Quarta oratio spiritualis.
Quinta donatio misericordialis.
Sexta remissio iniurialis.

Prima hydria est primū opus pnīe, que est cōtritio cordialis, qñ persona cogitat sua pc̄ta & uitia & mala q̄ fecit, & cōteritur di. O miser quid erit de me, quia tot feci peccata. Verbi gratia. De quolibet statu. Primo de religioso, qui nō seruauit regulam, nec constitutiones, nec ordinationes sui ordinis, sed uixit ad libitū, quando reducitur ad se conteritur dicēdo, O miser quid erit de me &c. In ista hydria mūdatur, & purificat aīa maxime qñ est ibi aqua lachrymarū, de hoc in planctu regis Ezechie. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Esa. xxxviij. Dic qūo peccator semper est in guerris cū deo, sed cōtritio peccatorum facit pacē inter deū & peccatorē, iō dicit, Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Pax enim causatur ex amaritudine. i. contritione. Vel quia ex pace. s. mundana amaritudo causatur. Hec enim pax est amara, amarior, amarissima ex amaritudine, idest contritione. Amara, quia perdidit gratiam dei. Amarior, quia perdidit hereditatem paradisi. Amarissima, quia est sentētiatus ad dānationem infernalem. Secūda hydria est cōfessio sacramentalis. Nota q̄ cōfessor debet sedere tanq̄ iudex, & peccator ad ei⁹ pedes, debet cōfiteri oīa peccata sua accusando se &c. Et in fine cōfessionis, qñ cōfessor absoluit, anima purificatur ab omnib⁹ culpis mortalibus, de hoc figura. iiij. Reg. v. vbi habet, q̄ quidam nobilis homo qui erat leprosus uenit ad Heliseū ut purificaretur ab eo a maculis lepre. Cui dixit propheta. Vade & lauare septies in Iordane & recipiet sanitatem caro tua atq; mundaberis. Et sic fuit factum, hic fuit figura cōfessio, unde flumē Iordanis idē est q̄ flumē iudicij. Ecce hic cōfessio ī qua confessor est iudex, iō debet sedere. peccator est reꝰ q debet lauari ibi septies, id est cōfiteri de septē peccatis mortalib⁹, ad q̄ oīa alia peccata reducuntur. Primo cōfiteri de pc̄tō supbie, nō solū in gñe, quia nō sufficit, sed in spē. Idem de alijs peccatis, & sic aīa purificatur. O magna gr̄a est ista q̄ ex cōfessione peccator absoluit. Oppositū fit in iudicio humano in quo facta cōfessione criminū peccator sentētiatur, & cōdēnat &c. Iō est maxima culpa illorū q nolunt cōfiteri, imo stabūt per tres uel quatuor annos &c. Si confiteamur pc̄tā nr̄a, fidelis & iustus est deus ut remittat nobis pc̄tā nr̄a, scilicet uirtute cōfessionis, & emūdet nos ab oī iniquitate. j. Io. j. Propter hoc est ordinatū ab ecclesia ut qlibet ad min⁹ semel in anno confiteatur, scilicet in. xl. & cōcet in pascha, alias debet priuari ecclesiastica sepultura. Iuxta decretalem, Omnis utriusq; sexus, extra de peni. & remi. Tertia hydria est afflictio penitentialis. Ratio est, qa occasione carnis nr̄e facimus oīa peccata, qa aīa ex sua ppria cōditione semp uellet cōtēplari, ut angeli, sed caro trahit ipsam modo ad supbiā, mō ad auariciā, mō ad luxuriā, & sic de alijs. Caro cōcupiscit aduersus spm̄ &c. ad Gal. v. Ideo caro est corripienda & castiganda afflictionibus, & ieiunijs &c. quoniā melius est, q̄ pater corrigat filiū uel filiam quā q̄ uadat ad furcā. Sic corpus est filius, caro est filia, melius est, q̄ corrigatur a te quā a sagionibus inferni. i. a demonibus. Autoritas. Si nosmetipsos dijudicaremus, nō utiq; a dño iudicaremur. j. Corint. xj. Sed defectus est noster, qa pro sanitate corporis abstinemus libenter, & pro sanitate anime nolumus aliquid facere. Homines armorū pro nihilo sustinēt tot labores, esuriunt, sitiunt, portant arma ferrea &c. sed pro anima

anima nihil. Ideo faciet deꝰ iustitiam & punitionē in inferno. Autoritas. Dico uobis, q̄ nisi pnīam habueritis omnes simul pibitis, sicut illi. xviij. sup quos ceciditturris Siloe, & occidit eos. Luce. xiij. Nota decimū octauū pc̄tm. s. impenitētia finalis dānat hominē. Quarta hydria est oīo spūalis. Quidā faciunt solū orationē corporalē, q̄ solū ore dicūt uerba, sed cor cogitat aliud siue de coquina, siue de foro, siue de taberna. Sed oīo spūalis est, qñ qs cogitat corde, qđ loquit ore. Augu. in regula. Psalmis & hymnis cum oratis deū, hoc uerset in corde q̄ profertur in ore. Sic ad hoc innuendū cōiūgūtur due manus, que significant cōiūctiones oris & cordis, & tūc est oīo spūalis, uerbi gr̄a. Quando hō dicit pater nr̄ uel aue Maria, cor debet tunc cogitare cum quo loquit, qa qui cū papa uel rege loqtur, cum magna reuerētia loquit non se agitando, uel induēdo. Sic hō in oīone loquitur cum summo pontifice, & rege Christo, quare cū magna reuerētia alias &c. ideo apostolus, Si orē lingua. s. tantū, spūs meus orat, mēs aūt mea sine fructu est. Quid ergo? Orabo spū, orabo & mente. Psallā spū, psallā & mēte. j. ad Corint. xiij. Talis oīo spiritualis purificat animā, secūdū q̄ declarat xp̄s. Luc. xviij. de illo publicano qui ascēdit ad tēplum ut oraret dicens, Deus propitius esto mihi peccatori, nesciebat aliā oīonem. De quo dicit ibidē Christus. Amē dico uobis, descendit hic iustificatus in domum suā. iō oportet semp orare. Luc. xviij. Sci licet mane & sero non desistere. Quinta hydria est donatio misericordialis, qa deus est liberalis, & maxime liberalis, iō dicit ipse. Quod supest date eleemosynam, & ecce oīa mūda sunt uobis. Luce. xj Nota q̄ supereſt, scilicet facta restitutione date eleemosynam de bono iusto, & ecce oīa, scilicet peccata sunt uobis mūda. Si dicatur qd faciā, quia multa furatus sū.. & nihil habeo. Rnsio secundū ius, qui non pōt soluere cedat bonis, & est liberatus. Qua dicit regula iuris. xiiij. q. vj. c. j. Si res aliena, propter quam peccatū est reddi possit & nō redditur, pnīa non agit, sed simulat. Si autem uere citer agit, nō remittet peccatū nisi restituat ablatum si restituī pōt. plerūq; enim q̄ aufert amittitur, nec aliud habet unde restituat, huic certe nō possumus dicere, Redde q̄ abstulisti. Hec Augu. Sic cedere potestis, & seruire deo ī aliquo bono statu, & orare pro illis quibꝰ tenemini, & sic nullus potest excusari a restitutione uel corporali uel spirituali. Thob. iiij. Ex substantia tua non aliena fac eleemosynam. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundāter tribue, si exiguū tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. Sexta hydria est remissio iniurialis si uis ut deꝰ tibi remittat iniurias, quas tu fecisti contra deū, remitte inimicis iniurias quas tibi fecerunt. In puncto enim quo remittis inimico tuo, in eodē pūcto deus tibi remittit, quia deus non potest superari a creatura in bonitate, q̄ tamen fieret si tu remitteres, & ipse non remitteret tibi. Dic quomodo in iudicio particulari uel uniuersali deꝰ oīdet aīe plagas suas dicēs. Ecce ego quid sustinui pro te, uidea mus, qd fecisti pro me. Benedictus q tūc poterit dicere cū ueritate, Et si ego non tantū feci pro uobis, quantū uos fecistis pro me, tū amore uestri remisi talē iniuriā &c. deus est contētus, ideo dicit ipse met, Si dimiseritis hoībus peccata eorū, dimittet & uobis pater uester celestis delicta uestra. Si aūt non dimiseritis hoībus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Mat. vj. Ecce quare dicit thema, hydrie sex posite secundū, idest propter purificationem. Deo gratias.

De eadem dñica. Sermo quartus.

QVodcunq; dixerit uobis facite. Io. ij. Pro introductione sciēdum q̄ inter oīa opa & utiliora q̄ possumus facere p nr̄a salute principalius, & maius est obedire mādatis dei, & non existimet aliquis hoīm, q̄ aliter possit intrare paradisum, nec per dñm uel ptātē secularē, nec spūalem, nec per

per pulchritudinē corporalē, sed p humilē obedientiā. Et ideo cōtra sensus corporis, & inclinationes carnis, & tentationes demonū requirit p teneāt mandata dei. Et cōstat clare p experientiam quotidianā p psona que vult cōsequi aliqd bonū finale quod p seipsam habere nō pōt, oportet p sit placida, & cōformis uolūtati illius a quo illud bonū habet conseq, & p secūdū uolūtatē illius se regat. & hoc apparet in triplici bono. s. in bono corporis, in bono aīe, & in bono uite. Primo in bono aīe certū est, qd si homo desiderat habere scientiā, qd est unū magnū bonū, & perfectio aīe quā p suū ingeniū habere nō pōt, oportet qd habeat magistrū, & stet ad regimē uoluntatis illius. Vnde philosoph⁹ dicit. Oportet addiscētē credere. Nā si magister diceret discipulo dicas a. Si diceret discipulus magistro cōtra, pbo p est b, bene esset malign⁹, nec esset in gratia magistri. Secūdo apparet in corpore. Si est aliqs habēs infirmitatē, & nescit quō curabitur, oportet p teneat ordinē medici, & cōsiliū ad hoc, ut sanitatē cōsequat. Vnde Augu. Semetipsum interficit, q precepta medici seruare cōtēnit. Nā si medicus diceret uobis, qd comederetis caponē, & comederitis bouē, nō consequeremini sanitatē. Tertio apparet in uita nostra, unde figurā, & exēplū habemus, Geñ. xlj. ubi legit. Trās actis septē annis ubertatis q fuerāt in Egypto, ceperūt uenire septē anni inopie quos pdixerat Ioseph, & in uniuersō orbe pualuit fames, in cūcta etiā terra Egypti fames erat. Sed Ioseph filius Iacob psciebat istā aduersitatē, & caristiā futurā & factus fuit gubernator p Pharaonē in toto suo regno, qui fecit in septē annis ubertatis pcedētib⁹ magnā prouisionē, & cū populus Egypti ueniret ad regē dicens. Dñe & nos, & filij nr̄i morimur fame. Respondebat rex. Ite ad Ioseph, & quodcunq; dixerit uobis facite, quasi dicat si uultis liberari ab hac fame nō regatis uos secundū uoluntatē uestrā, sed secundū regimē Ioseph. Nūc ergo gloriā paradisi nō possumus cōsequi per nosipsos. Nūquid est aliquis, ita leuis q possit ascēdere ad celū? certe nō, sed si habet ascēdere oportet p ascēdat per manum Christi saluatoris. Nā esse nature, p nos non habemus, quia tu nō fecisti te quātū ad corpus, nec te creasti quātū ad aiamā. Vnde ps. xcix. Scitote quoniā dominus ipse est deus, ipse fecit nos, & nō ipsi nos. Similiter esse gratie non possumus habere nisi a domino Iesu Christo, ad Ephe. ij. Gratia enim estis saluati per fidē, & hoc nō ex uobis. Dei enim donū est, nō ex operibus ne quis glorietur. Similiter esse glorie nō possumus habere nisi a deo. unde ps. xxxiij. Gratiā, & gloriā dabit dominus. Oportet ergo, qd post quā desideramus habere gratiam, & gloriā a deo p simus ei obedientes in mandatis, & p regamus nos secundū uoluntatē eius. Sic enim exēplū habemus. Luce. x. Nā cū quadam die Christus pdicaret multas excellētias glorie paradisi. O quō sciebat illas perfecte. Quidā legista tor in amore illius glorie fuit inflāmat⁹ dicēs Christo. Magister quid faciēdo uitā eternā possidebo? cui Christus. In lege quid scriptū est, quomodo legis. Qui ait. Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis, & ex tota mēte tua, & pximū tuū sicut teipsum. Dixitq; illi. Recte respondisti. Hoc fac, & uiues. Et ideo uirgo Maria mater gratie sciens, p qui uult salutē consequi, oportet p se regat secūdū uoluntatē filij sui. Dixit nobis thema. Quodcunq; dixerit uobis facite. Modo sum in materia quam intēdo predicare. Sciendū p inter omnia alia que Christ⁹ mādauit Christianis ad gloriā habēdam est, p suā sanctā, & benedictam uitā imitemur, que representatur in missa. Auctoritas. j. Corint. xj. & Luc. xxij. Hoc facite in meā cōmemorationem. non dicit in memoriam passionis, sed simpliciter in meā cōmemorationē, quia non solū passio, sed etiā tota uita xpi a die natiuitatis usq; ad diē ascēsionis ibi representatur. Sed diceret aliqs p hoc mandatū fuerit solū datum presbyteris. Sed dico quod hoc

hoc mandatū a presbyteris ad laicos dirigitur, presbyteris, ut memorent uitam xpi celebrādo, laicis, ut memorentur deuote audiēdo. Et ppter hoc dicit thema. Quodcunq; dixerit uobis facite, scilicet hoc memorādo uitā xpi presbyteri deuote celebrādo, & laici deuote audiēdo. Nūc sum in materia pdicāda. Et sciatis p reperio, p a die qua xps descēdit de celo per incarnationē usq; ad diē quo ascēdit in celū, tota uita ipsius repsentata est in missa solēni per triginta opera principalia. Vnde credo p sunt multa alia opera q nescimus. ideo Io. penult. & ult. Multa quidē, & alia opera fecit Iesus q nō sunt scripta in libro hoc, q si scribant p singula, nec ipsum arbitror mundū capere posse eos q scribēdi sunt libros. Ita p mūd⁹ nō posset ea capere, uel cōprehendere, aut lingua hoīs dicere quātū est de secretis. Nā ita sunt sparsa, ac multiplicata secreta in missa sicut atomi in radio solis, & nō possūt exprimi, nec sciri, nec dici. Nā non se mouet presbyter in missa, qñ ibi sit secretū. Sed nūc dicā uobis principalia, & sunt triginta. Ideo attēdite cū attētione. Primū est incarnatio. Secūdū natiuitas. Tertiū circūcisio. Quartū apparitio. Quintū in tēplū presentatio. Sextū in Egyptū descēsio. Septimū de Egypto recessio. Octauū inuētio in tēplo. Nonū baptismi susceptio. Decimū ieiunij in choatio. Vndecimū uera pdicatio. Duodecimū miraculorū ostēsio. Tredecimū cū apl̄is cenatio. Decimū quartū in horto oratio. Decimū quintū sua captio. Decimū sextū sua crucifixio. Decimū septimū in cruce oratio. Decimū octauū lateris pforatio. Decimū nonū septē uerborū locutio. Vigesimū humanitatis dimissio. Vigesimū primū populi illuminatio. Vigesimū secundū ad inferna descēsio. Vigesimum tertium de cruce depositio. Vigesimū quartum syndonis inuolutio. Vigesimū quintū resurrectio. Vigesimū sextū apparitio. Vigesimum septimū panis comestio. Vigesimū octauū ad predicandū missio. Vigesimum nonū Papatus institutio. Trigesimū, & ultimū in celū ascensio. Primū opus Christi fuit eius incarnatio, quādo descēdens de celo se posuit in uētre uirginali induēs humanitatē, & dico pro tāto p induit humanitatē, quia diuinitas erat secrete occultata sub humanitate. Et debitis scire p incarnatio fuit facta p totā trinitatē, quia opera trinitatis ad extra, ut est magistralis regula. sunt indiuisa, sed tamen solus filius remānsit indutus humanitate. Sicut p operationē triū hominū, qui uestiūt unā tunicā alicui eorū, certū est p oēs induūt, sed unus remanet indutus, & non alij, & sic pater, & spiritussanctus induerūt humanitatē filio, sed tamē solus filius remānsit humanitate indutus. Et hoc dico, p hoc representatur in missa solēni, & nō in alia. Nā quando pbr intrat sacristiā, & ibi tres induunt eū, scilicet diaconus, & subdiacon⁹, & ipsemet se induit alijs adiuuātib⁹, tamē ipse solus remanet indutus. Sic saluator noster xps summ⁹ sacerdos fuit indutus in illa gloriosa sacristia s. uteri uirginalis beate Marie plena reliquijs uirtutū, & gratiarū, & si uultis alti⁹ cōtēplari, sicut in sacristia reliqe, & ornamēta, & alia pciosa custodiunt, sic in illa pciosa, & gloriosa sacristia beate uirginis plena uirtutibus, & gratia cōseruabātur iocalia nostre salutis, s. saluator mundi. Ista ornamēta fuerūt humanitatis, & pōtificalibus fuit indutus in die ueneris stando in altari crucis, & si adhuc altius uultis cōtēplari, sicut presbyter secrete induit se in sacristia, nā nullus de populo uidet sacerdotē se induere, sic quādo xps summus pōtifex induit se humanitate in sacristia beate uirginis pro missa dicēda in altari crucis, nullus de populo Iudaico uidit, nec sciuit ipsum, tamen fuit incarnatus. Et si uultis plus cōtēplari, sicut presbyter in sacristia induit septē uestimēta. Primū est, si est eps sandalia, secūdū amictus, tertiū alba lōga, quartum cingulū, quintū manipulus, sextū stola, septimū casula. Sic xps summ⁹ sacerdos indutus fuit in utero uirginis Marie septē indumentis, que sunt. vij. dona spiritussancti. De quibus Esa. xj. Egredietur

uirga

uirga de radice Ieſſe, & flos de radicibus eius aſcendet, & requieſcet ſuper eū ſpiritus dñi, ſpiritus ſapiētie, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſciētie, & pietatis, & replebit eū ſpiritus timoris dñi. Itē Eſa. iiij. Apprehendēt ſeptē mulieres uirū unū in die illa. ſ. incarnatiōis. Nota ſeptē mulieres ſunt ſeptē dona ſpiritusſancti, q̄ accipiēt uirū unū. ſ. xp̄m. Ecce qūo iſta ſeptē dona ſpiritusſancti qbus xp̄s fuit indutus repreſentantur p iſtas ſeptē ueſtes, quibus ſacerdos induit ſe. Ecce primū op⁹ xp̄i. bene ergo dicitur. Hoc facite in meā commemorationē. ſ. incarnationis. Secūdū opus fuit eius natiuitas, quia uoluit naſci in diuerſorio palā, & manifeſte. Etiā nox claruit ſicut dies. Itē uoluit naſci inter Ioſeph, & uirginē Mariā, & iacere inter bouē, & aſinū. Item audita fuit, & uiſa multitudo angelorū dicētium. Gloria in altiſſimis deo. Luc. ij. Itē paſtores dicebāt. Trāſeamus uſq; Bethleē, & uideamus hoc uerbū qd' factū eſt, quod fecit dominus, & oſtēdit nobis. Ecce ergo qui ſtabat in illa ſacriſtia glorioſa ſecrete, poſtea in natiuitate ſe manifeſtauit publice. Et hoc repreſentat presbyter, qū exit de ſacriſtia. Na p̄bf repreſentat xp̄m, diaconus beatā uirginē, ſubdiaconus Ioſeph, qui erat collateralis xp̄o. Duo autē acoliti repreſentāt bouē, & aſinū. Lux quā portāt acoliti in cādelabris, repreſentat illā claritatē q̄ reſplēduit in nocte illa. Chorus canēs gloria p̄i repſentat chorū angelorū canentiū. In exitu p̄sbiteri de ſacriſtia cātat introitus p quē repreſentatur gaudiū paſtorū ſonātiū fiſtulas. Itē ſacerdos exit de ſacriſtia bene ablutus facie, & manib⁹ cū caſula aurea, & totus mūdus ſine macula cū leticia magna. Hoc fit ad deſignādū q̄ ita xp̄s fuit natus abſq; macula de uirgine. Vnde Dauid in ſpiritu ſciens natiuitatē xp̄i eſſe immaculatā dixit. p̄s. xviij. In ſole poſuit tabernaculū ſuum, & ipſe tanquā ſpōſus procedēs de thalamo ſuo, qui exiuit totus formoſus tāquam ſpoſus qui exit cū annulo, & hoc repreſentat eps qui induit annulos. Tertium opus fuit, qū octaua die uoluit circunci di, & qui diligēter meditaretur quare data' circunciſio, uideret excellēti ā huius operis qūo xp̄s ſe humiliauit. Nā ſicut la troni datur cauteriū igneū, uel ſcinditur in aure in ſignum furti, ut cognoſcatur. Sic deus in ſignū illius furti, quod fecit Adā, faciebat hoīes circūcidi in illa parte uerecundoſa. Et tamē licet xp̄s nō teneretur ad circūciſionē, nec ad inciſionē cum nō ueniſſet per illā generationē corruptā. ſ. Ade, ſed erat purus ſine macula, uoluit tamē circūcidi. Et hoc repreſentat p̄bf, quando inclinatus corā altari dicit. Cōfiteor &c. Nā licet p̄bf fuit confeſſus ſacramētaliter, alias in dānationē ſuā accedit ad altare ſi habeat cōſciētiam peccati mortalis, & copia adſit confeſſoris, & facta cōfeſsione quāuis nō habeat peccatū mortale, tamē tenetur ſe dicere peccatorē, etiam ſi eſſet ita ſanctus ſicut Ioānes baptiſta. Et hoc ad oſtendēdū, & ſignificādū q̄ xp̄s qui eſt initiū, & plenitudo totius ſanctitatis oſtendit ſe peccatorē ſubijciēs ſe legi circūciſionis. Autoritas. Miſit deus filiū ſuū factū ex muliere factū ſub lege, ut eos q̄ ſub lege erant redimeret, ad Gal. iiij. Quartū opus fuit apparitio, qū de fine mūdi a parte orientali, duxit reges per ſignū ſtelle, & ibi in preſepe inter beſtias iacentē eū adorauerūt, & obtulerunt ei aurū, thus, & mirrhā. Hoc p̄ſentat presbyter, qū poſt confeſsionē inclinat ſe profunde, & ſic capite inclinato adorat, & dicit. Aufer a nobis dñe &c. Et ſicut reges obtulerūt tria. ſ. aurū, thus, & mirrhā, ſic presbyter inclinatus offert thus p deuotā orationem dicens, aufer a nobis. Offert aurū cū adorat altare cū reuerēti adoratione. Offert myrrhā amarā, quando facit ſignū crucis ad abſolutionē, & remiſsionē &c. & etiā ſignādo ſe memorādo doloroſe amarā paſsionem xp̄i, quaſi dicens illud Treū. iij. memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. Et hec memoria doloroſa repreſentat amaritudinē myrrhe. Quintum opus quod fecit ſaluator noſter fuit q̄ uoluit preſentari in tēplo, & beata uirgo inter brachia ſua portauit eū ad tēplū, & obtulit eū ſacerdoti, & erāt ibi Symeon, & illa ſancta Anna prophetiſſa laudantes deū. Et hoc repreſentat presbyter, quādo uadit ad cornu altaris ante librū dicens introitū miſſe. Diaconus, & ſubdiaconus exiſtētes ad latera repreſentāt Symeonē, & Annā, & acoliti, & alij qui audiūt officiū qui nō debēt accedere ad altare, repreſentant qūo uirgo Maria, & Ioſeph ſtabāt a longe humiliter audiēdo. Et licet potuiſſet accedere ad altare uirgo Maria cū eſſet ſanctiſsima, tamen uoluit nobis relinquere exēplū q̄ nō debemus accedere ad altare. Nu. j. & iij. Quiſquis externorū acceſſerit occidet. Et quando Symeō accepit xp̄m in ulnis ſuis cātauit. Nunc dimittis &c. In quo ſunt quatuor uerſus. Ideo p̄ſbyter in repreſentatiōe huius facit quatuor opera. Primo cātat introitū. Secundo. Kyrieeleyſon. Tertio glória in excelſis. Quarto orationē. Sextū opus xp̄i eſt, quādo aufugit de terra promiſsionis in terrā Egypti dās locum furori Herodis, & ſtetit ibi, & ſua mater ſanctiſsima, & Ioſeph ſeptē annis, quibus tranſactis redierūt tanquā exules. Et hoc repreſentatur in miſſā, quādo ſubdiaconus uadit ad dicēdū epiſtolā, & p̄bf remanet cū diacono, & fugit ſeparans ſe ab altari, & ſedet in cathedra, & ibi ſedēdo facit ſeptē opera repreſentātia illos ſeptē annos quib⁹ Chriſtus cū matre, & Ioſeph fuit exulatus. Primo enim legit epiſtolā. Secundo reſpōſoriū. Tertio alleluya. Quarto profam. Quinto adminiſtratur ſacrificiū corā eo. ſ. aqua & uinū. Sexto benedicit incēſum. Septimo dat benedictionē diacono. Hec ſeptē repreſentāt q̄ ſaluator fuit ſeptē annis in Egypto. Septimū op⁹ fuit de Egypto receſſus, ſcilicet quando poſtea redierūt de Egypto in terrā promiſsionis poſt mortū Herodis regis. Et poſt eorū reditū mater eius, & Ioſeph duxerūt eū ad templū in Ieruſale, & ibi fuit amiſſus, & poſt triduū fuit repertus inter doctores de rebus legis interrogās, ut dicit Hieron. in prologo Biblie. Hoc repreſentat presbyter, quando ſurgit de ſede, & uenit ad altare, & ibi cū magna diligentia conſiderat, & audit euāgeliū, & magis docet dū cōſiderat. q. d. Chriſt⁹ in templo audiebat Iudeos, & interrogabat, ſicut dicitur Luc. ij. & ſic illa cōtemplatio quā facit presbyter audiēdo euāgeliū non eſt niſi quedā interrogatio ad oſtendendū q̄ Chriſtus prudēter interrogans inſtruebat doctores in fide, in fine euāgel'. cantat Credo in unū deū &c. ubi ſunt principia fidei catholice, de quibus xp̄s inſtruxit Iudeos. Octauum opus fuit inuentio domini noſtri Ieſu Chriſti in tēplo, ſcilicet cū beata uirgo Maria in uenit eū in tēplo, & tale gaudiū habuit q̄ nō poterat lacrymas cōtinere. Videatis quid fecit Chriſtus, ſtatim ut uidit matrē ſuam ad eā recurrit cōfortādo, & oſculādo, & tūc egreſſus eſt cū illis in Nazareth, & quāuis eſſet dominus mūdi, tamen uoluit eſſe ſubditus illis, ut dicitur Luc. ij. & has conſolationes repreſentat presbyter quādo dicto Credo ỹtit ſe ad populū, & dicit dominus uobiſcū, & oſculatur librū euangelij. Et poſt hoc adminiſtratio quam facit in altari parando corporalia, & calicē, & ea q̄ ad ſacrificiū pertinēt repreſentat illud miniſteriū, & ſeruitiū, quod dominus noſter faciebat ſue ſanctiſsime matri. Et ideo ipſemet docebat Mat. xx. Filius hominis non uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Iuuabat enim Ioſeph patrē ſuū putatiuū in officio carpētarij. Ratio, qa propter ſenectutē non poterat ducere ſerram, nec ſecare ligna groſſa, ideo iuuabat eū. Et ideo dicit magiſter Nicol'. de Lyra ſuper illo paſſu, Nōne hic eſt faber filius Marie. Mar. vj. q̄ Ioſeph cum Chriſto utebatur ſuo officio, & ideo dicebāt, Nonne hic eſt filius fabri, qa Chriſtus iuuabat Ioſeph, credebant Iudei, quod eſſet filius eius. o q̄ ſtulti. Nonum opus fuit baptiſmi ſuſceptio, quādo fuit in etate. xxx. annorū uenit ad baptiſmū, & licet non fuit ei neceſſari⁹, tamē hoc fecit, ut ſanctificaret aquas in noſtrā ſaluationē. Et hoc repreſentatur in miſſā, quando p̄bf abluit manus, nōne iam

ne iam abluit cõscientiã p cõfessionẽ sacramentalẽ & manus ante missam, certe sic, sed ideo presbiter lauat manus nõ ut lotione indigeat, sed ad representãdũ ꝙ xps nõ indigebat baptismo cum esset in eo plenitudo sanctitatis, tñ propter humilitatẽ & nostrã utilitatem uoluit baptizari ut daret uirtutẽ aquis ad abluendũ nos. Et presbyter nõ obstãte quod sit cõfessus sacramẽtaliter, etiã q̃tuncunq; sit sanctus & sine aliqua macula peccati, debet tñ lauare manus suas. Ideo dicit presbyter. Lauabo inter innocentes manus meas, quasi uellet dicere. q̃uis sim purus & mundus a macula peccati, propter qđ sum cõputatus inter innocẽtes, tamen dñe pro representatione illius ablutionis, lauabo, sicut uos q̃uis essetis plenitudo sanctitatis, tamẽ uoluistis lauari. Decimũ opus est ꝙ postq̃ baptizatus fuit intrauit desertum, & ibi ieiunauit. xl. diebus &. xl. noctibus. Mat. iiij. in quibus nullã refectionem corporalem sumpsit, sed stetit semp in oratione, non pro seipso cũ nõ indigeret, sed pro nobis peccatoribus. Et hoc representat in missa qñ sacerdos se ponit ad altare & ibi in medio iunctis manibus se humiliauit dicẽs. In spiritu humilitatis & in animo cõtrito suscipiamur domine a te &c. Ad ostendendũ humiliationẽ & prostrationes quas xps saluator noster faciebat in deserto orando. Et post hec sacerdos se uertit ad populũ dicẽs. Orate pro me fratres &c. ad ostendendũ ꝙ xps pro nobis orabat. Et significat orationẽ quam xps faciebat in deserto, que erat multũ secreta, quia non audiebat ab aliquo. Ita debet sacerdos tunc secrete orare quia nõ debet audiri ab aliquo. Vndecimum opus fuit ꝙ postq̃ ieiunauit in deserto, incepit predicare & clamare alta uoce. Penitentiã agite, appropinquabit enim regnũ celorũ. Mat. iiij. Et ante ieiunium nõ sic se manifestauit clare, sed uoluit occulte agere penitentiã in deserto instruẽdo homines occulte agere pñam, & qualiter debeãt peccata & uitia uitare, & hoc faciẽdo discurrebat per uillas & castra &c. & sicut uerbo docebat, ita etiã per opus ostẽdebat. Ideo dicit Act. j. Cepit Iesus facere & docere. Notate hoc gẽtes ꝙ esset magna benignitas & humilitas in Imperatore uꝫ Rege, si ipse met iret per regnũ suũ in plateis publicãdo & preconizãdo legem nouam. Sic fecit xps, nec parabat sibi sedes ad predicandũ, sed ascendebat super aliquẽ lapidẽ, monticulũ siue colliculũ, & sic predicabat fidẽ. Nã in principio non habebat in tanta reuerentia a Iudeis ꝙ pararent sibi locũ, immo deridebãt eũ. Et hoc repsentat presbyter qñ dicit alta uoce pfationẽ. Et ad ostendendũ ꝙ sicut xps ea que predicabat ore opere ostendebat, ideo presbiter debet semp tenere in prefatione manus altas, ad ostẽdendũ ꝙ illi qui predicãt uerbũ Dei, debẽt exẽplo & opere demõstrare illud qđ uerbo predicant & loquunt. Ideo dicebat apls ad Rom. xv. Non em audeo aliquid loq eo rũ que p me non efficit xps in obedientiã gentiũ uerbo, & factis. Duodecimũ opus est miraculorũ ostensio, quia nõ solũ ostendebat p opa ea q̃ predicabat, sed etiã p miracula suã doctrinã cõfirmabat q̃ nullus nisi Deus põt facere illa perficiẽdo & precipiendo tanq̃ Deus. Cecos em illuminabat, paralyticos sanabat, surdis auditũ restituebat, mutis loquelam, mortuis uitã. Et hoc representat sacerdos qñ dicit sanctus sanctus &c. Ter dicitur sanct⁹ ad denotãdũ ꝙ miracula q̃ faciebat n faciebat uirtute humana, sed uirtute diuina q̃ uno numero existẽs est in tribus diuinis psonis, scilicet patre & filio & spiritusancto. Et ulterius dicitur osanna, i. obsecro salua nos. in quo ostẽdit ꝙ xps faciebat miracula pro salute nra. Decimũtertium opus fuit cũ apls cenatio. xps em postq̃ predicabat predicationẽ cõfirmabat per opera uirtuosa & miraculosa, & cũ appropinquaret tps sue passionis uenit ad cenã faciendam cũ discipulis suis. ibiq; secrete fecit eis magnũ sermonẽ quẽ nullus euangelistarum nisi sanctus Ioannes scripsit, & hoc representatur in missa, quando sacerdos canonẽ

canonem ita secrete dicit ꝙ nullus audiat nisi qui sunt prope eum. Sic illũ sermonẽ quẽ fecit Iesus nullus audiuit nisi apostoli. Decimũquartũ opus fuit ī horto oratio. Christus em post dictũ sermonem exiuit in hortũ Gethsemani ad orãdum, & ibi tribus uicibus orauit Deũ patrẽ di. Pater si possibile est, transeat a me calix iste. Math. xxvj. Spiritus promptus est, caro autẽ infirma, propter amaritudinẽ passionis quantum ad sensualitatem. In tertia uice quando orauit, factus est in agonia, & gutte sudoris facte sunt quasi gutte sanguinis decurrentis ad terram, & tunc uenit angelus confortans eũ. non ꝙ indigeret, sed sicut seruus cõfortat dñm suum q̃uis sit robustus dans sibi bonũ cor di. Cõfortamini, quia modo habebitis uictoriã de inimicis, sic angelus dño nostro dicebat. Dñe, modo anime sanctorũ patrũ que expectãt uos in sinu Abrahe iam sentiunt redẽptionẽ tuã esse paratã & sic confortamini in uestra humanitate. Tũc clemẽtissimus dñs fecit orationẽ pro seipso & pro nobis, pro seipso rogãs Deũ patrem de sua resurrectione, non ꝙ esset de ea incertus uel impotẽs ad resurgendũ, tñ hoc faciebat in q̃tum homo. Item orauit pro nobis ut sicut ipse constanter & uoluntarie recipiebat mortẽ pro nobis, sic nos ardẽtes & fortes essemus ad sustinẽdum mortem & labores pro ipso, & ꝙ resurgeremus glorioſi. Et hoc representat in missa qñ presbyter facit sup calicẽ tres cruces di. Benedictã, ascriptã, ratã &c. signãdo illas tres orationes quas fecit in horto. Postea facit duas sup hostiã & calicẽ particulariter, ad ostẽdendũ ꝙ pro duobus rogabat. s. pro seipso & pro nobis. Quintũdecimum opus fuit sua captio. Postq̃ enim orauit ecce uenit magna multitudo Iudeorũ cũ gladijs & fustibus, & xps benignissimus uoluit capi ab eis & ligari, & duxerũt ipm ligatũ cũ magno uituperio & magnis iniurijs ad Annã, deinde ad Caypham, ad Pylatũ, ad Herodẽ, & finaliter ad Pylatũ qui dedit sniam ut crucifigeretur, a qua snia noluit appellare, sed baiulans sibi crucẽ in qua debuit crucifigi duxerũt eũ ad mõtẽ Caluarie. Et hoc representatur in missa qñ sacerdos tenet hostiã in manibus uolẽs cõsecrare di. Benedixit, fregit &c. signũ crucis qđ facit sacerdos signat sniam mortis datã a Pylato super xpo. Decimũsextum opus fuit sua crucifixio, quia post latã sententiã mortis ductus fuit ad montem Caluarie, & ibi inter duos latrones suspensus fuit ita alte ꝙ totũ corpus pendebat in duobus clauis fixis in manibus. Et hoc representatur qñ sacerdos leuat hostiam inter manus suas. per dexteram intelligitur bonus latro a dextris, & per sinistrã malus latro a sinistris, & hostia in medio duarũ manuũ repsentat xpm pendentẽ in medio duorũ latronũ. Albedo hostie significat corpus xpi album & discoloratũ propter emissionẽ & effusionẽ sanguinis. Post hoc eleuat sacerdos calicẽ, quasi diceret, pater omnipotens offerimus tibi pretium nostre redẽptionis. Et hoc significat ꝙ xps in cruce obtulit suum sanguinẽ Deo patri in redemptionẽ humani generis. Decimũseptimũ opus fuit in cruce oratio, quia q̃diu fuit uiuẽs in cruce nõ cessauit orare. Vnde dixit. Heli Heli lamazabathani. qđ est dictum latine, Deus meus Deꝰ meus ut quid dereliquisti me. Dicit beatus Hieronymus ꝙ oratio quã dixit cõtinet centũ & quinquaginta uersus psalterij, que incipit ab illo psalmo, Deus Deus meꝰ respice ī me, usq; ad uersum, In manus tuas cõmendo spiritũ meum. Ita ꝙ uersus quos xps dixit existens in cruce fuerunt tot in numero ꝙ sunt psalmi in psalterio. Et maledicti Iudei q̃diu stetit in cruce non cessauerunt ei facere iniurias & uituperia di. O tu maledicte qui decepisti mundũ. O tu incantator q alios saluos facis, salua teipsum. Alij dixerũt. O proditor qui dixisti ꝙ destrues templum Dei & reedificares illud in triduo &c. Et xps benignissimus nihil respondebat eis, sed continuabat suã orationẽ. Et hoc representat presbyter qñ extendit brachia sua di. Vnde & memo-

res &c. tenendo brachia sua ad modū xpi in cruce pendentis. Decimū octauū opus fuit lateris perforatio, quia licet sic esset totus uulneratꝰ & haberet illas quatuor plagas terribiles in manibus & pedibus, tñ etiã amore nostri sustinuit ꝙ corpus suū aperiretur lancea, unde exiuit sangnis & aqua. Magnū miraculū fuit, quia tanꝫ sanguis suus dispersus fuerat in sudore, flagellatione, spinarū coronatiõe, & manuū, & pedum perforatiõe. Et hoc representatur qñ presbyter cum hostia facit quinq; cruces dicẽs, Per ipsum &c. que significant quinq; plagas xpi principales. Decimūnonum opus fuit uerborum prolatio, qñ sic pendens xps in cruce dixit septẽ uerba principalia. Primum qñ orauit pro suis crucifixoribus. Pater ignosce illis qa nesciunt quid faciũt &c. Crediderunt enim se suspendere unum peccatorẽ, & suspenderũt xpm. Secũdo fuit qñ latroni dixit, Amen dico tibi, qa hodie mecum eris in paradiso. Tertio quando aspexit matrẽ in angustia & dolore ad pedes crucis, ita mirũ erat ꝙ nõ scindebatur cor eius pre dolore que sibi dicebat. O fili dilectissime loquimini latroni & nõ matri &c. Tũc ait mulieri, Ecce filius tuus. Et ad Ioannem, Ecce mater tua. Quartũ dixit. Heli Heli lamazabathani. Hoc est Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me. Non fuit derelict9 a deitate, sed ab amicis & apostolis. Quintũ, sitio. Sextũ, consummatum est. scilicet opus nostre redẽptionis. Septimum, Pater in manus tuas cõmendo spiritum meũ, & inclinato capite emisit spiritũ. Et hoc representatur in missa quando presbyter dicit alta uoce. Pater noster &c. In qua septem sunt petitiones, secundũ. vij. uerba que xps dixit in cruce, & propter hoc sacerdos dicit illud alta uoce. Vigesimũ opus fuit humanitatis diuisio. Postq̃ eñ mortuꝰ & plagatus fuit uoluit in tres ptes ptiri. Prima pars fuit corpꝰ sanctissimũ, qđ remãsit i cruce. Secũda ps fuit sanguis q fuit effusus in terra ad pedes crucis. Tertia pars fuit anima q̃ descendit ad inferos, & hoc modo xpi humanitas fuit diuisa. Et hoc repsentat pbr qñ frãgit hostiã in tres partes, nõ tñ diuinitas ab aliqua earũ partiũ fuit separata, sed tota erat cũ corpe & etiã cũ anima, sicut si pomũ diuidat i plures partes, tamen in omni parte erit odor, sic licet humanitas xpi fuit diuisa, tñ tota in qualibet parte eius personaliter & suppositalit erat diuinitate plena, sicut qlibet pars uitri est plena sole hoc est lumine solis. Vigesimũ primũ opus fuit populi illuminatio qñ conuertit multas cõditiones personarũ. Volebat eñ ꝙ iam appareret fructus sue passionis. ideo primo cõuertit latronẽ qui fuerat male uite. Secundo conuertit cẽturionẽ qui dixit. Vere filius Dei erat iste, & uere hic homo iustus erat. Tertio cõuertit populum inimicum, quia ut dicitur Lu. xxiij. Omnis turba eorũ qui simul aderant ad spectaculum istud & uidebant que fiebãt percutientes pectora sua reuertebantur. No. ꝙ non ois turba cõuertebatur, quia malitia scribarũ & phariseorũ nõ cõuertebatur, sed gẽtes simplices & ignorantes reuertendo dicebant. O miseri credo ꝙ redemptor noster crucifixus est. Et quia xps in passione cõuertit has tres cõditiones psonarũ, ideo presbyter dicit ter Agnus Dei &c. Nam primo dicimus Agnus Dei ꝓ quolibet peccatore, ut sicut Deꝰ pepercit latroni, sic & nobis peccatoribus. Secundo dicimus Agnus Dei petẽdo sicut dñe pepercisti cẽturioni & eũ illuminasti, sic illumines & parcas cuilibet habẽti regimẽ populi uel animarũ ut salutẽ cõsequat. Tertio dicimꝰ Agnꝰ Dei petẽdo, o dñe sicut populum inimicũ cõuertisti, ita cõuertas populũ cõem xpianũ, & illũ cõseruare digneris in pace & miserere peccatis eorũ. Vigesimũ secundũ opus fuit ꝙ noluit ascẽdere recta uia in celũ, sed sua humanitate prius multũ secrete descẽdit ad inferos ad dãdum gloriã sanctis patribus, qui statim uidẽtes eũ habuerũt gloriã. Nam expectauerãt eũ in sinu Abrahe cũ desiderio magno quasi ꝓ quinq; millia annorũ. Et hoc representat qñ presbyter unã partẽ hostie

hostie dimittit secrete cadere in calicẽ & ibi inebriat ad denotãdũ ꝙ in xpi descensu ad inferos intũ fuerũt aĩe sanctorũ patrũ inebriate gꝛia xpi ꝙ nesciebãt quid agere debebãt, & cũ ista dulcedine amoris laudabãt Deũ dicẽtes illud Luc. j. Benedictus dñs Deus Israel, quia uisitauit & fecit redẽptionẽ plebis sue. Vigesimũ tertiũ opus fuit quando post suã benedictam mortẽ uoluit deponi de cruce per manus Ioseph ab Arimathia & Nicodemi, qui de licentia Pylati eũ amouerunt de cruce. Tunc beata uirgo cum Maria Magdalena, & alijs erãt in circuitu plorãtes. Nã beata uirgo osculabatur oculos eius di. O oculi glorioſi qui uidẽt corda hominũ & abscõdita cordiũ. Deinde aures di. O aures sacrate que audiũt melodias angelorũ. Deinde nares di. O nares benedicte que sentiunt odorẽ paradisi. Deinde faciẽ. O facies iocũda que das angelis gꝛiam. Deinde unus lateris di. O porta gloriosa p quam habemus ingressum in paradisum. O fideles xpiani qui desideratis gaudiũ paradisi, iã est porta aperta quã filius meus uobis aperuit. Deinde manus di. O manus que formauerunt oĩa. Deinde pedes di. O pedes benedicti qui sustinent totũ mundũ & mensurãt gloriã paradisi. Tũc Maria Magdalena & alij fideles appropinquabãt Iesu festinãtes pro adorando eũ osculãdo. Et hoc representat in missa quãdo dat pacẽ & per modicũ spaciũ tenet corpus xpi in manibus ante cõmunionẽ. Tunc enim presbyter uel sacerdos si bonus est, debet cogitare dolorẽ quẽ habebat beata uirgo Maria cũ tenebat Iesum xpm dñm nostrũ in gremio, & etiã dolorẽ Marie Magdalene & aliorũ iuxta corpus xpi contemplãdo uulnera & plagas quas pro nobis sustinuit &c. Vigesimũ quartũ opus fuit qñ uoluit ungi balsamo & mirrha & inuolui in syndone mũda. Deinde poni & includi in monumento. i. sepulchro nouo lapideo sine aliqua fractione. Et hoc representat in missa qñ uidelicet sacerdos sumit corpus dñi nostri Iesu xpi. Nã corpus presbyteri est monumentũ nouum xpi. dico nouũ, quia in corpore presbyteri aut sacerdotis non debẽt esse sordes uel macule peccati, sicut in monumento Iesu xpi ubi nondum quisq̃ positus fuerat, sic debet esse nouũ per pudicitiam & castitatem. Et sicut monumentũ erat lapideũ & firmũ, sic presbyter debet esse fortis & firmus in fide & bona uita. Et sicut corpus xpi fuit inuolutũ in syndone mũda, sic corpus presbyteri debet esse mundũ per castitatẽ, qa intus habet reponi corpus xpi. Et sicut corpus Christi fuit balsamatum, sic corpus presbyteri debet esse plenũ uirtutibꝰ, ut iustitia, penitẽtia &c. Item credere possumus pie. Licet tex. biblie nõ dicat ꝙ beata uirgo Maria Magdalena & alij fideles credentes ꝙ xps resurgeret tertia die, collegerunt sanguinem qui sparsus fuerat ad pedes crucis, & cum magno honore fuit positus in aliquo uase mũdo & repositus i sepulchro cũ corpore. Nã sciebat beata uirgo Maria ꝙ cũ corpore tertia die resurgeret. Ideo presbyter tanq̃ sepulchrum xpi accepit sanguinem O cor presbyteri, tu es sepulchrum xpi sanctius & preciosius q̃ sepulchrum Hierusalem. Nam illud est lapideum, & tu es ad imaginẽ Dei & similitudinẽ. Itẽ corpus presbyteri uel sacerdotis est unctum & cõsecratũ, & ideo magis sanctũ &c. Item in sepulchro fuit corpus xpi mortuum, sed in corpore sacerdotis uiuum. Item ibi fuit semel positum, hic autẽ toties quoties sumit. Itẽ corpus xpi nõ tetigit sepulchrũ lapideũ eo ꝙ fuit inuolutũ linteaminibus, & tñ dicitur sanctum. quanto magis corpus presbyteri debet dici sanctũ, quia corpꝰ Christi nõ in eo ponit inuolutũ, sed &c. O presbyter cogita bene de istis. Vigesimũ quintum opus fuit quãdo resurrexit de uita mortali ad uitam immortalem, tunc repertum fuit monumentũ apertũ. Et representatur in missa quando presbyter uadit de medio altaris ad cornu, & significat ꝙ illud corpus fuit mutatum de uita mortali ad immortalem. Item in altari ostendit publice calicem

nacuũ, ad ostendendũ ꝙ monumentum fuerit repertũ uacuũ, & apertũ. Itẽ diaconus plicat corporalia ad denotãdũ ꝙ in sepulchro fuerunt repta linteamina plicata, & inuoluta. Vigesimũ sextum opus fuit apparitio qñ post gloriosam resurrectionẽ apparuit Marie Magdalene, & discipulis. Tũc pie credẽdũ est qđ primo apparuit beate uirgini cũ sanctis, & angelis. O cogitate quãta cõsolationẽ habuit beata uirgo Maria quãdo uidit filiũ suũ cũ tanta multitudine sanctorũ, & sancti patres reuerenter eã salutãtes dixerunt, Regina celi letare, de cetero cessa flere, quia quẽ meruisti portare, resurrexit sicut dixit. Et hoc representat presbyter in missa quãdo dicit cõionẽ, que significat uerba consolatoria, que beata uirgo habuit cũ filio suo. Vigesimũ septimum opus fuit quãdo apparuit discipulis stãs in medio eorũ, & dicẽs, pax uobis. Et representat hoc presbyter qñ uertit se ad populũ dicẽs Dñs uobiscũ. Vigesimũ octauũ opꝰ fuit ad predicãdũ missio, quãdo uoluit ascẽdere in celũ uocauit apostolos dicẽs eis. Eũtes in mũdũ uniuersum, predicate euangeliũ omni creature. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Mar. vl. & Matt. xviij. Euntes, scilicet in mundũ uniuersum, docete omnes gentes baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et hoc representat in missa quãdo presbyter dicit Ite missa est, quasi dicat populo Ite ad prandium, quia perfectũ est sacrificiũ, sicut Christus dixit, Ite in mundũ uniuersum. Ita sacerdos cõpleto seruitio dicit, Ite &c. Vigesimumnonũ opus fuit Papatus institutio quãdo promissum sancto Petro, & alijs apostolis cõpleuit ponens eum in possessione Papatus. Per ista uerba Io. xxj. Pasce oues meas. tũc institutus fuit Papa. Etiã alijs dixit, Accipite spiritũ sanctũ quorũ remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Io. xx. Et hoc representatur quando in fine misse presbyter se humiliat inclinando, & dicit. Placeat tibi sancta trinitas &c. Tunc reddit gratias osculãdo altare, & significat humilitatẽ, & misericordiam infinitam per quas deus uoluit se tantũ humiliare dando hominib⁹ tantam potestatẽ, scilicet dimittendi peccata, quod soli deo conuenit. Quis enim potest dimittere peccata nisi solus deus? Et ideo presbyter inclinat se ad denotandũ ꝙ anteq̃ deus se inclinasset, ut esset homo, homines nõ habuerũt tantam potestatẽ. Deinde signat se, & populum signo crucis, ad denotandũ absolutionẽ peccatorũ que fit uirtute sancte crucis. Trigesimũ opus fuit in celũ ascensio qñ uidente matre sua cum apostolis, & alijs discipulis, ascendit ad celos, & eleuatis manibus benedixit eis. Luce. vlti. Et hoc representat presbyter in missa quando dat benedictionẽ. Vnde ex illo ecclesia duxit in cõsuetudinẽ ꝙ episcopi in fine misse dent benedictionẽ, & etiam sacerdotes. Et quod Christus postea ascendit celũ significatur in hoc ꝙ presbyter reuertitur ad sacristiã unde exiuit. Ecce quomodo uita Christi representatur in missa solẽni. Ideo dicit thema. Quodcũque dixerit uobis facite, scilicet representando in missa totã uitã xpi, & nõ solum passionẽ. Et ideo bone gentes hoc facite in meã cõmemorationẽ, scilicet qđ uos presbyteri deuote celebretis memorando uitã Christi, & uos laici deuote audiatis, nõ loquẽdo in missa, nec appropinquãdo ad altare, sed tacite orando, ita ꝙ nõ turbetis alios astantes. Ideo uirgo Maria dicebat, Quodcũq; dixerit uobis facite. Vos Christiani qui estis dilecti audite iudicium patris, scilicet missam, ut salui sitis. ideo missa uocatur iudiciũ, ut in maiori reuerẽtia habeatur. Nã presbyteri debẽt esse multũ inflãmati in isto sacramẽto. Etiã populus cũ magna deuotiõe, & reuerẽtia debet audire missam, & cõcordat scriptura dicens. Iudiciũ patris audite filij, id est uos xpiani ꝙ filij dei estis. j. Io. iij. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei nominemur, & simus, & sic facite, ut saluisitis. Ecclesia. iij. Quod uobis concedat omnipotens deus. Amen.

Domi

Dñica. ij. post octa. epipha. Sermo. j.

Secute sunt eum turbe multe. Mat. viij. In presenti sermone intẽdo declarare modos quibus possumus ire ad gloriã, credo ꝙ erit materia deo acceptabilis & gratiosa, nobis utilis, & proficua, sed primo salutetur uirgo gloriosa &c. Secute sunt eũ &c. Pro huius uerbi declaratione sciẽdũ ꝙ est una autoritas que uidetur esse contra thema. Quis est homo, ut sequi possit regẽ factorẽ suũ. Eccle. ij. Ita ꝙ uidet impossibile ipsum sequi. Et dicit thema, Secute sunt eũ turbe &c. Et cõcordatur sic. Quoniã sequi Christũ potest intelligi dupliciter, scilicet per equiparãtiã, & similitudinem. Primo modo impossibile est ipsum sequi, quoniã sicut stelle dicũtur sequi solẽ nõ per equiparãtiã, sed per similitudinẽ ab oriente in occidẽte, ita de xpo qui dicit sol in scriptura, Malach. ul. dicit deus pater. Orietur uobis timentibus nomen meum sol iustitie. Sol iustitie canit ecclesia xps deus noster. Et nos xpiani dicimur stelle. Dañ. xij. Qui ad iustitiã erudiũt multos, erũt quasi stelle in perpetuas eternitates. Sicut enim stelle sequũtur solẽ nõ per equiparãtiã, quia impossibile est, sed per similitudinem, sic xpiani dicuntur sequi Christum non per equiparantiam, quia illud est impossibile, & sic intelligitur illa autoritas, Quis est homo &c. ied per similitudinẽ seruando doctrinas suas, & fidẽ catholicã tenẽdo eius mãdata, & cauendo a peccatis. Hoc modo est necessarium sequi xpm, & iuxta hunc modũ dicit thema. Secute sunt eum turbe multe. Et ideo iuxta motiuum thematis oportet declarare quot modis, & quibus debemus, & possumus sequi Christum per similitudinem, & inueni in sacra scriptura quatuor modos quomodo debemus sequi Christum.

Primo sicut lumen resplendens.
Secũdo sicut ductorem precedentẽ.
Tertio sicut patrem reuerendum.
Quarto tanq̃ principalẽ excellentẽ.

Pro quolibet istorum dicit the. Secute sunt sunt &c.

Dico prio ꝙ debem⁹ sequi xpm sicut lumẽ resplẽdes, quoniã illũ qui uult de nocte bene incedere, oportet lumẽ precedere ne homo cadat. Sic qui uult bene, & recte ambulare in nocte huius uite, debet sequi xpm qui est uera lux, qa sicut in lucerna sunt tria, scilicet cera mollis, & fragilis, bombix, & lux, sic in Christo sunt tria, scilicet caro mollis, & fragilis similis in specie carni nostre. Et sicut cera sine masculo procedit ab ape, sic caro xpi a uirgine Maria, quia nõ ex uirili semine, sed mystico spiramine uerbũ dei factũ est caro. Secũdũ est bombix, scilicet eius anima sanctissima albissima per puritatẽ. Tertiũ est lumẽ, scilicet diuinitas sancta. Et ista tria nõ sunt nisi una lucerna, id est, una persona xpi, quoniã in lucerna humanitatis est lumen diuinitatis ad illuminãdũ se, & omnes alios, qđ non posset nisi esset deus. Sequamur ergo hoc lumẽ seruãdo eius doctrinas ne cadamus deuiãtes in erroribus, & falsis opinionibus. De isto lumine prophetia. Esa. ix. Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucẽ magnã, habitantibus in regiõe umbre mortis lux orta est eis. Nota populus qambulabat in tenebris, scilicet errorũ, & fallarũ opinionũ quãtum ad intellectum. In istis tenebris fuit mũdus quousq; uenit lumẽ, scilicet xps dñs deus noster, nõ solũ quantũ ad simplices ignorãtes, sed etiã quãtũ ad magnos philosophos, qui licet ponerẽt unum primũ principiũ &c. tamen statim cadebãt in errorẽ dicentes ꝙ etiã erant alia principia, scilicet materia, & forma & priuatio. Sed populus qui ambulabat in tenebris uidit lucẽ magnã, scilicet doctrinã euãgelicã. habitãtibus in regione umbre mortis, scilicet per malã uitã, & uitiosam, lux orta est eis. Tenebre dicuntur esse in intellectu ꝓpter errores intellectus. umbre uero mortis dicunt peccata. Ideo dicit Zacharias Luce. j. Visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in tenebris cõtra errores intellectus, &

in libra mortis sedēt, scilicet cōtra peccata, & malā uitā, ad dirigendū pedes nostros, scilicet in intellectu, & affectu, in uiam pacis. Dic quō xps illuminauit nos duodecim cōclusionibus fidei. Ecce magis illuminata est mō una uetula, & plus scit de deo q̄ sciuerint antiquit⁹ omnes philosophi. Prima cōclusio est. Credo in deū patrē omnipotētē creatorē celi, & terre. Nunq̄ philosophi sciuerūt istam cōclusionē. Ide pōt dici de alijs articulis fidei. Dicat semel Credo. Iducēdo ut ipsum dicāt qualibet die de mane, & sero genibus flexis ad instar militis homagiū faciētis &c. ad Ro. x. Si cōfitearis in ore tuo dūm Iesum, & in corde tuo credideris &c. salu⁹ eris. De hac seq̄la luminis ipsemet xps. Ego sum lux mundi q̄ sequit me nō ābulat in tenebris sed habebit lumē uite. Io. viij. Ergo secute sunt eū &c. Dico sc̄o q̄ debem⁹ seq xpm sicut ductorē p̄cedētē, quoniā q̄ habēt ire p lōgam uiā ignotā, & periculosam, oportet eos habere ductorē quē sequant. Deus in principio huius mundi presentis uite dedit duos ductores humano generi, scilicet Adā, & Euā, qui in prima dieta erra uerūt uiam. Adam recessit ad sinistram, Eua autē ad dextrā. Quoniā sicut in corpore est dextra, & sinistra, sic etiā in affectu. Amor dicit dextra, timor autē sinistra. Euā peccauit amore, scilicet habendi scientiā ut deus. Adā autē peccauit timore ne cōtristaret suas delitias, ut dicit Augustinus. Nota practice quō Eua portauit de fructu uetito Ade, & sic contra totū genus humanū errauit uiā, peccando amore uel timore. Deinde de⁹ dedit multos ductores alios, scilicet patriarchas, prophetas, & etiā oēs errauerūt. Vnde dicit Aug. in lib. de natura & gratia. Si omnes sancti, & sancte dum hic uiuerēt interrogati fuissent, utrū sine peccato essent, omnes una uoce clamassent, Si dixerimus, quia peccatū nō habemus ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nō est, excepta hac uirgine Maria de qua propter honorē domini cū de peccatis agitur, nullā uolo prorsus questionē habere. Itē Esa. liij. Omnes nos quasi oues errauimus, & unusquisq; in uiā suā declinauit &c. Propter hoc deus pater misit nobis aliū ductorē, scilicet filiū suum benedictū, qui ut esset uisibilis recepit humanitatē, qui sequendus est nō solū tanquā lumē, sed etiā tanq̄ ductor qui nunquā errauit uiam. j. Pet. ij. dicit scriptura. Sequamini uestigia eius qui peccatū nō fecit. Necessitas sequēdi hunc ductorē potest declarari secūdū biuia, & pericula, que sunt in uia abhinc usq; ad celū, in quā sunt septē biuia, scilicet septē peccata mortalia, & septem uirtutes oppositе. Qui ergo uult ire ad paradisum, sequat ductorē xpm, attendēdo per quā uiā iuit ipse. uerbi gratia. Primū biuiū est de superbia, & uanitate ad sinistrā per quā uadunt plures, ut domini, & prelati ad infernū, & de mansuetudine, & humilitate ad dexterā, per quā iuit xps ductor noster. Et ipsum sequūtur humiles, & mansueti. Ideo dicit Matt. xj. Discite a me, qa mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animabus uestris &c. Secūdū biuiū est de auaritia, & cupiditate p quā uadunt auari ad infernū, scilicet usurarij &c. cū Iuda. Et de misericordia, & liberalitate ad dexterā per quā iuit xps, & oēs qui ipsum sequūtur, scilicet misericordes. ideo Luc. xij. Videte & cauete ab omni auaritia. Tertiū est de luxuria, & carnalitate per quā uadūt ad infernū luxuriosi cōcubinarij &c. Et de mundicia, & puritate p quā iuit xps, uirgo Maria &c. & uirgines, & casti qui ipsum sequūtur. de quib⁹ dicit ipse, Sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt propter regnū celorū. Mat. xix. Castratur homo uitādo occasiones, opportunitates, & malas societates, & nō scindendo aliquod membrū a corpore. Quartū est inuidia, & malignitas que est uia tenebrosa, per quā uadūt ad infernū inuidi, & de amore, & charitate per quā iuit ductor noster Iesus xps, qa quicquid fecit pro nobis, totū fecit amore, quem sequūtur charitatiui. Ideo dicit ipse, In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad

inuicē. Ioā. xiij. Quintū est de gula, & uoracitate, uia est aquosa per quā uadūt ad infernū oēs gulosi &c. Alia est de abstinētia, & parcitate per quā xps iuit tota uita sua, & ipsum sequūtur abstinentes. Lu. xxj. Attēdite ne grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & curis hui⁹ uite &c. Sextum est de ira, & iniquitate, uia est petrosa per quā uadūt ad infernū omnes iracūdi, & uindicatiui. Alia est de patiētia, & benignitate, per quā iuit ductor noster Iesus xps. Nota eius patiētiā circa eius crucifixores di. Pater dimitte illis, nō enim sciūt quid faciunt &c. Luc. xxiij. Et ipsum sequūtur pacifici quib⁹ dicit. Pacē relinquo uobis, pacem meā do uobis. Ioā. xiij. Septimū est de acidia, & ociositate per quā uadūt ad infernū omnes ociosi. Alia est de negligentia, & opositate p quā iuit xps q fuit diligētissimus in oīb⁹, & ipsum sequūtur diligētes di. Dū tēpus habemus operemur bonū ad oēs. Ad Gal. vj. Ecce quō sequēdus est xps tanquā ductor precedēs. Hinc Iacob ait fratri suo Esau. Precedat dūs meus ante seruū suū, & ego paulatim sequar uestigia eius. Gen. xxxiij. Benedictus q pōt dicere cū sancto Iob. xxiij. Vestigia eius secutus est pes meus, uiā eius custodiui, & nō declinaui ex ea. Dico tertio q⁹ debemus sequi xpm tanq̄ patrē reuerēdū. Dic quō boni filij sequūtur corpus p̄is qū ducit ad sepeliēdū plorādo &c. Pater omniū xp̄ianorū est un⁹, scilicet xps. Autoritas. Oēs nos fratres estis. Dicit xps xp̄ianis. Et patrē nolite uocare super terrā. Ideo illi qui leuāt infantē dicūtur patrini diminutiue. unus est enim pater uester qui in celis est. Mat. xxiij. Nota, patrē nolite uocare super terrā, sed in hac gnatione spirituali ecclesia est mater, xps autem est pater, q in cruce pro nobis mortuus est, cuius mors, & passio debet nobis esse recēs, & quolibet die presens in memoria, ipsum sequēdo per penitētiā, ut boni filij. ideo dicit ipse. Si quis uult me sequi, abneget semetipsum, & tollat crucem suā, & sequat me. Mar. viij. Nota abneget semetipsum, id est, sensualitatem, quoniam oēs sensus corporales, & mēbra declināt ad malū. Gen. viij. Sensus, & cogitatio humani cordis prona sunt ad malū ab adolescētia sua. Ideo oportet abnegare semetipsum, id est, sensualitatē, & tollere crucē penitētie, que ad instar crucis xp̄i habet quatuor brachia, id est, quatuor opera penitentialia. Brachiū inferius quod figitur in terra, significat cordis cōtritionē que est secreta intus in corde. Brachium superius est emendādi propositū iuxta uolūtatē dei uiuendo, alte ad deū respiciēdo. Dextrū significat cōfessionē oris, quia ad dexteram confessoris se ponere debet, ne uideat a cōfessore, & uerecundet, uel si est mulier ne cōfessor tentetur. Brachiū sinistrū significat iniūcte penitētie obseruationē. Si quis uult post me uenire abneget semetipsum, id est, pprias inclinationes, & sensualitates, & tol. crucē suā, & se. me. Luc. ix. Quarto sequi debemus xpm tanq̄ principalē excellentē qui suis militibus ipsum sequentibus dat magna premia, & salaria, scilicet gloriā celi. iō Eccles. xxiij. Gloria magna est sequi dominū, longitudo enim dierū assumetur ab eo. Si homines armorū modico salario sequuntur ad bellū principē cum tot periculis, & laboribus, quāto magis nos xp̄iani debemus sequi principē nostrum Iesum Christū qui dat nobis magnū salarium, scilicet regnū celorū sine tāt⁹ periculis. Ideo perseuerādo in bona uita sequamur ipsum in presenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Deo gratias.

De eadem dominica. Sermo. ij.

EGce leprosus ueniēs adorabat eum. Matt. viij. Pro huius uerbi declaratione iuxta intellectū spirituale quē uolo pertractare, sciendū q⁹ Christus in sacra scriptura nominatur multiplicit̄er, secūdū diuersas excellētias. Inter cetera dicit medic⁹. Ratio, qa sicut bon⁹ medicus primo studet theoricam, deinde practicā. Sic xps theoricam medicine in studio trinitatis per eternā gnationē de patre intantū q⁹

dicit fons sapientie. Eccli.j. Fōs sapiētie uerbū dei in excelsis. Et qñ uoluit prasticare uenit in hunc mundū, qa in celo nō est aliqua infirmitas pctī, qa ibi null⁹ peccat, nec corde, nec ore &c. Sed ī hoc mūdo sunt infirmi, qa nullus sine crimine uiuit. Iō xp̄s motus pietate uenit ad curandū infirmos. Aug. Magnus de celo ad nos uenit medicus, qa magnus per totū mūdum ubiq; iacebat egrot⁹. Et patet rō sue būdicte incarnationis. De ista materia habet Mat. ix. & Mar. ij. & Lu. v. Nota q̄ semel quidā sctūs homo inuitauit xp̄m ad prādium. Et dicit textus euāgelij, q̄ accesserunt publicani & peccatores, & discūbebant cū Iesu & discipulis suis. Quod uidentes pharisei inimici Christi murmurauerūt, & dixerūt discipulis Christi. Quare cum publicanis, & peccatoribus māducat magister uester? Rñdit xp̄s di. Non est opus ualentibus medicus, sed male hñtibus. Patet ergo quō Christus dicit se esse medicū, qui uenit ad curandū infirmos, iō dicit euāgeliū hodiernum, q̄ quidā hō leprosus uenit ad eum, ut sanaretur ab eo, hoc dicit thema. Ecce leprosus ueniēs. ſ. ad Christum medicum &c. Patet thema. In quo themate, ostenduntur nobis duo.

Primo nostra malicia criminalis, ibi, Ecce leprosus.

Secūdo uera medicina uirtualis, ibi, Veniens adorauit eum.

Quantū ad primū nota, q̄ lepra est terribilis, & horribilis infirmitas secum afferēs. vij. defect⁹ magnos. Iō signat septē pctā mortalia, ideo pct̄or dicit leprosus. Primus defectus est, qa inflat hoīem, Iō signat pctū mortale superbie, q̄ non est nisi inflatio cordis, qñ p̄sona cogitat genus suū, honores uel dignitates, officiū uel sciētiā cor inflat ad iupbiā ad intra, & statim seqt̄ pōpa & uanitas ad extra. Cōtra tales dicit scriptura j. ad Corin. v. Et uos inflati estis, & nō magis luctū habuistis. Humiles autē & simplices & pauperes gaudere p̄nt, quia in iudico statim cōputabunt cū xpo. Sed inflati sunt magni dñi & prelati q hñt magnū cōputum dare. Sapiē. vj. Iudiciū dirissimū in his q̄ presunt fiet. Exiguo enim concedit mia. Potentes aūt potēter tormēta patiētur. No. quō cuilibet qñ mori ñt iudicium durū, qñ dicit xp̄s. Redde rōnem uillicatiōis tue. Luc. xvj. Primo de cogitationibus cordis, de oīb⁹ malis desiderijs, inuidijs, odijs &c. Idē de oībus ỳbis ociosis, horis, de cibis, & idē de oīb⁹ opibus. Sed iudiciū duri⁹ fit, qñ nō solū de p̄sona sua, sed etiā de domo & familia habet dare rōnē, si sustinuit ribaldos, si fecit sū perfluitates, q̄liter nutriuit filios, & filias. No. j. reg. iiij. de Heli sacerdote, quia nō corripuit filios suos fuit plagat⁹ cū filijs & pp̄o, & fuerūt interfecti. xxx. milia & ultra. arca dei fuit capta, filij Heli in prelio occisi, ip̄e uero morte preuētus. Ex hortare, p correctiōe puerorū. Sed iudiciū durissimū fit qñ nō solū habet dare rōnē de p̄sona sua dño, sed ēt de oībus uasallis & subditis, de aīab⁹ sibi cōmissis. Iō dñi & magni p̄lati magis deberent flere quā gaudere & supbire. Iō dicit, & uos inflati estis. Secūdus defectus lepre est q̄ puocat sitim. Iō signat pctū auaritie, qm auar⁹ semper sitit, nec pōt satiari pecunia. Declarat iuxta similitudinē esu riētis, q̄ uidet mēsam abūdātē, & nō pōt comedere q nō satiat ex solo uisu, quia esca nō ītrat intus, ubi est esuries. Idē de esurie diuitiarū, q̄ est in corde quo nō ītrat pecunia, sed ponit in bursa uel tacea q̄ satiat, sed nō satiat cor auari, sed si auarus biberet unā grādē mensurā de auro uel argēto liquefacto tūc satiaret ne amplius sitiret. Ideo dicit scriptura Eccl̄s. v. Auar⁹ nō implebit pecunia, licet ip̄leat bursa, uel tacea auari. Et q amat diuitias, fructū. ſ. satietatis, nō capiet ex eis, qa nō intrat intro ubi est sitis. Ista est rō, quare maiores dñi sunt etiā maiores raptores, & p̄dones, sed si paup hō recipit aliqd dicitur latro & punit. Dic historiā de pirata capto ab Alexādro magno. Cui dixit, Ego q puo nauigio uictū quero uocor latro, sed tu qui cū magna classe capis totū mundū uocaris imperator. Qui cum fuisset dñs totius mūdi & audisset opinionem

nionē Democriti philosophi q̄ erāt. M. milia mūdorū, dixit Alexāder. Heu miser & adhuc nō acqsiui, nec possedi, nisi unū. hoc dixit, qa nō dū erat satiatus. Sed illi satiant q nolūt aliqd de mundo, nisi deū, iō Io. iiij. dixit xp̄s, Oīs qui bibit ex aqua hac. ſ. terrenali superbie sitiet iterū. ideo de auaro p̄t dici thema. Ecce leprosus &c. Tertius defectus lepre est, qa inficit cohabitātes, qa morbus est cōtagiosus, iō leprosi separant. Iō significat pctū luxurie, qa una p̄sona luxuriosa ītict & corrūpit aliā, quia una mala mulier uellet, q̄ oēs essent tales. Idē de ribaldo religioso presbytero uel laico. Idem de meretrice secreta, qñ sustinet in uico. Nota de illo qui intra annū. lxx. mulieres bonas fecit putanas. Quest̄io est utrum sine peccato possint sustineri a rectoribus cōmunitatum lupanaria? Respōdet Augu. q̄ sic di. Aufer meretrices de mūdo & totū turbabis libidinibus, q̄ intelligitur de lupanaribus cōmunibus. Secus de lupanaribus particularib⁹, que nō sunt in remediū, sed in laqueū. Ideo precipitur Nume. v. cuilibet dño & rectori. Locutus est dñs ad Moysen, di. Precipe filijs Israel ut eijciāt de castris oēm leprosum, & qui semine fluit pollutus q; est super mortuo. Tam masculum quam feminā eijcite de castris ne contaminēt ea cū habitauerint uobiscum. Nota quo modo precipit separari tres conditiōes personarū. ſ. leprosorū, & q semine fluit ut est meretrix, & pollutū sup mortuum, sicut sunt lenones ruffiani. oēs isti sunt eijciendi. xxiiij. q. iij. resecande. Alias rectores puniant cum ipsis. xvij. q. iiij. oēs. ubi dicit, q̄ pari pena sunt puniendi facientes, & cōsentientes, & prima allegata causa & quest̄ione. Resecāde sunt carnes putride, & scabiosa ouis, & caulis repellenda, ne. ſ. alie inficiantur & intereant &c. Quartus defectus lepre est, q̄ consumit humidum radicale in quo cōsistit uita humana, scilicet in humido & calido, ut dicit philosophus. Sicut in lāpade lumen durat quādiu durat oleum q̄ paulatim cōsumitur a lumine. Sic lepra inuidie paulatim cōsumit humidum radicale. ſ. charitatem in qua cōsistit uita grē, inuidendo proximo de honore, dignitate, & officio. Iō. j. Io. iij. Nos scim⁹ qñ translati sumus de morte ad uitam qñ diligimus. Fratres. Qui non diligit manet in morte. Hoc pctū est ualde magnū intantū q̄ solū hoc pctū est in demonibus. Nō est in eis superbia, put est ambitio honoris mūdani, nec auaricia, nec luxuria, & sic de alijs. Sed ītuidēt nobis, & tristant q̄ nos possidebimus illas cathedras glorie quas ipsi amiserūt, hac sola de cā tētat nos ut cum ipsis damnemur. Vnde sicut xp̄s de uirtute charitatis dicit xp̄ianis. In hoc cognoscent oēs, qa discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicē. Io. xiij. Sic diabolus potest dicere. In hoc cognoscent omnes, qa discipuli mei estis, si inuidiā habueritis ad inuicem. De ītuido potest dici the. Ecce leprosus &c. Quintus defectus lepre est q̄ reddit anhelitum fetidū, ꝓpter hoc p̄cipit deus, q̄ leprosus habeat os uestē cōtectū. Leui. xiij. Ideo significat peccatū gule. Gulosus ex nimia comestione uel comessatione habet anhelitū fetidū, qa crudū super indigestū corrūpitur. Si cibus debet ꝓficere, debet tres digestiones hr̄e, primam in olla, secūdam in ore masticādo, tertiā in stomacho, aſs corrūpit intus, & gñat multas infirmitates, nō solū in corpe, sed ēt in aīa. Nota quō ab Adā usq; ad Noe trāsiuerūt mille & qngenti anni, & gētes nō comedebāt carnes neq; pisces, sed solū fructus bibēdo aquā, & cū isto uiuebāt lōgo tp̄e. Nōgētis. xxx. annis. Noe uixit nongētis quinquaginta annis. Deinde post diluuium q̄ destruxit fructus, & aquas gētes inceperūt comedere carnes & pisces & bibere uinum, & gētes nō comedebāt nisi semel in die, scilicet in meridie. Tūc fuerūt dies hoīs. ccc. annorū. Gen̄. ix. Dein de tp̄e Dauid inceperūt cenare, & tūc diminuta est uita hoīs, dies annorū nostrorū in ipsis. lxx. anni &c. Et paulatim plures in die comedendo minuitur uita hominum. Ideo iuxta consilium Christi di.

Attendite ne grauent corda ura crapula & ebrietate. Luce.xxj. Nota crapula secu dum etymologiã. i. cruda epula. Dauid loquens de gulosis dicit. Sepulchrũ patens est guttur eorũ. ps. v. Ideo de gulosis potest dici thema. Ecce leprosus &c. Sextus defectus lepre est, q facit uocem raucã, ideo signat peccatũ ire, qm iracundus semp loquit inordinate & rauce & cõfuse. Prio cõtra deũ iurãdo & renegãdo &c. Nota hoc pessimũ uitiũ, ideo scriptura sctã dicit. Dne maledicti erunt qui contẽpserint te, & cõdenati erunt oes, qui blasphemauerint te &c. Thob. xiij. Nota tres modos bonos corrigẽdi hoc uitiũ. Primus ptinet ad parentes, ut corrigãt filios & nutriãt bene eos ne iurẽt, sed solũ per aduerbia affirmẽt &c. Secũdus ut quilibet ponat sibi aliquã legem, sicut ille qui quotiescunq; iurabat ponebat in quadam burla duos denarios pro eleemosyna. Tertius pertinet ad dnos tpales, siue rectores cõtatum, facere ordinationes, cum pena certa &c. Septimus defectus lepre est, q debilitat mẽbra corporis ad operãdum, ideo significat pctm acidie, quod debilitat mẽbra & aufert fortitudinẽ ad operandũ opa spualia. Dic quõ in sero ille qui nullũ lucrũ portat ad domum iudicatur, q fuit ociosus. Sic in sero mortis ille qui non portat aliquod lucrũ meritorium & bonorum operũ spiritualium, licet per totum tempus uite laborauerit in operibus mũdanis, iudicatur ociosus a Christo. Ideo mittitur ad hospitale pauperũ, scilicet ad infernũ, qa bonis tpalib⁹ depredant omnes in morte, primo ab uxore, secundo a filijs, tertio a scutiferis &c. Sed ille qui fuit diligens in operib⁹ spiritualibus dicet sibi Christus in iudicio, Euge serue bone & fidelis, quia sup &c. Mat. xxv. Si dicatur, ergo dimittam⁹ bona tẽporalia, dico q necessario non sunt dimittenda, sed sunt taliter facienda, q etiam quolibet die faciamus aliquid pro anima. s. orare mane & sero. Primo signando se &c. Oportet semper orare & non deficere. Luce. xviij. Nota semper. i. mane & sero distractiones, & ea q ei materiã prebẽt remouẽdo nõ se induendo, nec calciando &c. Nota etiã diligentiã ĩ hebdomada, mẽse & anno.

Dico secũdo q oñditur uera medicina uirtualis, qa ueniens adorauit eũ. Iste est modus curandi a lepra peccatorũ uenire ad xpm, quoniã peccator ex quolibet peccato mortali elõgatur a deo per unã magnam dietã, sed põt redire, & uenire ad deum in tribus passib⁹ quos xps fecit sanando illũ leprosum. Primo tetigit eũ manu sua. Secũdo dixit. Vade oñde te sacerdotibus. Tertio offer munus tuũ. Primus ergo passus, est cordis contritio, que ostenditur in tactu man⁹ xpi, qa nullus põt habere uerã cõtritionem, nisi tãgat a manu Christi. Ideo Ezec. iij. Abij amarus in indignatione spũs mei. Manus enim dñi erat mecũ confortans me. Quãdo quidẽ digiti hui⁹ man⁹ sunt quinq; motiua, que inducũt peccatorẽ ad cõtritionem. Secũdus passus est oris cõfessio, que oñditur ibi. Vade ostende te sacerdoti. Oñdit pctõr se sacerdoti, cui debet fieri cõfessio, qm reuelat sibi pcta sua accusando se & discooperit pcta sua, pp hoc dixit Christ⁹ leprosis, Ite oñdite uos sacerdotibus. Luce. xviij. Tertius est operis satisfactio, que oñditur ibi, offer munus tuũ. Nota quomodo p satisfaciendo pro peccatis, debemus offerre tria munera, scilicet tria bona que habemus, scilicet bona tẽporalia, animã rationalẽ, & corpus materiale. De prio debemus offerre deo mun⁹ eleemosynarũ. De secũdo munus deuotionis, oratiõis, & desiderij paradisi. De tertio munus ieiuniorum, abstinentie, & afflictionum. Isto modo sanabitur a lepra peccatorum mortalium. Ecce leprosus ueniẽs adorabat eum. Deo gratias.

Dñica. iij. post octa. epi. Ser. unicus.



Qvalis est hic, quia uẽti & mare obediunt ei. Mat. viij. Sermonẽ erit de sctõ euangelio, & cõtinet unũ magnũ miraculũ, qd fecit xps in mari ad cõfirmationẽ suorũ discipu

discipulorũ, ut oñderet se nõ solũ dñm terre ĩ qua iã fecerat plura miracula, sed ẽt maris. Sed prius saluteẽ uirgo Maria &c. Qualis est hic &c. Pro huius declaratione, & fundamẽto sermonis recitabo uobis miraculum ad literam, quod recitat euangelista Mat. in euangelio. Dicatur historia breuiter. Modo in hoc miraculo ostenduntur nobis quatuor uirtutes necessarie ad sciendum.

Prima est afflictio penitentialis.
Secunda est tentatio diabolicalis.
Tertia est subuentio misericordialis.
Quarta est dominatio uniuersalis.

De ultima dicit thema. Qualis est hic, qa uenti &c.

Dico prio, q in isto euãgelio oñdit afflictio penitẽtialis ibi, Ascendẽte Iesu in nauiculã secuti sunt eũ discipuli ei⁹. Hec nauicula ut dicunt sancti doctores est penitentia triplici rõne. Pria est, quia pnia ad instar nauis ĩ principio est stricta nõ assuetis ieiunare, nec orare, nec cilicium portare &c. stricta est, sed paulatim dilatat, qa qñ homo est iam assuetus nõ tñ grauat, sed in fine restringit. s. in senectute ꝓpter tediũ, sed nõ tñ ꝙtũ ĩ principio. Secunda rõ est, ꝓpter offm nauis. s. trãsfretandi & portandi merces, de una pria ad aliam. Sic nos pctores, cum naui pnie oportet nos trãsfretare de ista terra ad priam padisi, & portare illo merces meritorũ, ẏtutũ, & bonorũ operũ. lõ de pnia dicit scriptura sctã. Facta est quasi nauis institoris. i. mercatoris, quantũ ad formã, quo ad primũ. De lõge portãs panẽ suũ, quãtũ ad secũdum. Prouer. vl. Panes quib⁹ uiuemus in alio mũdo sunt merita, uirtutes, & opa spualia hic p nos fcta. Tertio rõne periculi, qa nauis, quã diu est in mari est in periculo magno. Eccl. xliij. Qui nauigat mare enarrat pericula eius. Ita de naui pnie, qm hoc magnum mare huius mũdi totũ est plenũ periculis. ij. Corin. xj. periculis fluminũ, periculis latronum, periculis ex gne, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus &c. In hac nauim pnie ascendit Christus in sua natiuitate, qa nõ in palatio, domo siue camera uoluit nasci, sed in stabulo ubi nõ habuit lectũ, nisi psepe bouis & asini. In qua naui nauigauit. xxxiij. annis semper cũ fortuna, & malo tpe, quousq; puenit ad portũ gliose resurrectiõis in die pasche. Et secuti sunt eũ discipli ei⁹, qa oẽs cũ naui pnie, trãsfretauerũt usq; ad portũ glie. Ecce quare dicit euãgelista. Ascẽdente Iesu in nauiculã diminutiue, quia pnia nia modica est respectu pctorum, q fecim⁹, & penarũ quas meruim⁹, & premiorũ q expectamus, iõ dicit scriptura sctã. Exiguo ligno credũt hoies aias suas & trãseũtes mare p ratẽ liberati sunt. Sapiẽ. xiiij. In ista pua nauicula pnie oportet nos seq xpm, qm alias null⁹ pctor potest saluari, q figurata fuit ĩ arca Noe. in qua q inuenti fuerũt liberati fuerunt ab aqs diluuij, alij aũt oẽs perierunt. Sic q exẽplo xpi & discipl⁹rũ suorũ ponũt te in nauicula pnie saluabunt. alias undis infernalibus inuoluunt. Lu. xiij. Dico uobis, nisi pniam feceritis oẽs sic peribitis. Nota sic, sicut illi qui nõ fuerũt ĩ arca Noe, sed illi q nauigãt cum nauicula pnie non priuant bonis glorie paradisi. Ber. Nõ priuabis illos, q ambulãt in innocẽtia, sed nec eos q ambulãt in penitẽtia, scilicet in paradiso. Dico secũdo q oñditur in euãgelio tẽtatio diabolicalis, cũ dicit, Ecce motus magn⁹ factus est in mari ita ut nauicula operiretur fluctib⁹. ipse uero dormiebat. Mũdus iste dicitur mare ĩ quo nauigat nauicula pnie, iuxta illud. ps. ciij. Hoc mare magnum & spaciosum manibus, illic reptilia, id est spũs maligni, quorũ nõ est numerus. s. diuersarũ tentationũ. Triplici rõne mundus dicitur mare. Prima propter crudelẽ deuorationẽ, quia sicut in mari pisces maiores comedunt & deuorant minores, sic in hoc mũdo maiores crudeliter deuorãt & destruunt minores. Nota q dicit beatus Tho. in postilla super Iob de illo magno pisce qui uocat cetus, q qñ uult comedere aperit os suum, & emittit anhelitũ odoriferũ, & pisces sequunt

odorẽ,

odorē, & sic absorbet eos. Sic est mūdus. spirat odorē delectabilē honorū, dignitatū, delitiarū &c. Et multi tentiētes hūc odorē sequūtur quousq; absorbentur a mūdo, & diabolo. O quales, & quot fuerūt deuorati, & cōsumpti hoc odore decepti. Aug. Ama scilicet, & absorbebit te, amatores enim suos uorare nouit, non portare. Isto modo magni pisces, id est, magni homines aperiūt os, & emittunt anhelitū odoriferū uerborū, & rationū coloratarū, ut populus sequat, & ab ipsis deuoret. Cōtra tales dicit xps. Nōne cognoscēt omnes qui operātur iniquitatē qui deuorant plebē meā sicut escā panis. ps. xiij. Nota nōne, id est, imo certe cognoscēt in die iudicij oēs, qui operātur iniquitatē, qñ Christus, & dns Iudex damnabit eos eternaliter, qui deuorāt plebē meā ipsam destruendo, & comedendo, sicut escā panis. Quia sicut panis est cib⁹ quotidianus, sic illi quotidie opprimūt, & deuorant plebē meā. Secūda ratio est ꝓpter inquietudinē, qa mare nūquā quiescit, sic iste mūdus inquietus, & undosus est, mō mūdani sunt alti p prosperitatē, modo bassi p aduersitatē, mō sani, mō infirmi, modo leti, mō tristes, modo diuites, modo pauperes &c. Mirabiles elatiōes maris. ps. xcij. Tertia ratio est ꝓpter piclitationē, quia sicut naues in mari, sic aie in hoc mūdo periclitant, imo periculosior est mūdus aīabus q̄ sit mare nauibus. Bern. In mari Marsilie decē nauib⁹ uix una perit, sed in mari huius mūdi de centū uix una saluat. De mari ergo mūdi dicit euāgelista. Mot⁹ magnus factus est in mari. i. in mundo. Per hūc motū intelligimus tēpestatē tētationū, quoniā sicut tēpestas quādoq; uenit a causa superiori. s. a stellis maxime erraticis, ut dicit Aug. qñq; a causa inferiori, qa ꝓcedit a ꝓfundo maris, quod feruet seu bullit, qñq; a causa media. s. a uentis. Ita tēpestas tētationū uenit illi, qui in naui est pnie. qñq; a superiori scilicet a deo ꝑmittēte ad ipsorū humiliationē, & gr̄e cōseruationē, sicut dicit Paulus de se. Ne magnitudo reuelationū extollat me, datus est mihi stimulus carnis mee angel⁹ Sathane, q me colaphizet. ij. ad Cor. xij. qñq; a cā inferiori. s. a carne inualescēte uel timente, sicut de Petro qui peccauit abnegādo xp̄m causa timoris. s. mortis. qñq; a diabolo instigāte, sicut de Iob. ij. Sathā a facie dñi egressus ꝑcussit Iob ulcere pessimo. Et dū penites sic tētat xps dormit. Nota q̄ xps in celo semper uigilat, qa semp btorū recordat, & eos semp docet. In inferno autē semp dormit, qa eorū oliuiscit, & punit. In nauicula autē pnie, qñq; dormit, qñq; uigilat, uigilat autē qñ in tribulationib⁹ adiuuat, sed dicit dormire, qñ penitētē exponit tribulationibus, & interim nauicula pnie iactat fluctibus, qa uetus tentationis diabolice est ei cōtrarius, & xps expectat, ut ipsum excitet di. Exurge quare obdormis dñe. Tertio ostēdit in sancto euāgelio subuētio misericordialis, ibi, & accesserūt, & suscitauerūt eū dicētes, Dñe salua nos perimus. Hoc est prīcipale remediū in mari in piculo existētiū in tēpestate, & aduersitate ualida, recurrere ad deū ofonibus deuotis, sicut legit Ion. j. q̄ naute primo clamauerūt ad dominum deū suū, secūdo ꝓiecerūt uasa in mari, tertio ꝓiecerūt Ionā ꝓphetā in mare, quarto uouerūt uota dño. Clamare ad deū est denotis ofonib⁹ ipsum excitare dicēdo. Exurge dñe adiuua nos, & libera nos ꝓpt̄ nomē tuū. Secūdo uasorū ꝓiectio est eleemosynarū largitio, & tēpaliū abiectio. Proiectio Ione in mare est filium dei nobis in mari tribulationis associare dicēdo, Dñe propter nos orta est hec tribulatio tēpestatis, qa ꝓpter odium diaboli cōtra deū insurgit cōtra nos. Vota facere, ut cōpleant, alias melius esset nō uouere. Ita debemus nos facere qñ in mari huius mūdi insurgit aliqua tēpestas siue generalis, siue particularis, debem⁹ facere, ut discipuli fecerūt, scilicet recurrere ad xp̄m p bona opera, & ipsum excitare dulciter deuotis ofonib⁹ dicētes. Salua nos perimus. Quarto ostēditur de dño Iesu Christo dñatio uniuersalis, ibi, Surgēs imperauit uētis, & mari, & facta est tranq

tranquillitas magna. Ecce dñatio uniuersalis, de qua Dauid. ps. lxxxviij. Tu dominaris potestati maris, motū autē fluctuū eius tu mitigas, scilicet imperādo, ut cessarēt, & statim cessauerūt sibi obediēdo tanq̄; dño uniuersali. Porro homines illi, scilicet qui erāt in naui mirati sunt dicētes. Qualis est hic, quia mare, & uenti obediūt ei, scilicet tanq̄; domino, & creatori. Placeat igit sibi remouere a nobis tēpestates, tribulationes, & pericula tam anime quam corporis, & det nobis tranquillitatem quietis, & pacis hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

Dñica. iiij. post oct. epi. Sermo unicus.

IN tempore messis dicam messoribus. Colligite primū zizania, & alligate ea in fasciculos ad cōburēdū, triticū autē cōgregate in horreū meū. Mat. xiij. Sermo noster erit de sancto euāgelio huius dñice, & habebimus multas bonas doctrinas, & instructiones morales, sed primo salutetur ꝫgo Maria. In tēpore messis &c. Pro introductione materie &c. Dicatur parabola euangelij ad literam. In qua parabola Christus ostendit tria de se, scilicet,

Humilitatem profundissimam.
Benignitatem dulcissimam.
Equitatem rectissimam.

De tertia dicit thema. In tempore messis dicā messoribus. s. equitatē iusticie mee. dico primo q̄ in dicta parabola xps ostēdit de se humilitatē ꝓfundissimā, qa cū xps sit rex regū, & dns dñantiū uoluit assumere formā, & officiū seruilis conditionis. s. seminatoris ꝓut ostēdit in principio parabole cū dicitur. Simile factum est reg. ce. &c. Glo. ecclesia militans homini qui seminauit bonū semē in agro suo. Cū autem dormirēt homines uenit inimicus eius, & superseminauit zizania ī medio tritici, & abijt. q̄ exposuit xps ad supplicationē apostolorū dicentiū. Edisere nobis parabolā zizaniorū agri. qui respōdens ait. Qui seminat bonū semen est filius hominis, ager est mūdus, bonū uero semē hi sunt filij regni, zizania autem sunt filij nequā, inimicus autem qui superseminauit est diabolus. Patet ergo humilitas xp̄i qui dicit se esse seminatorem qui in agro huius mundi seminauit bonū semen sanctarū psonarū, scilicet apostolorū, martyrū, cōfessorū, doctorū, uirginū, innocentū, & penitentiū. De q̄b⁹ dicit, Hi sunt filij regni. Secūdo seminauit semē sanctarū doctrinarū sancte fidei catholice, que cōsistit in xiiij. articulis quasi xiiij. granis. Sūt enim. xiiij. articuli si numerus articulorū sumat ex parte credibiliū, ut dicit beat⁹ Tho. iij. di. ij. q. j. ar. ij. Tertio seminauit semē uirtutū, scilicet humilitatis, mie, & castitatis, charitatis, abstinētie, patientie, & diligētie. Ideo de ipso dicit Luc. Exijt qui seminat seminare semē suū. Lu. viij. Ecce hic grauissima humilitas xp̄i, de qua dicit ap̄s. Qui cum in forma dei esset semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs in similitudinē hominū factus, & habitu inuētus est ut homo. ad Phil. ij. Cū autē dormirēt hoīes &c. No. q̄o dormiūt hoīes tripliciter. s. p ignorātiā intellectualē, per negligētiā spiritualē, p abundātiā criminalē. Cū sic dormirēt homines uenit inimicus, id est diabol⁹, & superseminauit zizania malarū doctriarū, scilicet errorū, falsarū opinionū, delitiarū terrenarū, superbie, auaricie luxurie &c. Dico secūdo q̄ in sancto euāgelio ostēdit in xp̄o sua benignitas dulcissima, qa nō statim uenit punire, nec occidere peccatores, nec dānare, sed uult eos ad pnīam benignissima expectare. Ad Ro. ij. Ignoras q̄m benignitas dei ad pnīā te adducit. Hec benignitas ostēdit in sctō euāgelio ibi. Cū aūt creuisset herba, & fructū fecisset tūc apparuerūt & zizania. Accedentes autē serui pfisfamilias, dixerūt ei, dñe nōne bonū semē seminasti in agro tuo, unde ergo habet zizania? & dixit, Inimic⁹ homo hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Vis imus, & colligim⁹ ea. Et ait. Nō. Ne forte colligētes zizania eradicetis simul triticū. Sinite utraq; crescere usq; ad messem. Serui patrisfamilias intelliguntur boni angeli, qui de bonis operibus nostris

stris gaudēt ī celis, ut dicit xp̄s. Dico uobis, q̄ gaudiū erit corā angelis dei ī celo super uno &c. Lu. xv. Per oppositū de malis opibus nostris tristant. Autoritas. Esa. xxxiij. Ecce uidētes clamabūt foris. Angeli pacis amare flebūt. Not. uidētes. s. mala opa nostra clamabūt foris. s. mala detestādo, q̄ qdē detestatio angelorū dicitur fletus ipsorū q dicūt xp̄o. Dñe nōne bonū semē seminasti in agro tuo &c. Hic patet benignitas xp̄i dulcissima in hoc q̄ nō cōcedit seruis suis eradicationē zizaniorū, ne triticū etiā eradicet, & pdat. Quoniā forte illi qui mō sunt ziza nia p pctū, & maliciā, aliquādo erūt triti cū p pnīam. Sicut patet de Paulo, qui ali q̄n fuit zizania p supbiā, infidelitatē, & crudelitatē cōtra ecclesiā xp̄i, q postmodū fuit optimū triticū. Idē de Mattheo p auariciā. Idē de Magdalena p luxuriā, & de multis alijs posset dici. Ecce benignitas dei dulcissima. Ideo dicit ipse. Nūqd uolūtatis mee est mors impij, & nō ut cō uertat a uijs suis, & uiuat. Ezec. xviij. Ecce hic patet nostra crudelitas q uellem⁹ q̄ inimici nostri perirēt statim. Dico tertio q̄ ostēdit xp̄s in isto euāgelio suā equitatē rectissimā, q̄n iuste, & recte iudicabit in die iudicij. De hoc dicit tertia pars euāgelij. In tēpore messis dicā messoribus. Colligite primū zizania, & alligate ea in fasciculos ad cōburēdū. Triti cū autē cōgregate in horreū meū. Tēp⁹ messis ut ipsemet xp̄s exponit, est cōsum matio seculi. Messores sunt angeli, qbus dicet xp̄s in die iudicij. Colligite primū zizania, qa tā boni q̄ mali portabūtur ad iudiciū per angelos bonos. Autor. Mat. xiij. Mittet filius hoīs angelos suos. Glo. bonos, & colligēt de regno eius oīa scā dala, & eos qui faciūt iniquitatē, quibus collectis, & a tritico, idest, a bonis separa tis dicet xp̄s. Colligite ea in faciscŭlos ad cōburēdū, & licet peccata ꝓpter que gētes dānanī sunt diuersa, tamē oēs, qui fuerūt participes in eodē pctō erūt etiā participes in eadē pena. Itē de oībus participātibus in eodem crimine fiet unus fasciculus, ut rbi gratia. Primo de oībus malis Imperatoribus, regib⁹, & principi bus, gubernatorib⁹, & rectoribus fiet unus fascisculus, imo erat magn⁹ fascis, & grossus. Secūdo de oībus malis prelatis q nō intrauerūt per portā, sed p manum regiā, uel p symoniam, & male uixerūt. Tertio de oībus religiosis, qui nihil tenēt quod uouerunt, nec de cerimonijs, imo fuerūt inobedientes ꝓprietarij, luxu riosi. Quarto de monialib⁹ fiet alius fascis. Quinto de malis presbyteris, & in honestis, qui nec dixerunt horas, sed ludūt ad taxillos, tenuerūt cōcubinas, fece rūt mercātias &c. Sextus erit de malis iu dicib⁹, aduocatis, iuristis, notarijs, qui di latāt litigia, deuorāt uiduas, & pauperes cōsumūt gētes. Septimus erit de auaris, usurarijs, latronibus, falsis mercatorib⁹. Octauus de illis, qui uiuūt in bānositati bus. Nonus de omnib⁹ luxuriosis, lenonibus, meretricibus. Decimus de omnibus mulieribus uanis, pōposis, que licet fuerunt caste, & honeste, ex illis tū pictu ris, & uanis ornamētis dānabuntur. Ecce quare Christus dixit in tēpore messis, id est, in die iudicij, dicā messoribus, id est angelis. Colligite primū zizania &c. Et cōcordat propheta Esa. di. Et congrega buntur in congregatione unius fascis in lacū unū, & clāudētur ibi in carcere. Esa. xxiiij. Tūc facta executione de malis, bo ni intrabūt ī possessionē regni celestis, cū dicitur. Triticū autem congregate in horreū meū, id est, in celeste gaudiū. Bo ni dicūtur triticū, quia ad instar tritici ha bēt interius candorē puritatis, exterius rubedinem charitatis, de quo dicit Chri stus. Dilectus meus cādidus, & rubicun dus. Cañ. v. Triticū autē congregate in horreū meū, id est gloriam. Ad quā &c.

Notabile de propinquitate temporis antichristi.

NOta propinquitatem tem poris antichristi, ex pa rabola zizaniorum agri. Matt. xiij. in qua Christus dixit. Cum dormirent ho mines uenit inimicus &c. Nota quod dormire contingit tripliciter.

Per

Per ignorantiam intellectualem.
Per negligentiam spiritualem.
Per abundantiam criminalem.

Quantū ad primū, p̄sonis rudibus ratio nē seu narrationē aliquā nō intelligē tibus solemus dicere dormitis, qa ad mo dū dormientiū habēt oculos intellectus clausos, cōtra qd̄ petebat Dauid. p̄s. xij. Illumina oculos meos ne unquā obdor miā in morte, neq̄n dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Dabat ergo xp̄s intelligere q̄ cū homines intellectualiter ignorarēt, singulariter ecclesiarū ma gistri secūdū Hiero. tūc ueniret antixp̄s. Sicut dormiētibus turriū speculatorib⁹ uenit inimicorū exercitus. Esa. lvj. Oēs bestie agri uenite ad deuorādū, uniuer se bestie saltus. Speculatores eius ceci oēs nescierūt, uniuersi canes muti nō ua lētes latrare uidētes uana, dormiētes, & amātes somnia, & canes impudētissimi nescierūt satyritatē, ipsi pastores ignora uerūt intelligentiā. Secūdo dicūtur ho mines dormire per negligētiā spiritua lē. De negligētibus, & tepide operātib⁹ solet dici, q̄ dormiūt, quia ad modū dor mientiū agendorū curā postponūt. Cōtra qd̄ dicit. p̄s. cxx. Nō dormitabit neq; dormiet qui custodit Israel. Dabat ergo xp̄s intelligere, q̄ cū homines circa spiri tualia negligēter se haberēt, tūc ueniret antixp̄s, sicut dormiētibus custodiētib⁹ domos ueniunt latrones. Ezech. xxxviij. Hec dicit dñs. s. ad gog, id est antichristū ad literā. In die illa ascēdēt sermones su per cor tuū, & cogitabis cogitationē pes simā, & dices ascendā ad terrā absq; mu ro, ueniā ad quiescētes habitātesq; secu re. Hi oēs habitant sine muro, uectes, & porte non sunt eis, Hic ostenduntur sig na euidētia tēporis antichristi. Murus potest itelligi clerus. Et huius mūdi tur res sunt prelati. Porte sunt religiosi. Ve ctes autē sunt clerici, & econuerso. Quā do ergo Christianitas habitabit quiete in peccatis absq; muro, id est, custodia prelatorū signum est antichristi, Ezech. xxij. Quesiui de eis utrū qui interpone ret sepem, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparē eā, & non inueni. Et effudi super eos indignationē meā. Et sic erūt tēpore antichristi absq; portis & uectibus, id est, sine documētis euangelicis, & consilijs apostolicis. Threñ. ij. Defixe sunt in terra porte eius, perdidit, & cōtriuit uectes eius. Tertio dicuntur homines dormire per abundantiam cri minalē. Existētes enim in peccato mortali, uel in statu peccati mortalis dicūtur dormire, quia ad modū dormientiū nō negotiātur, scilicet per meritū uite eter ne, ideo quilibet talis excitetur ad Eph. v. Surge q dormis, & exurge a mortuis. Dabat ergo Christ⁹ intelligere quod cū homines peccatis grauissimis abūdarēt, tū ueniret antichristus sicut infirmis re gimen medici non tenentibus aduenit mors. Mat. xxiij. Quoniā abundabit ini quitas, refrigescet charitas multorū. Et subditur. Tunc ueniet cōsummatio &c.

Dominica in septuagesima. Sermo j.

MVlti sunt uocati pauci uero electi. Mat. xx. San ctum euangelium hodier num in summa continet tres altas, & subtiles ma terias theologie, scilicet,

Vocationem gratie.
Donationem glorie.
Distinctionem uite.

De his tribus dicit sermo nf. & de tertio loquif thema. Multi sunt uocati pauci ue ro electi. uerbū est terribile, sed uerū. Di co primo q̄ in sancto euāgelio hodierno ostēdit uocatio gratie. s. q̄n deus sua bo nitate uocat p̄sonas ad bonam uitā, & ad suā gratiā sine p̄cedētibus meritis crea ture, de hoc dicit Petrus apostolus. Deus oīs gratie. s. dator q uocauit nos in eter nā suā gloriā. j. Pet. v. Modū huius uoca tionis, & diuersitatū differentiā declarat euangeliū in parabola di. Simile est re gnū celorum homini patrifamilias &c. Vbi ponit quinq; differētias huius uoca tionis ad bonā uitā, & penitētiam ad suā gratiā, sicut sunt quinq; etates principa les hominis siue mulieris, & quidam uo cantur hora prima, quidam hora tertia,

Hora

Hora prima est pueritia, quia tūc incipit claritas diei, sic in pueritia incipit claritas discretionis ad discernendū inter bonum & malū, & homo incipit habere uerecūdiam & deuotionē, & cauere a peccatis. Tales uocantur a Deo hora prima. Hora tertia dicit adolescētia a.xv. annis usque ad.xxv. quia tūc ad instar solis magis ostendūt claritatē discretionis & deuotionis, qñ in tali etate recedūt a peccatis & incipiūt bonam uitā, uocantur a Deo hora tertia. Alij uocātur a Deo hora sexta &c. sicut iuuenes qui ad instar solis sunt in flore iuuentutis & in feruore iuuētutis corporalis, qñ tales cōuertuntur ad Deū, uocant a Deo hora sexta. Hora.ix. est senectus, qñ homo ad instar solis iam inclinat uersus terrā, qñ tales in illa etate uocant uel cōuertunt ad Deū & ad pnīam uocant hora nona. Hora.xj. uocat hora uesperatū, & hora.xj. est decrepitus, qñ in tali etate conuertunt ad Deū dicunt uocati ad Deum hora.xj. qñ cōuertunt de peccatis, restituunt, remittūt iniurias, cōfitentur &c. Ecce uocatio gratie ī qualibet etate, sed prima est melior. De qua Hiere. Bonū est uiro cū portauerit iugū dñi. iugum. s. obedientie ad pceptū Dei ab adolescētia sua. Thre. iij. Ratio qñ qui in adolescētia se dant peccatis & male uite, postea cū magna difficultate possunt cōuerti & redire ad Deū quia consuetudo est altera natura. ideo Hiere. xiij. Si mutare pōt ethiops pellē suā aut pardus uarietates suas, & uos poteritis bene facere cum didiceritis malū &c. Et cōcordat uersus poēte di. Qui nō assuescit uirtutibus dū iuuenescit, A uitijs nescit desistere qñ senescit. ideo dicit scriptura sancta, Adolescens iuxta uiam suā, etiam cū senuerit non recedet ab ea. Prouer. xxij. Moraliter. Dic quomodo est magnū peccatū patris & matris si filij sunt male nutriti, qñ uirga tenera leuiter potest dirigi &c. Iuxta similitudinē boni hortulani qui nutrit & ordinat arbores bene. aīs si sint curue & male ordinate est culpa sua, ideo uos de matrimonio estis hortulani qui plantatis arbores in horto ecclie. ideo &c. Dic quomodo filij sunt nutriendi ne iurent per Deū, nec per sanctos, sed ut affirmēt per aduerbia, & qñ erunt magni tūc nō erunt iuratores nec blasphemi &c. Nota hoc uitū & dic exēplū sancti Ludouici Regis Frācie. Hic em quadā die quēdā blasphemantē audierat quē in labijs ferro calido cauterizari precepit. Vellem inquiens in labijs meis hāc indecentiā sustinere dūmodo hoc uitiū blasphemie pessimū de regno meo penitus tolleretur &c. Digni sunt morte nō solū qui ea faciūt, sed etiā q cōsentiūt facientibus. ad Ro. j. glo. Aug. Cōsentiūt facientibus q deberēt corrigere & nō faciūt. Primum ptinet ad parētes. secundū ad seipm. tertiū ad dños & rectores cōitatum. Nota tres cōditiones gētiū q nō deberēt iurare, sed deberēt semp esse parati ad mortē. s. clerici, marinarij, & hoīes armorum q quotidie sunt in periculo mortis, & tñ isti sunt cōiter peiores, ideo dicit aplūs parentibus ad Ephe. vj. Patres nolite ad iracūdiā. s. Dei prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina & correctione dñi. Dico secūdo q in sancto euāgelio ostendit donatio gr̄ie, quia ideo Deus dat alicui suā gr̄am, ut det sibi finaliter suā gloriam, quia gratia est dispositio ad gloriā habendā. Dauid. ps. lxxxiij. Quia misericordiā & ueritatem diligit Deus gr̄am & gr̄iam dabit dñs. Nota bene istā declarationem reddēdo singula singulis, quia a permutata ꝓportione ut dicūt logici bene ualet argumētū. Quia Deus diligit mīam dabit gratiā, quia magna est Dei mīa, ideo peccatori penitēti dat gr̄am. Et quia ueritatē diligit Deus ideo gr̄iam dabit dñs, qa ipse ꝓmisit dare gloriā penitētibus. Modū donationis gr̄e declarat euangeliū hodiernū di. Cū sero autē factū esset, dixit dñs uinee procuratori suo. Voca operarios & redde illis mercedē. Incipiens a nouissimis usq; ad primos &c. ubi fuit ordo preposterus. unde dicit. Erunt nouissimi primi & primi nouissimi. Nota tres declarationes huius uerbi, Erunt nouissimi primi.

Prima

Prima secūdū durationē temporalē.
Secūda secūdū cōditionē mūdanalē.
Tertia secūdū affectionem cordialē.

De prima sciendū q Deus diuisit tēpus, quia est tps laborādi in isto mūdo in bonis opibus. s. pnīe, mīe, iustitie &c. ī alio mundo est tps quiescēdi illis qui hic laborauerūt. Autoritas. Omnia tps habent & suis spacijs transeunt uniuersa sub celo. Tempus nascēdi, & tēpus moriendi. Tēpus plantandi, & tēpus euellendi qd plantatū est. Tēpus flendi, & tēpus ridēdi. Tēpus plangēdi, & tēpus saltādi &c. Eccles. iij. Ideo xps, Beati qui nūc fletis, scilicet per pnīam, quia ridebitis per gloriā. Luc. vj. Modo in hoc mūdo sunt quidam primi. s. ad gratiā Dei habēdā. Quidā uero nouissimi, q tñ nouissimi erūt primi in gloria. sicut patet de beato Petro qui prius in tpe fuit uocatus ad gratiā Dei & apostolatum q̄ Stephanus, & tñ Stephanus fuit primus in gloria beneper. xxx. annos anteq̄ Petrus. Ecce qūo secundū durationē tpalem sunt primi nouissimi & nouissimi primi. Idē potest dici de sancto Andrea & de latrone. Moraliter habet hic doctrina de filijs uestris paruis post baptismū decedētibus q fuerunt nouissimi ad gratiā q̄ parētes. Ideo illi nō sunt flendi sed adulti ribaldi. &c. Ideo aplūs. j. ad Thes. iiij. Nolumus uos ignorare de dormientibus. i. innocentibus quiescētibus, ut nō cōtristemini &c. Secūda declaratio est secundū cōditionē mūdanalē. De cōditionibus mūdi est q illi qui sunt diuites honorati, in proꝑeritate cōstituti elonganī a Deo, quia nimis diligūt diuitias, honores &c. Ideo quasi plāgēdo dicit dñs. Dilectus meus, idest, xpianus ītrassatus impinguatus dilatatus dereliquit Deū factorē suū & recessit a Deo salutari suo. Deut. xxxij. sed aduersitas facit oppositum, quia facit cōuerti gentes ad Deū, qñ tribulati & afflicti sunt. Autoritas Grego. Mala que nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Modo iuxta conditionē huius mūdi persone diuites magis honorantur & sunt primi in omni loco tam in ecclesia q̄ in platea, tā in mensa q̄ in uia. pauperes uero sunt nouissimi, quia modica mentio fit de ipsis. Sed in alio mūdo fit totū oppositū, quia pauperes qui sunt nouissimi in isto mūdo, in alio mūdo erūt primi. s. in paradiso. Diuites uero qui in hoc mūdo sunt primi, in alio erūt nouissimi. s. in inferno, sicut patet de diuite epulone, & de paupere Lazaro. Luc. xvj. Tertio declarat uerbum ꝓdictū secūdū affectionē cordialē. Nā doctrina est theologie qd meritū essentiale & gloria essentialis magis rñdet habitui charitatis ad intra q̄ operib⁹ ad extra. Verbi gratia. Si unus qui facit multa bona opera. & alius qui non facit tot bona opera, sed habet maiorē charitatē q̄ alter & est magis feruēs in corde, talis habebit maiorē gr̄iam celestē uel essentialem q̄ alter qui facit multa bona opera. Vnde maiorē gr̄iam essentialem habet beatus Martinus de martyrio desiderato q̄ unus martyr de martyrio consummato, licet ille habeat aureolā & non beatus Martinus. Augu. Nō numerositas operū, nō diuturnitas tēporū, sed maior charitas meliorq; uoluntas auget meritum. Hoc modo sunt multi nouissimi primi, & ecōuerso. Qñ sunt multi religiosi qui in nouiciatu seruant regulā &c. & qñ sunt professi totū dimittūt. Idē de sacerdotibus nouis qui sunt deuoti &c. sed paulatim efficiuntur indeuoti & mali, & sic efficiunt nouissimi. Sunt aliqui q incipiūt simpliciter bonā uitā & deuotā & cōtinue augmētāt, & sic isti q erāt nouissimi augmentādo erūt primi. Ideo aplūs ad Philip. j. Oro ut charitas uestra magis ac magis abundet in omni sciētia & in omni sensu, ut probetis potiora ut sitis sinceres sine offensa. Nota sinceres in charitate &c. Dico tertio q in sancto euangelio ostēditur distinctio uite cū dicitur. Multi sunt uocati pauci uero electi. Sed autoritas in oppositū de beato Ioāne euāgelista cui Deus reuelauit gloriā, q dicit, Vidi turbam magnā quā dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & populis & linguis stātes ante thronū Dei &c. Apo.

vij. Quomõ ergo dicit xps, Multi sunt uocati &c. cũ sint innumerabiles secundũ Ioã. Hoc cõcordatur sic p distinctionẽ. Quoniã de electis possumus loqui dupliciter, scilicet absolute uel cõparatiue. Si uolumus loqui absolute, sic sunt multi, sicut dicit Ioã. Si autẽ uolum⁹ loqui de electis cõparãdo ipsos ad dãnatos, sic pauci sunt electi respectu damnatorũ. Sicut de manu plena arena in qua sunt multa grana absolute, & pauca cõparatiue respectu illorũ que sunt in litore. Sic genus humanũ propter multitudinẽ cõparatur arene, ut patet in promissione facta Abrae cui dixit dñs, Multiplicabo semẽ tuum sicut stellas celi, & sicut arenã que est in litore maris. Geñ. xxij. De qua Deus accepit manũ plenã, quia iustorum aïe in manu Dei sunt. Sap. iij. qui absolute sunt innumerabiles, ut dicit sanctus Ioãnes, sed respectu dãnatorũ quasi nihil sunt. Not. quod antiquitus multi dãnabant, & solũ Iudei saluabant, & non oẽs, sicut modo saluant solũ xpiani, & non oẽs. hoc maxime apparebit in die iudicij, qñ oẽs erimus in illa magna platea. electi ad dexterã, dãnati ad sinistrã. De hoc propheta Esaias ponit duas cõparationes di. Quomodo si pauce oliue q̃ remãserũt excutiant ex oliua & racemi, cũ fuerit finita uindemia. Hi leuabũt uocẽ suã atq; laudabũt, cũ glorificatus fuerit dñs, hinniẽt de nari &c. Esaie xxiiij. Queritur unde est p plures dãnent q̃ saluent. Dicit em S. Tho. j. par. q. lx. ar. ix. ad primũ, p plures angeli permanserũt q̃ peccauerũt. Sed in hominibus plures oppositũ uerũ est. Dicũt em p uerbum philosophi dicẽtis, p malũ est ut in pluribus, bonũ ut in paucioribus, intelligendũ est quo ad hoïes in quibus malũ cõtingit ex hoc p sequunt bona sensibilia que sunt pluribus nota, deserto bono rationis quod paucioribus notũ est. In angelis autẽ non est nisi natura intellectualis. Vnde nõ est similis rõ de angelis & hominibus. Hec S. Tho. Que est igitur ratio p plures hoïes damnentur q̃ saluentur? Rñsio p est malitia uoluntatis eorum qui possent saluari si uellẽt & nolunt accusando diuinã predestinationem dicẽtes, p nõ põt deficere, cum tũ non cogat aliquẽ, nec auferat liberũ arbitriũ, sicut mea sciẽtia & unsio p estis hic, non cogit uos esse hic. De hoc auctoritas. Eccl'ia. xv. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu cõsilij sui. adiecit mãdata & precepta sua. Si uolueris mãdata seruare, conseruabunt te. Apposuit tibi ignem & aquam, ad qd uolueris porrige manũ tuã. Ante hoïem uita & mors, bonũ & malum, qd placuerit ei dabitur illi &c. Si dicatur, si illud qd placet homini datur, ergo oẽs ibim⁹ ad paradisum, quia oẽs uolumus ire illuc. Rñsio. hoc nego, quia licet uerbo oẽs uelint saluari, non tũ opere seu de facto, sicut de illo qui dicit se ire Bonnã, & recipit uiã Nuscie. Sic superbus uerbo dicit se ire ad paradisum, sed de facto recipit uiã inferni. & sic de alijs. unde nõ dicitur uoluntas, sed uelleitas, ut dicit sanctus Tho. Ideo Apostolus. Hoc bonũ est & acceptum corã saluatore nostro Ieſu, qui uult oẽs homines saluos fieri j. ad Timo. ij. Sed homines nolunt saluari. Et licet uoluntas Dei sit efficacior, tamẽ nõ uult cogere aliquẽ ut uadat ad paradisum, sed dat nobis tribulationes & aduersitates, ut cõuertamur, sicut bonus pater qui alapis facit ire filium ad scholas &c. Sic Deus &c. Patet ergo distinctio uite quomodo aliqui uolunt ire ad paradisum, aliqui non. ꝓpter quod dicit xps, Multi sunt uocati, pauci uero electi.

Dñica in septuagesima. Sermo. ij.

QVod iustum fuerit dabo uobis. Matth. xx. Pro huius uerbi declaratione iuxta intellectũ quem uolo pertractare, sciendũ, p Deus in principio fecit creaturas in triplici gradu siue differentia, quasdam fecit omnino spirituales, ut sanctos angelos qui sunt substantie pure spirituales. De quibus Psal. ciij. Qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignẽ urẽtem &c. Aps autem dicit. Qui facit angelos suos flammam ignis. ad Hebre. j. Quia ad instar flãme angeli semper tendunt sursum ad Deum, quia nullum habẽt retractoriũ siue retardatiuum, sicut nos retrahit corpus. Sap. ix. Corpus qd corrumpitur aggrauat animã. Ideo xps Luc. vl. Spiritus carnẽ & ossa nõ habet. In angelis enim non est materia ꝓprie, ut dicit S. Tho. j. par. q. l. ar. ij. & primo scrip. dist. viij. &. ij. distin. iij. & in multis alijs locis idem dicit, ut in de potentia. & in quolibetis quolibeto iij. &. viij. & in summa cõtra gentiles. Hoc idem di. Dionysius. iiij. c. de diui. nominibus, p prime creature sicut incorporales, ita & immateriales intelligunt. Huius ueritatis contrariũ Auicebro autor libri fontis uite asseruit & irrationabiliter. Cui⁹ errorem S. Tho. ubi. s. efficaciter cõfutat, scilicet in. j parte. q. l. art. ij. in corpo. arti. Secũdus gradus creaturarũ est oĩno corporaliũ, ut sunt animalia irrationabilia, que sunt corruptibilia nõ solũ q̃tum ad corpus, sed etiã q̃tum ad aïas eorũ q̃ educuntur de potentia materie. Geñ. j. Producat terra animã uiuentẽ dixit De⁹ qñ uoluit facere animalia. Ideo totũ moritur. Pro dicti intelligentia nota, p anima brutorum, siue sensitiua non est subsistens, ut dicit S. Tho. j. parte. q. lxxv. ar. iij. per totum. & nullo modo est hoc aliquid, ac nullã habet per se operationẽ, & traducit cũ semine, & nõ est per creationẽ, qua etiã ex causa anime brutorũ desinũt esse corpore corrupto. Autori. Cuncta. s. animalia subiacent uanitati, & oĩa pergunt ad unum locum, de terra facta sunt & in terra pariter reuertuntur. Eccles. iij. Et sicut angeli omnino tendunt sursum ad Deũ, per oppositũ aïalia tendũt deorsum ad terrã, quia nihil habẽt spirituale. Tertius gradus creaturarũ quasi epilogãdo est homo, q est cõpositus de materia corporali q̃tum ad corpus in quo est similis iumẽtis, & spiritua li q̃tum ad aïam, in qua est similis angelis. Quoniã aïa rõnalis nõ educit de potẽtia materie, ideo est immortalis ut angeli. Quod aïa rõnalis sit incorruptibilis probat S. Tho. j. par. q. lxxxv. art. vj. & ij. di. xix. ar. j. &. ij. cõtra gẽtiles. c. lxxviij. &. lxxix. Geñ. ij. Formauit Deus hoïem de limo terre q̃tum ad corpus, & inspirauit in faciẽ eius spiraculũ uite q̃tum ad animã, ac si angelus a Deo mitteretur in corpus de luto formatũ ut ipm regeret & gubernaret. Ideo q̃tum ad corpus moritur homo ut iumentũ. Eccl's. iij. Vnus est interitus hoïm & iumẽtorũ, q̃tum ad corpus, ut dicit S. Tho. j. parte. q. lxxv. ar. vj. in solutione ad primũ. Sed anima est immortalis, & qñ corpus moritur, uadit ad Deũ reddere rationẽ. reuertatur pulus in terrã suã unde erat, & spiritus redeat ad Deũ qui dedit illum. Eccl's. ulti. Sicut miles cui rex commisit castrum in medio inimicorũ, qui si bene custodierit castrũ, premiabit a rege, als punitur. Sic corpus ad instar castri cõsistit in medio inimicorũ, in qd Deus mittit spiritũ tanq̃ militẽ ad custodiendũ, ne p portas sensuum corporaliũ intrent inimici. Quod si bene custodit, ꝑmiabit in morte, als punit tanq̃ proditor & peccator. Aps. Statutũ est omnibus hoïbus semel mori q̃tum ad corpus, & post hoc iudicium, quantum ad animam, ad Hebr. ix. In quo iudicio dat rationem de gubernatione corporis. De quo iudicio dicit Christus in themate. Quod iustũ fuerit dabo uobis, scilicet in illo iudicio. Patet thema. Secundũ Augu. in libro de cura pro mortuis agenda sunt tres gradus decedentium siue morientium.

Quidam sunt boni perfecte.
Quidam sunt mali peruerse.
Quidam sunt boni mediocriter.

Cuilibet istorũ dixit Christus in them. Quod iustum fuerit dabo uobis. Dico primo p de morientibus quidam sunt boni perfecte, sicut sunt persone que licet peccauerint aliquãdo, tñ pro tpe redierũt ad Deũ, conuertunt de peccatis, cõfitent nõ solũ semel in anno, sed in oĩ hebdomada &c. & sic de alijs bonis intũ p si eorum mala & peccata ponerentur in statera diuine iustitie, & bona in alia, multo plus ponderarent bona q̃ mala.

Tales dicunt boni perfecte, quib⁹ dicit Christus, Quod iustū fuerit dabo uobis. Quia qñ tales decedunt statim dat illis Christ⁹ gloriā paradisi sine purgatorio, quia iam habuerūt hic purgatoriū. Autoritas. Si impius egerit penitētiā ab omnibus peccatis suis que operatus est, & custodierit omnia precepta mea, & fecerit iudiciū, & iustitiā, uita uiuet, & nō morietur. Ezech. xviij. Nota si impi⁹, id est, pessimus, & abominabilis peccator penitentiā egerit de oībus peccatis suis saltem mortalibus q̄ cōnexa sunt, nec uni⁹ sine altero fit remissio, ut dicit sanctus Thom. in prima secūde. q. lxxiij. art. j. & iiij. dist. xvj. q. ij. art. j. q. ij. Et custodierit omnia precepta mea, scilicet in uolūtate proponēdo custodire, qa dicit philosophus q̄ recessus a termino a quo, scilicet a peccatis est accessus ad terminū ad quē, scilicet bona opera. Et fecerit iudiciū, scilicet in cōfessione. Ideo cōfessor debet sedere, reus est peccator, ideo debet se accusare seruata ueritate. Et fecerit iustitiā, scilicet seruādo penitentiam iniunctā, uita uiuet, & omniū iniquitatū eius quas operatus est non recordabor, scilicet ad puniendū. Ezechie. xxxiij. Oia peccata eius que peccauit nō imputabūtur, scilicet ut puniātur iterū, sed qđ iustum fuerit dabo uobis, q̄tum ad gloriā. Qualiter autē dat gloria personis perfectis, & bonis hoc declarat per quādā autoritatē allegorice sumptā. Exodi. xxiij. Ecce ego mitto angelū meū qui precedat te, & custodiat in uia, & introducat in locū quē preparaui. Doctrina est theologie q̄ angelus malus uenit in morte cuiuslibet, etiā in morte xp̄i uenit lucifer qui uolēs capere animā xp̄i posuit se in brachio crucis, sed a xp̄o capt⁹ fuit, & ligat⁹ in inferno usq; in finē mūdi. Hoc dicit expresse Beda super Thobiā ca. vj. ubi dicitur q̄ Thobias exiuit, ut lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandū eum. Sed apprehendit brāchiā eius, & attraxit eū in siccum &c. Et exponit ipse de morte Christi, qa tūc Christus lauit pedes peccatorū, & exiuit piscis immanis, scilicet diabolus, sed apprehendit brāchiam eius potestatē pristi nam diripiēdo. De hoc dicit Christ⁹. Venit enim princeps mūdi huius, & in me nō habet quicq̄. Io. xiiij. Ex hoc habet doctrina clara q̄ diabol⁹ uenit in morte cuiuslibet. Ad hoc fuit exempta sola uirgo Maria de gratia speciali, ideo xp̄s mittit in morte angelū bonū. Ideo dicit, Ecce ego mittā angelū meū qui precedat te, scilicet egrediētē de corpore, qui ponit se ad dexterā, persona autē si sit bona, & perfecta, statim sentit ibi presentiā boni angeli, licet ipsum nō uideat, qa caro impedit, sed anima a carne separata statī uidet ipsum, & cognoscit, & angel⁹ malus stat ad sinistrā qui reprehēdit a bono dicēs. Quid uis tu hic? Rūdet, spero &c. Iō do uobis optimū cōsiliū faciēdi orationē angelo custodienti quolibet die. Pro dicti intelligētia nota quod dicit sanct⁹ Tho. in. j. parte. q. lxxxix. art. ij. q̄ anime separate cognoscunt se mutuo, & angelos, diues aūt in inferno posit⁹ uidit Lazarū, & Abraam. Et si loquamur de naturali cognitiōe aīe separate, tūc habet perfectā cognitionē de alijs aīab⁹ separatis, sed de angelis imperfectā, & deficientē. Cuius rationē sanctus Thom. ubi. s. assignat, qa mod⁹ aīe separate est infra modum substātie angelice, id est, cōformis modo aliarū aīarū separatarū, mō sic aliquid intelligit secūdū q̄ est in intelligēte. Est autē aliqd in altero per modū ei⁹ in quo est, igit aīa separata habet pfectā notitiā de alijs aīabus separatis, & imperfectā, & deficientē de angelis loquendo de cognitione naturali anime separate. de cognitione autē glorie est alia ratio. Et dicit sanctus Tho. in solutione ad primum q̄ aīa separata quodāmodo est liberior ad intelligēdū quā cōiūcta inquātum p grauedinē, & occupationē corpis a puritate intelligentie impedit, & ideo separata cognoscit angelos, sed nō cōiūcta. Secūdo dicit, & custodiat te ī uia, scilicet, ab hinc usq; ad celū, q̄ est in uia longissima. Et secūdū docti inā cōem dem ones sunt in media regiōe aeris, qui erūt ibi usq; ad iudiciū custodiētes passum, q sunt ut atomi in radio solis. Ideo aīa indiget custodia, & securitate angeli boni. De hoc Dauid. Angelis suis deus mandauit de te, ut custodiāt te in oīb⁹ uijs tuis. ne forte offendas ad lapidē, id est, duritiā malorū spirituū. ps. xc. pro dicti intel ligētia nota secundū sanctū Tho. j. parte q. lxiiij. art. iiij. quo querit utrum aer iste sit locus penalis demonū, q̄ demonib⁹ duplex locus penalis debet, scilicet aer caliginosus causa exercitādi hoīes usq; ad diem iudicij, & infernus rōne culpe, & pene, uerū etiā eorū aliqui nūc in inferno sunt ad torquēdū eos quos ad malum induxerūt, sicut & aliqui boni angeli sunt cū animabus sanctis in celo. Sed post diē iudicij omnes mali tam hoīes q̄ angeli in inferno erūt, boni uero in celo. Hec sanctus Tho. ubi. s. Tertio dicit, & introducat ad locū quē preparaui. De quo dicit xps apostolis. Vado uobis parare locū. Io. xiiij. Portarij qui custodiūt portā, sunt Michael pro angelis, & beat⁹ Petrus pro hominibus. Et angelus introducit animā sanctā. Cui fit magnum gaudium in qualibet platea angelorū. ideo Christus dicit. Factū est, ut morere mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrae. Lu. xvj. Nota ut portaret ab angelis. O qualis honor est anime ita coronari a Papa Iesu. Autoritas. Sap. v. Iusti imperpetuū uiuēt, & apud dñm est merces eorū, & cogitatio illorū apud altissimū. ideo accipiēt signū decoris, & diadema speciei de manu dñi, ergo quod iustum fuerit dabo uobis. Quoniā iustitia magna est ex quo homo se dat ad seruiēdū deo, q̄ ipse det homini suā gloriā. Dico secūdo q̄ quidā sunt mali peruerse, sicut illi qui sciūt se tenere malā uitā pleni superbia, pompa, & uanitate. Idem de alijs peccatis, qui oculis apertis uadūt ad infernum, & nolūt conuerti nec redire ad deum. Tales quādo moriunt in puncto, descendūt ad infernū, tam graue est on⁹ peccatorū quibus grauātur. Iob. xxj. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ecce quare dicit,

quod iustum fuerit dabo &c. Grego. Ad magnā iustitiam omnipotētis dei pertinet, ut nunquā in alia uita careat supplicio, qui in hac uita noluit carere peccato. Questio. Diceret aliquis nō uidet iustitia q̄ pro peccato temporali, uel momentaneo homo puniatur eternaliter, sed iustitia esset si tantū pro quāto. iuxta illud. Pro mēsura peccati erit & plagarū modus. Deut. xxv. Itē Apoca. xviij. Quātum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentū, & luctum. Quomodo ergo erit iustitia q̄ puniātur sine fine, non est ibi tantū, & quantū, nūquid sufficeret q̄ si per diem peccauit quis, q̄ per diē puniat, si per mensem per mensem, si p annū &c. Respōsio, q̄ illa ratio procedit ex ignorātia, uel inaduertētia, supponēti q̄ quando peccator morit, q̄ peccatū finiatur, imo tūc magis in peccato obstinatur uel cōfirmatur, & quia illa obstinatio durabit eternaliter in peccatore, ideo etiā pena erit eterna. Quādiu anima est cōiuncta corpori, recipit cōditiones corporis, & corpus etiam recipit cōditiones anime. Corpus recipit ab anima, ut loquatur, ratiocinetur, operetur, ambulet &c. quia corpus de se nihil horum posset facere, anima autē recipit a corpore uariabilitatē, & mutabilitatem, quia sicut corp⁹ mutat, & alteratur leuiter, sic etiā & anima, quia bonus homo, & sanctus pōt mutari, & effici malus, & ecōuerso. Sap. ix. Corpus quod corrūpit aggrauat animā. Sed in morte qñ corp⁹, & anima saparantur, corpus remanet ab una parte, & perdit cōditiones quas receperat ab anima, & anima ab alia parte perdit cōditiones quas recepit a corpore, & efficit inuariabilis, & immutabilis, quia nō pōt mutari de gratia ad culpam, nec ecōuerso. Vnde si anima dānata posset habere tantā contritionē sicut granū sinapis, saluaret, sed impossibile est, quia est obstinata in malitia, & peccato, ideo pena erit eterna. No. q̄ peccatum angeli est irremediabile, ut dicit sanctus Tho. j. parte. q. lxiiij. art. ij. in corpore. Et. ij. di. vij. q. j. art. ij. Itē. iij. dist. j. q. j. arti. ij. ad se-

cundum.Item in de ueritate.q.xxiiij.ar. x.& de malo.q.xvj.art.v.Similiter & peccatū damnatarū animarū est irremediabile.Tres enim causas obstinationis de monū ubi supra in de ueritate assignat. Notat insuper sanctus Tho.in de ueritate.q.xxiij.ar.vij.in solutione ad sextum, ꝙ duplex est obstinatio,scilicet secundū quid,& simpliciter.Prima est in hac uita. Secūda uero in damnatis tantū.Idē dicit ubi supra.q.xxiiij.art.xj.Itē damnati nō penitēt de malis que fecerūt ratione culpe,sed ratione pene.ut dicit sanctꝰ Tho. iiij.dist.xiiij.q.j.art.iij.q.iiij.Et ideo etiā iusto dei iudicio pena dānatorū erit eterna siue perpetua.No.ad hoc similitudinē de duobus raptoribus quos dominus uult corrigere &c.Idē de anima quā do sentit primū ictū pene obstinatur in malitia &c.Apo.xvj.Estuauerunt homines estu magno,& blasphemauerūt nomen dei habētis potestatē super has plagas,neq; egerūt penitētiam,ut darēt illi gloriā.Ideo xps Mat.xxv.Ibunt hi,scilicet mali,& peruersi in ignē eternū,iusti autē in uitā eternā.De quibus dicit scriptura Eccle.xj.Si ceciderit lignū ad austrum aut ad Aquilonē,in quocūq; loco ceciderit,ibi erit lignū siue arbor,id est, homo.Marc.viij.Video homines uelut arbores ambulātes.Primo dicta est flore re per bonas cogitationes.Secūdo folia facere per bona uerba.Tertio fructꝰ producere.De quibus Luce iij.Christus dicit.Facite fructus dignos penitētie.Hec arbor scinditur in morte securi mortis. Mat.iij.Iam enim securis ad radicē arboris posita est.Si ceciderit ad austrū,quod significat statum gratie propter caliditatem deuotionis,& humilitatem diuine gratie,ibi erit,scilicet eternaliter.Si autem ceciderit ad Aquilonē,quod significat statū culpe,& peccati mortalis ꝓpter frigiditatē,ibi erit,scilicet eternaliter,ergo quod iustū fuerit dabo uobis.Tertio dico, ꝙ quidā sunt boni mediocriter,qa nō est homo qui nō peccet. Eccleſiast. vij.Sed pro tēpore redeūt ad deū,cōteruntur de peccatis,sed nō tantū quātum Magdalena,tamē ex quo fit cōtritio nō est sine gratia gratū faciente,sed penitētia est parua respectu peccatorū que fecerūt. Tales qū decedūt nō uadūt statim ad paradisum,quia nō sunt boni perfecte,nec uadūt ad infernū,quia non sunt peruersi,sed descendūt ad purgatorium, quod est in corde terre.Ideo quod iustū fuerit dabo uobis dicit Christus,qa ibi cōplent penitentiam.De hoc inquit Dauid ps.x.Quoniā iustus dominus, & iustitias dilexit,equitatē uidit uultus eius. Nota equitatē,scilicet culpe,& pene,& econuerso.Et cōpleta ibi penitētia ascēdunt ad celū,Nota similitudinē de argētario qui nunq̄ ponit in opere aurum,& argentū nisi fuerit primo purificatum in fornello.Sic deꝰ optimus argētarius nū quā ponit in opere paradisi aurū nec argentū,scilicet Christianos qui dicuntur aurū ꝓpter gratiā charitatis q̄ habēt,& argētū,ꝓpter claritatē fidei,nisi purificētur primo in camino purgatorij.Eccle. ij.Igne purgatur,idest, purificatur aurū, & argētū,homines uero receptibiles in camino humiliationis.Nota receptibiles,scilicet passiue,ut recipiātur in celo. ex quo in gratia decesserūt. Apostolus. Gratia dei uita eterna. Vel receptibiles actiue,quia sunt apti recipere nostra sufragia,que intantū possent a uiuis iuuari ꝙ minuitur tēpus,& pena.Sed illi de inferno non sunt receptibiles nec actiue nec passiue,quia sunt tanq̄ mēbra abscisa,& putrida a corpore ecclesie.Ecclesia enim est unum corpus,cuius oculi sunt speculatiui. Aures iudices.Nares qui sentiūt odores uirtutū xpi,& sanctorū sunt deuoti.Os sacerdotes qui comedunt sacramēta altaris,& loquuntur laudes dei. Guttur sunt predicatores,quo cibus spiritualis animarū transit ad nos.Brachia defensiua sunt dñi tēporales.Vterus diuites mercatores.Tibie pedes tangētes terram,qui sustinent totū corpus sunt laboratores.Ad Roma.xij. Sicut in uno corpore multa mēbra habemus, omnia autem mēbra nō eundē actū habent,ita multi unū membrum sumus in Christo.

singuli

singuli autem alter alterius membra &c. Dic quomodo quādo dicitur aliqua missa uel dat eleemosyna pro anima in purgatorio existente que pro illa est,statim illa aīa sentit refrigeriū,& oēs in purgatorio illiꝰ misse participes efficiunt,& si illa anima pro qua dicitur nō indiget,statim reuertitur ad uos meritum &c.Psal. xxxiiij.Oratio mea i sinu meo cōuertit. Auisent seculares primo,ne in missa faciant pretiū &c.secūdo ut querāt bonos sacerdotes.Grego.Cū is qui displicet ad intercedendū mittitur,irati animus ad deteriora ꝓuocat.Sancta ergo,& salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluant.ij.Mach.xij.Dic cōtra illos qui nō cōplent testamēta&c.Luce xviij.Nunquid uindictam faciet deus electorū suorū clamātiū ad se die ac nocte,& patiētiā habebit in illis?Dico uobis, qa cito faciet uindictā illorū.& xiij. q.ij.qui oblationes.j.Qui oblatiōes defunctorum aut negant ec. lesijs aut difficulter reddūt tanquā egentiū negatores excommunicentur.Et xij.q.ij.qui abstulerit. Qui abstulerit aliquid patri, aut matri,dicetq; hoc peccatū non esse, homicidij particeps est.

Dominica in.lxx. Sermo iij.

VOca operarios,& red de illis mercedē.Matth. xx.Inter omnes dñicas totius anni ista est de maioribus,& sensibili nomine uocatur septuagesima. Ratio,qa modo appropinquat tps penitētie.s.quadragesima que cōsistit in septē hebdomadis,in qua peccatores faciūt penitētiā per septē opera penitētialia de septē peccatis mortalibꝰ pro obtinēdis septē donis spiritus sancti,& septē beatitudinibus paradisi.Ecce quare dicitur septuagesima.Et de euāgelio huius erit sermo,sed primo salutet uirgo Maria.Voca operarios&c. In isto euāg.hodierno cōtinent multa, & magna secreta,& difficultates que nō possunt in uno sermone declarari,ideo primo solū uolo declarare puncta principalia que sunt duo,scilicet,

Primus de uocatione temporali.

Secundus de retributione eternali.

De secūdo dicit the.Et est uerbū dei patris ad filiū eius Iesum xpm loquētis de iudicio gñali,&dicētis.Voca operarios, & redde illis mercedē.Dico prīo,ꝙ primus pūctus erit de uocatione tpali quo deus uocat aliquos ad se p bonā uitā,& penitentiā in hoc mūdo,secūdū ꝙ ipsemet declarat in euāgelio hodierno p talem similitudinē,dicēs, ꝙ erat quidā paterfamilias qui habebat quādā notabilē uineā,ꝓpter quā uolēs cōducere operarios surgens mane,& hora prima exiuit in plateā,& cōduxit operarios quibꝰ promisit singulos denarios argenti,& misit eos in uineā suā.Egressus circa horā tertiam,uidit alios stātes in platea,uel foro ociosos,& illis dicit,Ite & uos in uineā meā,& quod iustū fuerit dabo uobis.Itē exijt circa sextā,& nonā horas,& fecit si militer.Circa uero undecimā horā exijt que est inter uesperas,& cōpletoriū, & inuenit alios stātes qbus dixit,Quid stātis hic tota die ociosi?Dixerunt ei.Quia nemo nos conduxit.Dixit,Ite & uos in uineā meā.Hic ostenditur uocatio tēporalis.Sed oportet prius tria declarare antequam intremus materiam.

Primo quis est iste paterfamilias.

Secundo que est ista uinea.

Tertio q̄ sūt iste hore prīa,& tria &c. Nota quod hoc nomē paterfamilias est genitiui casus secundum declinationem grecā,& numeri singularis.Iste ergo paterfamilie, scilicet Christiane,est solus deus,qui solum Christianis dat hereditatem paradisi.Isto modo nō dicitur pater Iudeorum,agarenorum,& aliorum infidelium.Ideo non dicitur paterfamiliarum,in plurali, sed paterfamilie.s.xpiane quā genuit in baptismo in utero ipōse sue.s.ecclesie.Et Christianis tanquā filijs dat suā hereditatē,quibus dicit ipsemet.Oēs uos fratres estis,unus est enim pater uester q in celis est.Matt.xxiij.Vinea huiꝰ patris familie est uita spiritualis sancta,& deuota per ipsum ualde dilecta,qui habet tot uineas quot religiosos

q̃ tenẽt uineã & nõ agrũ duplici differẽ tia q̃ est inter agrũ & uineã. Prima qa uinea idiget maiori cultura & cura q̃ ager. Secunda, qa uinea indiget clausura, siue bardica, & ager nõ. Sic ẽt uinea spũalis, que est uita religiosorũ clericorũ & deuotarũ psonarũ dicit uinea, qa cum magnis laboribꝰ, & cura itramꝰ paradisum, etiã hãbemus maius salariũ. Sed uita laicorũ est ager q nõ indiget magna clausura, nec tãto labore, & sufficit eis tenere p̃cepta dei. Primo q̃ in suis necessitatibꝰ nõ recurrant ad diuinos &c. sed ad xp̃m. Secũdo q̃ loquanť de deo cũ reuerẽtia & honore tanq̃ de dño, nec ꝓ aliquo lucro uel amico debẽt iurare falsse, nec blasphemare, totũ hoc est leue ad faciẽdũ. Tertio quiescatis in dñica postq̃ laborastis p̃ totam hedomadã, & audiatis missam, cũ silẽtio. &c. Quarto honorare parentes, quia etiã aialia bruta hoc faciũt, ut patet de ciconia. Quinto non occidere aliquẽ, nisi ꝓ iustitiã &c. Sexto non fornicari, nec facere adulteriũ. Septimo nõ furtum facere, quia ipse totũ diuisit. Octauo nõ falsum testimoniũ dicere, nec in iudicio, nec extra iudicium. Nono non cõcupiscere uxorẽ proximi. Decimo nõ cõcupiscere bona proximi. Ecce decẽ p̃cepta, qa leuia sunt. j. Ioã. v. Hec est charitas dei ut mãdata eiꝰ custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. Ideo Christus, Si uis ad uitã ingredi, serua mandata. Matt. xix. Nos autem religiosi, qui sumus uinea, indigemꝰ maiori labore & cultu, quia non tolũ tenemur seruare decẽ p̃cepta ut laici, sed etiã tenemur ad uota religiosis, & ad cerimonias. Item non sufficit presbyteris seruare decem p̃cepta, sed etiam obligantur tenere uota, que sunt ordinibus annexa & facere seruitium dei, surgere de nocte ad matutinas, dicere septẽ horas canonicas & missam deuote, uiuere tenentur caste, quia habẽt tractare illud sacramentum altaris, in quo est sanctum corpus Christi, seruando cor mũdum a malis cogitationibus, manus ab immundis actibus & ludis, os a blasphemijs, iuramentis, & mendacio, corpus a corruptionibus luxurie, qa est sepulchrũ xp̃i, ne proijciat in latrinã &c. Idẽ de laicis q̃ uolunt uiuere spũaliter, quia plus facere debẽt q̃ alij laici, scilicet confiteri & cõicare frequẽter, orare quolibet die, ieiunare sepe. Ecce quõ uinea uite spiritualis indiget maiori cultura quã ager, scilicet uita laicorum. Pro ista uinea Dauid orando dicebat. Deus ỽtutũ conuertere respice de celo & uide, & uisita uineam istã, & perfice eam quã plãtauit dextera tua. ps. lxxix. No. in his uerbis duas differẽtias. Prima ibi, Deus uirtutũ cõuertere, qm̃ multi sunt in uinea religionis, q̃ nõ tenẽt uitã spũalem, ꝓpter hoc dicit. Deus uirtutũ conuerte nos religiosos, hũc mũdũ & aliũ. respice de celo & uide, & uisita. s. tãgendo corda ut cõuertamur ad seruãdum, que uouimus. De illis aũt qui iam seruãt dicit. Et perfice eam quã plãtauit dextera tua, quia quelibet persona spũalis uite plantatur a deo in uinea uite spũalis. Secunda differẽtia, que est inter agrũ & uineã, est qm̃ uinea indiget clausura parietis, ager non. Sic etiam uinea spiritualis uite clausa debet esse, nõ curare de negocijs secularium, nec de administrantijs, uel familiaritatibus, aꝛs tpe uindemiarum. i. mortis non inuenient racemi bonorũ operũ, siue meritorũ. Ideo xp̃s loquẽs de se dicit. Homo quidã erat paterfamilias, qui plãtauit uineam & sepẽ. i. bardicam circundedit ei. Matth. xxj. quia alias uita spiritualis, sine clausura nõ põt conseruari. Ideo Dauid loquẽs de illis qui nimis curant de negocijs mundi, dicit, Vt quid destruxisti maceriam eius, ideſt bardicam, & uindemiant eã omnes, qui pretergrediuntur uiam. ps. lxxix. Modo uidendum est, que hore sunt iste in quibus paterfamilias uocat gentes ad uineam spiritualis uite, ad quam uocantur ad quinq; horas, scilicet primã, tertiam, sextã &c. in quinq; etatibus. Hora prima hominis est infantia, siue pueritia. Qui ergo iam in pueritia incipiunt seruire deo, orant, confitentur &c. tales uocantur hora prima ad uineam

neam spiritualis uite. Hora tertia est secũda etas. s. adolẽscẽtia, a quindecim annis usq; ad uigesimũ quintum. Hac hora uocanť q̃ in ea etate incipiũt bonã uitã. Hora sexta qui in iuuentute. Hora nona qui in senectute. Hora undecima qui in etate decrepita. Dicũt o miser senex sum & nullum bonũ feci &c. adhuc recipitur a dño, quasi diceret de malis seruitoribus, oportet recipere &c. Ecce qualiter in quinq; horis, siue etatibus hoĩm deus uocat gẽtes ad uineam spiritualis uite. Autoritas. Deus oĩs gratie. s. dator q uocauit nos in eternã suã gloriã in xpo. j. Pet. v. Si queraſ in qua istarum etatũ est melius uocari, & cõuerti ad deũ & incipere uitã spũalem. Ad hãc questionem rñdet Hieremias di. Bonũ est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Threñ. iij. Nota quõ parentes debẽt nutrire filios. Dixi secundo q̃ secundus pũctus esset de retributiõe eternali quõ deus dabit unicuiq; secũdũ q̃ meretur per iustitiã dicente deo patre ad filium, Voca operarios, & redde illis mercedẽ. q̃ ostenditur in euangelio cũ dicit. Cũ sero aũt factũ esset, dixit dominus uinee procuratori suo. Sero intelligitur dies iudicij. Ratio, qa sicut sero est finis diei, sic dies iudicij erit in fine mundi cito & breuiter. Tunc nullus uiuens remanebit in mundo, quia omnes morienť, & p ignem coburenť, & statim post erit iudiciũ. Ad Heb. ix. Statutum est omnibus hoĩbus semel mori, & post iudicium. In isto sero diei iudicij dñs uinee. s. xp̃s uerus deus & homo uocabit procuratorẽ suũ, scilicet Michaelem qui ex precepto Christi ꝓcurat hãc uineam, & custodit. Ecce Michael unus de principibus primus uenit in adiutorium meum. Dañ. x. Tũc dicet Ieſus tibi. Voca operarios & redde illis mercedẽ, scilicet nũciatiue, quia deus reddet mercedẽ premiatiue. Hec uocatio erit uniuersalis citatio, que fiet p̃ Michaelem qm̃ uoce terribili clamabit. Surgite mortui uenite ad iudicium. Que uocatio dicitur tuba propter terribilitatẽ uocis, que audietur ĩ celo, in inferno, ĩ purgatorio, & in lĩbo puerorũ. Et statim oẽs anime tam bonorũ quã malorũ ueniẽt, & quelibet resumet suum corpus uirtute diuina, licet fuerit cõbustum uel a bestijs deuoratum. Boni autẽ cum magno gaudio suo assumẽt corpora sua, sicut sponsa accipit uestem preciosam a suo spõso sibi missam, & cãtando dicent, Gaudẽs gaudebo in dño, & exultabit anima mea in deo meo, qa induit me uestimẽtis salutis, & indumẽto iustitie, & circũdedit me quasi sponsum decoratũ corona, & quasi sponsam ornatã monilibus suis. Esa. lxj. Damnati etiam tũc exiẽt de inferno, licet magis uellẽt ibi remanere, qa nõ habẽt captionẽ latã, sed anima restringeť in corpore fetido & ignito, acsi aliquis indueretur tunica ferrea ignita. Veniẽt etiã oẽs pueri qui sunt in limbo & suscitabunť in eta te triginta annorũ & oẽs cognoscemus eos. Ecce hec est uocatio uniuersalis ad eternam retributionem. Autoritas. Tũc mittet filius hominis angelos suos, cum tuba & uoce magna, & cõgregabũt electos suos a quatuor uentis a summis celorũ usq; ad terminos eorũ. Mat. xxiiij. Nota cum tuba & uoce magna & quatuor uentis celi, quia tunc resurgẽt quatuor conditiones defunctorum, scilicet beati de paradiso, & dãnati de inferno, illi de purgatorio & pueri de lĩbo. Quãtum ad secũdũ retributio mercedis erit qm̃ Christus dicet bonis q erũt a dextris seu ad dexterã, Venite benedicti patris mei percipite paratum uobis regnum a constitutione mundi. Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & dedisti mihi bibere &c. Matth. xxv. Tunc boni flexis genibus Christo regratiando dicent. Gloria tibi dñe &c. Qui uirtute glorie uel diuina ascendẽs, cum Christo & uirgine Maria &c. osculãtes manus xp̃i & uirginis Marie. Ecce mercedẽ quam expectamus, si tenemus bonam uitam, & eterna liter erimus in illo honore, & gloria sine alicuius defectu. Deinde dabit salariũ, sed penam dolorosam magis quã salariũ, malis qui erunt a sinistris cũ uultu

& facie terribili dicens, Discedite a me maledicti in ignem eternū, qui paratus est diabolo & angelis eius &c. Mat. xxv. Quia noluistis uiuere, secundum eas ordinationes, sed secundum uestras inclinationes. Ego precepi humilitatem & uos fuistis superbi, & sic de alijs. Ideo īferne aperi os tuum, & degluti omnes impios istos. Dic quomodo infern⁹ absorbebit eos illa pena. Ideo auiso, quia non dico cēteſimam partem pene. Ideo conuertimini & faciatis penitentiam. Operamini opus uestrum ante tempus, & dabit uobis mercedem in tempore suo. Eccle. ulti. Deo gratias.

Dñica in septuagesima. Sermo. iiij.

ERunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Mat. xx. Verbum est Christi & habet magnam difficultatem in theologia. Iō uolo modo ipsum declarare. Sed prīo saluteī uirgo Maria &c. Verbū ꝓpositū declareī primo literaliter narrādo prīo historiā breuiter euāgelij. Et qū in sero dñs uinee dixit procuratori suo, ꝙ in solutione seruaret talē modum, primo ꝙ daret salariū illis, qui uenerūt hora undecima, deinde illis q uenerūt hora nona, deinde illis qui uenerunt hora sexta, & sic de alijs, sic ꝙ illi qui uenerunt primi, fuerūt in solutione ultimi. Occasione huius parabole xp̄s dicit uerbū ꝓpositū, Erūt nouissimi primi, & primi nouissimi. Modo restat difficultas ad declarandū quō intelligit uerbū ꝓdictū, Erūt nouissimi &c. Pro cuius declaratiōe sciēdū, ꝙ hoc uerbum, Erunt nouissimi &c. habet ueritatē, secundū tres intellectus.

Primo secūdū durationē temporalē.

Secūdo secūdū cōditionē mundialē.

Tertio secundū affectionē cordialē.

Quantum ad primū dictū uerbū est uerum secundū durationē tēporalem. Pro quo sciendum ꝙ deus diuisit totū tempus in duas partes, scilicet ī tempus merendi & tempus premiandi. Temp⁹ merendi est in hac uita, & durat quādiu durat presens uita in quo meremur ꝓ opera mīe, patiētie, iustitie &c. Tēpus premiandi est in alio mundo, quia ibi non est tempus lucrandi aliquid, quia licet sancti qui sunt in paradiso, faciant multa bona opa & uirtuosa, tamen illa non sunt ad meritū gratie, sed sunt in ꝓmiū & sālarium glorie. De his duabus partibus temporis autoritas. Tempus flendi, tempus ridendi, tempus plāgendi, tempus saltādi, tempus belli, tempus pacis. Eccls. iij. Nota tēpus flēdi, scilicet peccata, est in hoc mūdo per cōtritionē, & mala proximi per compassionē, plagas xp̄i per deuotionem, & paradisum per desiderium & contēplationem. Tempus ridendi erit in alio mundo in gloria, ubi non est fletus, imo absterget deus oēm lachrymam ab oculis sanctorum. Apoc. vij. Item tēpus plangendi est in hoc mūdo. Quidam plangūt mortem filiorum, uxor mortem uiri & econuerso. Quidā bonorū amicorum. Quidam plangunt tempus perditum, in quo nullum bonū fecerunt dicentes, O miser ego sum religiosus, & sunt triginta anni ꝙ ego habitum porto, & nullū bonū feci &c. Idē de presbyteris & laicis. Tempus saltandi erit in alio mundo. Vnum saltum, siue coream faciunt sancti patres & patriarche, cum quibus tripudiant persone q̄ fuerunt misericordes. Aliū motū faciūt prophete cū quibus tripudiant deuoti. Aliū apostoli cū charitatiuis. Aliū martyres, cū penitētibus. Alium uirgines cū cōtinentibus. Eccle. Pascis inter lilia septus choreis uirginum, sponsus decorus gloriam sponsisq; reddēs premiū. Quo cunq; pergis uirgines sequūtur, atq; laudibus post te canētes curritāt hymnosq; dulces personant. Tempus belli est in hoc mundo, in quo oportet nos bellare contra mundū per patientiā, quoniam mūdus dat tribulatiōes, aduersitates, & derisiones bonis personis. Secūdo contra carnē per abstinentiam. Caro enim bellat dādo malas inclinationes, & desideria &c. sed uincitur abstinentia. Tertio contra demonem per humilitatem, quia sicut ipse est dānatus per superbiā, sic

sic uellet, ꝙ oēs essem⁹ supbi, ut cum eo essemus damnati, sed uincī humilitate. Tempus pacis & quietis est in alio mūdo. Autoritas. Sedebit pp̄s me⁹ in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducie & in requie opulenta. Esa. xxxij. Ecce quō de⁹ diuisit tp̄s in tēp⁹ merēdi ī hoc mūdo, & in tēpus premiādi in alio mundo. Autoritas xp̄i, in qua ponit nouē merita huius mūdi, qbus correspondēt nouem premia seu beatitudines in paradiso. Matth. v. dicit. Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorū est regnū celorū &c. Pauperes spiritu sunt illi q despiciūt oīa bona mandata, etiā si sint diuites, non ponunt ibi cor nec spem, sed seruiunt sibi de diuitijs in necessitatibus, & nō in uanitatibus. Alij dicunt etiā pauperes spiritu in maiori gradu, sicut sunt illi qui propter deum dimiserūt oīa que habent, & possunt habere ut sancti Apostoli. xp̄s dicit ꝙ ipsorū est regnū celorū. Ecce premium. Secundo, Beati mites. Ecce meritum, qm̄ ipsi possidebunt terrā, scilicet uiuentiū. Ecce premium. mites sunt qui nolunt facere pompam in ornatu, uestitu, nec scutiferis, nec equis, sed in corde & in ore & gestu sunt simplices. Tertio, beati qui lugēt, scilicet peccata. Ecce meritum, qm̄ ipsi cōsolabunt. Ecce ꝓmium. Quarto, beati qui esuriūt & sitiūt iustitiā, qa alias gētes se occiderēt. Sed quando uidēt illū suspensum, ꝓpter furtū, & illū ꝓpter homicidiū &c. dicūt, Cauebo a talibus. Propter hoc dñi tēporales qui faciūt iustitiam habēt hic magnum meritum & in celo habent magnū premiū, qm̄ ipsi saturabunt. Quinto, beati miseri cordes, quia ad instar seminatoris in tēpore messis. s. die iudicij metēt, qm̄ ipsi miam consequentur. Sexto, beati mundo corde, scilicet ab odio, rancore, inuidia, mala uoluntate, & malis desiderijs, qm̄ ipsi deum uidebūt. Septimo, beati pacifici. i. pacem faciētes, cū inimicis, dicit Aug. in li. de ser. dñi ī monte, ꝙ hoc meritum est maius, ideo premiū correspondens est maius, qm̄ filij dei uocabuntur. Octauo, beati q persecutionē patiuntur ꝓpter iustitiā. Ecce meritū, qm̄ ipsorum est regnū celorū. Nono, beati estis cum maledixerint uobis hoīes, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malū aduersum uos, mētiētes, ꝓpter me. Gaudete & exultate, qm̄ merces uestra copiosa est in celis. Mat. v. Secūdū ergo durationē tpalem q in hoc mūdo nouissime incipiūt mereri, in alio mūdo ꝓmiani primi, si primi ex hac uita decedunt. Ideo dicit, Erūt nouissimi primi. s. in gloria, & primi in merito, nouissimi in ꝓmio, uerbi gratia. Quis primo incepit mereri & esse ī seruitio xp̄i, Petrus ap̄s, uel latro? Certū est, ꝙ Petrus q iā incepit in principio predicationis xp̄i, latro autē in fine, tn̄ latro fuit primus in gl̄ia, qa eadē die fuit in paradiso & habuit paradisum, & Petr⁹ stetit adhuc per triginta annos. Idē de uirgine Maria & beato Stephano, cū beatus Stephan⁹ fuit prius in gloria quā uirgo Maria. Idē de Ioāne euangelista qui fuit de primis discipulis xp̄i, & de Paulo qui fuit de ultimis, quia post ascensionem xp̄i adhuc p̄sequebaī Christianos, & tn̄ Paulus fuit prior Ioāne in gloria bene ꝓ uiginti annos. Idē de nobis un⁹ religiosus erit qui seruiuit Christo quadraginta annos, uel quinquaginta seruando regulam, uota, ceremonias, & unus hodie profitetur & moritur in sanctitate. Iste qui fuit nouissim⁹ in merito, erit tamen primus in premio in gloria. Idē de presbyteris & laicis, quot sunt in mundo qui tenent sanctam uitā, amore quorū deus sustinet mūdū, quia alias olim fuisset cōsumptus forte propter peccata inhabitātiū. Patet hoc pulchre. Geñ. xviij. quia si decem iusti fuissent inuēti in Sodomis & Gomorra, pepercisset deus omnibus. Ait enim, propter decē non delebo eos. Tales aliq̄ diu dño seruiunt. Et hodie baptizatur infans & moriī, ille est prius in gloria, ideo tales nō sunt flendi qui ꝓspero nauigio p̄cedūt uos ad portum salutis. j. ad Thes. iiij. Nolum⁹ uos ignorare de dormientibus, ut non cōtristemini, sicut & ceteri qui sp̄em nō habent. Ergo secūdū

duratio

durationē temporalem erūt nouissimi primi. Dico ſecūdo ꝙ predictū uerbum eſt uerū ſecūdū conditionē mundanalē. Cōditio mūdanalis eſt, ꝙ ꝓſperitas, ſcilicet diuitiarū, honorum, & dignitatū &c. elongat, & retrahit hominē a deo intātū ꝙ ille qui eſt in ꝓſperitate obliuiſcitur deū. Nota ad hoc ſimilitudinē de illo, q̄ cū magnis delectationibus, & laboribus enutrit falconē per tres, uel quatuor annos, & aliquotiēs fugit, nec uult ad dñm redire, qñ ab ipſo uocat, & hoc ideo eſt, quia habet ſtomachū plenū. Ita eſt hodie in mundo de multis. Deus nutrit perſonas diuites, quibus dat proſperitates, diuitias &c. quia nullus poteſt iſta dare niſi deus. Dñs pauperē facit, & ditat, humiliat, & ſublimat. Nullus dicat, ꝙ habeat ꝓprijs laboribus, ꝙa multi ſunt, qui laborāt qui tamē nihil lucrant. Deus dat totū. Et multi qū ſunt pleni recedūt a deo. Ecce fugā. Ideo ſunt pauci diuites, & de uoti in mūdo, quia talis eſt cōditio proſperitatis mūdanalis &c. Autor. Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſſatus impinguatus dilatatus. Dereliqt deū factorē ſuū, & receſsit a deo ſalutari ſuo. Deut. xxxij. Nota incraſſatus, ſcilicet delitijs, impinguatus diuitijs, dilatat⁹, ſcilicet honoribus, officijs, dignitatibus &c. Ideo dereliquit deū factorē ſuū &c. per mundanalē proſperitatē. Oppoſitū facit aduerſitas, que facit hominē uenire ad deū ſicut tribulatio, infirmitas, perſecutio, paupertas &c. quādo ſicut falco plenus recedit a domino ſuo, ſed quādo eſurit, ſtatim uenit ad manū, quādo uocatur a dño. Sic diues plenus recedit a domino, ſed pauper ad primā uocē, quādo uocatur a dño, ſcilicet in ꝓdicatione, uel alias ſtatim uenit, cōteritur, cōfitetur &c. Simplices ſtatim cōuertūtur ad deū, ſed diuites minime. Bene poteſtis predicare, & dicere. Ecce qualē habet aduerſitas cōditionē, & efficaciā, que facit hominē uenire ad deū, quod patet ad oculū. Erit unus ſcutifer iuuenis fortis, & robuſtus, q̄ totū tēpus ſuū expēdit, equitādo rapiēdo furādo &c. ſed quādo capitur, ſententiatur, tūc cōfiteť, & petit ueniā, penitet, & dolet. Greg. Mala q̄ nos hic ꝑmunt ad deū ire cōpellūt. Modo ſecūdū cōditionē mūdanalē in mūdo ſūt primi Reges, Duces, Principes, Comites, Barones, Papa, Cardinales, Prelati &c. Nouiſsimi autē ſunt pauperes ſimplices perſone in oī loco tā in eccleſia q̄ in platea, & in uia, & in mēſa &c. Sed apud deū ſunt primi, quia aduerſitas facit ipſos ire ad deum. Et primi ſecūdū mundū ſunt nouiſsimi, apud deū, qa proſperitas elongat ipſos a deo. Ecce qūo ſunt nouiſsimi primi, & ecōuerſo ſecundū mūdi conditionē. De hoc dabo uobis miraculū, & exēplum ſacre ſcripture, q̄ dñs xps predicauit de diuite epulone, & paupere lazaro. Luc. xvj. qñ pauper mēdicus lazarus, qui ſecūdū mundū erat nouiſsimus, apud deū fuit primus. Diues ſecūdū mūdū erat prim⁹, ſed ſecundū deū fuit nouiſsimus in inferno. Factū eſt autē ut moreret mendicus, & portaret ab angelis in ſinū Abrae. Mortuus eſt autē & diues, & ſepult⁹ eſt in inferno. Exēplū autē fuit de Dauid, & fratribus ſuis. j. Reg. xvj. Quādo deus uoluit dare regē populo Iſrael, dicit Samuelī prophete ꝙ iret in ciuitatē Bethleē ad Iſai, qui habebat multos filios dicens ꝙ ungeret in regē unū de filijs ſuis. ſ. illū quē ſibi oſtēderet. Nota Iſai uocauit Aminadab, & alios ſex, & ſucceſsiue. ultio uero ex iuſſu Samuelis Dauid. Et tūc ait dñs. Surge & unge eū, ipſe eſt enim. Nohiſtoriā, qa pulchra. Saul fuit electus de regno corā dño ultimus, corā mūdo primus. Dauid uero primus corā dño, abiectus mūdo. Et dic qūo primi erūt nouiſsimi, & ecōuerſo ſecūdū cōditionē mūdi. Super hoc ſancti doctores dāt unā ſimilitudinē talē. ſ. de falcone, & gallina, qa falco q̄diu uiuit ſeruat diligēter. Nota practice &c. Oppoſitum eſt, de gallina &c. q̄ nō ꝑmittit intrare camerā dñi. Sed poſt mortē mutat ſors, qa gallina eſt prima, & portat cū magno honore iter duas ſcutellas argenteas corā dño. Falco autē eſt nouiſsimus, qa ꝓjcitur in ſterquiliniū. idē in ꝓpoſito de diuite, & paupere &c. Ma

&c. Moraliter nota hic pro diuitibus, ut cuſtodiāt ſe, & caueāt a peccatis, taliter ꝙ ſicut ſunt primi in hoc mūdo ſint etiā primi in alio corā deo. Quoniā diuitie, uel ſunt aq̄ſite iuſte, uel iniuſte. Si iniuſte, debēt reſtitui. Si iuſte, debēt in neceſſitatibus expēdi, & nō in uanitatib⁹, ſed facere debemus ex ipſis opa mīe, pietatis &c. Itē ſi eſt in magno honore cōſtitutus, cogitet ꝙ eſt imago dei cui fit honor dicēdo. Nō nobis dñe nō nobis, ſed nomini tuo da glo. &c. Idem de delitijs, de qbus potes recipere ſecūdū ſtatū tuū ſed nō trāſcēdere limites ꝓceptorū dei. Nota de quolibet ſtatu ſecūdū libitum. Pauperes autē q̄ in hoc mūdo nō hūt delectatiōes magnas, ſed amaritudines, miſerias, & pauptates, ſi iſta recipiūt cū ſalua patiētia licet in hoc mūdo ſint nouiſſimi, in alio mūdo apud deū erunt primi in gloria. Ideo dicit ſcriptura. Glorietur humilis in exaltatione ſua, diues autē in humilitate ſua, qñ ſicut flos feni trāſibit. Exortus eſt enim ſol cū ardore, & arefecit fenū, & flos eius decidit, & decor uultus eius deperijt. Ita & diues in itinerib⁹ ſuis marceſcit. Beatus uir q̄ ſuffert tentationē, qñ cū ꝓbatus fuerit ſupple patiēs accipiet coronā uite. Iaco. j. Dico tertio, ꝙ uerbū ꝓpoſitū eſt uerū ſecundū affectionē cordialē. Doctrina eſt cōis ſctōrū doctorū in theologia ꝙ meritū gr̄is in hoc mūdo, & ꝑmiū glorie in alio magis uenit ex affectiōe cordis, & feruore ſpiritus, q̄ ex multiplicatione bonorū operū. Quāto enim hō plus habet, uel min⁹ de charitate, tāto eſt primus, uel nouiſsimus ſiue maior, uł minor apud deū. Ver bi gr̄a. Sint duo quorū unus facit magna opa pn̄ialia, ieiunādo, orādo, magnas eleemoſynas dādo &c. tū nō facit iſta cū magna affectiōe cordis, & feruore ſpūs, licet ſit in gr̄a dei, tū nō eſt ita inflāmat⁹ charitate, ut oporteret. Alter autē nō facit tot bona opa, ſed ſolū ſeruat ieiunia eccleſie, cōfiteť, & cōicat ſemel in anno ī paſcha, audit miſſam in dñica ſolū, facit aliquas eleemoſynas, ſed iſta opa facit cū magna affectiōe cordis, & feruore ſpiritus, & cū magna charitate, ita ꝙ tot⁹ ui deť ignitus. De his duob⁹ qs habebit maius meritū gr̄e hic, in alio mundo maius ꝑmiū gr̄e? Dico ꝙ iſte ſecūd⁹, qa meritū eſſentiale ſeu principale nō cōputať ſecundū multiplicationē ſeu ſimilitudinē operū, uel durationē tēporis, ſed maiorē, uel minorē charitatē. Aug. Nō numeroſitas operū, nō diuturnitas temporū, ſed maior charitas, maiorq; uoluntas auget premiū. Ex hoc patet qūo ſunt multi nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi ſecundū affectionē cordialē. Et multi incipiūt ſeruire cū magno feruore, ut beat⁹ Antonius, qui iſto reſpectu dicūtur primi, qui paulatim dimittūt, ut religioſi in nouiciatu, & presbyteri, & laici iuuenes, ſed quādo ſunt antiqui, & ſenes nullam habēt deuotionē. O inueterate dierum malorū. Dañ. xiij. Sunt aliqui qui tepide, & frigide incipiūt ſeruire deo, ſed paulatim aſcendūt, & augmētantur in ſeruitio dei, & in feruore ſpirirus, hi ergo q̄ ſunt nouiſsimi ſecūdū affectionē cordialem efficiūtur primi p ſpiritualē diligentiā, & feruorē. Et illi qui erāt primi efficiūtur nouiſsimi p negligentiā, & indeuotionē. Ideo apoſtolus ad Phił. j. Oro ut charitas ueſtra magis ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu. Ideo dicam uobis miraculū de Sophia, cui tradebāt clauē eccleſie Conſtantinopo. & bobus deficientibus dedit herbā cū magna affectione cordis, & feruore ſpiritus. Ideo completa eccleſia fuit inuenta ſcriptura in liminari dicte eccleſie de literis aureis, Sophia mefecit. ecce quomodo totū opus fuit ſibi attributū, & nō illis qui dederunt tot milia floren. ſed ſine magno feruore. Patet ergo qūo itelligitur, Erūt nouiſsimi primi, & pmi nouiſsimi.

Dñica in ſeptuageſima. Sermo v.

Singulos denarios accipientes murmurabāt. Mat. xx. Sermo noſter erit de difficultate, & ſubtilitate uerbi ꝓpoſiti. Materia eſt cōtēplationis, & deuotionis pro perſonis deuotis, & bone inſtructionis pro omnib

omnibus, sed primo salutetur uirgo Maria &c. Singulos denarios &c. Pro declaratione difficultatis theologice tacte in uerbo proposito oportet dicere parabolā euāgelij breuiter, quia intellectus literalis siue historialis est fundamentū intellectus spiritualis. Dicatur historia ad literā de illis, qui murmurabāt. dicit thema, Singulos denarios accipientes murmurabāt. Modo ueniamus ad difficultatē theologie. Hec similitudo xp̄i ostēdit quō xp̄s dat salariū glorie bonis p̄sonis, & deuotis q̄ laborant diligētur in uinea ecclesie militātis, per bonā uitā. Mō est difficultas in hoc q̄ dicit singulos &c. In quo apparet q̄ nō dat nisi unū denariū cuilibet, & nūqd pro tāto, & tā lōgo seruitio nō dat pl⁹. Secūda difficultas, qa uideť, q̄ oēs sint equales ī p̄mio glorie. Tertia difficultas est in hoc q̄ dicit murmurabāt. s. unus de alio, & nūquid in paradiso est murmur, uel inuidia. Has tres difficultates uolo nūc declarare. Quātū ad primū cū dicit singulos denarios accipientes, sciendū est, q̄ iste denarius, quē deus dat bonis operarijs in fine diei mūdi, scilicet uite p̄mis est padisus, siue gloria eterna. Hūc denariū dat bonis operarijs religiosis, qui diligēter laborauerūt in uinea religionis ecclesie, & presbyteris, q fideliter laborauerūt ī uinea ecclesie, & bonis laicis, q fideliter laborauerūt in uinea xp̄ianitatis per bonā uitā. Gloria paradisī dicitur denarius, ꝓpter quatuor, que sunt in denario, que illā gloriā significant. Primū est scriptura, secundū est figura, tertiū est circulatura, quartum est sonus. Quantū ad primum scriptura, que est in denario significat gloriam aīe beate, que statim, quādo ītrat paradisum habet notitiā, & scientiā clarā de oībus scripturis mūdi, etiā si in hoc mūdo fuerit rusticus siue pastor rudis. Et sicut scriptura est in utraq; parte denarij, sic statim aīa beata habet utranq; scientiā, scilicet de deo, & de creaturis, quia subito anima habet sciētiā de sancta trinitate, de patre, & filio, & spiritusancto. itē ex alia parte uidet statim cōiunctionē humanitatis Christi, cū diuinitate. Tunc dicit anima. O nunquā potui istud intelligere usq; modo. Videt etiā xp̄m in hostia cōsecrata sicut nos uidemus imaginem nostram in speculo, quam nos nō uidemus modo nisi per fidē. Tūc dicūt anime beate. Sicut audiuimus, scilicet predicare in mundo, sic uidimus in ciuitate dñi. Ecce scriptura unius partis denarij. Ex alia parte aīa habet scientiā creaturarū omnium artiū, & scientiarū mūdi, etiā si sit anima unius pueri, unius diei, statim scit totam grāmaticā, & logicā &c. plus q̄ aliqs philosophorū sciuit unq̄. Scit oēs naturas, & ꝓprietates aīaliū, auiū, piscīū, lapidū, herbarū, fructuū, & elemētorū, & stellarū, cognoscit oēs angelos, & nomina eorū, & sanctorū. Greg. Quid est quod nō uideat, quidentē oīa uidet? Ergo benedictus est ille, q studet in libro bone uite. Multi uadunt ad studia diuersa. x. xj. uel xij. annis, & tn̄ parū acquirunt de sciētia, sed in paradiso subito hī. Patet ergo quō denarius significat illā gloriā ꝓpter scriptūrā utriusq; partis. Auto. Vincēti dabo mānā absco. & dabo illi calcu. cādi. & in calculo nomē nouū scriptū, quod nemo scit nisi qui accipit. Apoc. ij. Nota Vincēti, scilicet occasiones mūdi, inclinatiōes carnis, tētationes diaboli, dabo mānā absco ditū, & significat delectatiōes glorie, que nūc nobis absco dite sunt, sed Dauid sensit, qū dixit, Quā magna multitudo dulcedinis tue dñe, q̄ abscondisti timētibus te, oquī de timore filiali &c. Et dabo illi calculū, scilicet margaritā siue plā preciosam, lucentē, id est, sciētiā claram absq; obscuritate aliqua. Et in calculo nomē nouū scriptū, scilicet, scientiam oīm sciētiarū. Secūdo quātū ad figurā imaginis, q̄ est in denario, significat glā corporis, q̄ habebit ī die iudicij. Quia sicut corpora laborauerūt simul cū aīabus in uinea xp̄i in bonis opibus, ita nō solū aīe, sed etiā corpi uult dare gloriā, propter hoc in iudicio generali resurget oīa corpora, ut recipiāt claritatē. O qualis gloria erit, & qualis delectatio, quādo gloria anime redūdabit in corpus. Itē imagorc

go regis, q̄ est in denario habet coronā in capite cū quatuor lilijs, que significāt quatuor dotes corporis glorioſi, & prima erit impassibilitas. Modo modica spina siue lapis nos cruciat, sed tunc corpus erit impassibile sine aliqua passione, qa nec ignis, nec aqua &c. Secūda erit claritas. Modo unus est niger, alius alb⁹ &c. sed tūc iusti fulgebūt tanq̄ sol, imo plus. Tertia erit agilitas. Modo habemus corpora grauia, qa uix possumus nos portare, sed tūc erūt leuia ad instar mētis, que subito &c. Quarta erit subtilitas. Modo leuiter impedimur ne trāseamus, sed tūc a nullo poterimus retineri, quin trāseamus, quocūq; uoluerim⁹ ire. Ecce quid significat imago regis, cū corona in denario, ideo dixit Dauid in p̄sona xp̄i resurgētis, Refloruit caro mea. Idē erit de nobis in resurrectiōe generali. Ideo Apostolus, Nostra cōuersatio in celis est, scilicet quantū ad gloriā animarū, unde etiā saluatorē expectamus dominū nostrū Iesum Christū, qui reformabit corp⁹ humilitatis nr̄e cōfiguratū corpi claritatis sue &c. ad Phil. iij. Tertio quantū ad circulaturā, siue rotūditatē, que est sine principio, & sine fine in denario, que significat perpetuitatē glorie, qa illa gloria nō datur ad diē, mēsem siue ad annū, sed ī ꝑpetuū. In hoc mūdo seruiūt serui, & ācille ad certū tp̄s, ꝓ certo salario. Nō sic de⁹, sed uult q̄ homo seruiat ei de tota uita sua, & ipse dat salariū glorie eternaliter. Ideo dicet xp̄s in die iudicij. Ibūt hi in suppliciū eternū, iusti autē in uitā eternā. Mat. xxv. Quarto quātū ad sonū denarij. Denari⁹ significat officiū, quod erit in gloria, nō q̄ ibi erit officium sartorū, pellificū, & sic de alijs, sed solū erit ad officiū ecclesiasticorū, scilicet laudare dominū sine tedio, & ipsum benedicere. Dauid, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. ex his quatuor gloria paradisi dicitur denarius. Quantū ad secūdam difficultatem, cū dicit, Singulos denarios accipientes, uidetur ergo, quod omnes sint equales in premio glorie, maxime, quia dicit euāgelium, Hi nouissimi una hora fecerūt, & pares illos nobis fecisti. Respondeo, & dico, q̄ in gloria nō sunt equales, imo est ibi magna differētia, & diuersitas, unde xp̄s dixit de Ioan. Inter natos mulierū nō surrexit maior Ioāne baptista. Qui aūt minor est ī regno celorū maior est illo. Mat. xj. Ex q̄bus uerbis patet, q̄ nō omnes sunt ibi equales, imo aliqui sunt ibi minores, aliqui maiores. Quare ergo dicit singulos denarios accipiētes? Pro huius uerbi declaratiōe nota, quod licet sol equaliter tāgat oēs sibi p̄sentes, non tamē equaliter omnes sentiunt eius calorem, quia nō sunt omnes equales in cōplexione, nec equaliter induti, nec equaliter iuuenes, uel senes. Ita est in paradiso. Quia licet omnes habeāt eundem denariū glorie, non tamē sunt equales omnes beati, imo secundū q̄ in hoc mūdo cū minori, uel maiori diligētia, & charitate seruierūt xp̄o, sic habent maiorē, uel minorē gl̄iā in paradiso. Sol eñ iustitie xp̄s deus noster equaliter tāgit oēs, sed ipsi nō sunt equaliter beati. Sicut luna, & omnes stelle recipiūt claritatē a sole. Sed ut clare patet ad oculū nō oēs equaliter illuminātur, quia plus recipit luna de claritate solis, quam alie stelle, & sic de alijs secūdū q̄ diuerse cōditiōes, & proprietates stellarū sunt. Ita de sole iustitie, & de sanctis, quia nō sunt oēs equales in meritis, ideo, nec in gloria, ideo dicit apostolus, Stella differt a stella in claritate, sic & resurrectio mortuorū. j. ad Cor. xv. Nota aliā similitudinē de rege plures filios habente, quorū unus est paruus quinq; annorū, alius de cē, ali⁹ duodecim, alij sunt magni, quos rex induit omnes de eodē pāno precioso de auro. Certum est, q̄ plus ponitur de pāno in ueste filij maioris, quā minoris, tamē omnes sunt cōtēti de suis uestibus, nec uellēt permutare, licet plus de panno sit in una quā in alia. Idē de ueste glorie. Quidā sancti sunt minores, quidā maiores, quos omnes deus induit de eadem pecia panni preciosissimi glorie, sed unus habet plus quam alter secundū

quod

Universidad de Sevilla Biblioteca

ꝙ habuit hic maiorē charitatē meliorēque uolūtatē. Nō credatis ꝙ qui est maior in genere uel sciētia, uel diuitijs uel potētia, sit maior in gloria, sed qui fuerit maior in charitate Dei & ꝓximi. Augu. Maior charitas meliorq; uolūtas auget meritū. Quantū ad tertiā difficultatē cum dicit, Et murmurabāt, an in celo unus murmuret cōtra aliū? Rñdeo ꝙ nō quia inter eos nulla est iuidia sed amor & cōsolatio. quare ergo dicit thema, Singulos denarios accipiētes murmurabāt? Pro cuius declaratione sciēdū ꝙ murmuratio est secreta locutio que fit cōtra aliquē duplici rōne, uel ex indignatione uel admiratione. Ex indignatione murmurat aliquis qñq;, qñ precipit alicui aliquid de quo reputās se iniuriatū murmurat uel ex admixtione, sicut qñ dicitur de aliquo. O benedictus Deus, & qūo ascēdit iste in magnū honorē uel dignitatē uel diuitias, non est diu ꝙ erat pauper. Prima murmuratio est peccatū, secūda non. De ista murmuratione dicit autoritas de Iudeis cōtra xp̄m murmurātibus. Quidā ex admiratione dixerūt ꝓ certo hic homo bonus est, multa bona opera facit & multa mirabilia. pro certo sanctus hō debet esse. Sed alij ut pharisei murmurabāt ex indignatione di. qđ habebat spiritū familiarē, uirtute cuius eijciebat demonia &c. Autoritas. Murmur multus erat in turba de eo. Et distinguit. Quidā enim dicebāt quia bonus est. Alij autē dicebāt nō, sed seducit turbas. Nemo tñ palā loquebatur de illo propter metū Iudeorū. Ioā. vij. Modo rñdeo ad difficultatē. In hoc mūdo est murmur ex indignatione propter inuidiā. Hec murmuratio est mala cōtra quā dicit scriptura. Omnia facite sine murmurationib⁹. ad Phił. ij. & Sap. j. custodite uos a murmuratione que nihil prodest. In paradiso autē nō est murmur ex indignatione sed ex admiratione, qñ beati uident aliquem qui modo incepit seruire Deo & moritur ī gratia, & xps dat sibi gloriam, dicūt sancti, O bñdictus Deus, iste uixit in peccatis magnis triginta uel quadraginta, uel quinquaginta annis, & mō no uiter cōuersus habet tantā gloriā. Credatis ꝙ isto modo sancti loquebant de Paulo apło, admirātes cū fuisset tā magnus persecutor xp̄ianorū & modo sit tā magnus in paradiso. Itē de beato Mattheo prius usurario &c. itē de Magdalena, cū sint cōplures uirgines in paradiso q̄ non habēt tantā gloriā, q̄ admirātes dicunt. O Benedictus Deus qui fecit istā cōuerti & exaltauit. hec murmuratio sancta & bona. sic intelligit singulos denarios accipiētes murmurabāt. s. ex admiratione & nō ex indignatione. Deo gratias.

Dñica in septuagesima. Sermo. vj.

MVlti sunt uocati pauci uero electi. Mat. xx. Inter alias magnas difficultates & subtilitates sancti euangelij ista thematis est de maioribus. s. de multorum uocatione & paucorum electione. Tria sunt que dāt magnam difficultatē uerbō thematis ꝓposito, scilicet,

Reuelatio diuinalis.
Argumentatio naturalis.
Predestinatio eternalis.

De primo ꝙ uerbū propositū habet difficultatē ex reuelatione diuina. Quoniā ex diuina reuelatione facta beato Ioāni euangeliste, inuenit in sacra scriptura ꝙ tot sunt electi in gloria ꝙ sunt innumerabiles. Apoc. vij. Vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex oībus gētibus & tribubus & populis & linguis stātes ante thronū Dei. ergo multi sunt electi &c. Geñ. xv. legit ꝙ Abraā cōplangebat secū Deo, quia nō habebat heredem cū tot bona haberet, quē Deus eduxit extra dicēs. Suspice celū & numera stellas si potes. & dixit ei, sic erit semē tuū. ecce hic reuelatio diuina multorū electorū in dicta repromissione de qua dicit ecclesia. Signifer sanctus Michael representet eas in lucē sanctā, quā olim Abrae promisisti & semini eius. Quare ergo dicit thema, Multi sunt uocati &c. Respō prima ꝙ uerbum xp̄i est uerū, & reuelationes Abrae, & Ioannis sunt uere, & concor

concordāt per distinctionē sic. Quoniā de electis possumus loq dupliciter. Vel absolute uel comparatiue. Primo modo electi sunt multi, sicut dixit Ioannes in dicta reuelatione sibi facta a Deo. Secūdo sunt pauci respectu multitudinis dānatorū, & sic loquitur xp̄s cōparatiue, sicut in manu plena arena sunt grana innumerabilia absolute, sed sunt pauca respectu illorū que sunt in litore maris. Et Deus recepit manū plenā. Et oēs electi in manu Dei sunt. Item Sap. iij. Iustorum anime in manu Dei sunt, & nō tanget illos tormentū mortis, uisi sunt oculis insipientiū mori, illi autē sunt in pace &c. Sed absolute loquendo sunt tot quot sunt innumerabiles, quot innocētes, quot martyres. Dicit sanctus Hierony. qđ si quolibet die fieret festum quinq; miliū martyrū, dies anni nō sufficerent. Quot doctores, quot confessores, quot uirgines, quot sancti cōtinētes, quot sancti religiosi, clerici, laici de matrimonio innumerabiles sunt absolute. Sed cōparatiue respectu dānatorū pauci sunt electi. Quoniam anteq̄ xp̄s ueniret in hunc mundum in carne humana, transierunt de hoc mūdo ultra quinq; milia ānorū, totus mundus dānabat, exceptis paucis de populo Israel qui ibant ad limbū sanctorū patrū. Itē tpe legis Moysi, cogitate quot infantes mortui fuerūt absq; circuncisione. Sic modo tpe legis Christi quot moriūtur absq; baptismo, & de his nullus saluat. Ioan. iij. Amē amē dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nō pōt intrare in regnū celorum &c. Item quot Iudei, quot Agareni, quot pagani & infideles. Item quot mali xp̄iani, quia fides & baptismus cū bona uita saluat hoiem xp̄ianū, alīs non. Quot xp̄iani sunt, qui licet habeant fidē, tamen sunt superbi, auari, luxuriosi, & sic de alijs peccatis. quot xp̄iani qui nō confitētur quolibet anno in quadragesima nec cōmunicant nec seruant precepta, nec dñicam, nec festa sanctorū. Omnes tales damnant. Isto modo comparatiue pauci sunt electi. Nota hic de archidiacono Lugdunēse, qui per quadraginta annos fuit in eremo in magna penitentia, post q̄ resignauit sua beneficia, qui post mortē apparuit archiepiscopo Lugdunī. qui quesiuit ab eo ut diceret sibi aliquid de alio mūdo, qui respondit, ꝙ in die qua ipse obijt mortui fuerunt in mundo triginta milia de quibus solū quinq; fuerunt saluati, scilicet ipse & beat⁹ Bernardus qui illa die obierat, qui statim sine purgatorio ascenderāt ad paradisum, & tres descenderant ad purgatorium, alij quidē descenderāt in infernū. Propter hoc dicit xp̄s Matt. vij. Intrate p angustā portā, quia lata est porta & spaciosa uia que ducit ad pditionē. Arcta autē & stricta que ducit ad uitā, & pauci inueniunt eā. Pauciores qui inuentā teneant. Pauciſsimi q eam perficiāt, quilibet uult ire ad libitū. Angusta porta paradisi uolūtas Dei est. ad istam oportet se restringere, qui paradisum uult intrare. Lata porta est uolūtas propria. Arcta uia que ducit ad uitam est afflictio penitentialis. Via spaciosa inferni cōuersatio mūdanalis, bene comedere, bene bibere, luxuriari, delectari, uindicare se de iniurijs &c. Pauci sunt electi. Hec comparatio maxime apparebit in die iudicij, qñ electi uidebunt ad dexterā xp̄i iudicis pauci. De hoc propheta Esa. ponit duas similitudines dicēs. Quomodo si pauce olive que remāserūt excutiant ex oliua, & racemi cū fuerit finita uindemia. Hi leuabunt uocē suā atq; laudabunt nomē dñi. Esai. xxiiij. Dicit hic Lyra post excussionem oliuarum & uindemiationum pauce remanēt olive, & pauci racemi. Sic in iudicio pauci erūt electi in cōparatione. Ecce quomodo intelligit, multi sunt uocati pauci uero electi. Dico secūdo ꝙ uerbū thematis habet difficultatē p argumētationē naturalem. Dicit thema. Multi sunt &c. modo est rō naturalis & difficilis que declarat p regulā philosophie dicentem. Quelibet res operatur naturaliter per suā uirtutē & perfectionem. Et licet regula sit clara, tamen ad magis declarandum do duas similitudines. Prima

p in sole

in sole qui habet plus de claritate, ideo plus illuminat. Secūda in igne qui habet uirtutē calefactiuā & illuminatiuā, quia quanto maior est ignis tanto magis cale facit & illuminat, modo cū Deus sit infinite potētie & uirtutis & misericors. Dauid, Apud dñm misericordia & copiosa apud eū redēptio. ps. cxxix. Itē miserator & misericors dñs, patiens & multum misericors. ps. cxliiij. Cū ergo quelibet res operat naturaliter secundū suā uirtutē &c. Cū ergo Deus sit infinite mie, debet saluare animas infinitas. Quomō ergo sunt multi uocati pauci uero electi, cū deberēt esse infiniti? Pro resp̄sione notandū q̄ Deus est infinite misericordie pietatis & bonitatis, & ut oēs saluarentur fecit quicqd debuit facere & potuit, etiā infinite. Quare ergo non oēs saluantur, qa nō oēs uolūt saluari, imo pauci sunt qui uolunt recipere suā saluationē. Nota similitudinē de rege qui abūdantissime soluit pretiū redēptionis pro captiuis, qui erāt in Barbaria, & parauit naues & galeas ut possint ad patriā suā redire, qui tñ nolebāt inde exire. Sic ī ꝓposito dñs Iesus xp̄s abūdantissime soluit p̄tiū redēptionis pro oībus hoībus etiam si essent infiniti hoīes, & parauit naues. s. innocētie baptismalis, penitentie sacramētalis, obediētie generalis. Sed gētes nolūt exire de captiuitate, qm̄ Iudei nolunt exire de carcere Moysi, nec Agareni de carcere Machometi, nec superbi de carcere superbie, & sic de alijs, ideo si nō saluant est culpa gentiū, & nō Dei, qui nō uult cogere liberū arbitriū sed inducit & cōsulit. Hoc bonū est & acceptum corā saluatore nostro Deo, q oēs hoīes uult saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire, q dedit redēptionē semetipsum pro omnib⁹. j. ad Thi. ij. Dico tertio q̄ uerbū thematis habet difficultatē per predestinationē eternalē. Regula est theologorū, q̄ diuina predestinatio est fundamentū & primū principiū saluationis hoīm, intātū, qd̄ nemo pōt saluari nisi eternaliter fuerit predestinat⁹. Si ergo pauci sunt illi qui saluātur, oportet etiā dicere q̄ pauci sunt predestinati. Si ergo Deus predestinauit paucos, quare nō predestinauit multos aut oēs? Anteq̄ enim fuissent peccata iam Deus paucos elegit. Quod autē predestinatio sit fundamentū saluationis. Autoritas. Quos p̄destinauit, glo. eternaliter, hos & uocauit. s. per p̄dicationes suas. s. apostolorū & aliorū. Et quos uocauit, hos & iustificauit, scilicet per penitentiā, quos autē iustificauit, illos & magnificauit. s. per saluationē. ad Roma. viij. Itē alia autoritas, Elegit nos ante mūdi cōstitutionē, ut essemus sancti & immaculati in cō spectu eius in charitate qui predestinauit nos in adoptionē filiorū. ad Ephe. j. Quare ergo Deus nō elegit seu predestinauit oēs? uidet q̄ non fuerit liberalis in eligēdo seu predestinādo. Modo qa ista materia est multum subtilis, oportet rñdere, per unā similitudinē talē. Semel in quadā ciuitate fuit inuenta una magna cōgregatio seu multitudo latronū, qui per curiā capti & sententiati oēs ducebant ad furcā, & dū irent, rex intrauit per ciuitatē. Qui uidens eos dixit, quid est hoc. Et fuit sibi dictū q̄ oēs erāt latrones, iā ad suspendiū sentētiati. Rex autē respiciēs eos pepercit aliquibus de illis & recepit illos in suos, deinde fuit supplicatū Regi, q̄ parceret etiā alijs. R̄ndit rex q̄ ipse non traheret ad se sicut alios receperat, sed placeret sibi q̄ essent soluti, & si uellent fugere fugerēt. Qui soluti noluerūt fugere, & ideo fuerūt suspēsi. Sic in proposito sciatis, q̄ quicquid in hoc mūdo euenit & quecunq; eueniūt, oīa presentia Deo fuerūt, nec in aliquo euētu creuit sua scientia, quia inuariabilis est. Et uidebat q̄ oēs humane creature naturaliter ibāt ad furcā inferni, quia naturaliter nullus ibat ad paradisum, de quibus elegit aliquos ad se trahēdo, eos, & hos predestinauit. Si dicatur, & quare nō elegit alios? iniuriā fecit illis ut uidetur. R̄ñdio. Nō est uerū, sicut nec rex fecit iniuriā latronibus quos non recepit ad se, imo fecit eis gratias soluēdo uincula ut fugerēt si uellēt. Ita Deus de multitudine hoīm & mulierū humane nature elegit illos sicut sibi placuit, & soluit uincula aliorū p liberū arbitriū, qa si uolūt fugere uitia & peccata possunt fugere. Ideo si dānant, est ex culpa eorum. ī multi sunt uocati, pauci uero electi. Sed qlibet bon⁹ xp̄ianus debet facere cōpunctū q̄ sit de electis, & facere suū conatū ut saluet, ideo dicit Petr⁹ ap̄s, Fratres satagite, ut p bona opera certā uestrā uocationem & electionem faciatis. ij. Pet. j.

Dñica in septuagesima. Sermo vij.

QVid hic statis tota die ociosi. Matth. xx. Thema dat mihi motiuū predicādi contra unū defectū seu uitium qd̄ nō cognoscit. tamen est causa multorū. s. uitiū ociositatis, sed primo salutet uirgo Maria. Quid hic statis. Thema est uerbū xp̄i reprehēsiuum dicētis, Quid hic statis &c. Multe persone sunt in hoc mundo decepte ex ignorātia, quia nesciūt qd est ociositas. Propter qd̄ multotiēs illi q laborāt iudicātur ociosi, & illi qui sunt ociosi iudicātur diligētes. Bern̄. Ociosus est non tñ qui operat nihil, sed ociosus est qui cōtinue laborat, nihil tñ inde lucrat. Ex quo uerbo patet q̄ nō solū qui nihil facit est ociosus, sed etiā qui inutiliter operat, & in sero nullū lucrū portat ad domū, iudicatur ociosus. Vnde secundū lucrū qd̄ homo facit, ociosus uel diligēs iudicat. Verbi gra. Si quis laborauit tota die inutiliter & nullū lucrum portat de sero ad domū, talis iudicat ociosus ab uxore & ab omnibus de domo. Alius qui tota die sedit ut sutor uel scriptor, tñ in sero portat lucrū, talis nō iudicatur ociosus, sed dicitur diligēs. Sic etiā spiritualiter, qm̄ ille qui pro lucro tpali acquirēdo laborat per terrā, & per mare, tā de die q̄ de nocte & cōgregat multa bona, talis dicit diligens. Sed in sero mortis qm̄ ueniet ad iudiciū, & xp̄s sibi dicet. Quid es lucratus, & nihil portabit, quia oēs labores tēporales hic remanebūt. De quo ergo uiues dicit xp̄s quia nullum bonū meritorium nec bonorū operū portas. ideo remittitur ut pauper ad hospitale miserorū. s. ad infernū. Illi autē q laborant in operibus spiritualib⁹, ieiunādo, orādo, missas audiēdo, ecclesias uisitādo, cōfitētur, cōmunicāt, tales iudicant ociosi a p̄sonis carnalibus & mūdanis dicentibus, Melius esset q̄ iretis fodere uel filare & huiusmodi. Decepti estis, qm̄ tales in sero mortis qm̄ ueniēt ad domū paradisi portabūt manus & bursas cōscientie plenas thesauro meritorū. & poterūt dicere xp̄o, Dñe quinq; talēta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucrat⁹ sum &c. Mat. xxv. quinq; talenta. i quinq; sensus corporales ex quibus lucrant alia quinque. s. oculis peccata flendo, auribus missas audiendo & sermones, odoratu delitias despiciendo, gustu ieiunando, tactu corpus affligēdo. Cui dixit xp̄s. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te cōstituam, intra in gaudiū dñi tui. Mat. xxv. De persona autem que fideliter laborat in operibus spiritualibus dicit scriptura sancta. Cōsiderauit semitas domus sue, & panē ociosa nō comedit. Prouerb. vlti. Sed illi q sunt negligentes in operibus spiritualibus & ociosi, dure reprehēdunt a xp̄o di. Quid hic statis &c. Est autē ociū reprehensibile, quia est cōtra uirtualem operationem, ideo dicit, Quid hic statis ociosi.

Contra terrenalem habitationē ideo dicit, Quid hic statis &c.

Dico primo q̄ peccatum ociositatis est contra uirtualem operationem, ideo reprehendendo dicit. Quid hic statis ociosi, cum deberetis operari uirtualiter & meritorie. In sacra scriptura quādo aliquis reprehenditur, quia facit cōtra uirtualem operationem, cōmuniter reprehenditur p quid, ut patet prout legitur Mat. xxvj. qm̄ Magdalena uidit xp̄m fatigatū ex labore, & ipa ad ipm cōfortādū & refrigerandū unxit eum unguēto. De quo Iudas & alij discipuli murmuauerunt cōtra illud opus uirtuosum Magdalene, quos xp̄s reprehendit di. Quid molesti estis huic mulieri? Mat. xxvj. Ita etiā hic Christus reprehendit ociosos dicēs.

Quid hic statis ociosi, quoniã deus dedit nobis corp⁹, locũ & tps, ut operemur meritorie hic, de quo uiuam⁹ in alio mũdo. Nota hic secretũ theologie. Angeli mali statim post peccatũ fuerũt a deo cõdemnati irrenocabiliter, & sine reparatione, intantũ, q̃ passio xpi nihil proficit eis. Sed nos expectat misericorditer per annũ uel per. x. uel. xij. uel. xx. & ultra, ad penitentiã. Sed quare facit nobis istam gratiã, & non angelis creaturis tam excellẽtissimis, quia nos habemus in quo possumus penitentiã facere, scilicet corpus siue carnẽ, quod nõ habẽt angeli nec anime separate a corporibus. Ideo multum sumus reprehensibiles si nõ facim⁹ fructus penitẽtie in agro corporis, seminãdo primo contẽplationes deuotas in capite, flet⁹ in oculis pro peccatis, in ore orationes deuotas seu humiles, in manibus largitiões eleemosynarũ, in pedib⁹ peregrinationes, in toto corpore penitẽtiales afflictiones, propter quod ociosis dixit xps. Quid hic statis ociosi. Patet ergo qũo hoc uitium ociositatis est cõtra uirtualẽ operationẽ. Nota hic similitudinem de illo qui nõ habet agrum neq; uineam in quibus possit laborare, ut prouideat uxori, & filijs. Quod attendens homo diues, cõmittit sibi possessiones cũ agris, & uineis oliuetis, & arboribus, ut operet, & uiuat inde. Si forte ille est ociosus, quia nõ curat laborare in predictis, sed uadit per tabernas, ludos, lupanaria, & nihil facit, nunquid talis est dignus reprehensione di. Quid hic stas ociosus? In hac reprehensione sumus oẽs nos qui nihil habebamus. Quibus dedit deus agrũ proprij corporis ad laborãdũ meritorie. Gen. ij. Formauit deus hominem de limo terre &c. dedit nobis uineas. s. ecclesias in quibus fit uinum pretiosum, de quo dãnati si possent habere unã guttã cũ uera cõtritione, saluarẽtur. Isto uino inebriat aĩa de gr̃ia dei p auditum uerbi dei. Sed sunt multi miseri qui nõ curãt pparare agrũ corporis, imo est ad instar terre inculte, ideo fũt ibi multe male herbe, & spine peccatorum, ubi abscõdũtur bestie uenenose, ueneno luxurie, gule &c. Nõ curãt de uineis ecclesiarũ, qa nolũt audire missas nec sermones &c., ppter hoc dicit sciptura Prouer. xij. Qui operat terrã suã saturabit panibus, qui autẽ sectatur ociũ stultissimus est. Et loquit de diligẽti, & ociosõ. De diligenti autẽ dicit. Qui operatur terram suã saturabit panibus, scilicet angelorũ. de quo Luce. xiij. Beatus qui mãducabit panem in regno dei, de quo si possemus nos habere modo unã micam, sufficeret nobis pro centũ annis. uel mille ad uitã. De ocioso uero dicit, Qui sectat ociũ stultissimus est. Nota tres gradus stultitie. Primus gradus est. Stultus est q permittit perdere pretiosum thesaurũ meritorũ. Secundus stultior qũ perdit p̃miũ glorie. Tertius stultissimus est, qũ uidet penas inferni sibi paratas, & nõ curat ipsas uitare, uel fugere, cũ eas põt per penitentiã euadere, qa peccator q̃ sine penitẽtia inuenitur, qũ morit statim in infernõ proijcit. Dico secũdo q̃ uitiũ ociositatis est contra terrenalẽ habitationẽ. Iõ dicit, Quid hic statis ociosi. s. in loco huius mũdi. Qũ fit aliquid cõtra cõitatẽ loci, solet homo reprehẽdi per hic, dicendo hic homo facit &c. Vt si quis uellet facere aliquã immũdiciã in camera regis, uel in ecclesia reprehẽderet per hic, & nũquid hic &c. Isto modo Esa. prophe ta reprehendit unum di. Quid tu hic aut quasi quis hic. Subdit, Expellam te de statiõe tua, & de ministerio tuo deponãte, Esa. xxij. Hoc modo xps reprehẽdit ociosos, di. Quid hic statis ociosi? In quo ostẽdit q̃ uitiũ ociositatis est cõtra terrenalẽ habitationẽ. Sicut si in optio horto hortulanus sustineret arborẽ aliquã infructuosam, & sterilẽ, diceretur sibi a dño, ut quid terrã occupat. Sic in optimo horto ecclesie plantãtur homines uelut arbores in baptismo, quas xps rigat sanguine proprio, quia alias aqua nullã haberet uirtutẽ nec efficaciã. Sed quare plantantur? Nonne ut faciant fructũ uirtuosum bonorũ operũ, & meritoriũ? de quibus dicit Christus. Ego elegi uos, & posui uos, ut eatis, & fructũ afferatis, & fructus uester maneat. Ioan. xv. Nota posui uos, scilicet in horto ecclesie, ut eatis. s. per opera uirtutum in uitam eternam.

Dominica in sexagesima. Sermo. j.

SEmẽ est uerbũ dei. Verbum istud habetur textualiter. Luc. viij. & officiatur in euãgelio currentis dñice. In presenti sermone intendo uobis declarare uirtutes edificatiuas quas habet uerbum dei, sed primo salutet uirgo Maria &c. Ex prouidentia, & ordinatione spiritus sancti est talis ordinatio, q̃ res diuine ponũtur in sacra scriptura sub figuris, parabolis, uel similitudinibus. Et hoc duplici ratione. Prima ratio sumitur ex augmentatione meritorũ. Secũda ex multiplicatione secretorũ. De prima, qa si ueritates diuine clare ponerẽtur in scriptura nõ esset tãtus labor in studẽdo, & inquirẽdo ueritates, sed quia ponunt in figuris, ideo oportet nos laborare, ut inueniamus thesaurũ sapiẽtie, quasi fodiẽdo. Ideo inter alia magna merita est meritũ magnum scrutari scripturas. Iõ Dauid in ps. cxviij. Beati qui scrutant testimonia eius, in toto corde exquirũt eũ. Beati. s. hic per gratiã, & in futuro per gloriã. Qui scrutant testimonia eius, q̃ in figuris ponũtur, ut sint abscondita indignis, & indeuotis, & negligẽtibus, qa si clare ponerentur, nõ esset ibi meritũ. Secũda ratio est ex multiplicatione secretorũ. Ideo quot sunt figure, parabole, & similitudines, tot sunt secreta. Ideo Dauid in persona dei dicit, Attendite populo meus legẽ meã, inclinate aurẽ uestrã in uerba oris mei. Aperiã i parabolis os meũ, loquar ꝓpositiones ab initio. ps. lxxvij. Not. attẽdite, id est, intẽdite populo meus legẽ meã, inclinate aurẽ uestrã in uerba oris mei. Ecce prima ratio. Secũda. Aperiam in parabolis os meũ, ideſt, scripturã sanctam. Iõ ex dictis rationib⁹ uirtus uerbi dei dicit in themate per similitudinẽ seminis. De semine eñ uerbi dei inuenietur clare in sacra scriptura, q̃ uerbũ dei habet septẽ uirtutes seu efficacias, que oẽs ponũtur sub aliqua figura uel similitudine. Et

Prio est semẽ in baptismali gñatione.
Secũdo est gladi⁹ i pniali absolutiõe.
Tertio est clauis i sacrali cõsecratiõe.
Quarto ẽ tyriaca i corpali refectiõe.
Quinta est unguentũ in fraterna correctione.
Sexto est lumẽ i doctrinali p̃dicatiõe.
Septimo est cibus in spũali oratione.

Et de prima uirtute loquitur thema. Semen est uerbũ dei. Dico ergo primo q̃ uerbũ dei est semẽ in baptismali generatione. Nã tanta est uirtus, & efficacia uerbi dei, q̃ de filio hominis facit filiũ dei. Magnã uirtutẽ haberet uerbũ, quod lapidem uel lignũ cõuerteret in aurum, uel aquam in oleum. Maior est uirtus uerbi quod de filio hominis, & diaboli facit filium dei, & hoc fit in baptismo quãdo sacerdos infundẽdo aquã dicit. Ego te baptizo in nom̃e patris, & filij, & spiritus sancti Amen, tũc creatura efficitur filius uel filia dei. Baptismus enim omnia peccata tollit, ut dicit sanctus Tho. iiij. parte. q. lxix. art. j. secũdum illud Eze. xxxvj. Effundã super uos aquã mundã, & mundabimini ab omnibus inquinam̃tis uestris. unde Aug. dicit in lib. de baptismo paruulorũ, Generãte carne tantũmodo trahitur peccatũ originale, regenerante autẽ spiritu non solũ originalia, sed etiã uoluntariorũ fit remissio peccatorũ. Sic igitur in baptismo fit quis fili⁹ dei. quod est maioris dignitatis quã si efficeretur fili⁹ regis uel imperatoris. Sic enim uerbum dei est semen. Nam sicut uir de utero uxoris generat filios, ita Christus de sponsa sua. s. ecclesia que per os sacerdotis immittit semen suũ. s. uerbũ formale in fontem quasi in uentrẽ uirginis sponse, & sic generant homines in filios dei. Dicit enim Aug. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentũ. Ideo Aug. super Io. dicit, Que tanta uis aque, ut corpus tãgat, & cor abluat? Et Beda dicit, q̃ dominus tactu sue mundissime carnis uim regeneratiuam contulit aquis. Et ideo dicitur, Volũtarie genuit nos uerbo

bo ueritatis, ut simus initiū aliquod creature eius. Ia. j. Pro dictorum intelligētia nota q̄ multi sunt baptismi effect⁹, ut dicit sanctus Tho. iij. parte. q. lxix. in multis articulis. Per baptismū enim aliquis consequitur gratiam, & uirtutes, quia ut dicit Aug. in lib. de baptismo paruulorū, & habetur de cōse. dist. iiij. Ad hoc baptismus ualet, ut baptizati xpo incorporentur, ut mēbra eius. A capite autē xpo in omnia mēbra eius gratiē, & uirtutis plenitudo deriuatur, secundū illud Io. j. De plenitudine eius nos oēs accepimus. Igitur per baptismū quis cōsequitur, nisi fictus, accedat, gratiā, & uirtutes. Itē ut dicit ubi. s. ar. v. Incorporatio, illuminatio, & fecūdatio sunt effect⁹ baptismi. Itē ar. vij. dicit q̄ aptio ianue regni celestis est etiā effectus baptismi, quia per eū impedimenta introitus regni celestis. s. culpa, & reatus pene remouētur. Itē dicit sanctus Tho. in. iiij. dist. iiij. q. ij. No. uolūtarie genuit nos, nō meritorie, quia ante baptismū persona nullū habet meritum. Sed q̄ psona illuminet, & ueniat ad baptismū, huius ratio ex parte dei est, q uolū tarie genuit. Idē de pueris q potuissent nasci filij Iudeorū, uel sarracenorū sicut xpianorū, sed sola uoluntate sine merito precedēte fecit me, uel te nasci de parēt̄ibus xpianis. Ideo in oratiōibus de hoc singulariter debemus deo regratiari dicendo cū Dauid, Saluū me fecit quoniā uoluit me. ps. xvij. s. Diligāte dñe fortitudo mea. No. genuit nos, ideo ipse solus est pater. Nā patrini nō dicūtur patres tēporaliter, & corporaliter, sed patrini diminutiue. Iō dicit xps nobis. Nolite uocare uobis patrem super terrā. Mat. xxiij. No. uerbo ueritatis. Que est illa ueritas? Ille qui dicit, Ego sum uia, ueritas, & uita. Io. xiiij. Verbū huius ueritatis est forma baptismi. Ostēdat mulierib⁹ q̄ in periculo possunt baptizare, q̄ non mutent uerbū ueritatis, qa alias nō saluaret creatura. Itē ut simus initiū aliquod creature eius. s. dei. Hec filiatio incipit in hoc mūdo per gratiā in baptismo, & cōplet quādo intramus paradisum, ut filij in domo parētū. Ideo dicit Io. Charissimi, nūc filij dei sumus, & nōdū apparuit qd erimus, quia cū apparuerit, similes ei erim⁹, quoniā uidebimus eū sicuti est. j. Io. iij. Modo hec filiatio nō apparet, qa solū est in anima, sed in gloria apparebit manifeste. Patet ergo q̄ uerbū dei habet uirtutem hāc, quod de filijs hominū facit filios dei in baptismali generatione. Ideo dicebat Petrus apostol⁹. Renati estis nō ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbū dei uiui, & permanentis in eternū. j. Pet. j. Nota renati, idest, iterum nati de utero, ergo semē est uerbū dei, quod fuit thema. Dico secūdo, q̄ uerbū dei dicitur gladius in penitētiali absolutione. Et si aliqui haberent animā ligatā mille millibus ligaminū, seu cathenarū, uirtute absolutiōis, scilicet, dicēdo, Ego te absoluo, omnia uincula rūperent. Nota, qūo quot peccata mortalia fecit homo, tot uinculis, seu cathenis ligatur anima. Et in mēbris quibus peccat, sic ligat & anima. Quia sicut corpus habet membra carnalia, sic anima membra spiritualia. Verbi gratia, Nā quādo homo peccat per gulā mentiēdo, uel diffamādo, blasphemādo uel iurādo, uel facit excessum in comedēdo, ieiunia frāgendo, ligatur cathena in collo anime, quia per gulam peccauit. Itē si homo peccat corde, dubitando in fide, uel falsē opinādo, uel proximū odiēdo, tūc anima ligatur per cor. Item si homo peccat manibus, percutiendo, uel furādo, uel tangēdo. Item si renibus, ubi est fons luxurie. Itē si tibijs, uel pedibus, & ideo dicitur, Iniquitates sue capiunt impiū, & funibus peccatorū suorum quisq; cōstringitur. Prouer. v. Constringitur in anima, & corpore, ut dixi. Modo cogitate, quot cathenis ligantur homines qui peccant per totū mundū, & caput est in inferno, & sunt cathene infrangibiles uirtute creature, quia oēs homines mundi cū precibus nō possent minimam rumpere. Sed quando peccator humiliter uenit ad cōfessionem, cū proposito nō redeundi ad peccata, & absoluitur a confessore, subito, uirtute uer

bi

bi & absolutionis, & diuina uirtute, oīa uincula, & cathene rumpūtur. Ecce quomodo uerbū dei est gladius. Autoritas, Viu⁹ est sermo dei, & efficax, & penetrabilior oī gladio ancipiti, & ptingēs usq; ad diuisionē anime, & spiritus. ad Heb. iiij. Nota usq; ad diuisionē anime, & spiritus, scilicet, diabolici. Et nota hic miraculum de illo ligato, quē sanctus homo uidit euntē ad cōfitendū, quē demones per cathenas trahentes, retrahebant, ne iret &c. ideo solue cōfitēdo peccata. Nā si aliquis uestrū esset ab inimicis uinculatus, & cathenatus, libēter iret ad liberatorem, si reperiret. Dico tertio q̄ uerbū dei dicitur clauis in sacramētali cōsecratione, prolatū enim ore sacerdotis, est tante uirtutis, q̄ aperit celū, & facit uenire xp̄m in hostiā cū multitudine angelorum ipsum associantiū, quia rex non uadit solus. Nō intelligatur, q̄ in illa apertione celi rūpantur, sed dicitur aperiri sicut aperitur cor amico, reuelādo sibi secretū. Talis enim cordis communicatio dicit apertio, sicut dicitur de Dalida & de Sampsone, postq̄ reuelauit sibi secretum cordis. Nūc mihi aperuit cor suū. Iudi. xvj. Tali modo intelligēda est apertio celi. Nā deus qui secretus est in celo cum angelis, & sanctis, subito ad uerbū sacerdotis descendit. Auto. Greg. in iiij. dial. & habetur de cōse. distin. ij. quid sit sanguis. uersi. Quis enim fidelium sic dicit. Quis enim fidelū dubiū habere possit in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis uocem celos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorū choros adesse, & summa imis sociari &c. Nota celos aperiri, nō corporaliter, sed spiritualiter, ut dictū est, & Christus descendit, & de celo non recedit, & tū descēdit in manus oīm sacerdotū cōsecrātiū, & hoc uirtute uerborū dei, q̄ loquit sacerdos. Mō cogitate hic, qūo qlibet sacerdos debet esse sanct⁹. Prio in ore, ne mētiat. Nā dicit Ambro. quod uerbum sacerdotis aut est uerum, aut sacrilegum. Item non debet blasphemare, nec iurare. Item conseruare debet manus mundas a ludo, & ab armis, quia sicut uirgo Maria tractat eius filium. Tunc enim manus sacerdotis sunt plene angelis, qui tūc cantant dicentes, Panis angelicus fit panis hominum, dat panis celicus figuris terminū. O res mirabilis manducat dominū, pauper seruus, & humilis. Item conseruare debet corpus suum mundum a luxuria, quia corpus sacerdotis est propriū monumentū Christi, magis quā sanctum sepulchrum. Ideo dicit sancta scriptura, Sacerdotes qui accedūt ad dūm, sanctificētur, ne percutiat eos. Exo. xix. Notā ne percutiat eos, scilicet gladio damnationis eterne. Auisetur populus ne adoret hostiam, nisi forma consecrationis a sacerdote prolata, quia usq; in ultimo uerbo nō est ibi Christus, sicut uirgo Maria nō fuit mater dei, nisi ultima dictione perfecta. Et tūc Gabriel flexis genibus adorauit xp̄m in utero uirginis existentem. Sic nos in hostia consecrata. Dico quarto, q̄ uerbū dei est tyriaca in corporali refectione, quādo enim uolumus comedere, uel bibere, ne simus intoxicati, uel efficiamur ueneno infecti, uerbum dei est tyriaca. Dicūt naturales, quod est unus serpēs ita uenenosus, q̄ si mordet in radice alicui⁹ arboris, oēs fruct⁹ illi⁹ arboris sunt uenenati, ideo comedere de illo fructu sine tyriaca esset periculū. Sic etiā radix omniū ciborū fuit cibus, quē serpens antiquus intoxicauit ibi ponens uenenū peccati. Ideo ex quo radix fuit uenenata, infecti sunt, & periculosi omnes cibi corporales. Ideo ante, & post cibum, sumenda est tyriaca uerbi dei, scilicet uersus mense, Pater noster, uel Aue Maria, uel ad minus dicere Iesus, si ita sis gulosus, & festinus, & ista est tyriaca, & ideo dicit scriptura, Cibos creauit de⁹ ad percipiendū cū gratiarū actione fidelibus, quia omnis creatura dei bona, & nihil reijciēdum, quod cū gratiarū actione percipit. Sanctificat enim per uerbū dei, & orationē. j. ad Tim. iiij. Ideo quādocunq; uolueritis comedere uel bibere, ponatis tyriacā, ne diabol⁹ subintret. Nota miraculū quod narrat Grego. de-

mo nali comedẽte lactucã i horto, arrepta a demone, uel de pdicatore bibente in ulla, uel de puella tres demones ĩ corpore habẽte &c. Dixit q̃ dñ biberet intrauerunt, qa nõ signauit se. Ideo dicit, Cibos creauit de⁹ &c. quia oĩs creatura dei bona est, sed diabol⁹ intoxicauit, iõ necessaria ẽ tyriaca bñdictiõis. Dico qn to, q̃ uerbũ dei est ungñ in ffinali correctione. Sicut eñ multe plage corpales curant unguẽto, sic etiam contra plagas spũales, & uulnera aiarũ, & ꝓximorum ungñ mitigatiuũ & sanatiuum est ỹbũ ffne correctiõis, q̃ xps optim⁹ physicus cõfecit. Si ergo uides amicũ tuũ, uel uicinũ tuũ uolẽtẽ peccare, uel si iã peccanit, uoca eũ ad ptẽ dulciter dicendo sibi. Talis fama est de uobis, iõ amore dei corrigatis uos. Ecce hic ungñ sanatiuũ. Auto. Misit uerbũ suũ & sanauit eos, & eripuit eos de interitiõib⁹ eorũ. ps. cvj. Nota. Misit uerbũ suũ, qa quodlibet uerbũ correctiuũ mittit a deo p illum ministrũ p quem dicit. Misit ergo ỹbũ. s. p os corrigentis, & sanauit eos de interitionibus. i. de periculis mortis. Auisentur hic correctores, q̃ hoc ungñ ponat ad instar unguẽti corporalis, q̃ ponit dupliciter. s. calidũ & suauiter &c. sic etiam qñ aliqs est uulnerat⁹ ab aliquo pcõ quod credit esse occultũ, & tñ oẽs loquunt dicẽdo. O iste ribaldus, uel illa meretrix. Tu q uis apponere ungñ correctionis, calefacias igne charitatis, non cũ supbia dicendo. Venite, qa ego cognosco uos, qa frigide poneret, nec ꝓficeret. Iõ Iesus xps dicit ei. Si peccauerit ĩ te. i. te uidente frater tuus, uade & corripe eũ inter te & ipsum solũ, si te audierit, lucrat⁹ eris fratrem tuum. Mat. xviij. Isto modo uir debet corrigere uxorem &c. Secũdo q̃ ponatur suauiter & dulciter, qa alias nõ haberet pniam defectus uxoris, non cũ baculo, nec aspere, dicẽdo, tu putana &c. Idem faciat uxor de uiro quãdo ipm uidebit letum. Idem faciat pater corrigẽdo filios, & amicus amicũ. Ideo Apostolus, Fratres si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos q spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. ad Gal. vj. Sed sunt aliqua uulnera que unguento nõ possunt sanari, iõ scindun tur a barbitõsoribus. Sic etiã est de peccatis publicis & notorijs. Iõ rectores debẽt abscindere p ordinationes &c. ideo aplꝰ. Vtinã abscindant q uos cõturbant. ad Gal. v. Quoniam ex peccatis notorijs tota cõmunitas conturbatur & destruit.

Dico sexto, q̃ uerbũ dei dicit lumen in doctrinali pdicatiõe. Rõ, qa in factis dei totus mũd⁹ est tenebrosus de se. Philosophi eñ q tñ credebãt scire de deo, solũ sciuerunt unã cõclusionẽ. s. q̃ unus est de⁹, una prima cã, unum primũ principiũ seu motor. Modo plus scit de deo una uetula, sciẽs Credo in deum, in quo sunt duodecim cõclusiones fidei catholice. Et ista sciẽtia unde habet, nisi a uerbo predicationis, iõ uerbũ dei dicit lumẽ, qa nullus intellect⁹ creatus, poterit p se scire secreta fidei, nisi per reuelationẽ, iõ Apostolus, Fides est ex auditu, auditus aũt per uerbũ dei. ad Ro. x. Multi autẽ ambulant in tenebris, qa nõ audiuerunt uerbũ dei, uel quia non predicat eis uerbũ dei, sed Ouidij Vergilij &c. Iõ gentes sunt in errore circa agẽda & credenda, uerbi gratia. Quot homines sunt qui credũt q̃ mutuare ad usũram, nõ sit peccatũ mortale? facientes rationẽ, Nũquid de mea pecunia de qua ille seruit sibi &c. sed fundamentum est falsum. Et quod peccatum esset, si thesaurarius regis contra uoluntatem regis dispensaret pecunias? Sic Christus est rex & dñs omniũ bonorum, cui habemus reddere rationẽ. Ipse enim precepit ne mutuemus ad usurã, & ne res uẽdat pluris rõne dilationis solutionis, nec minoris emat pro denarijs promptis. Similiter etiam prohibet, ne mutuem⁹ sup possessiões, & interim recipiamus fructus. Itẽ prohibet obligationẽ uoluntatis propter mutuũ, quia usura est. Ecce lumẽ uerbi dei. Itẽ quot sunt qui credũt q̃ simplex fornicatio non sit peccatũ, dicendo, cui facio iniuriã &c. Sed cui facit iniuriã, qui cũ filia regis &c. etiã dato q̃ sibi placeat & tibi

& tibi, iniuria fit regi, nisi tibi det ĩ uxorẽ. Ecce quõ uerbũ euãgelice pdicatiõis ad modũ luminis uiã agẽdorũ ostendit, & in semitis credendorũ dirigit. Iõ ipse Dauid, Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. ps. cxviij.

Dico septimo, q̃ uerbũ dei est cib⁹ in spũali oratiõe. Et nota hic pulchram declarationẽ cõem. Videtur q̃ deus super oẽm creaturã dilexit hominem. A principio eñ deus fecit maximã multitudinem angelorũ, que sunt substãtie spũales. Deinde fecit maximã multitudinem creaturarũ corporalium. Et deinde fecit hoĩem ĩ quo uniuit totũ. s. creaturã spũalẽ ut aĩam, & corporalẽ, ut corpus. Angelis aũt solũ dedit cibũ spũalẽ, aĩalib⁹ corporalẽ. Homini aũt dedit cibũ duplicẽ, corporalem ad sustinendũ corpus. s. panẽ, uinum, carnes & fructus &c. Et spũalem ad sustinendũ aĩam. s. uerbũ dei quo aĩa reficitur, quia nõ in solo pane uiuit homo, de hoc uiuit corpus, sed in omni uerbo, quod procedit de ore dei. Matt. iiij. Et ideo sicut ordinate bis in die reficitur corpus cibo corporali, ita bis in die reficiẽda est anima. s. de mane orando dicatur modus, ecce prandiũ anime. Idem in sero. Et sicut non traditis obliuioni prandiũ uel cenam corporis, ita nec etiam debetis tradere obliuioni prãdium uel cenam anime dicendo. Pater noster, in quo sunt septem petitiones, quasi septem uncie panis regis. s. xpi, qa ipse posuit eum & fecit. Potus est, Aue maria. Bona societas Pater noster, Aue maria. Ferculum est Credo in deum, in quo sunt duodecim articuli, quasi duodecim frusta carnis. Ideo dicitur, Inuẽti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi uerbum tuum in gaudium & letitiam cordis mei. Hiere. xv. Nota inuenti sunt sermones. s. oratiõis. Iam cibus oratiõis est paratus, nõ oportet ponere, nisi in ore ad comedendum, & sic aĩa impinguatur, ideo Dauid, Sicut adipe & pinguedine repleatur aĩa mea, sic & labijs exultatiõis laudabit os meũ. in. ps. lxij. Deo gratias.

Dominica in sexagesima. Sermo. ij.

CEcidit, cecidit, cecidit cecidit. Verbũ istum colligit ex euãgelio currẽtis dnice. & Luce. viij. Semo nĩ erit de defunctis, sed ut materia sit deo acceptabilis & gratiosa, & nobis meritoria & proficua, aũ oĩa salutetur uirgo Maria. Multi uestrũ mirantur forte unde hĩ hoc thema. Dico q̃ colligitur ex euãgel. dñice currentis. In quo quadruplicit, dicit cecidit. Et primo cũ dicit, Cecidit secus uiã. Secũdo, cecidit supra petrã. Tertio, cecidit inter spinas. Quarto, cecidit in terrã bonam. Ecce tota parabola euangelij ubi quater dicit cecidit. Vnde debetis scire, q̃ si, sacra scriptura mors hois dicit cadere, qa qui morit cadit. s. de honore & amicis, quãcunq; sit magnus dñs. Itẽ cadit de pulchritudine in turpitudinẽ, qa licet uiu⁹ fuit pulcher, mortuus efficit turpis, intã tũ q̃ est terror, ipsum uidere. Item cadit de magnis diuitijs in magnas miserias, & paupertates, quia secum solum trahit linteum. Tertio, cadit de amore in odium, quia statim proijcitur de domo & ponitur sub terra. Quarto, cadit de uita in mortẽ, ideo mors, est cadere sicut arbor nucis seu alia plena fructibus, & oẽs uolunt de eius fructibus. Sed quãdo securi scinditur & cadit despicitur, quia cadit de magna altitudine, & perdit fructus, & folia. Sic est de homine diuite seu honorabili, qui uiuus honoratur propter fructus diuitiarum, sed quando securi mortis scinditur & cadit ad terram, statim despicitur. Ideo de hoc est autoritas, que loquitur in persona morientis. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Eccleſiſt. xj. Sed est hic que stio, quare persona ꝓ peccato unius hore uel diei puniatur eternaliter pena ĩfinita, si damnatur. Nam bonus iudex secundum culpam debet dare penam. Et concordat sacra scriptura dices. Pro mẽsura peccati erit & plagarum modus. Deute. xxv. Itẽ alia de nouo testamento.

Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit tū dare ei tormentū & luctū. Apoc. xviij. Bona est qstio & multi errauerūt ī ea, ut Orige. secūdū ꝙ dicit Hierony. Et rō est, qa credūt ꝙ sicut finit uita hoīs, finiat etiā pctū. Ecce fundamētū erroris, & hoc uenit ex ignorātia, qa imo magis tūc est obstinata in illo pctō uolūtas peccātis, iō dicit in quocūq; loco ceciderit, ibi erit. No. exēplū de duob⁹, quos ultis punire de aliquo defectu, & unus recognoscēs culpā suā humiliter petit uenīa, ꝓmittēs emēdā statim remittitis sibi. Ali⁹ ꝝo obstinat⁹ rebellat, iō pcutitis eū gladio &c. idē est de pctōribus. Ecce quare dicit si ceciderit lignū ad austrū. Quod aūt mors dicat cadere, autoritas. ij. Reg. iij. Nō ignoratis, qm̄ prīceps maximus cecidit in Israel. Dicit Dauid de morte Abner, de isto cadere, ergo recepit thema dicēdo cecidit quater, iō quia quatuor sunt modi seu cōditiones morientiū. Nam aliq moriunt in peccato originali, ideo dicitur primo cecidit.

Aliq ī pctō mortali, iō sc̄do dr̄ cecidit.

Aliq ī pctō ueniali, iō dr̄ tertio cecidit.

Aliq ī gr̄a spūali, iō dr̄ quarto cecidit. Primo dico, ꝙ aliqui moriuntur in peccato originali, ut pueri non baptizati, iō non pūt intrare gloriam paradisi. Quia dicit Christus beato Ioanni, qñ sibi ostēdit gloriam paradisi. Nō intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationē faciens. Apoc. xxj. peccatū originale est quedā macula quam recipit aīa ī utero mulieris, ac si rectores huius ville facerēt unam imaginē, ut ponerēt in templo, q̄ dū ducit ad tēplum cadit in lutum &c. Et de hoc peccato dicit Dauid in. ps. l. Ecce em̄ in iniquitatibus cōcept⁹ sum, & in pctīs cōcepit me mater mea. i. ī pec cato originali. Et ponitur ibi plurale ꝓ singulari. Nota peccatum originale est unum numero in uno hoīe, sed in oīb⁹ est unum spē, ut dicit S. Tho. prima secū de. q. lxxxij. ar. ij. & di. xxxviij. q. j. ar. iij. Est tamē etiam in uno homine peccatū originale multiplex uirtute, quia uirtualiter continet omnia peccata, ut dicit S. Tho. j. ij. q. lxxxij. arti. ij. ad secūdum. Sic igit patet quō uerbū Dauid intelligēdū est, cū dicit. Ecce em̄ in iniqtatib⁹ cōcept⁹ sum, loquens de peccato originali ī quo pueri cōcipiunt. Propter hoc nisi lauent baptismo nō pūt intrare paradisum, iō dicit. Amē amē dico uobis, nisi qs renatus fuerit ex aqua & spū sctō nō pt introire in regnū dei. Io. iij. iō debetis esse diligentes, ut pueri baptizent, nec cadāt extra glorīā, hoc est in limbū puerorū. No. oēs tenent ad baptismū & sine eo nō pōt esse sal⁹ hoībus ut dicit S. Tho. iij. p. q. lxviij. ar. j. &. iiij. di. vj. Item pueri baptizatorū debēt baptizari. Et ēt si mō aliq sanctificarent in utero, necesse esset eos baptizari, ut p susceptionem characteris alijs mēbris xpi cōformarētur. Hec S. Tho. iij. p. q. lxviij. ar. j. in solu. ij. &. iij. argumentorū. Itē ubi. ē. ar. ij. dicit & probat, ꝙ nullus pōt saluari, sine baptismo in actu uel proposito. Dicatur quō sunt quatuor domus in corde terre. Prima est inferior, & ista est infernus dānatorū. Secūda est locus purgandorū. Tertia est limbus puerorum. Quarta est sinus sanctorum patrum. In limbo. ij. cadunt pueri q moriuntur cum peccato originali solum, siue sint filij xpianorū, siue infidelium, & non habēt ibi, nisi solam penam damni. De hoc Sanct⁹ Tho. ij. scrip. dist. xxxiij. q. ij. ar. ij. dist. xlij. q. ij. ar. j. iij. di. xvj. q. j. ar. ij. q. ij. &. iij. parte. q. j. ar. iiij. ad. ij. Et dicit Sanctus Tho. in. ij. sniarum, ꝙ disputant inter se & stant lete. Anime separate cū solo peccato originali cognoscūt oīa naturaliter cognoscibilia a ratione, & multa alia dicit Sanct⁹ Tho. ij. dist. xxxiij. q. ij. ar. ij. iiij. dist. l. q. j. art. j. ad. vij. Itē in de malo. q. v. ar. iij. Habent enim claritatē intellectus, sed non glorie, nec displicet eis, nec tristant, sicut nec tu habes tristitiā, quia nō es rex Aragonū, quia nō debetur tibi, uel quia nō habes alas ad uolādū. Idē est de illis pueris, iō dicitur, Audite uerbū istud q̄ ego leuo super uos plānctum. Cecidit, & non adijciet ut resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram, non est qui suscitet eā.

Amo. v. Nota plāctum, qa mortua est creatura, siue baptismo. Nota ergo quō est magnū peccatū, quando mulieres cuiusuis sint stat⁹, occidūt proles ne pctū sciat, & cōtra apothecarios qui dāt medicinas ut moriant, ideo dicit, uirgo Israel. Illā aīam uocat uirginē, eo qa nūquā cōsensit in aliquo peccato, & ꝓiecta est ī terrā, scilicet in limbo. Ecce primū cecidit. Dico secūdo ꝙ aliqui moriūtur ī pctō mortali, q dure puniunt, ut religiosus, q non tenet suā regulā, nec uotā q̄ iurauit, uel presbyter qui non uiuit caste, uel laicus qui nō est obediēs deo nec preceptis eius, uel q nō seruat castitatē. Nā tales moriunt in pctō mortali, & uadūt ad ifernū dānatorū ad cētū milia diabolorū, ideo de talibus dicit. An ignoras, qm̄ benignitas dei ad penitētiā te adducit. Secūdū aūt duriciā & impenitens cor thesaurizas tibi iram in die ire & reuelationis iusti iudicij dei, q reddet unicuiq; secūdū opa eius. ad Ro. ij. Nota, O miser pctōr, an ignoras te esse in peccato, & benignitas dei ad penitentiā te adducit, qui tn ad penitentiam noluit adducere angelos peccātes? Sed immediate cōtra eos facta fuit executio & oībus dat ꝓpacium penitētie. Sed qñ nolūt conuerti, quādo moriuntur, cadūt ī inferno. Autoritas cū secretis. Qui ceciderit sup lapidē istū cōfringetur, sup quem uero ceciderit conteret eum. Matth. xxj.

Dico tertio ꝙ aliqui moriūtur in peccato ueniali solū, iō dicit tertio cecidit, licet fecerūt multa peccata mortalia, tn fecerūt pnām, sed non cōdignā. Iam tales qñ moriuntur nō statim uadūt ad paradisum, nec ad infernū, ex quo cōfessi fuerūt, sed uadūt ad purgatorium, quod est domus plena ignis, qui uirtute diuina cruciat animas magis, quam si anima esset in furno ardenti. Nota dict. Sancti Tho. iiij. dist. xxj. q. j. ar. j. q. iij. &. iij. pt. q. ulti. ar. vj. ad tertium, qd minima pena purgatorij est maior quā maxima hic. Et pena purgatorij semper taxatur, secūdū quātitatē peccati, ut dicit S. Tho. in. iiij. di. xx. quia tn̄ est ad soluēdū peccatum. Et pena purgatorij purgat illa reatu pene in soluēdo penā, ut dicit S. Tho. iiij. di. xxj. q. j. ar. iij. q. ij. Et iō dicit. Si qs superedificat sup fundamētum hoc aurū, argētum, lapides pretiosos, ligna, fenū, stipulā, detrimentū patiet, ipse tn̄ saluus erit, sic tn̄ quasi p ignē. j. Corin. iij. Nota si quis superedificat sup fundamētū hoc. s. fidei, quia ad purgatoriū nō uadunt, nisi Christiani, qui stant supra fundamētū fidei, sed edificauerūt ligna, fenū & stipulā. i. pctm̄ ueniale. Ideo patiuntur in illo igne. Pro quo notandū secundū S. Tho. iiij. scri. di. xxj. q. j. ar. ij. q. j. ꝙ triplex differentia ponit peccatorum uenialiū. Quia quedam sunt grauissima in genere uenialiū & difficillime purgabilia, & hec p lignū significantur. Quedā minima q̄ p stipulam significant. Quedā media q̄ per fenū significant. Ratio dictorū, quia uenialia charitati adiuncta possunt per aliquam penā cōsumi. Ideo conuenienter secūdum metaphoram significātur illis, que per ignem consumuntur. Et qa quāto aliquod peccatū est grauius, tāto difficilius purgat, & in peccatis uenialibus inuenitur alterū altero graui⁹. Ideo conuenienter eorum diuersitas significatur per diuersitatē eorū, que facilius & tardius cōsumunt ab igne. Et qa perfectio cuiuslibet quātitatis ternario cōprehendit propter principiū, mediū & finē. Ideo triplex differētia peccatorū uenialium, ut patuit ponitur. His dictis consonat beatus Augu. cuius uerba magister ponit in. iiij. di. xxj. Dicūt tn̄ doctores, ꝙ minima pena purgatorij est maior oī pena huius mundi, quod & Sanctus Tho. cōcorditer tenet, ut patuit, Nota practicā qūo aīa cadit in purgatorio de manibus boni angeli. Et dicit aīa in purgatorio existens malitie diaboli. Ne leteris inimica mea sup me, quia cecidit supple in purgatorio, qa cōsurgā supple cōpleta pnīa. Miche. vij. Ecce tertium cecidit.

Dico quarto ꝙ aliqui moriunt in gratia spirituali pure, sicut sunt hoīes, & mulieres, qui tenent uitam apostolicam seu spūalē, q licet fecerint peccata mortalia

talia, ramẽ fecerũt condignã penitentiã, cõfitentur sepe, & cõicant, & plorant sua peccata, & faciunt magnas penitẽtias, & lucrãtur magnas indulgẽtias &c. intãtũ q̃ si ponerẽtur in statera diuine iustitie oia bona, q̃ fecerũt, & bona opa in una parte, & mala ĩ alia, plus põderarẽt bona, quã mala, tales quãdo moriũtur uia recta uadunt ad paradisum, & ascendũt ad gloriã celestẽ. Et de istis dicit apostolus, Scimus enim quoniã si terrestris domꝰ nostra huius habitationis dissoluatur, q̃ edificationẽ ex deo habemus, domũ nõ manufactã, sed eternã in celis. ij. ad Coꝝ. v. De qualibet tali aĩa beata dicitur in euãgelio, Cecidit in terrã bonã. Luc. viij. De qua Dauid, Credo uidere bona dñi in terra uiuẽtiũ. Cauete ne cadatis de paradiso. Dicit Dauid. Impulsus, euersus sum, ut caderẽ, & dñs suscepit me. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factꝰ est mihi in salutẽ. ps. cxviij. Nota impulsus. s. in morte, per diaboli tẽtatiões, sed dominꝰ suscepit me. Qui mittit angelos suos &c. Laus mea. s. in aere cõtra demones, qñ dixi, Deo gratias, q̃ liberauit me de tali peccato, de quo ille proditor me tẽtauit &c. Dominus factus est mihi in salutẽ, quãdo dat mihi gloriam celestem.

Dominica in sexagesima. Sermo iij.

DAtus est mihi stimulus carnis mee. ij. Coꝝ. xij. Pro huius ẏbi declaratiõe est sciẽdũ, q̃ inter multa, & magna mala, miserias huius mundi sunt duo, scilicet pr̃optitudo ad malũ, & difficultas ad bonum. Ad malũ autẽ ĩclinamur naturaliter. Et ideo dicitur. Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescẽtia sua. Gen. viij. Sed difficultas est illi, qui uult uiuere sancte, & ordinate. s. iuxta dei uolũtatẽ, & impeditur, & retrahitur ad extra. s. carne. Sicut enim equus, q̃ de se est leuis, impeditur tamen a curru, quẽ trahit, ita etiã anima, que de se est leuis ad currẽdũ ad paradisum, retrahitur onere carnis, quod trahit, & cõtradicit, ideo apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritũ, spiritus autẽ aduersus carnẽ. Ad Gaꝰ. v. Multi uellẽt uiuere in humilitate, & castitate, & sic de alijs, sed impediũtur a carne. De hoc cõplangendo se Apostolus dicit, Cõdelector enĩ legi dei secũdũ interiorẽ hominẽ. Video autẽ aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis mee, & captinantẽ me in lege peccati, q̃ est in mẽbris meis. Infelix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? ad Ro. vij. Ideo ex hac difficultate aliquis dimittit bonã uitã, sed secundũ interiorẽ hominẽ instigatur ad uitã uirtuosam, quẽadmodũ stimulatur asinus, ut uadat, ideo Apostolus de stimulo suo dicebat thema, Datus est mihi &c. Patet ergo thema, & inuenio in sacra scriptura, q̃ xps habet quatuor stimulos, q̃bus diuinitus excitamus, ut uadamꝰ ad paradisum.

Primus est dolor corporalis affligens.
Secũdus est dolor cordialis cõpũgens.
Tertius est timor iudicialis cõfligens.
Quartus est amor spiritualis perurgẽs.

De primo singulariter loquitur thema, Datus est &c.

Dico primo, q̃ deus habet stimulũ de dolore corporali affligẽte, ne scilicet pigritemur in bona uita, sicut sunt infirmitates, dolores, paupertates, fames, siccitates, mortalitates &c. Nõ credatis q̃ deus delectet̃ in nostris malis, sed ratio principalis nostrarũ afflictionũ ex parte dei est reductio, exercitatio, & promotio ad bonũ, & tandẽ introductio ad gloriam. Nota ad hoc similitudinẽ de iumẽto, q̃ portat onus, q̃ nõ delectabiliter uerberatur a dño suo, sed si deuiat a uia, tũc pcutitur, & ad uiã reducitur p flagellũ. Si uero nõ deuiauit adhuc cũ flagello percutitur, nõ delectabiliter, sed ut citius uadat, & ulterius pcutitur, ut currat, & tandẽ ad domũ ueniat. Sic etiã uia ad paradisum est bona uita. Hec est uia, ambulate in ea, & non declinetis neq; ad dexterã neq; ad sinistrã. Esa. xxx. Sed aliquoties hoies deuiãt ad dexterã amore ꝑsperitatis, dimittẽtes bonã uitã, & faciũt cõtra dei mãdata, uel ad sinistrã timore aduersitatis, ut fugiãt mala dimittũt bonã uitã?

Videns

Vidẽs ergo deus, q̃ iumẽtũ suũ deuiat a uia recta, stimulat ipsum flagello infirmitatis, uel famis, doloris, uel mortalitatis, que tangũt carnẽ, ut dicat homo, Si ego essem ĩ uia bone uite nõ stimularet me, & sic reducitur ad uiã, cõterẽdo, cõfitendo, & remittendo &c. Si forte sit in uia, sed uadit tarde, tepide, & spaciose, stimulatur etiã a deo, ut citius ambulet, p bona opera accelerãdo, & festinãdo ad bonã uitã? meliorando se. s. cũ maiori feruore spiritus, ut diligẽtius faciat bona opera. Hãc stimulationẽ, & simile tãgit Dauid, qui de se dicebat deo, Vt iumẽtũ factus sum apud te, & ego semper tecũ. Tenuisti manũ dexterã meã, & in uoluntate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me. ps. lxxij. Nã Dauid optime sentiebat stimulũ dei, ideo si erat extra uiã statim reducebat se ad uiã dicẽdo, Miserere mei deus &c. Sed si iã erat in uia feruẽtius operabatur, ideo dicit, Vt iumẽtum factus sum. Hic apparet defectus noster, quia nõ possumus dicere, Vt iumentũ factus sum, sed minus, q̃ iumentũ, quoniã iumentũ si est extra uiam, & flagellatur a dño suo statim reducit se ad uiã. Nã uidetur habere rationẽ, & cognoscere, quod ideo percutitur a dño, quia est extra uiã. Et tu qui per peccata es extra uiam bone uite, & deꝰ flagellat te, tu nõ cognoscis, nec propter hoc redis ad uiã, imo multi efficiũtur ex hoc peiores, ideo nõ potes dicere cũ Dauid, Vt iumẽtũ factus sum, sed minus q̃ iumẽtũ. Idẽ si iumẽtũ sit in uia, & percutitur a dño, statim meliorat passum accelerando, quasi cognoscat, q̃ dñs ideo percutit ipsum. Et qñ tu homo, uel mulier a dño flagellaris, facis oppositũ, non solũ nõ melioras te, imo in corde tuo recipis indignationẽ cõtra deũ, dicendo malas grates &c. Nõne uidetur uobis q̃ sumus minus, q̃ iumẽtũ? De hoc stimulo dicit Apostolus? Ne magnitudo reuelationũ extollat me, id est, extra uiã tollat, datus est mihi stimulꝰ carnis mee, angelus Sathane, qui me colaphizet. ij. ad Coꝝ. xij. Paulus est super omnes mortales, & habuit donũ reuelationũ, quia sicut amicus ostendit amico totã domum suã, ita xps ostendit Paulo paradisum, & ordines angelorũ, & omnia edificia paradisi plus q̃ Ioãni, intantũ q̃ dicit Aug. q̃ ostẽdit sibi diuinã essentiã. Paulus em in raptu uidit diuinã essentiã, ut dicit. s. Tho. j. par. q. xij. ar. xj. in solutione ad secundũ, ubi dicit, q̃ sicut deus aliquid miraculose, ac supernaturaliter in rebꝰ corporeis operatur, ita etiã supernaturaliter, & preter cõmunẽ ordinẽ mẽtes aliquorũ in hac carne uiuentiũ, sed nõ sensibus carnis utentiũ, usq; ad uisionẽ sue essentie eleuauit, ut dicit Aug. xij. super Gen. ad literã, & in libro de uidẽdo deũ, de Moyse, qui fuit magr̃ Iudeorũ, & Paulo, qui fuit magister gentiũ. Hec S. Tho. ubi supra. Idem dicit in iiij. dist. xlix. & in de ueritate. q. xiij. & ij. ij. in materia de raptu, ideo ne magnitudo reuelationũ eũ extolleret, datꝰ fuit sibi stimulus carnis. glosa uerior dicit q̃ iste stimulꝰ fuit dolor lateris, scilicet pũctio. Si dicatur hoc impediebat eũ, ne ita cito ambularet sibi auferẽdo ieiunia, predicationes &c. Respondeo q̃ apostolus proficiebat ex patientia illa, & humilitate doloris, quia erat ita sanctus, q̃ curabat alios infirmos, & q̃ ita pateretur patienter. Si ergo Apostolus tã sanctus indigebat stimulo, quãto magis nos peccatores debemus patiẽter sustinere flagella? Secundus stimulus est doctor cordialis pungens. Iste est p̃dicator uerbi dei, qui per aures stimulat & pungit cor ut ad deũ ueniat. Secus est de predicatore, seu doctore curioso, qui predicat uerba ornata, quia iste nõ pungit cor, sed solum aures. Sed predicator qui predicat uerba sacre scripture, pũgit cor superbi, quando reducitur ad uiã humilitatis, uel auari, quando reducitur ad uiã liberalitatis, & misericordie restituẽdo, & sic de alijs. De isto modo loquẽdi ad cor dicit Esaias, Dicit deus uester, loquimini ad cor Ierusalẽ, & aduocate eã. Esa. xl. Nota loquimini ad cor, nõ dicit ad aures ipsas demulcendo rythmis seu uerbis poetarũ. Ierusalẽ dicitur hic aĩa. De isto stimulo autoritas. Verba sapientium

ciũ, sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi, que per magistrorũ cõsiliũ data sunt a pastore uno. Eccls. xij. Nota uerba sapientiũ, id est predicatorũ, quia sicut iuriste uulgariter dicũtur sapiẽtes, qa sciũt leges, uel canones, & allegationes &c. facium fieri iustitiã de receptis seu iniuriatis. Ita p̃dicatores sacre scripture faciunt iustitiã fieri. s. penitentiã peccatoribus a diabolo deceptis, que est quedam iustitia penitẽtialis. Penitentia enim est uirtus specialis moralis, non theologalis, & est pars iustitie commutatiue subiectiua, ut dicit sanctus Tho. iiij. dic. xiiij. & iij. par. q. lxxxv. Et sic predicatores sacre scripture faciũt iustitiã fieri peccatoribus. s. punitionẽ, uerbi gratia. Dabol⁹, ut falsus emptor modico precio emit animam peccatoris, in qua emptione, est fraus ultra dimidium iusti precij, quãdo cõsulit homini, ut faciat usurã, furtũ, rapinã, uel q̃ retineat sibi decimam, uel alias res, & homo sibi cõsentit, tũc uẽditur diabolo. Ideo quid debes facere? uenire ad iuristã leges scientẽ, & canones sacre scripture, & sic predicator predicãdo dicet, q̃ debes facere restitutionẽ si aliquid fuisti lucratus in ludo cũ taxillis. Et hoc quãdo tẽtauit, uel decepit te diabolus auaritia. Secũdo diabolus decepit de luxuria iuuenes suggerẽs, q̃ ẽ magna delectatio, tu parẽs sibi ad pũctũ gloriã paradisi amittis, & perdis oĩa merita in pũcto, quãdo tu cõsentis sibi, qa p̃ unum peccatũ mortale bona opera mortificãt. De bonorũ operũ mortificatione, uide S. Tho. in iiij. di. xiiij. Veni ergo ad sapiẽtẽ in predicatione, habebis cõtritionẽ, & statim oĩa perdita tibi restituent. Ecce ratio quare predicatores dicunt sapiẽtes. Autoritas xp̃i. Ecce mitto ad uos p̃phetas, sapiẽtes, & scribas. Mat. xxiij. Secũdo dicit sicut stimuli. dicit, q̃ uerba predicatoris sunt sicut stimuli, qui pungũt cõtra difficultatẽ ad bene operandũ, & quasi claui in altũ defixi cõtra pronitatem ad malũ, que per magistrorũ cõsiliũ, glo. ordi. prophetarũ, quãtũ ad uetus testamẽtũ, & apostolorũ, quantũ ad nouũ, data sunt a pastore uno. s. xp̃o. Tertio⁹ stimul⁹ est timor iudicialis cõfigens, id est clauificãs. Inter alia, que multũ retrahũt hominẽ a malo, & a pctõ, & excitant ad bonũ, est timor iudicij particularis, uel gñalis, ad q̃d oportet nos uenire, & forte citius, q̃ credamus. Ideo debet q̃libet intra se cogitare, uel cogitãdo dicere, O miser uideamus, quẽ cõputũ reddã deo de uita mea, & quid respõdebo xp̃o mihi dicẽti. Ecce quid feci pro te, uideamus, qd fecisti pro me. Benedictus erit, qui tunc poterit dicere, & respõdere dicẽdo. Domine ego erã superb⁹, sed amore, & exẽplo uestri fui humiliatus, & sic de alijs. Sed uideatis de illis, qui nihil fecerũt, p̃ xp̃o, & hoc timore q̃libet debet se a peccatis custodire. Sed & hoc timore anima lia irrationabilia uincũt nos, que a maximis cõcupiscentijs abstinẽt timore peri culi. Verbi gratia. Canis licet famelicus abstinebit, nec recipiet panẽ si datur sibi cũ uirga in capite, uel cũ pũcto gladij, & nos minus, q̃ bestie, nolumus abstinere a peccatis timore gladij, diuine iustitie, & dãnationis, imo despicimus. Ideo peccatoribus dicit Dauid in psal. Nisi cõuersi fueritis, gladiũ suũ uibrauit, arcũ suum tetẽdit, & parauit illũ &c. Ideo Dauid orãdo dicebat. Cõfige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis ti. in p̃o. cxviij. Iste stimulus facit magnũ bonum. Nota exẽplũ, de uno iuuene, q̃ somniãdo fuit interrogat⁹ a Christo, in iudicio, & subito, ex t more totus factus fuit canus. i. al bus. Isto stimulo Paulus fuit conuersus, qa quãdo Christ⁹ sibi dixit. Saule Saule, durũ est tibi cõtra stimulum calcitrare. Act. ix. Cui xp̃s ostẽdit se, ut dicũt glose, sicut stabit in iudicio. Paulus statim tremẽs, ac stupens, dixit, Domine, quid me uis facere? De isto ergo, iudicio cogitare dicẽdo. Videamus, si modo morerer, qd esset de aĩa mea, quia tã malã uitã teneo &c. Circa predicta nota, q̃. S. Th. iij. par. q. lvij. art. vj. in solutione, ad tertiũ dicit, q̃ Palus in sua cõuersione, uidit Christũ corporaliter. Quartus stimul⁹ est maior alijs. s. amor spiritualis perurgẽs. Quãdo ea

ea, que qs facit, facit ex charitate dei, & proximi, solo puro amore facit, dato q̃ non esset infernus, nec aliqua alia pena, sed sicut philocapti, qui stulto amore perdũt somnũ, & potũ, & cibũ. Sic etiam de illis, qui sunt ita philocapti de deo, q̃ amore eius perdũt somnũ, uigilando in omnibus perdũt cibũ, & potũ ieiunãdo, & laborãt, per bona opera. Isto stimulo pungebãtur apostoli xp̃i, & discipuli, qa nõ timore. Nam perfecta charitas foras mittit timorẽ, imo exponebãt se piculis, & aduersitatibus, predicãdo fidẽ xp̃i, in honorẽ dei, & saluationẽ aĩarũ, dicẽtes, Charitas dei urget nos. ij. Cor. v. De isto stimulo, dicit autoritas sacre scripture. Qui tenet aratrũ, & q̃ gloriatur in iaculo stimulo boues agitat, & cõuersatur in operibus eorũ. Eccl. xxxviij. Nota, qui tenet aratrũ, aratrũ est lingua predicatoris arãs terrã cõscientiarũ, ut faciat fructum p̃uocãdo superbũ ad humilitatẽ, auarũ ad mĩam, liberalitatẽ, & xp̃s tenet eã in manu sua, quia alias null⁹ posset fructuose p̃dicare. Hoĩs est animũ p̃parare. s. legẽdo, studẽdo, contẽplãdo, & dñi est gubernare linguã. Prouer. xvj. s. p̃dicãdo. Itẽ qui gloriatur in iaculo, scilicet uirga, q̃ est scriptura. Et sumitur pro autoritate seu ptãte regali. Et ideo dicit, Cõsurget ỹga de Israel, & peutiet duces Moab. Nu. xxxiiij. Nullus rex põt gloriari iaculo, qa uice gerẽtes, & officiales xp̃i solũ sunt, nisi solũ dñs Iesus xp̃s, q̃ habet autoritatẽ, & ptãtẽ regalẽ. Qui stimulo sui amoris, boues agitat, scilicet potẽtes ĩ potẽtia, & sciẽtia pfectos, quia oues, id est, simplices tribus primis stimulis agitant.

Dominica in sexagesima. Sermo iiij.

EXijt qui seminat, seminare semen suũ. Lu. viij. In p̃senti sermone cogitaui tenere modũ, quẽ tenẽt isti magi domorũ. Notabilis sermo, qñ uolũt edificare unam magnã domũ seu turrim, primo ponũt fundamẽtũ, forte tam̃, q̃ edificiũ nõ põt cadere uẽto, nec pluuia, nec terremotu, deinde edificãt cameras ad habitandũ. Sic uolo facere nũc in isto sermone. Primo ponã fundamẽtũ, & forte plus quam celũ, & terrã. s. uerbũ dei. i. historiã euangelij, de quo dicit xp̃s, Celũ & terra transibũt, uerba autẽ mea nõ trãsibũt. Lu. xxj. Et posito isto fundamẽto, edificabo plures cameras. s. intelligẽtias spirituales, in qb⁹ habitẽt aĩe nostre cõtẽplando. Dicaĩ breuiter historia euãgelij ad literã. Ecce fundamẽtũ positũ. De quo Apost. j. Cor. iij. Fundamẽtũ aliud nemo põt ponere, preter id q̃d positũ est, q̃ est xp̃s Iesus, glosa. fides Iesu xp̃i. Super isto fundamẽto edificabo tres cameras. i. tres intelligẽtias spirituales, pro animabus nostris.

Prima uocatur anagogica, id est supernaturalis, que est de mundiali creatiõe.

Secũda uocatur allegorica, uel figuralis, que est de humana redemptione.

Tertia uocatur tropologica, ut̃ moralis, que est, de euangelica predicatione. Dico primo, q̃ pria camera uocaĩ anagogia, ab ana, q̃ est surũ, & agoge ductio. i. sursũ ducẽs, q̃ est, qñ facta, ut̃ dicta in sacra scriptura exponũt de his, q̃ speram⁹ ĩ celesti gl̃ia. Dicit autẽ pria ps euangelij. Exijt q &c. No. exijt de⁹ in mũdiali creatiõe. Creare põt dici seminare. Rõ qm̃ sicut agricola seminãs semina p̃ diuersos sulcos, uel agros, siue areas mittit semẽ suũ, sic & deus. Cogita q̃ tot⁹ mũdus sit quasi un⁹ cãpus, quẽ deus seminauit p̃prio sanguine, & nõ alieno. Et prio seminauit in celo nouẽ sulcos. i. nouẽ ordines angelorũ, de puro semĩe. s. substãtijs spũalib⁹. Prim⁹ sulc⁹, q̃ est in ĩgressu celi empirei uocaĩ angelorũ, secũd⁹ archãgelorũ. Terti⁹ pricipatuũ, quartus potestatũ, qntus ỹtutũ, sextus dñationũ, septim⁹ thronorũ, octau⁹ Cherubĩ, non⁹ Seraphĩ. Et in quolibet sunt tot milia miliũ. Deide descẽdẽdo seminauit celũ crystal linũ, q̃ aĩs dicit aqueũ. a philosophis ỹo uocaĩ primũ mobile, in quo nõ sunt stelle. Deide descẽdẽdo in sulco firmamẽti, semĩauit stellas. s. solẽ, lunã &c. Itẽ descẽdẽdo semĩauit elta pura. s. ignẽ cum suis q̃litatib⁹, aerẽ cũ auib⁹, aquã cũ piscib⁹, terrã cũ aĩalib⁹, plãtis, & hoĩb⁹, fontib⁹, & met

&metallis. Ecce qñ creare dicit seminare. Et possimus dicere. Dñe nonne. i. īmo certe, bonū semē seminasti in agro tuo. Mat. xiij. De hoc dicit thema. Exijt qui seminat seminare semē suum, nō semē alienū. Et iste est intellectus anagogicus, ideſt supernaturalis. Nota cū dicit. Exijt seminare supple Deus creator. Sed unde exiuit? Querunt aliqui ubi habitabat Deus ante mūdi creationē. Rñsio q̄ ante mūdi creationē habitabat Deus in secretissima camera eternitatis sue in qua etiā habitat modo ubi sunt pater & filius & spirituſſanctus, que est camera maior celo & terra, & toto mūdo, nec q̄ se creauit mundū, sed q̄ nobis ad habitā dū. De habitatione autē Dei dicit propheta Esa. lvij. Dñs excelsus & sublimis habitās eternitatē ubi erat secretus & invisibilis & incognitus ab omni creatura. Ideo propheta. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. Esa. xlv. Exiuit autē de camera eternitatis in creatione mundiali, non dimittēdo eternitatē, sed dicit exire manifestando se, faciēdo se cognoscibilē p creaturas, sicut dicit philosophus, q̄ uirtus exit ad extra p operationē, ut patet in ferro ignito si tāgatur, & radix dicitur exire extra p germinationem qū in tpe ueris exeunt flores &c. tñ nō radix nec arbor mouet se de eodē loco. Sic radix diuinitatis exit ad extra ad ramos. ſ. ad creaturas p quas cognoscit & manifestatur tanq̄ per effectus &c. Aug. Inuisibilia Dei a creatura mūdi p ea que facta sunt intellecta cōspiciuntur, sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas ita ut sint inexcusabiles. ad Roma. j. Nota inuisibilia Dei. ſ. potētia, sapiētia, diuinitas, maiestas &c. Ecce quare dicit, Exijt &c. Sed nota cum dicit q̄ quatuor partes facte sunt de semine, qa aliud cecidit secus uiam & cōculcatū est & uolucres celi comederunt illud. Hoc semē fuit lucifer cum suis sequacibus. ſ. malis angelis qđ cecidit secus uiam id est Deū, q dicit ego sum uia. Io. xiiij. Dic practice casum suū. Qui cū uideret se super oēs creaturas excellētiorē secundū Grego. uoluit se Deo parificari & suum peccatū reuelauit oībus angelis & multi sibi cōsenserūt de quolibet ordine. boni autē. ſ. Michael, Gabriel &c. cū alijs contradixerūt, propter qđ lucifer cum suis cecidit de celo in infernū, cui dixit Propheta, Qñ cecidisti de celo lucifer, qui mane oriebaris, corruisti i terrā &c. Esa. xiiij. Vnde sequit in euāgelio. Et cōculcatū est. ſ. a bonis āgelis cōtradicētibus, ipm cū suis sequacibus de celo eijciēdo. Et uolucres celi. i. ſuperbe elationes cordis comederūt illud. i. destruxerūt irreparabiliter, intm q̄ pāsio xpi nihil eis profecit. Aliud cecidit supra petrā & ortū aruit, quia nō habebat humorē. hec pars fuerunt primi parētes. ſ. Adā & Eua. Hoc semen cecidit supra petrā. ſ. inobediētie quia comederunt de fructu uetito. Et natū aruit, qa dicunt doctores q̄ Adā ea die qua natus est de matre uirgine. ſ. terra q̄ nondū fuerat corrupta aliquo peccato, aruit. i. peccauit, quia non habebat humorē. ſ. gratie Dei nec charitatis nec deuotionis q̄ uiuificāt animam rōnalē. Aliud cecidit inter spinas & simul exorte spine suffocabāt illud. Hoc semē fuit totū genus humanū ab Adam descēdēs, quod cecidit inter spinas, ſ. penas penalitatū, & multarū tribulationū, miseriarū, necessitatū, & infirmitatū, & simul exorte spine suffocauerūt illud. ſ. p mortē corpōralē, que totum suffocat. Secus si Adā nō peccasset. Aliud cecidit in terrā onā & ortū fecit fructū centuplū ſ. angeli boni q̄ steterūt fortit. Qui post casum malorū angelorū ceciderūt corā Deo p uerā obediētiā dicētes. Nō est equū q̄ creatura equipareť creatori. Et ortū fecit fructū cētuplū. ſ. gr̄ie cōfirmate, quia sicut mali angeli fuerūt humiliati, ita boni fuerūt exaltati & p gr̄am cōfirmati. Aug. Supbū sequit humilitas, & humilem spiritu suscipiet & gr̄ia. Pro uerb. xxix. Nota superbū. ſ. luciferū sequitur humilitas & deiectio, & humilē spū suscipiet gr̄ia. ſ. Michaelē. Ecce hic prima camera q̄ psonis speculatiuis & cōtēplatiuis. Secūda camera uocatur allegoria seu figuralis q̄ est de humana redēptione. Dicit allegoria ab allon qđ est alienū, & gore sn̄ia quasi aliena sn̄ia, qñ unū factū significat aliud credēdū in sancta ſi de catholica, & exponit de Deo. Dū ergo dicit. Exijt qui seminat &c. allegorice pōt exponi de incarnatiōe filij Dei qui pōt dici seminare. Nota sicut ille q̄ seminat intēdit multiplicare & fructū habere propter qđ elegit terrā bonā nō spinosam uel arenosam nec petrosam. Sic fecit Deus patri in filij sui incarnatione, quia licet in mūdo fuissent multe mulieres sancte, tñ ultra quinq; millia annorū expectauit terrā bonā, dignā & sanctam. ſ. uirginē Mariā optime cultā, in qua nū quā fuit mala herba peccati, in qua seminauit illud ſuperbū dictum semē. de quo Lu. viij. Semē est uerbū Dei, qđ uerbum caro factum est. Ioā. j. ut multiplicaret & fructū faceret inestimabilē sanctarū personarū. Quot apli, discipuli, innumerabiles martyres, doctores, cōfessores, uirgines, innocētes, penitētes, & cōtinētes? Ecce rō quare filij Dei incarnatio dicit seminare. Autoritas. Simile est regnū celorū homini q̄ seminauit bonū semē in agro suo. Matt. xiij. Nota in agro suo. ſ. uirgine Maria q̄ semper fuit ager Dei. Ideo dicit spirituſſanctus. Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Can. iiij. Dicit ergo euā. Exijt. ſ. Deus pater. Pro quo sci. q̄ Deus pater a principio mūdi usq; ad filij sui in carnationē habitauit in domo rigoris iustitie clausus, in qua habitauit ultra quinq; millia ānorū seruās iustitiā rigorosam, intm q̄ furto illius fructus qđ fecit Adā, fuit ita rigoros sus in iustitia, q̄ nunq̄ permisit q̄ aliqua psona humana quantuncūq; bona, sancta & amica sua intraret paradisum. Patet primo de Adā, qui post peccatū fecit magnā pn̄iam q̄diu uixit. ſ. nōgentis triginta annis. Gen. v. & fuit mortuus bonus sanctus & amicus Dei. Etiā Eua, non tñ permisit eos intrare in paradisum, īmo descēderūt ad infernū. Idē de Noe qui seruiuit Deo nōgentis & quinquaginta annis. Gen. ix. & sic de alijs. Quod plangens Dauid dicebat. Quis est hō q̄ uiuit & nō uidebit mortem &c. quasi diceret nullus, īmo erat intm rigorosus, q̄ statim post pctm uidicauit se de pctōribus, ut patet de diluuio. Gen. vij. Itē de Sodoma & Gomorra. Gen. xx. Itē de uitulo in deserto & de multis alijs &c. Sed in superbenedicta incarnatione filij sui Deus pater exiuit de castro rigoris iustitie, & intrauit plateā latā dulcoris mīe. Quia modo si moriunt pueri nouiter baptizati, statim recipit eos in paradisum, & inueniunt ianuam apertā, licet nunq̄ fecerūt aliquod bonū. Idē de perfecte obediētibus. Idē de digne penitētibus quantūcunq; fuerint magni pctōres. Itē expectat mō ad pn̄iam dicens. Penitētiā agite. Mat. iiij. Ecce quomodo exijt Deus pater de castro iustitie seminare semen suum Iesum in agro uteri uirginalis. Sed nota q̄ hoc semē cecidit quadrupliciter. Primo cecidit secus uiā. ſ. in natiuitate, quia noluit nasci in palatio uel domo, sed secus uiam. ſ. in diuersorio seu stabulo. Dic quomodo Ioseph cū uirgine gra uida uenit in Bethlē, nec inuenit hospitiū, nec domū nec hospitale in quo reciperent. Vide hoc in sermone natiuitatis. Sequit. Et cōculcatū est id est despectū a Iudeis, qui licet audiuerint tot mirabilia natiuitatis Dei, claritatem noctis &c. tñ timore Herodis noluerūt ipsum recipere nec adorare. Ideo dicit in persona xpi Esaie. j. Audite celi & auribus percipe terra, qm dns locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autē spreuerūt me. Cognouit bos possessorē suum, & asinus presepe dñi sui, Israel autē me nō cognouit. Et uolucres celi comederunt illud. ſ. reges oriētis, qui quasi aues cito uenerūt & ipm suppliciter adorauerūt, & cordialiter susceperūt, tāq̄ Deū creatorē & saluatorē mūdi. Secūdo, cecidit supra petrā in sua cōuersatione, quia Iudei uoluerūt ipsum pluries lapidare, maxime qñ predicabat eis de sua eternitate, dicens, Amē amē dico uobis anteq̄ Abrā fieret, ego sum. Ioan. viij. Tulerunt lapides &c. Et natū. ſ. in cordib⁹ Iudeorū qñ

q incepit

incepit predicare, crediderūt in eū dicē tes. Hic est heres. Mat.xxj. Sed aruit, qa nō habuerunt humorē deuotionis, quia nō fecit ipsos magnos dños & magistros ut ipsi falsē expectabāt de messia. Tertio, cecidit inter spinas. s. in sua passione qñ fuit coronatus corona spinarū in domo Pylati & in cruce iuxta ꝓphetiā Salomonis, que fuit tūc cōpleta. Ego sicut liliū inter spinas. Et sic tādē spinosis doloribus suffocatū est. s. ꝙ mortē. Quarto, cecidit in terrā bonā. s. in sua tumulatione, qñ corpus fuit positū in sancto sepulchro, aīa uero in limbo sanctorū patrū. Et ortū. s. in resurgēdo fecit fructū cētuplū. s. sanctorū patrū liberationē & nostrā redēptionē. Et fuit cōpletū uerbum qđ xps dixerat. Amen amē dico uobis, nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit, ipm solū manet. Si autē mortuum fuerit, multū fructū affert. Ioā.xij. Nota qđ xps cōparat se grano frumēti, ideo dicūt doctores, ꝙ corpus xpi non pōt confici nisi de pane frumenti. Nota ipsum solū manet. i. ipse solus fuisset saluus. Si autē mortuū fuerit multū fructū affert, quia oēs credētes per mortē eius si uoluerint salui fiēt. Et hec est secūda camera, pro psonis deuotis que possunt in hac habitare, cōtemplando qūo Deus exiuit de domo iustitie in plateam mīe, & seminauit filiū &c. Tertia camera uocatur tropologica uel moralis, que est euāgelicalis predicatio. Predicare est re ēte seminare. Notū iam uidetis, qūo uita humana cōseruaī ex semine laboratorū, quia aīs nō possemus uiuere. Sic etiā predicare est seminare triticū de grano noui testamēti, uel hordeū asperum de grano ueteris testamēti in agris cōscientiarū nostrarū. Sic eū cōseruaī uita spūalis & fides catholica, quia aīs iā uita spūalis & fides essent despecte & pdite. auf. Nisi dñs exercituū reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus. Esaie. j. Et ad istum intellectū dicit textus euangelij. Exijt qui seminat. s. predicator. Nota & ūnde exijt. Rñsio, de studio seu cella ubi debet esse clausus studēdo, pensando, & ruminādo, perquirēdo in granarijs dñi. s. autoritates, figuras, similitudines & parabolas. Qñ predicator qui uult predicare fructuose, nō debet ire uisitādo illū, uel illū, nec ponere se in negotijs, aīs nō poterit predicare nisi fabulas, nec faciet fructū, īmo dicitis uos. O iste tā bene dicit & male facit. Ideo hodie cōuertuntur pauci nīis predicationibus. Ecce qua re dicit exijt. s. ꝓdicator de studio, seminare semē suū. s. xpi non alienū. s. Ouidij uel Vergilij, nec hoīm dānatorū. Semē xpi est biblia uetus & nouum testū. hoc est semē qđ facit fructū deuotiōis, amoris, charitatis, pnīe, & saluatiōis, ideo dicit xps. Qui habet sermonē meū, loquat sermonē meū uere, quid paleis ad triticū, dicit dñs? Nūquid nō uerba mea sunt quasi ignis, & quasi malleus cōterēs petram? Hiere.xxiij. Nota quid paleis. i. dicta poetarū ad triticū scripture sacre cōmiscēdo, licet qñq; sed raro, posit allegari aliqua autoritas poetarū ad propositū. sed facere totū sermonem de dictis uel factis poetarū hoc est malū. Aps Paulus predicauit. xxxvij. annis, & non legit allegasse autoritates poetarū nisi ter. Ecce quare dicit semē suū. De hoc dabo uobis unā cōcordātiā ad ꝓpositū loquētē de predicatoribus di. Euntes ibant & flebant, mittētes semina sua. Veniētes aūt ueniēt cū exultatione, portātes manipulos suos. ps. cxxv. Nota eūtes ibant, quia predicator duobus modis debet ire ad predicandū, scilicet spūaliter & corporaliter. Primo, spūaliter crescendo in deuotione, cōtēplatione, predicatione & feruore spūs de die in diem, de mēse in mēsem, de anno in annū, semper augmētando & meliorādo. Ideo dicit. Euntes. s. spūaliter ibāt. Secūdo, corporaliter de loco ad locū, de uilla ad uillā &c. nō stare in uno loco. Ideo dicit xps primis predicantibus. Euntes in mūdū uniuersum, predicate euangeliū oī creature. Marci ulti. Nota predicate euangeliū, nō dicit Ouidiū, nec Vergiliū. Aps assignat rationē di. Nō erubesco euangeliū, uirtus enim

enim Dei est īsalutē omni credēti. Ro. j. Nota & flebāt, quia predicator debet flere rigādo agrū seminatū, ut faciat fructū sicut uos facitis de agris irriguis, orādo pro eis deuote cum lacrymis. Nota mittētes semina sua. s. autoritates, figuras & similitudines de ueteri & nouo testamētis. Nota ueniētes, scilicet ad gloriam aīe in die obitus, ueniēt supple ad gloriā corporis in die iudicij cū exultatione, qñ sancti predicatores ueniēt ad diē iudicij cū magno gaudio, & cū magno honore, ducētes secū sub bannerio suo oēs illos quos conuerterūt ad xpm suis predicationibus. Dicit Greg. in homilia, ꝙ tūc ueniet Petrus cū Iudea, Ioā. cū Asia, Mattheus cū Ethyopia. & sic de alijs sanctis aps & predicatoribus. Qualis honor est baronibus qñ sub bānerio suo habēt plures gētes armorū, idē tunc de sanctis predicatorib⁹ tūc dicēt illi q fuerūt cōuersi regratiātes Deo & predicatori, O Petre & Paule ego erā infidelis &c. sed ꝓpter uestras predicationes fui cōuersus. Idē dicent beato Dñico & suis sequacib⁹, Petro, Thome, Vincētio, & oībus eiusdē ordinis ꝑdicatoribus, q suis ꝑdicationibus cōuerti fecerūt peccatores a uijs suis pessimis. Ego erā hereticus uel superbus, per uos fui humiliatus &c. Sed nota, ꝙ de semine predicationis fiūt quatuor ptes. Prima pars cecidit secus uiā, qñ sunt alique psone que habent cor apertū ad oēs cogitationes, quasi cor esset uia publica. Et qñ tales audiūt uerbum predicationis, recipiunt in corde bonū ꝓpositū bene uiuēdi & cauēdi de cetero a peccatis. Sed hoc semē cōculcaī a demonibus, & a trāseuntib⁹ cogitationibus, rōnibus seu opinionib⁹ falsis. Verbi gratia, qñ ꝑdicator seminat, qñ usura est magnū pctū mortale &c. quia est cōtra preceptū Dei & cōtra ordinationē ecclesie, usurarius ꝓponit restituere, & abstinere de cetero, & uiuere de bono iusto. Sed hoc semē conculcaī a trāseuntib⁹ cogitationibus ꝙ cor dicētibus, bene pones in testamento, & filius tuus faciet restitutionē. O stulte, & tu fecisti peccatū, & nō sufficit tibi cor faciēdi restitutionē, qūo credis ꝙ filius &c. Idem dicit de alia cogitatione. Si tu uis restituere & abstinere ab usuris, de quo uiues, de quo tenebis statū, quid dimittes filijs, de quo maritabis filias? Ideo oportet claudere cor ad oēm cogitationē & rōnem in oppositū transeuntē. Idē de mulieribus uanis, qñ audiūt a predicatoribus q̄tum pctū est facere illas uanitates & superfluitates, ꝓponūt de cetero abstinere ut saluētur, sed hoc semē statim cōculcatur a demone, & cogitationibus trāseūtibus, dicentibus. Tu habes uirū iuuenem luxuriosum & tu non facies &c. & sic dimittūt bonū propositū. Sed hec rō est falsa &c. quia uos nō facitis ista rōne uiri, patet quia qñ intra domū estis, nō estis ornate, sed qñ debetis exire domū, nescitis quib⁹ ornamentis uos ornare uelitis. Ideo patet ꝙ nō pro uiro, sed pro alio facitis illud, ꝓpter hoc dicit xps. Deinde uenit diabolus & tollit uerbū de corde eorū, ne credētes salui fiant. Aliud cecidit supra petrā. s. durā & frigidā indeuotionis, ut sunt persone que nullā faciūt ofonem de mane, nec sero, nec faciūt pnīam, nolūt remittere inimicis, nec facere pacē. Ecce petra dura sine aliqua deuotione. Vel hoc uerbū tāgit dños & rectores cōitatū, qui cū audiūt uerbū predicationis dicētis, ꝙ deberēt facere bonas ordinationes pro cōseruatione cōitatis, & corrigere peccata notoria, cum gaudio suscipiūt illud, sed natū aruit, quia nō habebat humorem. s. amoris cōitatis nec timoris Dei. ideo nihil executatur, ideo aruit ex timore & mīa malarū personarum. Sed mori pro amore Dei & reipublice ad beatitudinē inducit, iuxta uerbū xpi dicentis, Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, qñ ipsorū est regnū celorū. Matt. v. Aliud cedit inter spinas. xps exponit, quod iste spine sunt sollicitudines auaritie, que nimis pungunt mentes auarorum quando congregant ut diteñ. Nota qūo diuitie acquiruntur cum labore, possidētur cum timore, & amittūtur cū

dolore. Iste sunt spine que suffocāt uerbum dei non solū in laicis sed etiā in ecclesiasticis faciētibus symonias. nota cōtra defectū qui fūt in missis sancti Amatoris. Aliud cecidit in terram bonā, scili cet in corde bono, & optimo. s. humili, & deuoto, & facit fructū centuplū seruādo decem precepta, quia decies decem sunt centum. Et quādo tales trāseunt de hoc mundo, ascendunt usq; ad decimū celum in gloria. Ad quod &c.

Dūica in quinquagesima. Sermo j.

OMnis plebs, ut uidit dedit laudē deo. Luc. xviij. Tria sunt opera dei, propter que deus est maxime laudādus ab oībus nobis, & de his tribus, & de quolibet ipsorū loquitur thema. Omnis plebs &c. loco, & capitulo ubi supra dixi. Et hec tria tangūtur per ordinem in euange. hodierno. s. laudare, & benedicere &c.

Primum est mūdanalis redemptio.
Secūdum est humanalis conuersio.
Tertium est celestialis saluatio.

Dico primo, ꝙ persone mūdane in hoc mūdo debēt deū glorificare ratione humane redemptionis, quā fecit de humano genere. Et bene dicitur redēptio uniuersalis, seu mūdanalis. nā oēs uniuersaliter redemit, & pro omnibus abūdātissime soluit pretiū. Et oēs illi qui ista redemptione uolūt uti, hoc est credendo, & obediēdo pōt saluari. Et de ista uniuersali redēptiōe loquit Apostolus dicens. Vnus est mediator dei, & hominum homo xps Iesus, q dedit redēptionē semet ipsum pro oībus. j. ad Timo. ij. Et ex isto opere deꝰ est laudādus, benedicēdus, & glorificandus. nā tu uehemēter laudares q te captū, & uinculatū liberaret de posse infideliū, soluēs pro te &c. & ratio esset, & laudis cōgruētia. Ita est de dño Iesu xpo. nā ex peccato primi hominis, & cōsequenter propter peccata nostra oēs eramus captiui cathenati, & ligati in carcere culpe, & ad eternā mortē sentētiati. Hoc expresse dicit Esa. in psona dei. Propterea captiuus ductus est populus meus, qa nō habuit sciētiā, & nobiles eiꝰ interierūt fame, & multitudo eiꝰ siti exaruit. Propterea dilatauit infernus aīam suā, & aperuit os suū absq; ullo termino, id est, sine exceptione cuiuscūq;. Et descēdēt fortes eiꝰ, & populus eiꝰ, & sublimes eiꝰ, gloriosiq; eius ad eū. Esa. v. Sed uenit dūs. s. Iesus xps uerus deus, & uerꝰ homo, dūs celi & terre, & uniuersorū, & redemit oēs pretio sui sanguinis. Nōne uidet ergo uobis bene si pro qa, qa est a nobis laudādus, benedicēdus, & glorificādus, imo etiā nō sufficiūt laudes, propter hoc dicit Dauid spiritu prophetico, loquēs de ista redēptione pro tūc adhuc futura, ac si iam facta esset, & hoc ꝓpter certitudinē prophetie, & dixit. Dirupisti dñe uincula mea. Ecce redēptio, ꝓpter quod tibi sacrificabo hostiā laudis, & nomen dñi inuocabo. ps. cxv. Et de ista redēptione uniuersali loquitur principiū euāgelij hodierni cū dicit. Assumpsit Iesus xij. discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascēdimus Hierosolimā, & cōsummabunt oīa q̄ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradet enim gētibus, & illudet, & flagellabit, & conspuetur, & postq̄ flagellauerit, occidēt eū, & tertia die resurget, & ipsi nihil horū intellexerunt. Modo oriunt hic due qōnes, & prima est quare euāgelista dicit ꝙ apostoli nō intellexerūt hoc, cū xps tam clare eis loqueret. Et pria questio est literalis, secūda est moralis. Nā certū est ꝙ tūc apostoli nō dormiebant, imo erant uigilantes, nec de alijs cogitabant, nisi de his q de ipo dicebant. Sed nota hic duas rnsiones, & prima est theologicalis quā ponit glosa dicēs, ꝙ xps quasi semper loquebatur parobolice seu in figuris, & apostoli qui nō poterāt cogitare, ꝙ deus incarnatus pateret tanta mala, credebant ipsum loqui parabolice seu figuratiue, cū tamē loqueret clare. Sed ex hoc ipsum non intelligebāt, fundantes eorū cor, & credētiam in illo uerbo, Nos audiuimus ex lege, quia xps manet in eternū. Io. xij. Ideo quādo xps eis loquebat de passione, exponebant, & credebant, ꝙ eis loquebat figurat

figuratiue. ideo dicit euāgelista. Ipsi nihil horum intellexerūt. Secūda rnsio est philosophie. Dicit Philosophus, ꝙ sciētia, & intelligētia rei est per cause cognitionē. Itē alibi dicit. Tūc unūquodq; scire, & intelligere arbitramur, cum causas eius cognoscimus, & ideo licet aliquis effectus ocularitur uideat, dicit tn nescire si eius causa ignoraf, ut patet de eclipsi solis, & lune, de qua rustic⁹ habet cognitionē, quia uidet ocularitur, sed non scientiā, qa ignorat eius cām, sed scitur ab astrologis. Nesciētibꝰ ergo cām ecclypsis pōt dici. Nō intelligitis hoc, qa cām ignoratis. Ita est ī ꝓposito, licet Apostoli a xpo audirēt ꝙ ipse Hierosolymis debebat tradi, illudi, flagellari, & finaliter in cruce mori, & tertia die resurgere, ipsi tn nihil horū intellexūt, quia secūdum causam patiēdi rudes adhuc discipuli nō intellexerūt. Nesciebāt enim ꝙ ipse uellet ligari, ut ligatos uinculis peccatorum sibi credētes, & obediētes liberaret. Credentes ut modo credūt infideles, ꝙ cum esset deꝰ poterat eos liberare absq; hoc ꝙ ipse ligaret. Itē, nesciebāt ꝙ xps uellet illudi, & uituperari, ut homines sibi credētes, & obediētes honorarent ab angelis. Itē, nesciebāt ꝙ uellet flagellari crudeliter, ut credētes sibi, & obediētes possent corona glorie coronari. Itē nesciebant ꝙ uellet in cruce suspēdi, ne sui suspēderentur in furca inferni. Itē, nesciebant ꝙ uellet mori tam doloroſe, ut aīe credētiū, & obediētium uiuerēt in celo glorioſe. Itē, nesciebāt ꝙ uellet resurgere cū corpore glorioſo, ut daret suis spē resurrectiōis glorioſe in die iudicij. Cū ergo Apostoli istas causas nescirent, & sciētia fit per causas, ut ꝓbatū est supra, ideo dicit euāgelista. Ipsi uero nihil horum intellexerūt, ideo dicit sanctus Lucas, q erat magnus philosophus. Erat uerbum istud abscōditū ab eis, & nō intelligebāt que dicebātur. Luce. xviij. Secūda questio est moralis. Quare hodie sancta mater ecclesia facit mentionē de xpi passione, cū dicat Sapiēs, Omnia tempus habent, tēpus flendi, & tempus ridendi, tēpus plangendi, & tēpus saltandi. Omne negotiū ips, & opportunitatē habet. Eccleſi. iij. Cū ergo hodie sit tēpus letitie, & exultatiōnis, quia dies Carnisprimj, quare ergo fit mentio de xpi passione, q̄ est flebilis, & tristis? Rndeo, quia sancta mater ecclesia spiritu sancto gubernata, & rectā, sciēs excessum, & gulositatem filiorū suorū, quā faciūt his tribus diebus in comedendo, & bibendo, ideo cogitauit ponere corā filijs xpi passionē, ut fideles restringātur a gulositate, considerantes quāti cōstitit peccatum gule primorū parentū, nō gallinarū, & perdicum, sed unius pomi fructus, ꝙ filius dei habuit suspēdi ī patibulo crucis. ideo Apostolꝰ. Recogitate eū qui talē sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cō tradictionē, ut nō fatigemini animis uestris deficiētes, scilicet excesiue comedendo. ad Hebreos. xij. Nota hic parabolam de tribus latronibus euntibus cū sacciis suis ad furādū ad qnādā ciuitatē, cum proposito implēdi saccos de auro, & argento, & de lapidibus pretiosis, qui cum fuissent ad portā ciuitatis uiderūt ibi nobilem hominē recenter suspensum, qui querētes de causa suspensionis illiꝰ fuit eis dictū, ꝙ fuerat suspensus pro quodā furto fructꝰ quod eius seruitor fecerat, quia non fuit potēs satisfacere, ideo dñs eius fuit suspēsus. Quo audito latrones adinuicem se respicientes dixerūt. Si tātus rigor iustitie hic seruatur pro tam modico, quid fieret de nobis? Qui redierūt ad propria cū saccis suis uacuis. Bona gēs isti tres latrones sunt tres statꝰ huius mūdi, scilicet religiosorū clericorū, & laicorū. Et dicūtur latrones, quia oēs excessus quos faciūt in cibo, & potu, & uestitu punientur, ut latrocinia in iudicio diuino. Nā si unus uel plures dimittūtur manumissores, uel testamētarij alicuius diuitis mortui, & ipsi expendunt bona, & pecunias diuitis comedendo, & bibendo &c. nec distribuuntur, ut ipse mandauit, nunquid tales dicerentur latrones? imo. Modo prelati, & clerici qd sunt nisi testamentorum dispēsatores, & manum

mammissores diuitis Christi qui mãdauit dari pauperibus &c. & ipsi nõ curant, imo permittũt pauperes mori fame &c. Nec etiam hereditas xpi sufficit pompis eorũ, & uanitatibus. Secundus est status religiosorum, quia religiosus peruersus etiã potest dici latro. Ratio, quia si quis sponte dimisit omnia bona, & uult post furtiue bona sua recuperare, huiusmodi latro diceret. Tales sunt cõplures religiosi, qui omnia bona sua dimiserũt per uotũ paupertatis, & post furtiue uolunt habere audiẽdo cõfessiones, & faciẽdo predicationes, & efficiuntur proprietarij, & ideo tanq̃ latrones punietur in iudicio diuino. Tertius status est laicorũ, quia laicus etiã põt dici latro. Ratio qa thesaurarius, uel dispẽsator regis, uel alicuius dñi qui cõtra uoluntatẽ, & ordinationẽ dñi expẽdit pecunias comedẽdo, bibẽdo, uel luxuriando &c. talis ut latro punietur. Sic est de diuitibus. nã diuites sunt thesaurarij, & dispẽsatores diuitis. s. dñi nostri Iesu xpi, & ideo dicit, Sic nos existimet homo, ut ministros xpi, & dispẽsatores. j. ad Corin. iiij. ergo ut latrones puniẽtur, si male utũtur, & cõtra dñi uolũtatẽ, ideo iam possumus dicere, Omnes quotquot uenerũt fures sunt, & latrones. Io. x. Isti ueniũt modo iuxta ciuitatẽ. s. quadragesimã, & quilibet uult implere saccũ uẽtris de perdicibus, gallinis & de caponibus &c. Hoc modo qui perquireret coquinas prelatorũ, clericorũ, & religiosorũ, & laicorũ, quot innocentes inuenirẽtur ſtãtes ad ignem? Sed in porta ciuitatis. s. istius tẽporis quadragesime ecclesia proponit nobis honorabilem dñm suspensum. s. dñm Iesum xpm p̃ uno furto ſerui sui, scilicet, Ade. Ideo cogitate rigorem iustitie dicẽdo, Socie, quid tibi uidet, debemus implere uẽtrẽ, uel nõ? Iõ dicit scriptura, Attẽdite uobis ne forte grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate. Lu. xxj. Ex nimia enim comestione multa mala sequũtur nõ solum in corpore, sed etiam in anima. No. hic de Agarenis nũtijs uisitãtibus cõuẽtus Maioricarũ in die carnisprium, dicẽtibus, Per deũ non estis hoĩes boni. Ecce quot homines bestiales quãtũ uorẽt carnes. Ecce ratio quare ecclesia etiã hodie facit mẽtionẽ de xpi passione. ergo refrenetis uos. Et si abundãter preparastis, faciatis partẽ pauperibus uidelicet, q̃ gauderẽt, si possent habere unã scutellã caulium, ut acquiratis paradisum de illo per quod acquiritis infernũ. Secũdũ op⁹ de quo deus est laudãd⁹, est humanalis cõuersio. Modicũ enim ualuisset uniuersalis redẽptio, que infidelibus nihil ualet, quia nolũt ea uti nisi fuisset hũana cõuersio. s. qñ deus trahit ad se psonã de culpa ad gratiã, deuotionẽ, & bonã uitã. ideo de hoc laudãdus est deus. Ratio. Nã quilibet peregrinus merito regratiãdo laudaret, qui eũ cõuerteret de uia in qua erauit periculosa, & mortifera p quã ignorãs ibat, ita est de peccatore. Nã quilibet peccator errauit uiã paradisi, qñ dimissã uia humilitatis, q̃ ducit ad paradisum, uadit p uiã supbie mortiferã, q̃ ducit ad infernũ, & sic de alijs. Sed uenit ille bonus homo Iesus xps filius uirginis Marie, & cõuertit peccatorẽ dando sibi cõpũctiones, ut cogitet, & respiciat quã uiam tenet, & si tũc moreretur quo iret? Et sic p semitã penitẽtie reducit ad uitã paradisi, ducẽdo de superbia ad humilitatem, de luxuria ad castitatem, & sic de alijs. Et ideo Sapiẽs de hoc laudabat deũ dicens, Laudabit usq; ad mortẽ anima mea dominũ, & uita mea appropinquãs erat ad infernũ deorsum. Et liberasti me de perditiõe, & eripuisti me de tẽpore iniquo, propterea confitebor, & laudẽ dicã tibi, & benedicã nomini tuo. Eccle. ult. Hec humana cõuersio mystice ostẽdit in secũda parte euãgelij, cũ dicitur. Factũ est autẽ cũ appropinquaret Iesus Hierico, cecus quidã sedebat secus uiã mẽdicãs. Et cũ audiret turbã pretereũtem interrogauit qd hoc esset. Dixerũt autẽ ei, q̃ Iesus Nazarenus trãsiret. Et clamauit dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Nota de turba xpm sequẽte. Quidã sequebantur eũ, ut audirẽt uerbũ dulcissimum ab ore dei incarnati. Quidã eũ sequebãtur, ut

ut haberẽt indulgentias a pena, & a culpa a Papa Iesu. Quidã autẽ infirmi, ut ab eo obtinerẽt sanitatẽ corporalẽ, qa uirtus de illo exibat, & sanabat oẽs. Lu. vj. Quidã sequebant eũ ex curiositate. Quidam ex malignitate, ut Pharisei, ut ipsum possent in aliquo reprehendere. Et dum trãsirẽt, cecus quidã sedebat secus uiam mendicãs, quesiuit q̃ gẽtes essent ille, q̃ trãsibãt, & fuit sibi dictũ, q̃ Iesus de Nazareth trãsibat, qstatim cepit clamare di. Iesu fili Dauid miserere mei. Et dicit textus, q̃ qui preibãt increpabãt eũ ut taceret. Mystice iste cecus secus uiã, est xpianus existẽs in peccato mortali, qui non est in uia, quia deberet ire per uiã humilitatis, & ipse uadit per uiam superbie, & sic de alijs. Infideles uero nõ sunt secus uiã, sed longe a uia. Quãdo autẽ peccator, idest, cecus reducit se ad uiam, idest, ad xpm qui de se dicit, Ego sum uia, ueritas, & uita. & incipit clamare dicẽs, Iesu fili Dauid miserere mei, statim reprehenditur. Iste defectus est hodie in mundo. Quãdiu homo est secus uiam, scilicet in peccatis mendicãs mũdana, & tẽporalia nullus curat ipsum reprehẽdere, sed magis applaudent sibi. Sed si dat se deuotioni, & bone uite, factũ est, statim reprehẽditur, & redarguit. Verbi gratia. Si sit aliquis religiosus bene dissolutus, iste talis a nullo reprehẽditur, imo cõmẽdat, sed si cõuertitur ad deũ, q̃ uult tenere bonã uitã, tũc dicũt, moriatur, intantũ q̃ non permittũt eũ uiuere uel dolẽt de eius uita. Idẽ de clerico existente secus uiã, mẽdicante bona tẽporalia, prebẽdas, & alia beneficia, iste talis a nullo reprehendit, imo cõmendat, sed si uult redire ad uiã, scilicet ad xpm, factũ est de illo. Idem de laico usurario, latrone, homicida, lenõe tales a nullo reprehẽdunt, imo cõmẽdãtur. Sed si fecit restitutionẽ, & uenit de mala uita ad uiã bonã seu ad uitã bonã, factũ est, talis nõ potest uiuere. Et quod fortius est dicit textus. Et qui preibant, nõ dicit qui sequebant, uel cõmitabant, sed qui preibãt, qa maiores in sciẽtia, dignitate, & officio sunt primi ad reprehẽdẽdũ eos, qui uellẽt q̃ oẽs irẽt ad infernum cũ eis. de hoc beatus Hie. fecit plãctum dicens in ij. prologo Iob uel in argumẽto. Si autẽ hiscellã iunco texerem aut palmarũ folia cõplicarẽ, ut in sudore uultus mei comederẽ panem, & uentris opus solicita mente pertractarẽ, nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autẽ, qa iuxta sentẽtiã saluatoris nolo operari cibũ, qui nõ perit, & sequi, Falsarius uocor. s. a maioribꝰ, & doctoribꝰ, & magistris. Ideo xps de talibꝰ dicit. Si de mũdo fuissetis, mũdus quod suũ erat diligeret, qa uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mũdo, propterea odit uos mundus. Ioan. xv. Sed exemplo ceci, qui q̃to magis increpabat, tanto magis clamabat ad Iesum, est clamãdũ. ideo beatus Petrꝰ Apostolus dicit. Si exprobramini in noie xpi, beati eritis. j. Pe. iiij. Tertiũ opus de quo maxime deꝰ est laudandus, est celestialis saluatio. Rõ. Nam precipue laudabilis est gubernator nauis cũ per maxima discrimina nauẽ ducens tandẽ perducit ad portũ salutis. Sic etiã de gubernatore, & creatura cum est inter pericula huius mundi. s. inimicorũ demonũ, & malarũ inclinationũ. tãdem perducit eã ad portã paradisi. Tuc laudãdus est, pprie maxime. Ideo Dauid fecit de hoc unũ psalmũ dicẽs. Laudate dñm de celis, nõ dicit de terris, qa adhuc sunt in periculo, sed de celis, qa sunt extra periculũ. Hec celestis saluatio ostẽditur in tertia parte euangelij, cũ dicitur. Stãs autem Iesus iussit eũ adduci ad se, & dixit, Quid tibi uis faciam? At ille ait. Domine ut uideam. Ait illi, Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit, & sequebatur illum magnificãs deum. Et oĩs plebs, ut uidit dedit laudẽ deo. Nota qd tibi uis faciã, quia multe sunt misericordie. Rñdit cecus. Dñe ut uideã. Dixit illi Iesus. Respice, fides tua te saluum fecit. & cõfestim uidit, & sequebat cũ. No. q̃ iste fuit de societate Christi. No. etiã nides tua te saluũ fecit, & cõfestim uidit, qa saluatio stat in uisiõe xpi. Hec est uita etna, ut cognoscãt te. s. eẽ solũ uerũ deũ

& quē misisti Iesum xp̄m. Io. xvij. Quod uita eterna. s. saluatio nr̄a, cōsistit in uisione diuine essentie, in quā plurimis tenet locis S. Tho. ut primo scrip. di. j. q. j. ar. j. & iiij. di. xlix. q. j. ar. j. q. j. & ar. ij. q. j. Itē. j. ij. q. iij. ar. iiij. & viij. & idē sentit in plerisq; aljs locis. Questio est hic & bona. Quare Christus attribuit saluationē uirtuti fidei dicēdo. Fides tua te saluum fecit, cum fides sine operibus, nō saluet hominem. Autoritas, Quid proderit fratres mei si fidē dicat quis se habere, opera aūt non habeat? Nunqd poterit fides saluare eum? Sicut enim corpus sine spū mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Iaco. ij. Respōsio, q̄ fides est fundamētū oīm aliorum bonorū, & uirtutū radix, si corde & ore simpliciter, ac solicite teneatur. Sicut arbor a te plātata in horto tuo facit trūcum, & post ramos, flores & fructus, & originaliter oīa ista procedūt de radice. Sic etiā fides est ut radix plātata in horto cordis, deinde mittit truncum. s. charitatis, faciens ramos, scilicet uirtutū & flores & folia bonorū operū, quia fides per charitatē operatur. ad Gal. v. Et post facit fructus glorie in paradiso, sed radix riganda est ne moriatur. Et rigatur radix fidei mane & sero dicendo, Credo in deum. Et quēad modum hortus rigatur per duodecim tabulas, ita fides per duodecim articulos, dicenda est quotidie sero & mane cum protestatione. Et ideo dicitur, Si confitearis in ore tuo dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, saluus eris. ad Rom. x. Deo gratias.

Dñica in quinquagesima. Sermo. ij.

NVnc manēt fides spes, charitas tria hec. j. ad Corin. xiij. Noster sermo erit de uirtutibus theologicis pro bona instructione nr̄a & utilitate mortuorū, sed primo salutet uirgo Maria. Verbū propositum est declarādum, secundū duplicē intellectum. s. proprium & literalē, & appropriatū, moralem & spūalem. Et primus erit pro uiuis, secūdus pro mortuis. Primus erit p introductiōe, secūdus p̄ p̄secutione. Pro prīo sciendum, q̄ in hac uita summe sunt necessarie iste tres uirtutes theologice, fides, spes, & charitas pro eūdo ad paradisum. Ratio, quia cuilibet uiatori ascensuro ad castrum alte situm, tria sunt necessaria.

Primo, respectus usualis.

Secundo, audacia cordialis.

Tertio, duratio fortitudinis.

Dico primo, &c. s. respectus usualis. Nā requirit ſ̄ uis securi⁹ ire, ut locū ad quē tēdis, siue terminū, cognoscas. Mō clarū est, q̄ totū tēpus uite nostre in hoc mundo nō est, nisi una uia, per quā uadimus, ascēdendo ad castrū altissimū celi empyrei. Ideo indiget his tribus, que sunt respectus usualis, audacia cordialis, & duratio fortitudinis, que habētur per tres uirtutes, scilicet fidē, spem, & charitatē. Et ex hoc poteris cognoscere ueritatem uel necessitatē istarū triū uirtutū. Et per fidē uidemus finē, seu terminū uite nostre, scilicet celū beatorū. Nunquā enim iste terminus fuit cognitus per intellectū naturalē philosophorū. De hoc pulchre loquit̄ S. Tho. j. parte. q. j. ar. j. ostendēs necessitatē doctrine sacre ultra philosophicas disciplinas, eo q̄ ordinati sumus diuinitus ad finē supernaturalē trā scēdentē naturalē nostrā apprehensionē. Licet eīm p motū philosophi habuerūt cognitionē de celo lune, mercurij, ueneris, solis, iouis, saturni & celi stellarū. s. firmamēti & primi mobilis, nō tn̄ potuerūt ascēdere usq; ad celum empyreū quod est immobile, & est locus iste beatorū ad quē ascendim⁹. Et iste locus uidet̄ a nobis solū p fidē. Et de isto loco loquit̄ Aplūs di. Oculꝰ nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēdit, q̄ p̄parauit deꝰ his q diligūt illū. Nobis aūt reuelauit deꝰ p ipm̄ iuū. j. ad Corin. ij. No. cū dicit oculꝰ. s. intellectꝰ philosophorum nō uidit, qa nolebāt credere, nisi illud q̄ uidebāt oculo intellectꝰ, scilicet p certā demōstrationē. Nec auris audiuit, scilicet Iudeorū. Moyses eīm & alij prophete multa miracula audierūt a deo, sed nūq̄ audierūt

audierūt, q̄ deꝰ p̄mitteret eis illū locū. Nec in cor hoīs. s. infidelis, ascendit que deus p̄parauit &c. Ecce qīo fides est necessaria. s. ad uidendū locū. Sed modicū esset scire locū beatitudinis, nisi etiā sciremus uiā, ideo notate tres uias, quas ēt scimus per fidem. Et prima uia est de innocētia baptismali. Et istam scimus per fidem & uerbū xp̄i dicentis, Amen amē dico uobis, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest uidere regnū dei. Io. iij. Affirmatiua est & negatiua. Secūda uia est digna penitētia, per istā habēt ire illi qui perdiderūt primā uiā. Digna penitētia est, dolere de pctīs, & cōfiteri cū proposito nō redeundi. Ista uia scitur p fidē & uerbū xp̄i dicētis. Pn̄iam agite, appropinquabit eīm regnum celorū. Matt. iiij. Tertia uia est firma obediētia, hoc est uiuere secūdū dei ordinationē, & nō secū dū p̄priā inclinationē, secūdū eiꝰ precepta, & nō secundū sui p̄pria sentimenta. Hec etiā hr̄ p fidē & ỹbū xp̄i dicentis, Si uis ad uitā ingredi, serua mādata. Matth. xix. Iō Aplūs p fidē ambulam⁹. ij. ad Corin. v. No. p fidē. s. uidēdo terminū. Dico secundo, necessaria est uiatori audacia cordialis ultra respectū usualē. s. nō timere, nec p̄pter altitudinē loci debet quis dubitare, quin possit ascēdere, sed recipere audaciā cordis, nec cōfidas de ītellectu, nec auxilio tuorū operum, sed dei dicendo. Deus qui me de nihilo creauit & redemit, & mihi illum locū precio sui sanguinis emit, & me per baptismū mundauit & sacramentorū remedia ordinauit, ideo non dubito quin illuc ascendā, quia non pro se quia incorporeus est, deus enim spiritus est. Io. iiij. sed pro me illum locum creauit tam pulchre ornatum. Nam decor dat spem. Ideo dicitur, Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem, assument pennas, sicut aquile, current & non laborabunt, ambulabūt, & non deficient. Esa. xl. Nota qui spērāt in domino mutabunt fortitudinē, quia si ante in hoc mundo habuerunt fortitudinem corporalem ad ambulandū, saltandum &c. mutabunt fortitudinē corporis. s. in feruorē cordis. Si queratur & qūo fiet? Respondet. Assument pennas &c. ubi ponit tres gradus bonarū psonarum. Et primus gradus, est contemplatiuorum. Nā isti assument pēnas, ut aquile seu alas. Duc ale sunt due spes, una de dei potentia, & alia de dei misericordia. Prima assumitur per confidentiā de dei potentia. s. q̄ potest nos facere equales angelis in gloria. Secūda assumit confidendo de dei misericordia, qui nō solū potest, imo uult nos saluos facere. His duabus alis cōtemplatiui uolāt ad paradisum. Secundus gradus est actiuorum, q̄ currēdo per magna opera misericordie & penitētie festināter, cū magno ardore spūs currūt ad paradisum. Tertius gradus est obedientium, cum dicit, Ambulabunt, & nō deficient. s. faciendo illa ad que tenentur diligenter. In omnibus istis necessaria est uirtꝰ spei, que dat feruorē cordialē. Dico tertio, q̄ necessarium est uiatori ascendenti in altum duratio fortitudinis, ne deficiat in medio. Hec aūt duratio fortitudinis habet ỹ tute chariratis. Nā charitas dat fortitudinē uolūtati ne mutet propositū, sed q̄ p̄seueret. Dat etiā fortitudinē cōtra tētationes diaboli, & cōtra occasiōes mūdi, & inclinationes carnis. Et iō dicebat Aplūs. Det uobis deus, ut in charitate radicati, & fundati, positis cōprehēdere, cū oīb⁹ sanctis, supple gloriā dei. ad Eph. iij. No. dfiam interradicatum & fundatū. Sicut arbores, quarū esse & uiuere est in radice. Itē fundati ut domus, cuius esse & p̄manere est in bono suppositō & fundamento. Radix est uirtus charitatis dans humiditatē deuotionis essendi & uiuendi spiritualiter, & fundamētū essendi & permanendi in eadē. Multi tn̄ sunt radicati per deuotionem, sed nō sunt fundati, qa modico uento tentationis statim cadunt & eradicant, sed si sunt fundati nō timent. Ecce necessitas istarū uirtutū in hoc mundo. Iō dicit thema, Nūc. s. in hoc mundo, manent fides, spes, charitas, tria hec. Nota. dicuntur theologales, propter obiectū & propter causam.

De primo. Obiectū aliarū uirtutum est res creata, qa obiectū humilitatis est despectus honorū. Obiectū castitatis est despectus luxurie. Obiectū mīe est dispēsare bona in pijs causis, & sic de alijs. Sed obiectū istarū triū uirtutū est deus, quia de⁹ est obiectum fidei. Quia fides nihil aliud est, q̄ credere. nā de⁹ dixit, Spes est sperare, qa de⁹ ꝓmisit. Charitas aūt est diligere deū ꝓpter se, & ꝓximū propter deū. Iterū secundo dicunt theologales, ꝓpter cām. Nā alias ꝟtutes pōt hō acqrere p se, uinēdo moraliter, sed he tres nō possunt haberi, nisi a deo specialiter infundant. Iō solū ꝓ istis orat ecclesia dicēs, Ops sempiterne de⁹ da nobis fidei, spei, & charitatis augmētū &c. No. oportet aliquas uirtutes esse theologales, ad acqrēdū beatitudinē supnaturalē ut dicit S. Tho. j.ij.q.lxij.ar.j.&.iij.scrip. di.xxiij.q.j.arti.iiij.q.iij. Et idē dicit ī q̄stionib⁹ disputatis de ꝟtutibus. q.j.c.xij. Et ut dicit S. Tho. Virtutes theologice dicuntur, qa habent deū pro obiecto, & quia a deo infunduntur & tm̄ per reuelationem dei in sacra scriptura traduntur, ut dicit S. Tho. ubi. s. j.ij.q.lxij.arti.j. &.iij. dist.xxiij.q.j.ar.iiij.q. iij. He enim uirtutes habent idem pro obiecto, & fine, scilicet deum, ut dicit Sanctus Tho. iij.scri.di.xiiij.q.j.ar.j.q.iiij.ad.ij. &.iij. dist.ix.q.j.arti.j. Et sunt tm̄ tres. s. fides, spes, charitas, prima. ij.q.lxij.arti.iij.

Secundo declarādū est uerbū thematis iuxta intellectū appropriatū seu spiritualem. Pro quo sciendū, ꝙ in alio mundo secreta loca, seu receptacula animarū ex hac uita decedētiū sunt tria, scilicet,

Prim⁹, infern⁹ dānatorū q̄ est loc⁹ īferior ubi est fides solum sine charitate. Quō est fides ī demonib⁹, & quō nō, ostēdit S. Tho. ij.ij.q.v.ar.ij.&.q.xviij.art. iij. ad secundum & in. iij. scrip. di.xxiij.q. iij. arti. iij. q.j. dist. xxvj. q.ij. ar. v.

Secundus locus est purgādorum, ubi est spes singulariter.

Tertius locus est beatorū, ubi est charitas excellenter.

Dico primo &c. ꝙ in inferno non sit spes. Auto. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Prouer. xj. Impenitens dicitur impius & crudelis, qa noluit liberare filiā regis, scilicet aīam propriā ab incēdio cū posset &c. ipso mortuo nulla erit spes ultra. s. nec redēptionis, nec liberationis, nec etiam releuationis. Sic extirpatur error aliquorum theologorū antiquorum, & glosarum aliquarū iuristarū, dicentium, ꝙ licet in inferno nulla sit redēptio, tm̄ est ibi penarū alleuiatio. Dant exemplum de illo qui portat, siue gerit aliquod onus graue, qui licet non possit onus dimittere, tamen iuuat & releuatur dando sibi ad comedendū uel bibendū. Ita ut dicunt illi est de one re anime damnate, que licet non possit deponere onus penarum, pōt tm̄ habere releuationē ex bonis, que fiunt hic a parētibus &c. Hoc est falsum & erroneū, & p ecclesiā reprobatum. Quia mortuo hoīe impio &c. Imo dico uobis fortius, ꝙ q̄to plura fiūt ꝓ aliqua aīa dānata, tanto magis pena augmētat. Declarat hoc p similitudinē de captiuo, qui portat on⁹ durū captiuitatis, & parentes mittunt sibi pretiū redēptionis, sed perditur in mari uel alias. Et q̄n captiu⁹ scit, ille non solum non releuatur, imo magis dolor est sibi & tristitia augmentatur. nam sibi non profuit illud pretium. Idem est de damnatis. Item in inferno nō est, nisi cōtrarietas & malignitas, quia pater odit filium pro quo fuit damnatus, & econuerso, uir contra uxorem, & econuerso, & quāto hic fuerunt amores maiores, tāto maius est odium inter eos dicendo, In malignitate nostra cōsumpti sumus. Talia dixerūt in inferno hi qui peccauerunt, quoniā spes impij tāquam lanugo est, que a uēto tollitur, & tanquā spuma gracilis, que a procella dispergit, & tā q̄ fumus, qui a uento diffusus est, & tanq̄ memoria hospitis uni⁹ diei pretereūtis. Sap̄. v. Nota hic argumentum in oppositū. nam diceret aliquis, Videtur ꝙ in inferno sit charitas. Nam dicit textus, Luce. xvj. de illo diuite, qui licet nullam haberet spem liberationis, nec releuationis

uationis, qa nec guttā aque potuit obtinere, tū orauit dicens, Rogo te pater ut mittas Lazarū in domum patris mei, habeo enim quinq; fratres ut testet illis, ne & ipsi ueniāt in hūc locū mentorū. Luce. xvj. Videt ergo, ꝙ i[illegible] petitio sit charitatis? Rūsio, ꝙ in inferno non est charitas, sed tota malignitas. Ad autoritatē dico ꝙ sicut in hoc mūdo sunt socij in pctis, sic in alio mūdo erūt socij in penis, & sic peccando unus aīatur ab alio, qa multi cū minori timore peccant, quā sol⁹ unus, sic pena maior est q̄n sunt plures, & quāto magis crescit numer⁹ socio rū, tāto magis augmētat pena, qa unus cruciat aliū. Sicut de igne ī quo q̄to magis ponit de lignis, tāto magis augmētat flāma, & unū lignū incēdit aliud, iō diues ille orauit nō ex charitate, sed timore, ne sibi pena augmētaret ī aduētu fratrū q fuerūt socij sui in peccatis. Nō ergo habēt spē, nec charitatem dānati, sed habent fidē. Est eīm fides in demonibus coacta nō laudabilis, nec est donū gr̄ie. Dicit eīm S. Tho. ij.ij.q.v.arti.ij. in solutione ad tertiū, Hoc ipsum demonibus displicet, ꝙ signa fidei sunt tā euidentia, ut p ea credere cōpellantur. Et ideo in nullo minuit eorū malitia p hoc ꝙ credunt, idē dicit Sanctus Tho. ij.ij.q.xviij. arti.iij. in solutione ad secūdū, ꝙ magis ꝑt esse informis fides in damnatis, quā spes, quia Aug. dicit in enchiridio, Fides est malarū rerū & bonorū & preteritarū & presentiū & futurarum & suarū & alienarum. Sed spes nō est nisi rerum bonarū futurarū ad se pertinētiū. Et iō magis potest esse fides informis in damnatis q̄ spes, quia bona diuina non sunt eis futura possibilia, sed sunt eis absentia. Nō est ergo spes in damnatis, sed suo modo uel aliquo modo, ut patuit fides informis, quia dicit Sanctus Thomas, qđ uelint aut nolint habent credere ex euidētia facti, quando sentiunt penas & tormenta, & uident gloriam beatorū, tunc credunt fidem Christianā esse ueram. Et ꝙ habent fidē. Autoritas. Tu credis, qm̄ unus est deus, & bene facis, & demones credunt & contremiscunt. Iacob. ij. Nota cum dicitur, & contremiscunt, quoniam demones, & anime dānate timent diem iudicij. Ratio, nam sicut miles captus in lata captione, si sciret tali die se includendum in angusta captione, multum timeret illū diem. Sic enim demones faciunt & anime damnate, quia modo habent latam captionem, sed in die iudicij recludentur in corporibus ignitis & fetidis, ideo ista ratione contremiscunt, & tu luxuriose, superbe & auare habes fidem & nō contremiscis de iudicio. Et ideo de inferno, nūc pōt dici. Manet fides sola. Secundus est locus purgādorum, ubi habent spem singulariter, qa licet habeant fidem & charitatem, tamē singulariter habent spem, scilicet felicitatis certissimam. Habent enim spē impermutabilem, scientes ꝙ anima nō potest peccare, quia anima separata a corpore, se firmat in gratia uel in culpa iuxta statum ī quo egredietur de corpore. Si in culpa egreditur, tunc est impermutabilis, ideo semper durat pena. Declaratur per similitudinem de malo filio qui quando uerberatur, murmurat erigendo se. Sic & damnati quando sentiunt flagella statim se erigunt contra deum. Sed illi de purgatorio decesserūt in gratia, ideo non possunt illam amittere, eo quia non possunt peccare. Et licet flagellentur, ut boni filij suscipiunt patienter, ita quod non possunt perdere gratiam. Autoritas. Si ceciderit lignum ad austrū aut ad aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Ecclesiast. xj. Et in persona cuiuslibet illorum de purgatorio dicit Dauid, In pace in idipsum dormiā, scilicet per mortem, & requiescam, scilicet secundū corpus in sepulchro. Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me. ps. iiij. Anima enim existēs in purgatorio constituta est in spe tripli ci ratione, scilicet habendi gloriam paradisi, exeundi de purgatorio, & de adiutorio amicorum ꝙ sibi proderūt suffragia, de purgatorio ergo potest dici thema sic, Nunc, scilicet in purgatorio,

quia

quia post diē iudicij, nō erit purgatorīū, manet singulariter hec. s. spes. Tertius locus est beatorū. s. paradisus, ubi nō est fides, ut dicit S. Tho. j. ij. q. lxvij. ar. iij. & v. & ij. ij. q. xviij. ar. ij. Similiter, nec in beatis est spes, ut dicit in eodē ar. sed perfecta charitas solū, & excellēter. Fides aūt habet defectū essentialiter sibi annexū, inquantū est de nō uisis, sed in celo uidentur oīa clare, sicut nūc uidemus, ꝙ speculū ī enigmate, tūc autē facie ad faciē. j. ad Cor. xiij. Nota uidemus nūc, ecce fides. Tūc autē facie ad faciē. Spes etiā habet defectū essentialiter annexū, inquantū est de nō habitis. In celo autē oīa desiderabūtur. Nā dicit Dauid, Satiabor, cū apparuerit gloria tua. ps. xvj. Ideo in in paradiso fidei, succedit sciētia, & clara uisio, spei autē possessio, siue cōprehensio. charitas autē nullū habet defectū essentialiter annexū, ideo enim in patria nō euacuabitur, ut dicit S. Tho. j. ij. q. lxvij. ar. ij. & iij. dist. xxxj. q. ij. ar. ij. unde dicitur. j. Cor. xiij. Charitas nunquam excidet, scilicet per mortē bonorū, sed perficietur iuxta illud, ꝙ possūt dicere electi, siue beati, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. j. Ioan. iiij. Nota cū dicitur, Deus in nobis manet, scilicet per clarā uisionem, & possessionem. Ideo possumus sic intelligere thema. Nūc manet fides, in inferno solum, spes in purgatorio singulariter. Charitas in paradiso perfecte.

De eadem dominica. Sermo iiij.

ECce ascendimus Hierosolymam. Luc. xviij. Noster sermo erit de ascensu ad paradisum. Materia erit utilis, & bona. Sed ante oīa salutetur uirgo Maria. Cogitāti mihi tēpus anni secundū ꝙ uiuunt psone mū dane, magnā inuenio differentiā, inter tēpus carnale, ꝙ finitur hodie, & quadragesime, ꝙ incipit cras, quia differūt sicut ascēsus, & descēsus uolandi in altū, & cadēdi deorsum. Tēpore enim carnali plures per malā uitā descēdunt, & nō conuertuntur de peccatis, nec cōfitētur, nec humiliantur, sed faciunt superbias, uanitates, & nō curāt de operibus mīe, sed de auaritia, usura, & de furtis, nō curant de castitate, sed bene de luxuria, nec curant de abstinētia, sed comedūt, & bibunt gulose, ideo est tps descēdēdi de peccato in peccatū, & per cōsequēs ad ifernū, ideo dicitur, Tenent tympanū, & cytharā, & gaudent ad sonitū organi. Ducūt in bonis dies suos, & in punēto ad inferna descēdūt. Iob xxj. Nota cū dicit tenēt, scilicet in tēpore carnali, tympanū &c. Et pōnit quatuor peccata in quibus includunt oīa alia peccata. Tympanū significat peccatū luxurie, & carnalitatis. Nam primo tympanū est figure rotūde, nō enim est longū. Talis enim cōditio persone luxuriose rotūda est, quia semper uadit in circuitu querēdo personā quā diligit, ideo Dauid in ps. xj. In circuitu impij ambulāt. Itē tympanū est depictū, sic etiam est persona luxuriosa, tota est ornata ad lasciuiam &c. Itē tympanū habet quasdam paruas nolas, que faciunt sonū. Sic est de persona luxuriosa. Nā facit sonū loquendo blāde. Itē tympanū quādo tāgitur, in pelle tangitur. Sic etiā persone luxuriose, se mutuo tāgere nitūtur, sed in dānationē animarū suarū. Ecce primū peccatū, ꝙ tāgitur in autoritate. Secūdo dicit, ꝙ tenēt cytharā, hic tāgit peccatū auaritie. Nota hic cōditiones cythare. Nā primo ipsa est de ligno sicco. Ecce cōditio auaritie, quia nullā dulcedinē, uel succū habet mīe ad pauperes. Secūda cōditio est, quia est uacua, & sic est anarus. Nā uacuus est meritis, & uirtutib⁹, licet sit plen⁹ diuitijs. Apoc. iij. Dicis, qa diues sum, & nescis, quia miser es. Tertia quia cythara habet quatuor paria chordarū, qui b⁹ sonū facit. Sic sunt quatuor paria specierū peccati auaritie. Primū par est rapina dominorū, & simonia clericorū, que simul faciūt sonū acutū, quia iā audiūtur per totū mundū. Secundū par est usura mercatorū, & calūnia aduocatorū. Iam mercatores nihil sciūt facere sine usura Primo emēdo minoris, propter solutionis preuentionē. Secūdo uendēdo pluris propter solutionis dilationē. Itē mutuādo cētū florenos recipiēdo pro illo mutuo quinq;, uel decē florenos, est usura, de quo S. Tho. pulcherrimē determinat. ij. ij. in materia de usura. Tertiū par est fraus, uel fictū seruitū operariorum. Quartū est furtū occultū latronū, & detētio laborātiū, qui sibi retinēt decimas &c. Itē legata testamentorū. Multi tangūt istā chordā. Ecce secūdū peccatum. Tertio dicit, ꝙ gaudent ad sonitū organi. Ecce hic peccatū superbie. Organum enim duobus follibus sonatur. Sic etiā superbus duobus follibus inflatur. Vnus est de excellētia tēporali propter penitētiā, uel scientiā, genus, uel diuitias. Secūdus est de exellentia spirituali, & iste est deuotionis humilitatis &c. & in punēto ad inferna descēdūt, & hoc pondere peccatorū. Ecce qūo tēpus carnale est tēpus descēdēdi. Sed hoc tēpus quadragesime est tēpus ascēdēdi, qa in hoc tēpore bonus Christianus, dimittit uanitates, humiliatur &c. restituit, cōfitetur, facit penitētiā, ieiunat &c. Et incipit hoc tps cras. Ideo de isto sancto tēpore proposui the. Ecce ascēdimus Hierosolymā. i. uitā eternā. Iste ascēsus est tā mirabilis uirtutis, ꝙ de⁹ nō declarauit ipsum simul, sed paulatim fuit manifestatus hoībus &c.

Et primo in lege nature fuit figuraliter designatus.

Secundo in lege scripture fuit gradualiter numeratus.

Tertio in lege gratie ꝟtuaℓr noīatus. Dico primo, ꝙ & in lege nature fuit figuraliter designatus, & hoc usq; ad Moysen, in qua gētes nō habebāt libros, nec doctores seu magistros, sed solo intellectu naturali gubernabāt se, & in tēpore illo iste ascēsus uirtutū singulariter fuit presignatus, ut patet Gen. xxviij. ubi legitur, ꝙ Iacob post solis occubitū uidit diuinā reuelationē, tandē uidit unam magnā scalā tenentē caput unū in terra, aliud in celo, & uidit angelos ascēdētes, & descēdētes, & uidit dominū tenētem caput scale. Et dicit text⁹. Vidit Iacob scalā stantē super terrā, & cacumen eius tāgens celū, angelos quoq; dei ascēdētes, & descendentes per eam, & dominum innixum scale. Gen. xxviij. De ista uisione sunt quatuor puncta declaranda.

Primum est, que est ista scala.

Secundum quomō stat super terram.

Tertium qui sunt angeli ascendentes & descendentes.

Quartum de domino innixo scale. De primo, ista scala est bona uita, scilicet cauere a peccatis, & facere opera meritoria. Quilibet enim tenens bonā uitā stat in scala uirtutū, & eadem die qua incipit bonam uitam incipit ascendere. Per hāc enim scalam oportet nos ascēdere in celū, & nullus credat se ascendere ex genere, scientia, diuitijs, potestate, uel dignitate, sed solū ex bona uita. Vnde Dauid quesiuit a suis doctoribus, Et quis ascendet in montē domini? in ps. xxiij. Et nullus doctorū sciuit respōdere, sed spiritus sanctus respōdit ei dicēdo, Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in uanū animam suā, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionē a domino &c. Totū hoc est de bona uita, nec alia scala est ascendēdi in celum. Secundo dicit, ꝙ tenebat pedē in terra, & cacumē eius tāgebat celū. Scala bone uite, habuit duas bonas dispositiones. Vnā ante aduentū Christi, quia tūc tenebat pedē in inferno, & cacumen eius tenebat in terra, quia tunc oēs quantumcunq; fuissent sancti, & bone uite descēdebant in infernū, capiendo nomen inferni nō stricte, sed generaliter. Autoritas, Quis est homo, qui uiuet, & nō uidebit mortē, eruet animā suā de manu inferni? q. d. nullus. ps. lxxxviij. Sed uenit xps, & passus est pro saluatione credentiū, & obedientiū, & resurgēs, & in celū ascendens erexit scalā, tenens pedem in terra, & cacumen tangit celum prout de beato Dominico legit, qūo in hora mortis sue uidebatur in celū ascēdere per scalā prout plenius in eius legēda habetur. Isto modo est hora ascendendi si uult⁹ in celū ascendere, ideo cū maiori lenitia & feruore deberem⁹ modo seruire deo, quam

quã antiquitus patriarche, & prophete, quia nõ oportet nos descẽdere in infernũ, sed ascendere in celũ, ideo Christus, Qui facit uoluntatẽ patris mei, qui in celis est, ipse intrabit ĩ regnũ celorũ. Mat. vij. Voluntas dei est, tenere bonã uitam. Tertio, dicit q̃ angeli ascendebãt, & descendebãt per eam. Hoc figurabat, q̃ per istã scalã bone uite ascendunt feruẽtes, & descendũt tepentes, qui modo dimittunt unũ, aliud cras, & sic paulatim perdunt deuotionẽ, ideo semper debemus ascendere, & bonã uitã augmẽtare. Hoc nõ debet itelligi, p operũ multiplicationẽ, sed p augmentũ feruoris, & cõtinuationẽ. Et isto modo homo ascendit. uerbi gratia. Qui uult bonã uitã tenere secũdũ suã qualitatẽ, & cõplexionẽ, debet recipere certas orationes & ieiunia, & ista continuare cũ feruore spiritus. Cogitate utrũ homo sit hodie magis deuotus, q̃ heri, uel ante heri, quia si sic, signũ est, q̃ ascẽdit, si non, signũ est, q̃ descendit, de isto ascensu, & descensu, ecce prophetia Dauid, Ascendũt, usq; ad celos, & descendũt usq; ad abyssos, aĩa eorũ in malis tabescebat. ps. cvj. Querit hic sanctus Bernũ. dicens, Iacob uidit angelos ascendentes, & descẽdentes, & nõ uidit angelos stãtes. Quia in bona uita nullus põt in eodẽ loco stare, nã oportet ascẽdere, uel descendere, & nullus potest dicere, Ego seruiui deo, quinquaginta annis, ideo sufficit. Deꝰ dabit mihi paradisum, tales statim descẽdunt, ideo Bernũ. respõdẽdo ad questionẽ dicit. In uia dei non progredi, retrogredi est. Quarto dicit, q̃ uidit dominũ innixũ in capite scale. Nã ascendẽtes cũ magnis laboribus ascẽdũt dolores tẽpestatũ, tentationũ &c. ne ergo deficiant in uia, stat dominus in capite scale uocãs, & suscipiẽs nos, & suos fideles dicẽdo, Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Mat. xj. Ecce q̃o iste ascẽsus fuit in lege nature figuraliter presignatus. Dico secundo, q̃ iste ascensus fuit in lege scripture gradualiter numeratus, & lex scripture dicitur eo, quod deus dedit legẽ in libro scriptã, quia intellectus naturalis nõ sufficiebat. Ideo deus dedit legẽ in scriptis, mille & quingentis annis, scilicet a Moyse usq; ad Christũ. Tunc enim iste ascẽsus fuit gradualiter numeratus. Licet enim Iacob preuideret ascẽsum bone uite in celũ, per figurã scale, tamẽ nihil dicitur de gradibꝰ huius scale, sed scriptura ĩ lege scripture. Dauid per spiritũ dei preuidit numerũ graduũ, scilicet quindecim. Vnde legitur. j. Paral. xxviij. q̃ reuelauit deus sibi, q̃ non ipse, sed filius suus Salomõ edificaret sibi domũ siue tẽplũ, & reuelauit sibi totã dispositionẽ tẽpli, propter quod Dauid uocauit tũc filiũ suũ Salomonẽ, qui erat nouẽ, uel decẽ annorũ dicendo sibi, Ecce filii mi ego ꝓpoſuerã edificare tẽplũ dei, sed deus noluit, quia effudi sanguinem, sed dixit mihi, q̃ tu edificabis sibi domũ. Ideo edificabis eã in tali loco. s. in mõte Syõ tali modo, & facies q̃ndecim gradꝰ. Nã tp̃m figurabat gl̃iã p̃adisi, iuxta illud. ps. xxviij. In tẽplo eius oẽs dicẽt gloriã. Quindecim uero gradus, figurabãt quindecim gradus scale bone uite, q̃bꝰ in celũ ascẽdimus, propter q̃ Dauid cõposuit quindecim psalmos, qui dicũtur canticũ quindecim graduũ, quia in quolibet gradu cãtabatur unus psalmus a leuitis ascẽdendo in magnis festis, & solennitatibꝰ, dũ portaretur hostia in tẽplũ. In primo gradu cãtabatur psalmus, Ad dominũ cũ tribularer, & etiã a leuitis inchoãtibus, & sic de alijs. Nã figura fuit scale bone uite in qua sunt quindecim gradus, & in quolibet angeli laudãt deũ, ideo Esaias, Venite ascẽdamus in mõtẽ dñi, & ad domũ dei Iacob, & docebit nos uias suas. Esai. ij. Dico tertio, q̃ in lege gratie, hic ascẽsus fuit uirtualiter nominatus. Tẽpus legis gratie est tẽpus presens, in quo deus sua gratia uoluit descẽdere, ut nos ascẽdamus. Quãuis enim Dauid in lege scripture preuideret numerum graduum in ascensu per bonã uitã ad celũ, tamẽ non expresse oẽs nomĩauit, sed ecce Apostolus Paulus, qui celum ascenderat eos expresse nominauit, per uirtutes charitati annexas dicẽs in epistola dñice currẽtis. Charitas patiens est, benigna est. &c. Scala est charitas, que idẽ est, quod bona uita. Enumerat quindecim uirtutes charitati annexas tanquã quindecim gradus bone uite. Et primo dixit, Charitas patiẽs est. Ecce q̃ patiẽtia est primus gradꝰ scale charitatis seu bone uite. Ratio, quia statim mũdus bellat cõtra illũ, qui incipit bonã uitã, & sicut deberet cõmẽdari, & laudari, deridetur dicẽdo, Singularis est hypocrita &c. ad placitũ. Nota id de quolibet statu, secundũ quod expediat, ideo necessaria est patientia exẽplo Christi cui a malis dicebatur, Samaritanus es, & demoniũ habes, & patiẽs sustinuit. Benedictus est, qui hãc uirtutẽ habet, & nõ turbatur de similibus uerbis. Et iste talis potest tunc cantare primũ psalmũ dicendo, Ad dominũ cũ tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domine libera aĩam meã a labijs iniquis, & a lingua dolosa &c.

Secundo charitas benigna est. Et nota hic differentiã inter patientiam, & benignitatem. Et multi sunt patiẽtes, qui nõ sunt benigni. Verbi gratia, Qui nõ uult uindictã de inimicis &c. patiens est, sed nisi faciat bonũ inimicis, orãdo pro eis, nõ est benignus, multi remittũt iniurias dicendo, non nocerẽ inimico meo. Modo habetis patientiã. Sed nisi loquamini cum eo salutando ipsum, loquẽdo cum eo, non estis benigni. Ideo oportet ascẽdere secũdũ gradũ. Et ita faciebãt sancti, qui non solum erant patientes, sed benigni. Ideo quilibet eis similis potest dicere secundum psalmum, & cantare dicendo, Leuaui oculos meos in montes, id est in sanctos, unde ueniet auxilium mihi &c. Tertio charitas non emulatur, id est, non est inuidiosa, hoc est magis. Multi sunt patientes, & benigni, sed quando audiunt alium laudari, inuident, & tristãtur. Et propter hoc dicit, Charitas nõ emulatur. Est aliquis inuidens, quia non est iuratus, balliuus, seu uicarius, ut talis &c. Cauete, alias cadetis de scala charitatis, & bone uite. Item inuidus est aliquis, quandoq; de bonis spiritualibus, hec est maior inuidia, ut alter est sapientior, doctior, deuotior, sanctior, de quo non est inuidendum, sed gaudẽdum. Et tunc in isto casu poterit cantare. iij. psal. scilicet Letatus sum in his que dicta sunt mihi &c. Quarto charitas non agit perperam, id est peruerse, aduerbium perperã uult dicere, quod in omnibus dictis, & factis homo habeat intentionem ad deũ non ad laudes, familiaritates, uel ad bona temporalia. Et talis poterit cantare quartum psalmum dicendo, Ad te leuaui oculos meos, id est, intentiones directas, qui habitas in celis. Quinto charitas nõ inflatur, scilicet per presumptionem, uel superbiam, uel iactantiam, & licet faciant multa bona, ex hoc non inflantur superbia, sed dicunt plura fecit deus pro me, quia habere superbiam, & presumptionem de bonis operibus stultitia est, ac si asinus oneratus de auro superbiret, cum tamen sit magis timẽdũ, & suspirãdũ. Nã sicut asinus onerat⁹ auro, magis suspirat, q̃ ille, q̃ est oneratus stercore. Ita de illis q̃ portãt onus ꝑciosorũ operũ bonorũ non ꝑsumere, sed timere debẽt, & suspirare, quia nisi deus iuuaret nõ possetis portare. Et tales possunt cantare. Nisi q̃a dominꝰ erat in nobis dicat nũc Israel, nisi quia d. e. in no. &c. Sexto charitas non est ambitiosa, scilicet temporalium bonorum, dignitatum, prelationum &c. Sunt multi, qui faciunt multa bona opera cogitando, hoc scietur a rege, propterea ero promotus &c. propter hoc dicit, charitas non est ambitiosa. Nullus debet sibi procurare officium, regimen, prelationem, uel curam animarum, imo deberet appellare dicendo, O miser, nescio, quem computum dem de domo mea &c. Nam omnes dignitates huius mundi nõ sunt nisi uentus, ideo non debetis confidere in dignitatibus, sed solum in deo. Et tunc poteritis cantare sextum psalmum. Qui confidunt in domino, sicut mons Syon &c. Septimo charitas nõ querit que sua sunt. glo. sed cõmunia secũdũ glo. beati Aug. dicẽtis. Charitas ꝺo qua scriptũ est, quod

Universidad de Sevilla Biblioteca

ꝙ nō querit q̄ ſua ſunt, ſic intelligitur ꝙ nō ꝓpria cōibus, ſed cōia ꝓprijs antepo nit. Verbi gr̄a. Sicut in naui ubi ſunt camere, de quibus eſt magis curandū, de cameris, an de naui? clarū eſt ꝙ de naui, de qua ſi ammoueretur una tabula oēs ſunt ſubmerſi, & nō ſi ammouerent̄ tres uel quatuor camere. Sic eſt, nā uilla ſeu ciuitas eſt ſicut una nauis triū cōditionū hoīm, ſcilicet religioſorū, clericorum & merces laicorū. Itē domus tua uel illius ſunt ut camere, ideo magis curādum eſt de cōitate. ſ. corrigendo peccata notoria, que deſtruunt cōitatē. Secus de ſecretis que ſolū deſtruunt cameras, id eſt domū in qua fiūt. Sed peccata notoria, ut diuinorū blaſphematorū, & iuratorū, luſorū, meretricū ſecretarū, deſtruūt na uem charitatis. Ideo Aug. Quāto ampli⁹ rē cōem q̄ propriā curaueritis, tāto amplius ꝓficere noueritis, ut patuit de naui. & tūc poteritis cātare ſeptimū pſalmum. In cōuertendo dñs captiuitatem Syon &c. Octauo charitas non iritat. Sunt aliqui qui ſtatim indignantur & ad irā prouocant̄, nō eſt ibi charitas, ſed illi qui dulciter recipiūt dicēdo. Deus parcat uobis, intū ꝙ ex illa dulcedine alij corrigunt̄, & illā correctionē nō ſibi, ſed Deo attribuūt. Et tūc talis poteſt cātare octauū pſalmū qui incipit. Niſi dñs edificauerit domū. Nono charitas nō cogitat malū. Multi ſunt qui timore diffamationis ſeu uerecūdie nō faciūt malū, ſed in corde habēt multas malas cogitationes, ſed timore dñi expelli debēt, & ſi hoc faciūt poſſunt tūc cātare nonum Pſalmum, Beati oēs qui timēt dñm &c.

Decimo charitas nō gaudet ſup iniquitate, nā multi ſunt q nō facerent malū, nec pctū, ſed q̄ audiūt malū uel pecatū de aliquo, gaudent & ridēt. uerbi gr̄a. Perſona deuota non uellet ebriari, ſed q̄ uidet ebriū ridet, ꝓpter hoc dicit. Charitas nō gaudet ſuper iniquitate, ſed cōpatit̄, quia perdidit illud qd̄ melius eſt. ſ. intellectū. Idē de alijs irriſionibus. Itē ſunt multi qui nolunt iurare ſed rident de iuratore. Et iſti poſſunt cātare decimū pſalmū. Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea &c. Vndecimo charitas cōgaudet ueritati. Quidam tū mentiuntur, ꝙ etiā quando dicūt ueritatem nō credit eis. tales non habent charitatē, quia charitas cōgaudet ueritati, ideo pſone charitatiue, & bone uite, citius ponerent ſtercus in ore ſuo q̄ mendacium dicerent, nec pro excuſatione aliorum nec ſua q̄tuncunq; impugnent̄. Et quilibet talis pōt cātare pſalmū undecimum, De profundis &c. Duodecimo. Charitas oīa ſuffert. Ecce patientia in aduerſis. ſ. in infirmitatibus, paupertatibus, doloribus &c. Quia ſicut ſeruus humiliter portat onus tale & hoc ꝓpter ſalariū & lucrū, ſic tales humiliter portant onus aduerſitatis. Et quilibet talis poteſt cantare duodecimū pſalmum, Dñe nō eſt exaltatū cor meum &c. Decimotertio. Charitas oīa credit. No. oīa ſcilicet determinata per eccl̄iam, p xp̄m & per ap̄los predicata credit, ſed aliqui uolunt diſputare & examinare dicendo. Videamus quō eſt Ieſus xp̄s hoſtia. magna ſtultitia eſt, nā iā fuit examinatū & purificatū. Ideo debemus & tenemur cū manſuetudine illa ſuſcipere, & poterimus tūc cātare cū Dauid. xiij. pſalmū graduum, Memento dñe Dauid & oīs manſuetudinis eius. Decimoquarto. Charitas omnia ſperat. ſ. a Deo ꝓmiſſa, & finaliter ſalutationem, nō ſolū ſuam ſed etiam oīm tā iuſtorū q̄ etiā iniuſtorū, quia Deus poterit eos cōuertere. Et tales poſſunt tunc cantare. xiiij. pſalmū. ſ. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundū &c. Decimoquinto. Charitas oīa ſuſtinet. Ecce ſufferentiā. Nā multi ſuſtinēt uerba iniuriоſa, ſed non ſuſtinēt infirmitates. Alij ſuſtinēt infirmitates, ſed nō paupertates uel malū tp̄s, ſed charitas omnia ſuſtinet. Nota ſimilitudinē de illo qui tpe indulgentiarū uadit Romā, qui q̄ñ eſt iuxta portā non intrat Romā ſed redit, talis nō lucratur indulgētias. Idem ſi aliquis ſeruit Deo, ſed antē q̄ ſit ad portā mortis ſi redit de bona uita ad peccata dānatus eſt. Ideo dicit. Omnia ſuſtinet. Et q̄ñ talis intrat paradiſum, angeli

geli incipiūt cantare. Ecce nunc benedicite dñm &c. Ideo non debemus reſpicere retro, ſed aſcendamus quotidie perſeuerando. Si uero ſit aliquis ueſtrū qui non ſit in ſcala bone uite, intret modo, quia nūc incipit tempus ſcilicet quadrageſime. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis &c.

In die cinerum. Sermo unicus.



CVm ieiunas, unge caput tuū, & faciem tuā laua. Matt. vj. Illud qd̄ in hac mortali uita eſt precipue nobis neceſſariū in remiſſionē peccatorū & cōſecutionē regni celorū in alia, eſt pnīa. Nec habemus aliud remediū in pctīs poſt baptiſmū factis. No. ad hoc ſimilitudinē de naui naufragiū facienti, poſt qd̄ nauigantes nō habēt aliud remediū uite niſi ponere ſe ad aliquā tabulā, & ibi firmit̄ ſe tenere, ap̄s &c. Ita eſt de nobis. Nā dñs Ieſus xp̄s, qui eſt magnus magiſter, fecit unā pulchrā nauē ad nauigandū ad paradiſum ſecure. ſ. innocentiā baptiſmalē. Et qui cū iſta nauigat recte, ut beatiſsima uirgo uadit ad paradiſum & ad portā illius. De iſta naui iuxta ſenſum ſp̄ualem eſt autoritas. Aſcēdente Ieſu in nauiculā, ideſt baptiſmū, ſecuti ſunt eū diſcipuli eius. ſ. xp̄iani. Mat. viij. Hec nauis. ſ. baptiſmalis innocētie facit naufragia & rūpitur impingendo in rupem peccatorū mortaliū. ſ. uento tētationū diabolicarum uel undis inclinationū carnaliū, ſeu periculis occaſionū mundanalium, intū ꝙ tot ſunt pericula in mari huius mūdi, ꝙ decē milibus animarū nō trāsfretat una cū iſta naui innocētie baptiſmalis quin pecet mortaliter, & ſic rūpatur. Ideo ad inſtar nauigātiū ſi uolūt ſe tenere ad tabulā pnīe fortiter, adhuc poſſunt euadere. hoc dicūt omnes doctores tā theologi q̄ iuriſte & canoniſte dicētes, ꝙ pnīa eſt ſecūda tabula poſt naufragiū. Sed quare dicitur ſecūda tabula, que eſt prima? Pro rñſione nota duo naufragia in natura humana, & primū eſt generale, ſecundū particulare. Primū naufragiū fuit iuſtitie originalis ex peccato. Ade nā tūc nauis iuſtitie originalis fuit rupta, & oēs ī ea ſubmerſi fuimus. Autoritas, Per unū hominē pctū in hūc mundū intrauit, & per pctū mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt per Adā, in quo oēs peccauerunt. ad Ro. v. Propter qd̄ & ut oēs poſſent ſaluari, Deus ordinauit duas tabulas, & prima fuit baptiſmus, ſecūda penitētia. Ideo pnīa dicitur ſecūda tabula. Si uero uolum⁹ loqui de naufragio ſpeciali, ſeu particulari, qd̄ fit, q̄ñ tu uel ille peccas mortaliter, tūc pnīa dicitur prima tabula & nō ſecūda, quia nō habem⁹ aliud remediū ad ſaluandū. Ideo xp̄s dicit, Dico uobis, ꝙ niſi penitētiā habueritis, oēs ſimul peribitis. Luc. xiij. Ex quo ergo pnīa eſt nobis neceſſaria, xp̄s oſtendit nobis in themate, qūo eſt facienda, dicendo, Cum ieiunas, unge &c. In quo xp̄s oſtendit nobis tria neceſſaria, circa que iſto tpe debemus occupari, ſi cū tabula penitentie cupimus ſaluari, que in themate ſubtiliter intelliguntur &c.

Primū eſt afflictio penitentialis, ibi, Cum ieiunas.

Secundum oratio ſpiritualis, ibi, unge caput tuum.

Tertiū eſt cōfeſsio ſacramētalis, ibi, Faciem tuam laua.

Dico primo &c. cum dicitur, cum ieiunas &c. Sciebat autē xp̄s, & ſancta mater eccleſia, q̄ hoc ieiuniū ordinauit, ꝙ ieiuniū eſt afflictio illis, qui non ſunt aſſueti ieiunare. Dicit ergo cū ieiunas, preſumendo ꝙ oēs xp̄iani ieiunēt, incipiētes hodie ab hac die uſq; ad paſcha, exceptis ſex dñicis. Et ſic ſunt quadraginta dies ieiunales, & ſic ieiunando cōformamur xp̄o tanq̄ boni diſcipuli, & boni miniſtri noſtro dño, qui pro nobis quadraginta diebus ieiunauit. Ideo ap̄s, Exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in ieiunijs multis. ij. ad Cor. vj. Nota uerbū cū dicit, in multa patientia, quia cū multiplici patientia ſeruāda eſt hmōi ieiuniorū afflictio, cōformādo nos dño nr̄o Ieſu xp̄o. Et prima eſt in ſe, ſecūda eſt in proximis, tertia eſt in do-

mo ꝓpria. De prima, qa nō cōsueuistis ieiunare, ideo in principio est uobis tediū, qa statim in mane stomach⁹ clamat, esurio, esurio, esurio. & sequitur dolor capitis. Itē quia nō cenatis, uix poteritis dormire. ſō necessaria est patientia pro se, quia in his cōsistit meritū. Nec ꝓpter hoc dimittatur ieiuniū, cogitādo ꝙ pluꝛa sustinuit xp̄s ꝓ te, ut plura mererēt̄ ꝓcā tua. Ideo quēadmodū diligēter obseruares dietā a physico pro sanitate corporis, serua ergo potius dietā a xp̄o ordinatā, pro sanitate aīe, ne cōtingat uobis sicut timidis militib⁹, qui in principio belli qñ sentiūt balistas, timēt & retrocedūt tūc cū magis deberēt animari, & fortiter bellare. Secundo necessaria est patiētia ad ꝓximos, nā aliqui clerici propter ieiuniū efficiunt impatientes, nec pōt homo eis loqui in bono tono, ita accendunt in cholera. Ideo est necessaria patientia, alꝫ esset ieiuniū diabolicū, qui semper ieiunāt, sed cū impatiētia & malitia. Tertio necessaria est patientia in domo propria, quia si forte qñ tu uenis hora prādij, prandiū nō est paratū, ne indigneris cōtra uxorē, uel familiā, sed patient̄ expecta, & interim fac ofonem, & si sit coctū nimis, uel minus bñ paratum, sustine patienter, & nō proijcias scutellā uxori ad caput, ut faciūt aliqui miseri, qui perdūt totū meritū ieiunij. Ecce quare in multa patiētia. Cōcordat sacra scriptura. Patientia uobis supple ieiunantibus necessaria est, ut uoluntatē Dei faciētes. s. ieiunādo reportetis promissionē. ad Hebr. x. Nota in ieiunijs multis. s. xl. diebus ut dixi. Modo ueniūt tres questiones quas uos cōiter facitis. Et prima est aliquorū dicētiū, Ego iā ieiunaui tri b⁹ uel quatuor quadragesimis uel decē, & uos semper dicitis, ꝙ quadragesima fit in exēplū quadragesime Iesu xp̄i, qui solū unā quadragesimā ieiunauit, quare ergo quolibet anno ieiunamus quadragesimā, cū xp̄s nō ieiunauerit nisi semel tm̄ in uita sua, maxime qa ipe dicit, Non est discipl⁹ sup magistrū, nec seruus sup dñm suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius, & seruo sicut dñs eius. Mat. v. Pro solutione nota, ꝙ ista q̄stio ꝓcedit ex ignorātia, uel ex inaduertentia nō cōsiderantium ieiuniū Iesu xp̄i. Quō uos creditis, ꝙ xp̄s illā quadragesimā ieiunauit? Dicunt aliqui simplices, ꝙ xp̄s ieiunauit sicut nos ieiunamus comedendo semel in die &c. Alij dicunt, ꝙ xp̄s tulit secum quadraginta panes in desertū, & quolibet die comedit unū. Hoc est erroneū. Alij dicunt, ꝙ comedebat herbas, & hoc est falsum. Ecce quid dicit textus euangelij, Ieiunauit. xl. diebus in deserto, & nihil manducauit in illis diebus. Luc. iiij. Modo si tu uis ieiunare una tali quadragesima, & facere talē quadragesimā, do tibi licentiā ne de cetero ieiunes aliā. Nā totū tēpus uite xp̄i fuit sicut quadragesima, quā nos facimus, qa solū semel comedebat in die, & non legit ꝙ unq̄ comedit carnes, nisi de agno paschali ut legē adimpleret. Quia ergo in modo ieiunandi nos nō possumus sibi assimilari, quia nō possumus esse quadraginta dieb⁹ sine cibo corporali, ideo sancta mater eccl̄ia in ordinatione nostri ieiunij recepit de. xl. Christi numerū dierū, scilicet, quadraginta decōi. Et de cōmuni modo suo uiuēdi, secūdū magistrū historiarū, recipit modū nostri ieiunij annualiter, scilicet, solū semel in die comedere, nō carnes, sed cibū quadragesimalem, quia oīs xp̄i actio nostra est instructio, ut dicit Grego. Itē, Iesus cepit facere & docere. Act. j. Patet ergo prima rñsio. Secūda questio est utrū aliqui sint exempti ab isto ieiunio? Rñdeo, ꝙ multe persone excusantur, qa nec Deus, nec sancta mater eccl̄esia intendit aliquem obligare ad impossibile, uel periculum persone. Et quesiui que persone excipiūtur. Et epilogaui a doctoribus theologie octo cōditiones personarū q̄ ab hoc ieiunio excipiuntur. Et primo excipiūtur mulieres pregnantes. Ratio est, quia tales habent prouidere duabus personis, sibijpsis & filio, uel filie, quia si ieiunaret creatura in utero existens nimis posset debilitari, & nō diu uiuere, ideo possunt

cenare

cenare sine peccato. Sed si mulier est bene cōplexionata, & bene fortis, pōt aliquādo ieiunare. Secūdo excusant mulieres lactantes eadē rōne qua supra. Tertio infirmi excusant, nō tū de omni infirmitate, sed solū illius q̄ aufert appetitū comedēdi, ne posset semel recipere unā bonā refectionē, nō podagra, uulnus, & huiusmodi infirmitates q̄ nō perturbāt appetitū, & de gutta, q̄ uenit propter excessum cibi & potus &c. nō excusant hominē. & ideo secundū Guilielmū in hoc standum est arbitrio boni uiri. Quarto, pauperes q hora comedēdi nō possunt habere sufficientē refectionē, ut illi qui petūt ostiatim, uel alij q nō possunt habere, uel uix, caules cū oleo. Si tales possent ieiunare, magnū meritū haberent, alꝫ nō tenent. De hoc uide Tho. ij. ij. q. cxviij. Diuites autē qui possunt habere pisces, & aliqua alia, tenentur ieiunare. Quinto, itinerantes pedestres, propter necessitatē, equitātes autē nō excusant, equus uel mula poterit cenare, sed nō uos sine peccato. Sexto laborātes, ut fossores, fabri, qui in toto, uel in parte non possent, & qui alꝫ non possunt, puidere uxori neq; filijs. Sutores aūt, & sartores, notarij & similes, qui sedēdo faciūt opera sua nō excusantur. Septimo pueri, sed cuius etatis dicit S. Tho. in. iiij. sñarum. & in. ij. ij. q. clvij. ꝙ nō oēs tenentur ad ieiuniū etiā, īmo excusantur, quousque cōpleuerit pueri tria septēnaria. Ratio, quia usq; ad illud tp̄s corpus augmentatur, & pueri crescūt, ideo tales indigent ad minus duabus refectionibus. Vna, ꝓ corporis sustentatione, alia, pro corporis augmēto. ideo do uobis istud cōsiliū, ꝙ pueris septē, uel octo annorū sufficit, ꝙ ieiunēt in die ueneris sancta. Dicatur de alijs secundū maiorē etatē, si undecim, uel duodecim annorū semel in hebdomada, & sic de alijs. Octauo, senes in certa etate, scilicet qñ habēt talē senectutē, q̄ aufert ab eis appetitum comedēdi, uel qa perdiderunt dētes & comedunt sepe, uel sepius, sicut faciūt pueri. Sed senes octoginta annorū uel amplius q semel bene possunt comedere, tales non excusant in aliquo predictorū, quin ipi peccēt mortal̄r. Iō cū diligētia oēs ieiunemus, alꝫ si non excusant aliquo modo p̄dictorū, peccāt mortal̄r, qa ꝓceptū ecclesie trāsgrediūtur. de quo de cōse. di. iij. Nō licet. & ca. nō oportet, & ca. placuit. Patet ergo respōsio ad secūdā questionē. Iō dicit Iudith. iiij. Clamauit oīs ppl̄s ad dñm cū instātia magna, & humiliauerūt aīas suas in ieiunijs & ofonibus ipsi & mulieres eorū. Tertia questio aliquorū est & maxime diuitum q rentiū, si possent redimere ieiuniū p eleemosynas, uel pmutare dicētes, cū sint tria opera penitētialia. s. ieiuniū, ofo & eleemosyna, & ieiuniū sit minimū op⁹. ideo dicūt ipsi, permutari pōt minimū bonū in maius, hoc est ieiuniū in eleemosynam, & p seipsos & ꝓpria autoritate, & sine licētia pmutāt, sed non excusant ex hoc. Nota ꝓ rñsione, qa simpliciter loquēdo ceteris paribꝫ, melior est eleemosyna q̄ ieiuniū, sed ex alia parte dico, ꝙ melior est obediētia q̄ ieiuniū, ofo, & eleemosyna. Melior est eñ obedientia q̄ uictime. j. Reg. xv. Propter hoc si daretis oīa que possidetis in eleemosynis amore Dei, & propria autoritate, frangitis ieiuniū cōtra obedientiā, etiā totū est perditū. Qm̄ uniuersalis eccl̄ia ordinauit hoc ieiuniū, obediētia ergo est ibi seruanda. Ideo dicit xp̄s rectoribus eccl̄esie, Qui uos audit me audit, & qui uos spernit me spernit. Luc. x. Si ergo habetis aliquā necessitatem, recurratis ad prelatum, & si forte prelatus nō est certus de uestra necessitate, cōsulatur de hoc medicus, & si tūc medicus cōsulit nō ieiunādum, de cōsilio & licentia medici & prelati pōt permutari ieiuniū in eleemosynam, alꝫ nō. Dico secūdo &c. ꝙ opus circa ꝙ debemus nūc occupari, & opari, est oratio spūalis cū dicit, Vnge caput tuum. Et ad hoc intelligēdū, sciendū, ꝙ in sacra scriptura inuenit ꝙ xp̄s est caput eccl̄ie, tam militantis q̄ triūphantis. rō, qa ad instar capitis est superi⁹, & influit cōiter in mēbra. De hoc pulchre diffinit S. Tho. iij. p.

te.q.xiij.& in.iij.scrip.dist.xiij.& doctores eadē dist.iij, Autoritas, Omnia subiecit sub pedib⁹ eius, & ipsum dedit caput supra omnē ecclesiā.que est corpus ei⁹. ad Ephe.j. Nota omnia.s. uniuersalia,& particularia.Ideo dicit Apostolus.Volo autē uos scire,quod oīs uiri caput Christus est.j.ad Corin.xj.Oratione aūt spirituali hoc caput.s.xp̄s ungitur,que ipsum mollificat, & suauē reddit peccatorib⁹. Scitis,quod unctio mollificat, & suauē facit rem unctā,licet ante esset aspera, sic xp̄s quātūcunq; sit durus,& asper peccatoribus,tñ oratiōe spirituali efficitur eis suauis,& mollis.Ber.Oratio deū ungit,lacryma pungit.Ideo dñs Iesus xp̄s qui tēpore carnali est durus,& asper ꝓpter peccata nostra,& per rigorē sue iustitie,si modo isto sancto tēpore ungat deuotis orationib⁹,ipse fit suauis,& mollis.Et isto oleo ipse uult ungi,quia multum sibi placet.Et nota ad hoc parabolā quā ipse loquēs de se dixit.Simile est regnū celorū homini regi,qui uoluit rationem ponere cū seruis suis.Et cū cepisset rationē ponere,oblatus est ei unus qui debebat ei decē milia talenta.Cū autem nō haberet unde redderet,iussit eū dñs eius uenūdari &c.Mat.xviij.Seruus ille nequā unguēto orationis cepit ungere caput suū,dicēdo,Patientiā habe in me, & omnia reddā tibi,usq; , quoniā rogasti me.In hac parobola xp̄s loquebatur de se,qui est dñs,& rex noster,nos uero sumus dispensatores,& oportet sibi reddere rationē,qualiter dispēsamus cogitationes,locutiones,operationes,& oēs sibi tenemur decē milia , que decē sunt precepta,in quibus includūtur oēs perfectiones huius uite,qui peccando obligamur ad satisfactionē.Si ergo uis,ut debitū tibi dimittat,unge caput tuū.s.xp̄m. Si autē uis scire modū ungendi,respice Mariā Magdalenā,de qua dicitur,Accessit ad eū mulier habens alabastrum unguēti pretiosi,& effudit super caput ipsius recūbētis.Mat.xxvj.Et ostenduntur hic tres modi qui sunt seruandi in deuota oratione.

Primus modus est,qñ dicit, Accessit ad eū mulier,ideſt,anima deuota,cogitando deuote,cum quo loquitur,quando dicit,Pater noster,qui es &c.

Secundus modus est,qñ dicit, habēs alabastrum,ideſt, corpus unguenti pretiosi,scilicet reuerentialis timoris.

Tertius modus est ibi,qñ dicit, effudit super caput ipsius,& hoc est qñ aperiūtur os,dicēdo deuote uerba orationis.

Et sicut beata Maria Magdalena bis unxit xp̄m,ita tu bis in die ungere debes Christū,scilicet deuote orando & sero, ecce ergo quare dicit,Vnge caput tuum &c.Et hoc de secunda parte.

Dico tertio,ꝙ tertiū opus in quo isto sancto tēpore debemus occupari,est cōfessio sacramētalis,cū dicit,& faciē tuā laua.&c.Facies anime est cōsciētia.Ratio,qa sicut in facie cognoscitur persona,ita deus in facie cognoscit,qui sunt discipuli.Et de ista facie loquitur Dauid dicēdo,in p̄s.xxvj.Tibi dixit cor meum, exquisiui te facies mea,ideſt,cōsciētia. Hec facies est modo lauāda p confessionem sacramentalē.O qui faciē corporis nō lauaret,nisi semel in anno,quot maculas , & turpitudines haberet . Sic est de facie cōscientie.Hec lauatio fuit prefigurata.iiij.Regu. v.ubi deus figurauit cōfessionē esse necessariā in Naamā leproso.Et nota breuiter historiā cū dixit Heliseus propheta, Vade , & lauare septies in Iordane,& recipiet sanitatē carо tua,atq; mūdaberis.Nota ꝙ lepra significat peccatum mortale, Et nota,ꝙ lepra habet cōditiones omniū peccatorū mortaliū.Et primo,qa lepra inflat hominem.Ecce hic cōditio peccati superbie. Secūdo,inducit sitim magnā,per quā denotat peccatū auaritie.Tertio,inficit co habitātes cū ea.Ecce cōditio peccati luxurie.Quarto,cōsumit humidū radicale.Ecce hic inuidia.Quinto,facit anhelitum fetidū.Ecce hic cōditio peccati gule.Sexto,facit uocē raucā.Ecce hic cōditio ire.Septimo,debilitat omnia mēbra ad operandum.Ecce hic peccatū acidie. Remediū curādi ergo est,ire ad Iordanem.

nem, & dicitur Ior,ideſt,flumē,& dā,ideſt,iudiciū.Ecce hic cōfessio,que nō est nisi flumē iudicij.Nam ibi fit iudiciū de peccatis.Ibi enim debet homo denudari,ostendēdo omnes suas uerecūdias.i. peccata.nude,ideſt,clare cōfessori.Ideo dicit uade.s.ad cōfessorē,lauare septies, ideſt,cōfitere de septē peccatis mortalibus,ad que oīa alia peccata reducunt.In prima uice homo lauat de peccato superbie.in secūda de auaritia &c.In septima aūt homo est pur⁹,& facies mūda ab oībus mortalib⁹ maculis,ita ꝙ nulla sibi remanet,facta cōfessiōe.Sunt ergo bñ miseri q sua peccata nolūt cōfiteri.Si deus precepisset nobis,ut ꝓiceremus nos in ignē,ꝓ remissiōe peccatorū,faciēdū esset,qto magis debemus cōfiteri cū sit tā leue.Ideo dixerunt serui ad Naamā.Et si rem grandem dixisset tibi propheta,certe facere debueras,qto magis, quia nūc dixit tibi lauare,& mūdaberis.Si possibile esset,iam oēs deberetis hodie confiteri,ut haberetis partē de beneficijs ecclesiasticis.Ideo dicit Ioānes , cōcordās cū figura dicta.Si cōfiteamur peccata nostra,fidelis,& iustus est deus,ut remittat nobis peccata nostra,& emūdet nos ab omni iniquitate.j.Ioā.j . Modo scitis,in quibus operibus debetis hoc tēpus sanctum expendere. Deo grātias.

Feria v.post diē cinerū. Ser.unicus.

EGo ueniam,& curabo eum.Mat.viij. Conclusio est, & doctrina generalis in sancta theologia,quod in qualibet cōuersiōe peccatoris de mala uita ad bonā,& de culpa ad gratiā,de uitio ad uirtutem,in tali cōuersione si sit uera,semper de⁹ pūtialiter uenit per gratiā,nec ad talē conuersionē sufficit posse alicuius creature,scilicet hominis uel angeli,quia sine me nihil potestis facere.Io.xv.Cōclusio est omniū theologorū.Et hec conclusio pōt declarari p regulā ad generalē cōuersionem,& redēptionem mūdi,ad quā ipse deus uenit principaliter,null⁹ alius fuisset ad hoc potēs uel sufficiēs.Quēadmodum in magno hospitali in quo iacent multi infirmi,de infirmitate incurabili, oportet ꝙ ad cūrādū eos ueniat magn⁹ medicus.Sed oēs eramus decūbētes in hoc hospitali huius mūdi, magnis infirmitatibus peccatorū,propter ꝙ de studio paradisi uenit ille magnus medicus practicare,& infirmos curare.Ideo Aug. super illo uerbo Matt.ix.Nō ueni uocare iustos,sed peccatores di.De celo ad nos uenit magnus medicus , quia totus mundus iacebat egrotus . Patet ergo quod ad redēptionē uniuersalē necessarius fuit eius aduētus.Sic dico ꝙ in conuersione peccatoris oportet ipsum uenire principaliter,qa nullus esset sufficiēs. Ideo Dauid in spiritu prophetie intelligens istā cōclusionē,& doctrinā de aduētu eius,regratiās deo,dicit anime sue in p̄s.cij.Benedic anima mea dñō,& oīa que intra me sunt nomini sancto ei⁹.Benedic anima mea dño,& noli obliuisci oēs retributiōes eius.Qui ꝓpitiat omnibus iniquitatibus tuis,qui sanat oēs infirmitates tuas.ideo qñ ille Centurio de quo loquit euāgeliū hodiernū,supplicabat xp̄o,ut ueniret ad curādū seruū suū, rñdit xp̄s,Ego ueniā,& curabo eū.Sed quare dixit ueniam,quia nō fuit,nec ire intendebat,nūquid dixit mēdaciū?Rñdeo secūdū doctores,qñ de⁹ curabat alique in corpore,etiā curabat in aīa,quia dei perfecta sunt opera.Ideo dicebat ipse,totū hominem sanum fecit.Io.vij.Totum,ideſt,in corpore,& aīa.Et nisi ipse ueniat p gratiā,nulla aīa pōt curari,ideo ꝓpter hoc dicit,Ego ueniā nō p presentiā corporalē,sed p gratiā spūalē,& curabo eū.Cū ergo xp̄s sit medicus ꝓpri⁹,& immediatus ipsius anime peccatricis,ui deamus qūo curet animam infirmā.Ista materia est multū subtilis,ideo declarabo uobis per similitudinē medici corporalis,qui in curatione corporis facit septem.Nā bonus medicus primo uult uidere infirmū,qui cōiter iacet in camera clausa,& obscura.Secūdo medicus accēdit lucernā,& respicit eius faciē,in qua cognoscit interiorem dispositionem.

Primo, facies eius inspicitur.
Secundo, pulsus tangitur.
Tertio, urina attenditur.
Quarto, dieta precipitur.
Quinto, syrupus immittitur.
Sexto, purgatio tribuitur.
Septimo, refectio conceditur.

Omnia ista per ordinē seruat xps, medicus celestis, in curatione anime peccatricis. Et primo, uult uidere faciē, ideſt, dispositionē peccatoris, qui iacet in camera obscura culpe, in lecto peccati, nec uidet periculū demonū qui eū obseruant. Quia si peccator uideret clare bona que per peccatum amittit, & mala que incurrit, & periculum in quo est, statim exiret de peccato. Ideo dixit Dauid, loquendo de peccatoribus in Psal. lxxxj. Nescierūt neq; intellexerūt, in tenebris ambulant &c. Nota cū dicit nescierūt bona. s. q̄ perdiderūt neq; intellexerūt. s. mala q̄ incurrunt, in tenebris ambulant. s. nō uidētes periculū i quo sunt. s. cadēdi i infernū si tūc morerent. Sed qū uenit xps accēdit lucernā sue misericordie quā ponit coram facie, ideſt, cōscientia peccatoris, ipsum illustrādo, ut peccata sua cognoscat. Quādo religiosus dicit, O miser tot anni sunt &c. Idē de clericis, & laicis, tūc illustrat radio diuine misericordie, qū cognoscit suā malā uitā, & peccata que fecit, ideo scriptura dicit. Lucerna dñi, spiraculū hominis, q̄ inuestigat oīa secreta uētris, ideſt, mētis. Prouer. xx. Hanc practicā seruat xps, & seruauit in curatione beati Petri, qui in nocte sue passionis cū abnegauit ipsum, in prima abgnegatiōe nō cognouit peccatū, quia iacebat in obscura camera, nec in secūda nec i tertia, sed dicit textus q̄ gall⁹ cātauit. Et cōuersus dñs respexit Petrū, & recordatus est Petri uerbi quod dixerat ei Iesus. Priusq̄ gallus cātet, ter me negabis. Et egressus foras, flenit amare. Luc. xxij. Nota q̄ xps nō respexit Petrū in prima negatiōe, nec in secūda, sed post tertiā post q̄ gall⁹ cantauit. Sed quare tūc magis ipsum respexit q̄ ante. Dicit beatus Greg. in moralibus, q̄ gallus cantans significat predicatorem, duplici ratione. Prima, quia gallus antequā cantet, excitat se, cū alis seipsum percutiēdo. Sic predicator primo debet seipsum excitare, duab⁹ alis seipsum excutiēdo, & percutiēdo. primo, debet a peccato cauere. secundo debet bonam uitā cōtinuare. Quia si uult aliquis predicare humilitatē, uideat q̄ ipse non sit superbus, & sic de alijs. ideo dicit Apostol⁹, Nō em̄ audeo loq aliq̄d eorū, que per me nō efficit xps. ad Ro. xv. Idē, Castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, ne forte cū alijs p̄dicauerim, ipse reprobus efficiar. j. ad Corin. ix. Secūda rō est, qa gallus fort⁹, & sepius cātat in fine noctis appropinquāte die. Ita predicator, & fort⁹, & sepius debet predicare, modo in fine noctis huius uite appropinquāte die iudicij. Et nota, hic quomodo de⁹ fecit multas questiōes Iob, inter quas fuit ista dicēs, Quis posuit in uisceribus hoīs sapientiā, uel quis dedit gallo intelligētiā? Iob. xxxviij. Nō loquitur de gallo aiali, sed de gallo p̄dicatore spūali qui debet habere sapiētiā cauēdi a peccatis, & tenēdi bonā uitā, & intelligētiam p̄dicandi, maxime mō. s. in fine noctis, ut gētes surgāt de peccatis. Qñ ergo gall⁹ cātat p̄dicādo. s. p̄dicator, tūc xps respicit nos illuminādo. Tūc em̄ habetis cognitionē, & recordationē de peccatis. Ecce ergo primū opus medicinalis cure dñi nostri Iesu xp̄i. Secūdū opus medici corporalis est, pulsus tactus. Sic & xps, & hoc in cordis cōtritione. Nā cōtritio est quidā medicinalis tact⁹ man⁹ xp̄i in uena cordis, & sicut medicus tāgit pulsum cū tota manu, sed uno digito singulariter sentit, sic etiam xps manu sue misericordie, que man⁹ habet quinq; digitos, ideſt, quinq; motiua contritionis tangit pulsum. Et primus est timor dānationis eterne, qui est, quasi pollex, quia cōiter peccatores ab isto incipiūt cōtritionē. s. timore. Secūdus est dolor perditiōis, qa ex peccatis perdidit totū meritū, intūm, q̄ si tūc morerē nihil sibi ualerent bona q̄ fecit. Ideo plorat, sicut mercator q̄ perdidit. Tertius est dānū, qa perdidit hereditatem

ditatē paradisi, qualiter tristarē, & qūo esset regis primogenito dolor, si culpa sua perderet hereditatē regni. Quartus est principaliter, qñ cogitas q̄ peccādo offendisti creatorē tuū, qui tot bona tibi dederat. Quint⁹ cogitādo qūo effect⁹ es ex peccatis inimicus angelorū, & oīm ciuiū celorū, ac si oēs huius uille essent tui inimici capitales, peior est illa inimicitia. Patet ergo q̄ uera cōtritio non est nisi quidā medicinalis tactus diuine manus. De hoc est autoritas, Abij amar⁹ in indignatione spiritus mei. Ideo manus dñi erat mecū, cōfortās me. s. dādo cōtritionē, & ꝓpositū nō redeundi ad peccata. Ezech. iij. Ideo cōfessores in fine confessionis debent interrogare, & dicere, Displicēt uobis etiā illa peccata, & habetis ꝓpositū nō redeūdi ad ea? si dicit nō, est absoluēdus. Tertio, attēditur urina. Nā in aqua medicus cognoscit infirmitatē, & corporis dispositionē. Et ecce hic oris cōfessio, nā per cōfessionē ostēditur, & mōstrat interior dispositio peccatoris. Confessio est sicut urinale, in quo urina peccatoris fetēs, ab interiori existēs, ostēdit cōfessori, & ibi infirmitates anime cognoscunt, sed requiritur, q̄ urinale sit clarū, ideſt, clare cōfiteat peccata sua. Nota contra illos qui palliate, & excusantes se, cōfitētur accusando alios, oportet enim clare ostēdere urinā male uite cōfessori, se fortiter accusando seruata ueritate. Ideo do uobis consiliū, ne uelitis facere confessionē uestrā cū illis cōfessionalibus ordinatis, & impectoratis, quia ibi est duplex error. Primo, accusando se de peccatis q̄ nō fecit, q̄ est peccatū mortale mentiri in cōfessione. Secūdo, qa per illas gñalitates multa peccata abscondunt. Ille confessiones solū sunt ad memorādū peccata, sed nō ad cōfitendum. Itē requirit q̄ os urinalis sit clausum. s. ne in confessione uestra reueletis peccatū alterius, imo q̄ si aliquis peccauerit cū sorore uel filia, auertat se, ut querat cōfessorē qui nō cognoscat filiā, uel sororē ne peccatū publicet. Si autē non inuenit talē confessorē debet sic facere, & dicere. Pater ego peccaui cū una multum mihi propinqua. ista est mens beati Tho. in. iiij. di. xvj. s. seruare famā alteri⁹ in cōfessiōe. De ista cōfessione est autoritas figuratiue. Ait Iosue ad Acham, Fili mi da gloriā dño deo Israel, & cōfitere, atq; indica mihi q̄d feceris, ne abscōdas. Rñdit Acham Iosue, & dixit ei, Vere ego peccaui dño deo Israel, & sic, & sic feci. Iosue. vij. Nota cū dicitur fili, hic habent exemplum confessores, ut loquantur dulciter peccatori. Et ideo Apostolus, Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, nos qui spirituales estis, instruite huiusmodi i spiritu lenitatis. Ad Gal. vj. & loquitur confessoribus. Secundo, dicit da gloriam domino deo Israel, quia honor qui fit cōfessori, deo fit, quia confessor habetur loco dei. Nota cōtra illos qui ambulādo uolūt confiteri, sicut si tripudiarent &c. Quarto, dieta precipitur cognita infirmitate, hoc fit in uite restrictione, & abstinētia a peccatorū occasione. Verbi gratia, Nam dieta quā dat Christus mediāte cōfessore superbo, uano, pōposo, est q̄ humilietur. Idē de muliere uana, & sic de alijs peccatis luxurie & auaritie &c. Nota cōtra aliquos cōfessores, qui nesciunt dare nisi dietā missārum, cuilibet morbo apponunt unā medicinam. No. etiam contra illos, qui nolunt tenere dietām datā a cōfessore pro sanitate anime, sed bene seruāt dietam a medico pro sanitate corporis. Ideo Apostol⁹, Charissimi, obsecro uos abstinete uos a carnalibus desiderijs, que militant aduersus animā. Prima Pe. ij. Quinto syrupus immittit. hoc fit in gratia, & deuota oratione. Syrupus est dulcis, sic dulcis est oratio. Nunquid uideretur tibi dulce, si omni hora posses loqui cum rege, uel Papa? Cum Christo, rege, & Papa, loquitur homo in deuota oratione. Et ipse respondet iuxta modum dando cōsolationem, illuminationes, bonū propositū, & istis similia. Sed multi sunt surdi, qui non audiūt. Sed Dauid propheta audiuit, ideo dicit in oratione in Psal. cxviij. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia

tua, ſuper mel ori meo. Secūdo, ſyrupus recipitur de mane & de ſero in certa mē ſura. Sīc debet fieri oratio. Nota mane & ſero & in certo numero. ſ. tot Pr̄nr̄, & tot Aue Maria &c. Tertio, ſyrupus recipitur cum aqua calida mixta. Sic etiā qñ in oſono deus dat aliquas lacrymas &c. de quo dicit, Potū dabis nobis in lacrymis ī mēſura. ps. lxxix. De iſto dicit xps, Oportet ſemper orare. i. omni die. ſ. mane & ſero, & nō deficere. Lu. xviij. Sexto purgatio tribuit. Hoc fit in ablatorū reſtitutione & iniuriarū remiſsione. Purgatio enim amara expellit humores corruptos, ſupfluos & emittit eos. Purgatio datur cōtra cholerā, & ſignificat ꝙ debemus remittere iniurias ꝓpter deū, claudere oculos. Dicant gentes quicquid uoluerint, neceſſarium eſt reſtituere iniuſtū. Tu latro ſi habes aliquid de furto in domo, uel tu uſurarie, uel tu manumiſſor, tu iudex, tu aduocate, tu mercator, uel tu clerice, ſi cum ſymonia obtinuiſti beneficium, neceſſaria eſt uobis purgatio reſtitutionis ſi uultis ſaluari, & ideo dicitur. Non enim remittitur peccatū, niſi reſtituatur ablatum. Regula eſt tam theologorum, quā iuriſtarum. xiiij. q. vj. Si res. Certe diceret aliquis iſta purgatio amara eſt, alie medicine ſatis placent mihi, remedium cōtra iſtam amaritudinē eſt guſtare, ſiue mordere in una parte mali punici amari, quod fit cogitādo acerbitatem eterne damnationis, & mortē per quā ui uel ſpōte te oportet dimittere omnia que habes. Melius eſt modo dimittere meritorie reſtituendo. Vnde Hiero. ad Paulinum ulti. ca. Facile contēnit omnia, qui ſemper cogitat, ſe eſſe moriturū. Cum remedio huius cogitationis leuiter recipit purgatio reſtitutionis. Vñ Apoſtolus, Reddite omnibus debita, & nemini quicq̄ debeatis. ad Ro. xiij. Septimo, refectio cōceditur, qñ pro cōfortatiōe danť carnes, nō de boue, uel de uacca, ſed de pullo. Et hoc fit ī euchariſtie cōione, qa facta reſtitutione hō pōt cōicare, & comedere agnū filiū illius benedicte ouis uirginis Marie. Caro eſt delicatiſsima, & bibit ninū. ſ. eiꝰ ſanguis qui intra hoſtiam cōtinetur. Vñ ipſemet dicit, Caro mea uere eſt cibꝰ, & ſanguis meus uere eſt potꝰ Qui māducat meā carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet & ego in illo. Ioā. vj. Sicut em̄ corpus infirmi cōfortatur in refectione, ſic aīa ī digna cōione. Sed ſicut infirmo eſſet mors añ purgationē comedere carnes, ita peccatori ante reſtitutionē cōicare. Ecce ergo dicit, Ego ueniā & curabo eum, quod eſt thema. Deo gratias.

Feria. vj. poſt diē cinerum. Sermo j.

Attendite, ne iuſtitiam ueſtrā faciatis corā hominibus. Mat. vj. Thema eſt uerbum xpi, auſando nos, dicēdo, Attēdite &c. Dominꝰ Ieſus xps in hoc themate uocat pnīam iuſtitiā. Eſt ēt cōſuetudo in ſacra pagina, tā in ueteri quā in nouo teſtamēto, ꝙ uera pnīa dicit iuſtitia. Rō, quia p pnīam bonā homo facit uerā iuſtitiā de ſe, & de oībus bonis, ex quibus cōmuniter peccauimus, que ſunt tria, ſcilicet,

Corpus materiale.
Anima rationalis.
Et ſubſtantia temporalis.

Pnīa enim ſi uera eſt, debet facere iuſtitiam & punitionem de his tribus. Et primo facit iuſtitiam de corpore per ieunia, uigilias, & diſciplinas, peregrinationes &c. ipſum affligendo, quia eius inclinatione multa peccata cōmittim⁹. Et ideo ne deus faciat iuſtitiā de corpore in inferno per illos malos miniſtros, hō per penitentiam debet hic facere iuſtitiam. Hoc priuilegium fecit deus ſingulariter humane nature, ꝙ quemlibet fecit iudicem in cauſa propria. Etſi homo facit iuſtitiam de ſeipſo eſt contentus. Ecce priuilegiū, Si noſmetipſos dijudicaremus, non utiq; a domino iudicaremur in corpore noſtro. j. ad Co. xj. Ideo quando anima penitens, que fecit iuſtitiā, uenit coram Chriſto ad iudiciū, & accuſatur a demonibus, tunc anima reſpōdet dictum Dauid in ps. cxviij. Fecit iudiciū & iuſtitiā, nō tradas me calūniantibus

tibus me. Itē penitentia de anima. Multa peccata ſunt intra animā per cogitationes malas, per odiū, rancorē, malitiā, per malā uoluntatem, uel per errores, & falſas opiniones. Sed penitētia facit iuſtitiam p deuotas orationes, quaſi aīam ſuſpendēdo uinculo orationis deuote, que per collū tranſit uerbaliter, cuius caput ligať in pede cathedre Chriſti, quaſi dicendo, Domine, ex quo ego ſum iudex in cauſa propria, ſuſpendo animam meā &c. ne uos eā ſuſpēdatis in furca īferni &c. Tertio, penitētia facit iuſtitiā de bonis temporalibus, que fuerunt tibi occaſio peccandi, faciēdo furta ſecreta, rapinam, uſurā, extractiones ſupfluas, ad excipiendū precium, labores ſeruorū retinēdo, uel bona eccleſie uel defunctorū, non ſoluendo decimas, primitias &c. Penitentia autē facit iuſtitiā. ſ. reſtituendo. Patet ergo ꝙ uera penitētia nō eſt niſi iuſtitia, ideo dicit, Si impius egerit penitētiā ab omnibus peccatis ſuis, q̄ operatus eſt, & fecerit iudiciū & iuſtitiā, uita uiuet, & nō morieť. Oīm iniquitatū eius quas operatus eſt non recordabor, in iuſtitia quam operatus eſt uiuet. Ezechieť. xviij. De iſta iuſtitia. ſ. uera penitētia loquitur thema cum dicit, Attendite, ne iuſtitiam ueſtam. i. pnīam faciatis coram hominibus. Patet ergo thema. Quo modo ſit añt cauendum, ne iuſtitia penitentialis fiat coram hoībus, oſtēdit ipſe Chriſtus, & declarat in ſancto euāgelio hodierno, in quo ſunt tres partes in quibus oſtendit, qūo iuſtitia penitentialis non eſt facienda coram hominibus.

Et primo, de corpore materiali.
Secundo, de abundantia temporali.
Tertio, de anima rationali.

Dico primo &c. & hoc cū dicit in prima parte euangelij, Attendite, ne iuſtitiam uſam &c. que fit de corpore p ieiunia, uigilias, & abſtinētias faciatis corā hoībus, ſcilicet ad eorū cognitionē, ſed dei. Nota hic differentiā inter cognitionē hominū & dei. Nā cognitio hominū ſolū ſe extendit ad opera exteriora, & nō ad interiora. Sed cognitio dei ſe extendit ad utraq; opera, quia uidet omnia clare, nec iuxta intuitū hominis ego iudico. Homo enim uidet ea que apparent, deꝰ añt intuetur cor. j. Regum. xvj. Nota ſecūdum S. Tho. j. parte. q. lvij. ar. iiij. quo querit, utrum angeli cognoſcāt cogitatiōes cordiū? Rñſio, ꝙ cogitatio cordis pōt dupliciter cognoſci. Vno mō in ſuo effectu, & ſic nō ſolū ab angelo, ſed etiā ab hoīe cognoſci pōt, & tanto ſubtilius, quāto effectus hmōi fuerit magis occultus. Cognoſcit em̄ cogitatio interdū nō ſolū per actū interiorē, ſed etiā p immutationē uultus. Et etiā medici aliquas affectiōes animi per pulſum cognoſcere poſſunt, & multo magis angeli & demones, lōge ſubtiliꝰ hmōi immutatiōes occultas corpales ꝓpendunt. Alio mō pñt cognoſci cogitatiōes, ꝓut ſunt in intellectu, & affectiōes, ꝓut ſunt in uolūtate. Et ſic ſolꝰ deus cogitatiōes cordiū & affectiones uolūtatū cognoſcere pōt. Cuius rō eſt, qa uolūtas rōnalis creature ſoli deo ſubiacet, & ipſe in ea ſolꝰ operari pōt, q̄ eſt principale obiectū eiꝰ, & ultimus finis, & iō ea q̄ ex uolūtate ſola depēdēt, uel que in uolūtate ſola ſunt, ſoli deo nota ſunt. Manifeſtum eſt añt ꝙ ex uolūtate ſola depēdet, ꝙ aliqs actu aliqua conſideret, qa cū aliqs habet habitū ſcientie, uel ſpecies intelligibiles in eo exiſtētes, utitur eis cum uult. Et iō dicit apľs. j. Corin. ij. ꝙ que ſunt hominis nemo nouit, niſi ſpūs hoīs qui in ipſo eſt. Hec Sanctus Tho. ubi. s. Idē dicit. ij. ſcri. di. viij. ad quintum. Item in quarto. diſt. xlv. q. iij. ad quintum. Modo igitur ad ꝓpoſitū redeundo, uideamus quid eſt ieiunare coram hoībus, & quid eſt ieiunare corā deo. Ieiunare coram hominibꝰ, eſt a cibis carnalibus abſtinere, & preter pue ſemel ī die comedere. Item ab alijs delectationibus corporis abſtinere. Hoc tantum eſt ieiunium, quod cadit in cognitionē hominū, ſed ieiunare coram deo eſt, quando nō ſolū corpus, ſed etiā cor abſtinet a cibis potionatis, ſiue uenenatis malarū cogitationum, prauorum deſideriorum, rancorū, malarum uolū-

tatum,& a desiderio uindicte.Et qa sunt multi qui ieiunãt corã hominibus & nõ corã deo,ideo dicit,Attẽdite,ne iustitiã uestram faciatis,supple solũ corã hominibus,sed etiã corã deo.q.d.sicut ieiunatis a cibis carnalib⁹ abstinẽdo,ieiunate etiã a cibis mortiferis & indigestibilib⁹ cordis &c.Hoc ieiunium precipit xp̃s in euãgelio.Mat.v.in.j.pte euãgelij.di.Audistis,qa dictũ est antiqs,Diliges ꝓximũ tuũ,& odio habebis inimicũ tuum. Ego autem dico uobis,Diligite inimicos uestros,bñfacite his q oderũt uos,& orate ꝓ persequentibus & calũniantibus uos, ut sitis filij patris uestri,q in celis est &c. usq; ibi,Estote pfecti sicut pater uester celestis pfectus est.Nota,cũ dicit estote pfecti.s.ieiunãdo,nõ solũ corã hoibus, sed etiã corã deo,sicut pater uester celestis pfectus est,q ĩ hoc mũdo multos habuit inimicos.s.oẽs pctores & infideles, tñ diligit eos,& dat eis bñficia solis,lũe, pluuie & prouisiones.Ideo ut boni filij assimilemur patri nostro celesti.Itẽ, qa plus nos tenemur facere ꝓ deo quã infideles,qui solũ diligunt se diligẽtes,hoc etiã faciunt canes.Sed qñ creatura diligit amore dei,nõ solum qui eã diligunt sed etiã inimicũ,ibi est meritũ.Itẽ si resalutetis,qui uos salutãt,nullas grates habebitis,sed multi sunt qui dicunt se non odisse aliquem,sed nõ loquerẽtur cum eis,nisi prius alter eis loqueret.Et dico uobis,quod ille q prius loquit,& salutat alium,ille lucratur tũc meritũ,sine coronã,iõ ieiunemus,nõ solũ corã hoibus, sed etiã corã deo,tunc erimus pfecti in nro ieiunio.Et cũ isto ieiunio cõcordat epistola hodierna cum euãgelio.Dicatur quomodo Iudei tempore Esa. prophete, ut habet Esa.lviij. habebant magnas tribulationes siccitatum,famis,locuste, & huiusmodi in Hierusalem,& p rectores ciuitatis fuit ordinatum,ut oẽs ieiunarent certis diebus,& quãto plus ieiunabant tanto magis augmentabatur tribulatio,propter quod uenerũt ad tẽplum,& orando dicebant, Quare ieiunauimus,& nõ aspexisti, humiliauimus animas nostras, & nescisti .s. acceptando.Et rñdit eis deus per Esaiã prophetam,Ecce,in die ieiunij uestri inuenitur uolũtas uestra.No.nõ dicit dei,q precipit remittere& diligere inimicos,& oẽs debitores uestros repetitis.Ecce, ad lites& ad cõtẽtiones ieiunatis,& pcutitis pugno impie.Nolite ieiunare,sicut usq; ad hãc die,ut audiatur ĩ excelso clamor uester.Nũquid tale est ieiuniũ ꝙ elegi, p diem affligere hoiem animã suã?Num qd istud uocabis ieiuniũ,& dicẽ acceptabilẽ dño?Nota,debitores dicunt inimici,patet cũ dr̃,Dimitte nobis debita nr̃a, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.i.inimicis.Repetunt eis debita per desideriũ uindicte.Sed ieiunium,quod uult,& elegit,est hoc ꝙ sequit.Dissolue colligationes impietatis,que fiunt dupliciter,uel per parentes,uel per ualẽtã, siue adiutorium.Et qñ dicitur eis,ꝙ faciant pacẽ,dicunt,Non facerem,nisi amici mei uel illi de mea ualẽta,siue adiutorio facerent.Bonum est requirere eos,ꝙ faciant pacẽ,alias colliga te cum deo.Et si eis feceris iuramẽtum de ualẽta,siue adiutorio, non est seruandum, quia est contra charitatẽ.Ideo dicitur in plurali, Dissolue colligationes.Secũdo solue fasciculos deprimentes.s.odium quod quilibet tenet in corde,& hoc est ieiunium,quod elegit.Patet ergo prima pars.Ecce quare dicit,Attẽdite.Dico secundo quod Christus ostẽdit ne iustitia pñalis fiat coram hoibus de abundantia tpali que fit per restitutiones,& eleemosynas.Et hoc ostẽdit Christus in.ij.parte euangelij.Mat.vj.cũ dicit,Cũ facis eleemosynas,noli tuba canere ante te,sicut hypocrite faciunt &c.que sequunt.uide in euangel.&c.usq; huc,Reddet tibi. Pro declaratione huius textus,nota quo modo antiquitus Iudei Rabini,& pharisei non curabant de gloria celesti,sed de gloria tpali & terrestri,ideo quicqd faciebant totum faciebant solũ coram hoibus.Et qñ debebant dare eleemosynas,primo preconizabatur p ciuitatem &c.& ipsi sequebantur preconẽ ut a populo audirent laudes dicendo,O q̃ pius est iste,& delectabant in istis laudibus, ecce uana gloria,ideo de ipsis dicit xp̃s, Amẽ dico uobis receperunt mercedem suã.Sic perdit illud magnũ salariũ,quod deus ꝓmittit pfonis mie dicendo,Beati misericordes,qm̃ ipsi miam cõsequent. Mat.v.Quãdo aĩa q ex uana gloria fecit eleemosynã,uel alia bona,uenit ad iudiciũ corã xp̃o,statim remittit ipsa adiferẽtiã,dicẽdo ꝙ iã hic recipit mercedẽ suã. Si dicat,ergo quẽ modum tenebim⁹ in dãdo eleemosynas,hoc ostendit xp̃s dicendo,Te aũt faciẽte eleemosynam,ne sciat sinistra tua,quid faciat dextera tua. No.hic tres morales expositiones.Prima.Manus dicunt diuitie tpales.Rõ,qa sicut manib⁹ facim⁹ oĩa opa.Vnde dicit philosophus,ꝙ man⁹ est organũ organorũ,ita cum diuitijs hõ facit oĩa negocia.Man⁹ dextera,est pecunia de bono iusto cõgregata.s.de laboribus proprijs uel possessionibus acqsita.Manus sinistra,est pecunia de malo siue iniuste acquisita,uel congregata.s.de furto,usura, rapina,simonia,& similibus.Vnde circa hoc Salomon.Leua eius sub capite meo & dextera illius amplexabit me.Can.ij. De sinistra autẽ debet fieri restitutio,& de dextera faciẽda est eleemosyna.Iõ dicit, Te aũt faciẽte eleemosynã,nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua &c.Iõ do uobis utile consilium,ꝙ in taxia uestra,siue bursa faciatis medium,& pecunia de bono iusto ponatur in una parte,& de malo iusto ponat in alia parte, quia quãdo simul ponit restitutio obliuioni traditur,& per illud mediũ reducitur ad memoriã,& tunc sciatis de qua manu facitis eleemosynam,& de qua re restitutionẽ.Et secũdũ istũ intellectum dicebat Thobias filio suo,Fili mi de substantia tua,nõ aliena,fac eleemosynã,& noli auertere faciem tuã ab ullo paupere,ita enim fiet,ut nec a te auertatur facies domini.Tho.iiij.Secũda expositio est ex parte intentionis dandi eleemosynam.Dicitur manus dextera,quãdo intentio est recta. Quãdo eleemosyna dat

solo amore,& honore dei qui nobis fecit tot eleemosynas, scilicet creando, ꝓ uidendo,& thesauro sui sanguinis redimendo.Ista intẽtio dicit man⁹ dextera. Vel cogitando, Dabo mõ istã eleemosynã,ut qñ ego petã eleemosynã ad portã paradisi,de⁹ det mihi unũ fructũ glorie sue.Ista est ergo intẽtio recta.Caue ergo ne sinistra intentione.s.laudis uel uane gr̃ie facias eleemosynã.Nesciat sinistra tua.s.intentione uane glorie.Multa em̃ opera & magna pdunt sinistra intentione.Tertia expositio,modus dãdi eleemosynã qui pot esse bonus uel malus, dicit esse manus dextra uel sinistra.Bonus modus dãdi eleemosynã est,qñ eleemosyna que est opus pietatis,datur cũ pietate,benignitate,& expura charitate, tũc eũ dat cũ dextra.Quãdo uero malo modo fit,dat ut panis cani,uel qa fingũt se non audire pauperem,uel cũ indignatione ex importunitate petentis,tũc datur in sinistra.Ideo dicit textus,Te autẽ faciẽte eleemosynã &c.Ideo seruãdum est consilium Apostoli dicentis,Vnusquisq; prout destinauit in corde suo.s. dare eleemosynã,non ex tristitia aut ex necessitate.Hilarẽ enim datorẽ diligit de⁹.ij.Corin.ix.Nota practicã,qñ uadit aliquis ad ecclesiam,ut portet in manu quod ꝓposuit dare amore dei.Ecce quare dicit,Te autẽ faciẽte eleemosynã,ne sciat sinistra tua,quid faciat dextera tua. Et seruatur consilium thematis.s.Attendite,ne iustitiã uestrã faciatis corã hoĩbus. Dico tertio,ꝙ in parte tertia euãgelij,Christus dñs noster ostẽdit facere iustitiã penitẽtialem de anima rationali,nõ corã hoibus,sed secrete.Cũ oratis non eritis sicut hypocrite,usq; reddet tibi.Dicatur modus orãdi antiquorũ hypocritarum in synagogis,uicis,& in angulis platearũ ubi gẽtes cõueniebant ut uiderent,qui cũ magnis suspirijs& gestibus orabãt ut laudarent.O de istis bene dictis,de quibus dicit Christus in euangelio,Amẽ dico uobis,receperũt mercedẽ suã.O stulti ꝙ tã preciosum iocale, ut est oratio dabãt pro tã modico & uili

precio

precio. Ideo Christus oſtẽdit modũ orãdi dicẽs, Tu autẽ cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ, & clauſo oſtio ora patrem in abſcõdito, & pater tuus qui uidet in abſcõdito, reddet tibi. Nota intra cubiculũ tuũ. Sed circa hoc poſſet aliqs dicere, ergo nõ eſt orãdũ in tẽplo dei, uel in eccleſijs? Reſponſio q̃ hoc intelligitur dupliciter. Primo modo, cõſcientia dicitur cubiculũ ſecretũ, & iſta oratio fiat in eccleſijs. ſ. nõ clamãdo, nec magnos faciendo geſtus, ut uideamini, ne alij perturbentur, ſed claudẽdo oſtium, ſcilicet, ſecrete orãdo. Et hoc debet intelligi de orationib⁹, que fiũt in publico ſeu cõi. De alijs orationibus particularibus, & ceteris debet ſe homo claudere in camera, ſic ĩtelligit̃ textus. Sed poſſet hic aliquis argue re dicẽs, Videtur q̃ dñs noſter in doctrina ſua ſit ſibijpſi contrarius, quia dicit in euãgelio hodierno, Attẽdite ne iuſtitiã ueſtrã faciatis corã hoĩbus &c. Et in alio loco dicit, Sic luceat lux ueſtra corã hominibus, ut uideãt opera ueſtra bona, & glorificẽt patrem ueſtrũ, qui in celis eſt. Mat. v. Videt hic cõtrarietas. Reſponſio, q̃ nõ eſt ibi cõtrarietas, ſed audi declarationẽ, Chriſtus cũ ſit dñs, & magiſter uniuerſalis, dabat doctrinã hoĩbus tã perfectis pſonis, q̃ etiam imperfectis. Quia habebãt alios inſtruere, & informare in uita ſpirituali, & doctrina dicebat, Vos eſtis lux mũdi. Et loquebatur Apoſtolis & alijs perſonis perfectis, quibus uentus adulationis non nocuit. Ideo ait, Sic luceat lux ueſtra, ſcilicet opera ueſtra, & catholica doctrina corã hominib⁹, ut uideãt &c. ac ſi dixiſſet, Portate literam regiã, id eſt, doctrinã euangelicã ſub ſigillo bone uite, ut quilibet dicat, pro certo iſte ſeruat quod predicat, quia alias non creditur ſibi. Sed imperfectis, & inchoãtibus bonã uitam, quibus uentus laudis poſſet nocere dicit, Attẽdite, ne iuſtitiã ueſtram faciatis coram hominibus &c. Hec queſtio fuit ſemel facta beato Antonio, qui eã declarauit iſto modo, Sicut magnus ignis non extinguitur uento, imo potius etiam accẽditur, ſed modicũ lumen modico uento extinguitur, ſic etiã magnus ignis ardentis deuotionis & charitatis, eſt in corpore perfecto rũ, ſed modicus in imperfectis, ideo ſtatim extinguitur modico uento laudis, ſed in perfectis magis accenditur, & augmentatur. Et nota de magno honore facto beato Petro, cum ueniret Anthiochiam, & de beato Ioanne de exilio redeunte, & de beato Paulo in Galacia, ut patet ad Gal. iiij.

Feria vj. poſt diem cinerum. Sermo ij.

ANnuncia populo meo ſcelera eorum. Eſa. lviij. & in epiſtola hodierna. In pſenti ſermone uolo uobis oſtẽdere, & declarare aliqua grauia peccata propter que deus eſt iratus cõtra nos. Ideo mittit iſtas tribulationes peſtilentiarũ, & mortalitatũ, per mundum. Vt ergo iſta peccata corrigantur, & ceſſet iſta plaga, uolo nũc iſta peccata declarare. Sed primo ſalutetur uirgo Maria. Annũtia populo meo &c. Pro huius uerbi declaratione, & materie predicande introductione, ſciendum, q̃ defectus, & uita, & peccata noſtra, in ſacra ſcriptura nominantur diuerſimode. Vnde defectus, qui fiunt cõtra proximũ immediate, & de directo, ut furari, ipſum diffamare, uulnerare, ſe occidere, dicuntur iniquitates, id eſt, nõ equitates, quia ibi non ſeruatur equitas a deo nobis data, dicente, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Mat. xxij. Alij defectus fiũt immediate, & de directo cõtra corpus, ſicut nimis comedere, & bibere, inebriari, & huiuſmodi. Ideo dicit ſcriptura, Propter crapulã multi obierũt, qui abſtinens eſt, adijciet uitã. Eccle. xxxvij. Itẽ luxuria eſt cõtra corpus. Apoſtolus, Omne peccatũ quodcũq; fecerit homo extra corp⁹ eſt, q̃ autẽ fornicat, in corp⁹ ſuũ peccat. j. ad Coꝛ. vj. Itẽ peccatũ acidie eſt cõtra corpus ad inſtar enſis, gladij, ſeu ferri, q̃ rubiginatur, q̃ nõ ſeruit, idẽ eſt de corpore, ideo laborate modo ordinato &c. iſti defectus dicũtur proprie peccata, id eſt, peccatorũ acta, ſecundũ etymologiam, quia comedere, bibere, luxuriari, & ociari, ſunt acta pecudũ. Alij defectus ſunt, q̃ fiunt immediate, & de directo cõtra animã qui non tangunt proximum, nec corpus, ut preſumptio, ſuperbia, que ſolum tangunt animã, & etiam uana gloria, hypocriſis, ira, inuidia, odiũ, malitia, mala deſideria, male cogitationes, deſideriũ uindicte, non ſunt niſi uenenum, que occidunt animam, expellunt gratiam dei, que eſt anime uita. Eze. xviij. Anima que peccauerit ipſa morietur. Iſta proprie dicũtur delicta quaſi derelicta, quia anima debet diligenter cuſtodiri, & conſeruari quaſi reliquia precioſiſsima. Alia ſunt q̃ immediate, & de directo fiũt cõtra deũ, que ſunt alijs maiora, & grauiora, ſicut iurare, renegare, blaſphemare, & huiuſmodi. Et iſta dicũtur proprie ſcelera, patet ergo differẽtia, que eſt inter defectꝰ, uitia, & peccata ſtricte loquẽdo. Autoritas. Iob petẽs ueniã a deo, dicebat. Quãtas habeo iniquitates, & peccata, ſcelera mea atq; delicta oſtende mihi. Iob xiij. Modo oſtẽde mihi, que ad peccatorum correctionẽ neceſſaria ſunt, quia requirit ipſorũ cognitio, & nũc ſequitur correctio de peccatis, que fiunt ſingulariter contra deũ, loquitur thema predicatori dicens, Annũtia populo meo, ſcilicet, tu predicator, ſcelera eorũ, nõ dicit iniquitates, nec peccata nec delicta, licet ſint etiã annuncianda, & corrigenda, ſed ſcelera, ideo iuxta preceptum dei, uolo uobis declarare, & nũciare peccata, que fiũt contra deũ, ex quibus ueniunt iſte tribulationes. Quã annunciationem faciam, per quandã figurã que habetur Eze. viij. Vubi legitur q̃ in terra Iuda, & in ciuitate Ieruſalẽ uenit magna tribulatio mortalitatis, & peſtilentie, & populus orabat deum, ut ipſos iuuaret, & tribulatio augmentabatur. De quo propheta dolens, & admirans, plangens populũ orando, dicebat, O domine, & quare datis tot mala, populo ueſtro, Tunc deus uolens reuelare prophete rationẽ & cauſam ſubito portauit eum in Ieruſalem, ut uideret peccata, que ibi fiebant contra deum. Et poſuit ipſum in porta ciuitatis dicẽs, Reſpice. Et Propheta reſpexit, & uidit ibi idolũ zeli ad prouocandũ iram dei. Et omnes gentes recurrebant ad idolũ. Cui dixit deus, Fili hominis, uides q̃d faciũt iſti? Et propheta, O domine, quale peccatũ. iſtud ſufficit, ut ueniant tot mala. Nõ dixit deus, quia adhuc oſtendã tibi alia. Et duxit eũ ad unam magnam plateam ciuitatis muratam in circuitu, & dixit ſibi, Fode parietem, & uide abominationes, quas iſti faciũt. Qui fodit, & uidit ibi diuerſas imagines beſtiarũ pictas, quibus ſenes ciuitatis dabant incenſum. Et dixit propheta. O domine, non mirũ ſi mittitis mala &c. Poſtea duxit eũ ad aliam plateã, & ibi uidit mulieres plorãtes, & plãgentes Adonidẽ, ſecundum poetas, deũ amoris. O domine dixit propheta, quale peccatũ. neq; mirũ &c. Adhuc dixit dꝰ, oſtendam tibi amplius. Et duxit eum ad plateã templi dicẽs, Reſpice. Et ibi uidit gentes uertentes dorſum tẽplo dei adorantes ad orientẽ. Et dixit propheta, O domine, tã magnum peccatũ. Tunc dixit ſibi deus, Ex his peccatis ego faciam, ſupple, uindictã in furore meo, nec parcet oculus meus, nec miſerebor, & cum clamauerit ad aures meas uoce magna, non exaudiam eos. Ezech. viij. In qua figura deus oſtẽdit prophete quatuor ſcelera ſeu peccata, que fiebant contra deũ. Que ſignificant, & figurant quatuor peccata grauia que fiunt modo in mũdo cõtra deũ immediate, & de directo. Ex quibus ueniunt iſta mala. Et nos clamamus ad deũ, & ipſe claudit ſcilicet, aures. Ideo dicit, Annuncia populo &c. Hec ciuitas eſt Chriſtianitas a domino Ieſu Chriſto fundata, & edificata magnis laboribus, & multis priuilegijs & gratijs dotata. De qua Dauid in pſal. lxxxvj. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dei, Porta huius eſt baptiſmus, nec aliquis poteſt eſſe ciuis ſeu habitator huius ciuitatis, niſi intret per portam huius baptiſmi. Hec porta domini, ſcilicet actiue, & paſsiue, iuſti intrabunt in eam. Et ibi datur fides Chriſto, & abrenunciatur diabolo, & põpis eius.

Dic

Dic modum baptizãdi. Sed hic ponitur idolum zeli, quando contra fidẽ Christo promissam in nostris necessitatibus recurrimus ad diabolũ, uel pro sanitate habenda, uel pro re perdita ad inueniendum, uel pro filijs habendis, uel si estis maleficiati, statim uaditis ad idolum, id est, diuinum in quo est diabolus, cum quo diuinus facit sua opera. Ecce idolũ zeli ad prouocandũ irã dei, quia rex indignaretur si aliquis iret per ciuitatem, subtrahendo sibi populũ, & trahendo ad suũ inimicũ. Quid faceret rex contra illũ, & contra uillã hoc facientẽ, & ipsum sustinentẽ tanquã ꝓditorẽ? daret ipsum ad furcã. Ita facit diuinus contra regem Christũ, cui subtrahit populum, & trahit ipsum ad diabolũ. Ideo corripiantur &c. Dic quomodo in omnibus suis necessitatibus quilibet bonus Christian⁹ debet recurrere ad Christum, qui sanat omnes infirmitates, quia diabolus nõ potest ali quẽ curare ueraciter sanando, sed a lesione cessando, ut legitur in historia beati Bartholomei. Ideo in sacra scriptura precepit deus, dicẽs, Vir, siue mulier in quibus phitonicus, uel diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruẽt eos. Leui. xx. Et quare omnis populus lapidabit? nũqd sufficeret, ut cõburetur, uel suspenderetur? &c. Respõdeo. quia diuinus omnibus nocet, quia prouocat iram dei, ideo uoluit deus, ꝙ non ab uno solo homine, sed a toto populo occideretur. Ideo quando in una uilla, uel patria sustinetur unus diuinus, ex illo peccato deus mittit tribulationes, uel inundationes aquarũ, ut patet de abysso diluuij &c. uel mortalitates, ut de rege Saul qui recurrit ad phitonissam in Endor, propter quod mortuus fuit ipse, & perdidit regnũ pro se & suis. j. Paral. x. Mortu⁹ est Saul ꝓpter iniquitates suas, eo quod preuaricatus sit mandatũ domini, quod preceperat, & non custodierit illud, sed insuper etiam phitonissam consuluerit, nec sperauerit in domino, propter quod interfecit eũ, & transtulit regnũ eius ad Dauid filiũ Isai. Vel si sit diuisio propter regimẽ. Dic quomodo illud idolũ significat domum consilij. Nota, quia deus precepit antiquitus Moysi, quod domus cõsilij esset in porta ciuitatis, ut forenses posset eam statim inuenire. Que quidẽ domus est idolum zeli ad prouocandũ emulationes seu inuidias. O quot inuidie, & emulationes, & zelotipie sunt in hac uilla ex illo idolo, quod omnes adorãt. Dicit unus, O ille fuit cõsiliarius, & ego nõ fui, qui sum de meliori genere &c. Omnes laborãt, ut habeãt regimẽ. Ex quo sequũtur multa mala, inuidie, destructiones cõmunitatis, & rãcores. Ecce damnatio animarũ propter multa peccata, que ibi cõcurrunt. Primũ est periuriũ, quod est maius peccatũ q̃ homicidiũ, ut dicunt theologi. Et quãdo intrant in regimẽ, iurant, ꝙ procurabũt bonũ cõmunitatis fideliter, & ꝙ corrigẽt peccata notoria, & nihil faciũt, ideo sunt periuri. Secundũ peccatũ est furtũ, quia multa ex ambitiõe regiminis expẽdũt. Et quando sunt intus, uolũt recuperare, ideo furantur a cõmunitate, quicquid possunt, quod est maius peccatũ, & maius furtũ, quã si reciperent furtiue a persona particulari, quia magis tenẽtur diligere bonũ cõitatis q̃ particularis pr̃sone. Tertiũ peccatũ est dãnũ, & destructio cõitatis. Nota similitudinẽ de naui, q̃ ire debet ultra mare. Et persone tenent consiliũ, quis erit patronus nauis, & quis nauta, & qui marinarij &c. Sic in proposito magna nauis triũ cooperturarũ est cõitas. Prima cooptura secreta, sunt religiosi in monasterijs abscõditi. Secunda est clericorũ ubi sunt merces sacramentorũ. Tertia uero ubi sit exercitũ est laicorũ. In qua oportet ponere patronũ. s. uicariũ, seu nautã, subuicariũ, & marinarios. s. maturos. Ideo in cõsilio q̃libet debet attẽdere, & respicere cõitatẽ, & non consanguinitatẽ, nec amicitiã, uel partẽ, sed utilitatem uille, alias adorãt idolum. Ideo neq; mirũ si deus mittit ista, & ducit secũ filios uestros. Idẽ faciet de uobis nisi uos corrigatis &c. Secũdũ peccatũ ꝙ ostẽdit deus prophete in platea ciuitatis fuit de imaginibus, & de illis q̃ dabãt eis incensum. Hoc peccatũ significat ludũ taxillorũ. Quid sunt aliud taxilli quã imagines bestiarũ depicte, quibus maiores, & seniores dant incensum? Antiquitus solũ ludebãt ribaldi, & lenones &c. Sed modo, maiores uille sine aliqua uerecundia ponunt se ad ludẽdũ ibi cũ ribaldis, & emittunt incẽsum uersus celũ, scilicet blasphemiarũ contra deũ, & uirginẽ Mariã &c. Ex quo peccato ueniunt multa mala, & plaga mortalitatũ. Auctoritas, Vir multũ iurans implebitur iniquitate, & nõ discedet a domo illius plaga. Eccl. xxiij. Idẽ de uilla in qua deus notorie blasphematur, a qua nõ recedet plaga. Nota penã blasphemãtiũ. Leu. xxiiij. Nota etiã historiã de illo sancto, qui iuxta altare dei uidit altare diaboli ubi gẽtes cõfluebant &c. Dicũt quidã, si amouetur ludus, perdemus impositionẽ, siue lucrũ &c. Sed melius est perdere impositiones, q̃ corpus & animam, & bona tẽporalia per tẽpestates, ideo prouideat &c. Tertiũ peccatũ quod deus ostendit prophete, fuit de mulieribus plangentibus Adonidẽ &c. hoc significat peccatũ mulierũ, que modo plangunt. & plorant, quando perdũt filiũ, uel filiã dilectã, dicẽtes multa ꝥ ba stulta cõtra deũ, cũ tamẽ deberẽt letari. Nũqd gauderetis, si rex trãsiens per istã uillã, reciperet in curiã suã filiũ uestrũ, & faceret ipsum magnũ dominũ. Idẽ de regina que recipet filiã uestrã &c. Sic modo rex Christus, seu Papa Iesus transit p uillã, & recipit in curiã suã filiũ uestrũ innocẽtẽ, & bonũ, ut ipsum faciat magnũ dominũ, maiorẽ q̃ sit hic rex, uel Papa. De hoc ergo plorate uos. Ideo Apost. Nolum⁹ uos ignorare de dormientibus, ut nõ contristemini sicut ceteri, qui spẽ nõ habẽt. j. Thes. iiij. Sed nõ ploratis, nec plangitis morte animarũ filiorũ adultorũ, qui dant se peccatis blasphemie, luxurie &c. qui recta uia uadũt ad infernũ, & nõ curatis. Ideo põt uobis dicere filius uester, quãdo moritur, Nolite flere super me, sed super uos flete, & super filios uestros, scilicet, adultos. Lu. xxiij. Quartũ peccatũ fuit illorũ, qui uerterunt dorsum ad tẽplum, & adorabãt ad orientẽ. Ecce hic peccatũ de fractione festiuitatũ, quãdo gẽtes despiciũt precepta, & ordinationes ecclesie, tunc uertũt dorsum ad tẽplũ dei, & adorauerũt ad orientẽ, secũdũ ꝙ dicit Dauid, Ortus est sol, & exibit homo ad operationẽ suã. Quando ergo gentes nõ seruant festa, sed faciunt negocia in foris, & ferijs &c. tũc uertunt dorsum tẽplo, & adorãt ad orientẽ, cũ tamẽ deus optime diuisit tẽpus, quod totũ currit in septẽ diebus, & dedit nobis sex dies ad laborandũ, & uos uertitis uos ad orientem. s. orto sole uaditis ad agrũ uestrũ, uineã, forũ seu feriã. Septimum diem deus retinuit sibi. s. dominicã, & uult ꝙ illa die uertamus faciem ad templum, & dorsum ad orientem. Et uos facitis oppositũ, quia quãdo dicit missa, in qua omnes tenemini esse, quidã stant in platea &c. quidã in uineis, quidã in lupanari, quidam in taberna &c. O dicit deus, & uos auferetis mihi tempus meũ, ideo ego auferã uobis tempus uestrum. Ista ratione ueniunt mortalitates, quia ille q̃ debebat uiuere quadraginta, uel sexaginta annis, morietur cras, & ideo dicit ipse, Cum accepero tẽpus ego iustitias iudicabo. ps. lxxiiij. Ecce hic peccata que fiunt contra deũ, propter que ueniunt iste tribulationes, & mala. ideo corrigantur per bonas ordinationes, & deus iuuabit, alias ecce quid dicit, cum multiplicaueritis orationem uestram non exaudiam. Esa. j.

Sabbato post diem cinerũ. Sermo j.

Ascendit ad eos in nauĩ, & cessauit uentus. Mat. vj. Postquã Christus multa mirabilia fecerat in terra, fecit & in mari, quod ostenditur ab omnibus euangelistis, ut ostenderet, se esse dominum nõ solum terre, sed etiam maris. Dicatur breuiter historia euangelij. modo ut intremus secreta, oportet loqui de tribus.

Et primo, de ista naui posita in tam magna, & ualida fortuna.

Secund

Secũdo, de hora qua uenit illa fortũa.

Tertio, de bono aduẽtu & trãquillitate ex presentia qñ ipse intrauit nauẽ, & de isto tertio loquitur thema.

Quantũ ad primũ sciẽdũ, ꝙ secundũ oẽs doctores & gl. nauis illa i tã magno periculo posita signat eccl'iam militãtẽ duplici rone. Prima rõ ex officio. Rõ, qa sicut nauis portat psonas & merces de uno loco ad aliũ, sic etiã eccl'ia. Et q non nauigãt cum ista naui, oẽs pereũt, sicut tpe Noe perierũt oẽs q extra arcã iuẽti fuerũt. Ecce officiũ huius nauis. ideo Salomon ad literã de eccl'ia dicit, Facta est quasi nauis institoris de lõge portãs panẽ suũ. Prouer. vl. Ecce, ꝙ ꝓpter offm ecclesia dicitur nauis ut cõiter dicunt doctores. Secũda rõ est & subtilior, ꝙ nauis signat eccl'esiã, & si uolumus attẽdere ad formã, seu figurã nauis q̃ est in principio, hoc est in prora angusta, in medio lata, & in fine. s. in puppi angusta. Recte nauis signat eccl'esiã militãtẽ, que est huiusmodi forme, & dñs noster Iesus xps est quasi prora siue anterior pars nauis ubi cõiunguñt due tabule. s. duo apli, ut Petrus, & Andreas, qui fuerũt primi apli xpi, deinde undecim apostoli. j. ad Cor. xv. Deinde creuit per. lxx. discipulos, deinde p tria milia cõuersorũ. Act. ij sic tãdẽ creuit paulatim per totũ mũdũ. Quia in oẽm terrã exiuit sonus eorum. s. predicationis. ad Ro. x. Sed iãdiu est ꝙ nauis eccl'esie angustatur & restringitur circa finẽ. Nota hic decẽ diuisiones ipsius Christianitatis, intũ ꝙ dicit xps Iesus, filius hominis, cum uenerit, putasne inueniet fidem in terra? Luc. xviij. Patet ergo ꝙ eccl'esia militãs dicitur nauis, nõ solũ propter officium, sed etiam propter formã & figurã. Et totum hoc tangit in dicta autoritate, facta est. s. eccl'esia militãs quasi nauis institoris. Ecce formam. Delonge portãs panẽ suum. s. merces. Ecce officium. sed agitatur fluctibus. Est enim in magno periculo nauis. s. uentorum. Hoc clare potestis uidere, si uultis cogitare ad hoc qd̃ dico. Quando enim uadeat unus magnus ẽpatus, statim reges & dñi tẽporales rogãt pro indignis etiam cum minis uel munere. Vnde papa uidens ꝙ rogãt pro indigno, qui nesciret custodire tres capras, tribulatur. Itẽ iam uidetis, qualiter ordinationes eccl'esie seruãtur, quia despiciuntur libertates & immunitates eccl'esiastice franguntur. Nã quilibet reputat se dignũ ad maiorẽ mũdi prelationẽ, quilibet seruat de ordinationibus eccl'esie prout uult & sibi placet, nihil aliud. Ecce quõ nauis est in magnis periculis. Iã enim uerificat illud qd̃ dicitur Mat. xiiij. Nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus, erat enim cõtrarius uẽtus. Quarta autẽ uigilia noctis uenit ad eos ambulãs supra mare. Et uidentes eũ supra mare ambulantẽ, turbati sunt dicentes, quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimq; Iesus locutus est eis dicẽs. Ego sum, nolite timere &c. Quantũ ad secũdũ, uidendum est de hora in qua uenit illa fortuna. Nã dicit textus, Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, ipse autẽ solus erat i terra. Et uidens eos laborantes in remigando, erat enim cõtrarius eis uentus. Occasus solis facit uesperũ. Modo uideamus in qua hora diei sumus. Dicatur ꝙ sicut sol radiãs sup terrã facit diẽ artificialẽ, & qñ irradiat ualles, & torrẽtes & colles adhuc est mane, sed qñ nõ irrãdiat uertices montiũ, nec ualles tũc est sero. Ad ꝙ positũ, in sacra scriptura xps dicitur sol. Ideo dicitur uirgini Marie. Felix namq; es sacra uirgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitie xps Deꝰ noster &c. Modo ad cognoscẽdũ in qua hora sumus diei. s. durationis huius mundi, uideamus an radij solis. s. xpi irradiãt torrẽtes, ualles &c. Torrentes sunt laboratores triplici ratione. Primo, quia sicut torrẽtes sunt asperi & petrosi, sic etiã uita laboratorũ aspera est & dura, & petrosa. Secunda ratio est qa torrentes aliquando abundant aquis, aliquando non. Sic laboratores aliquãdo abundant bonis temporalibus, aliqñ nõ, ex siccitate uel alꝭ. Tertia ratio est, qa sicut torrentes sunt in inferiori parte terre, sic rustici & laboratores sunt deiecti, & omnibus alijs inferiores intãtum, ꝙ põt dici dictũ Danielis, Imminuti sumus plus q̃ omnes gẽtes, sumusq; humiles in uniuersa terra. Dañ. iij. Sed modo iã torrẽtes & laboratores nõ irradiante sole Iesu xpi. Antiquitus tñ irradiabant, qa erãt deuoti. Nã quolibet mane & sero orabãt uir in uno angulo, & mulier i alio. Nota quõ primo se signabãt, deinde dicebãt, Credo in Deũ, sciebãt bene Pater noster & Aue Maria, & decẽ precepta legis, nã ista est sciẽtia laboratorũ. Modo autẽ nesciũt se signare, nec sciũt credo in Deũ, nec pater noster, nec aue Maria, nec etiã aliquod bonũ, sed bene sciũt fortilegia, cõiurationes, & uanitates, sciũt etiã quot denarij sunt i uno floreno. Ideo iã sol iustitie ab istis torrentibus retraxit radios suos. Itẽ antiquitus quolibet die audiebãt missam in aurora. Deinde ibãt ad sua negotia, sed modo nec in dñica nec in alijs diebꝰ uolũt audire missam, & si forte ueniũt iã prãsi & tarde ueniunt, & qñ sunt in eccl'esia, nõ faciunt nisi loqui. Itẽ antiquitus cõicabant quolibet die dñico deuote, & ꝓcessionaliter, modo autẽ non nisi semel in anno. ideo Dauid. Nescierũt, neq; intellexerũt, in tenebris ambulant, mouebũtur oĩa fundamenta terre. in ps. lxxxj. Modo uideamus an radij solis iustitie il luminent ualles. Valles dicũtur omnes homines diuites, ideo qa uallis est terra delitiosa & abundãs, nã talis est uita diuitũ, pinguis & dilitiosa & abũdãs. ideo Dauid in ps. Valles, ideſt diuites, abundabunt frumẽto. ps. lxiiij. Sed iã ab istis recessit sol iustitie, ideſt gratia Dei miseri cordie & ueritatis, nã antiquitus diuites querebant, si erat aliquis qui uenisset ad paupertatem, ut possent eũ iuuare in aliquo. Sed modo uellent sibi inuicem auferre oculos. Antiquitus si diues uidebat agrũ uel uineã alicuius incultã, uel filiã alicuius adultã, immediate dicebat sibi, quare nõ seminatis agrũ &c. de quo iuuetis &c. Et statim mutuabãt semẽ, & pecunias, maritabant puellas uirgines.

Sed modo si pauper laborator qui habet domũ plenã filijs indiget pecunia, pane. & uino &c. & uenit ad diuitẽ ut recipiat &c. Nota usuras quas faciũt. Item qñ uidẽt uiduã uel puellã pauperẽ. laborãt ꝙ fiat meretrix. Ecce quõ sol iustitie recessit, & uerificatur uerbũ xpi dicẽtis, Quoniã abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Mat. xxiij. Itẽ uideamus, an radius solis tangat costas. Coste dicunt esse simplices presbyteri. Ratio, quia sicut coste sunt torrẽtibus & uallibus altiores, & mõtibus & collibus proximiores, sic simplices clerici sunt populo altiores in dignitate & sanctitate, & magis iunguntur monti, scilicet xpo. Ideo dicit scriptura de eis Separauit uos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi ut seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequẽtia populi. Nume. xvj. Sed modo ab istis retraxit radios suos sol iustitie, nã antiquitus irradiabantur deuotione & sciẽtia, sed modo quasi nullam habẽt deuotionem, uel sciẽtiã, immo sunt ignorantes. Et iam uerificatur de eis ꝓphetia dicens, Sacerdotes eius cõtempserũt legẽ meã, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanũ nõ habuerunt distantiã, inter pollutũ & mundũ non intellexerunt, & a sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorũ. Ezech. xxij. Modo uideamus an irradiet colles sol iustitie. Religiosi dicunt colles. Ratio, nam merces que portant de loco ad locũ trãseunt p colles, sic etiã merces celestes. s. sanctarũ doctrinarũ ueniunt ad uos per religiosos. Itẽ quia uia, seu transitus per colles, est angusta, talis debet esse uita religiosorum stricta & aperta per penitentiam. Et ideo Dauid in ps. lxiiij. Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Nota qualiter antiquitus religiosi seruabãt obedientiã, paupertatẽ, & castitatem, & oẽs cerimonias, quia tũc sol iustitie tãgebat colles, sed modo seruant obedientiã, scilicet de capone. Sed si ultra uoluntatem precipitur aliquid, statim sequuntur appella-

pellationes &c. Item tenēt paupertatem siue indigentiā in his q̄ nō possunt acq̄rere. De castitate autē & de cerimonijs, ipsi sciūt quo uiuūt. Ibo ergo ad optimates & loquar eis, ipsi eñ cognouerūt uiā dñi & iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul cōfregerūt iugū, ruperūt uincula. Hiere. v. Iam trāsiuit ergo hora uesperarū &c. Itē uideamus, an sol iustitie tangat mōtes, siue summitates montium, & isti sunt prelati siue dñi tpales. Rō, quia sicut mōtes eminent sup terram, sic prelati, & dñi sunt alti, eminentes ex dignitate, & dñio tpali. Videamus modo an illuminātur a sole iustitie, q̄n antiquit⁹ prelati non dabāt prelationes, dignitates uel beneficia, nisi bonis personis sanctis & dignis, & illos cogētes, & plus curabāt de aīabus q̄ de redditib⁹. Nota modo qualiter fit iuxta illud Apostoli, Oēs q̄ sua sunt querūt, nō q̄ Iesu xp̄i. ad Phil. ij. Idē de dñis tpalibus. nā antiquit⁹ seruabant iustitiā, & cōtentabant, de proprijs redditibus quos etiā diuidebāt, scilicet p seipsis, pro Deo & pauperibus. Sed modo nota de iniustitijs & exactionibus quas faciunt. Iā eñ uerificatur illud dictū propheticū di. Principes tui infideles socij furū. Oēs diligunt munera, sequunt retributiones, pupillo non iudicant, & causa uidue non ingreditur ad illos. Esa. j. Nunquid ergo uidetur uobis si sumus in fine diei, & in occasu solis? Ecce qualiter illa fortuna nauis in sero figurabat fortunā finis mūdi q̄ dicit sero. Et ideo dicit, Cū aūt sero factū esset, dixit dñs uinee procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem suā. Matth. xx. Quantū ad tertium &c. uidēda est tranquillitas uentura ex Christi presentia, cū dicit thema, Ascēdit ad eos in nauim & facta est tranquillitas magna, & cessauit uentus. Et nota hic historialiter, quomodo xp̄s in quarta uigilia noctis descendit de mōte ad discipulos qui erant in mari. Ita modo in isto sero, scilicet in fine mundi, ut ex predictis patet, q̄n nauis ecclesie perichitatur, dñs Iesus descēdit de mōte altissimo celi empirei, ubi modo interpellat pro nobis apud patrē, ostēdēs patri latus, & uulnera, & uirgo Maria &c. De isto monte ex alia parte dicit Dauid, Quis ascendet in montē dñi &c. Psal. xxiij. De isto monte descēdet in die iudicij supra mare huius mūdi, quia nō descēdet in terrā, sed in aerē. Autoritas, Hic Iesus qui assumptus est a uobis in celū, sic ueniet quēadmodū uidistis eū euntē in celum &c. Act. j. Dicat, qualis timor & tremor erit tunc peccatoribus in eius aduētu, intantum, q̄ dicit propheta, Ecce uenit dicit dñs exercituū. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad uidēdū eū? Ipse eñ quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonū. Et sedebit cōflans, & emūdans argētū, & purgabit filios Leui. Subdit, Ego accedā ad uos in iudicio, & ero testis uelox maleficis, & adulteris, & periuris, & q calumniant mercedē mercēnarij, & humiliant uiduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me. Malachie. iij. O qualis timor erit illis. Sed bonis dicet, Ego sum, nolite timere, confidite. Si mali timent, non erit mirū, quia uidebūt eorū dānationē paratā, cōtra quos dabit sententiā dicēdo, Discedite a me &c. Deinde data sentētia ascēdet in nauiculā. i. totā ecclesiā xp̄ianam, & secuti sunt eū eius discipuli. i. boni, & statim fuerūt ad aliam terrā, ut dicitur Io. vj. Sic erūt boni xp̄iani ptinētes ad terrā illā. De qua dicit Dauid, Portio mea domine, sit in terra uiuentium. & tunc cessabit uentus tribulationū & infirmitatum, & erit tranquillitas eterna. Ideo dicitur, Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum. Apocalyp. vij.

Sabbato post diē Cinerū. Sermo. iij.



Rat nauis in medio mari. Mar. sexto. Nota mysticē q̄ penitētia dicitur nauis propter quatuor que habet ad instar nauis, scilicet,

Diuersam figuram.

Grandem mensuram,

Altam

Altam staturam.

Incertam uenturam.

De hoc quarto modo dicit propositum thema, Erat nauis &c. Quantū ad primū, nauis nō habet unā figurā uniformē sicut alia edificia quadrata, uel rotūda & huiusmodi, sed in principio est stricta, in fine etiā stringitur, licet nō tm̄ q̄tum in principio, & in medio est lata. Sic penitentia in principio inchoandi est stricta. Luc. xiij. Cōtendite intrare per angustā portā, quia dico uobis multi q̄rent intrare & nō poterunt. Postea propter assuetudinē & adiutoriū gratie Dei fit spacior. Prouer. iiij. Uiā sapientie monstrabo tibi, & ducā te per semitas equitatis, quas cū ingressus fueris, nō arctabuntur gressus tui, & currēs non habebis offendiculū. Tandē propter debilitatē carnis incipit artari aliquantū. Ideo Prouer. vl. Facta est quasi nauis institoris, de longe portās panē suū. Quantū ad secundū, penitētia est quasi magna nauis. s. triū cooperturarū. Prima inferior & secretior, est cordis cōtritio. Iere. xv. A facie manus tue solus sedebā, q̄n amaritudine replesti me. Secūda est oris cōfessio, Prouer. xxviij. Qui absc̄ōdit scelera sua non dirigetur, qui aūt cōfessus fuerit, & reliquerit ea, miam cōsequet̄ &c. Tertia est operis satisfactio. Luc. iij. Facite fructus dignos penitētie. Ideo pnīa est illa maxima nauis Noe. De qua Gen. vj. Cenacula & tristega facies in ea. Quantū ad tertiū altitudo huius nauis est maxima, propter malū crucis, quo uelū extēsum est caro xp̄i mundissima. Absq; hoc malo nō nauigatur. Io. xv. Sine me nihil potestis facere. Gabia qua precipue defenditur nauis, est titulus triumphalis cruci superpositus. Iuxta illud Prouer. xviij. Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus, & saluabit, uel exaltabitur. Ideo Canti. viij. Statura tua assimilata est palme. Quantum ad quartum quandiu nauis est in medio mari propter innumera pericula incertus est euentus eius, donec peruenit ad portum. Ecclesiastici. ix. Sunt iusti atque sapientes & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Sed optimum remediū secure gubernationis ostenditur in euāgelio, scilicet assumere secum xp̄m. Nota historiā breuiter. Christus autem assumit in eucharistia. Io. vj. Qui manducat meā carnem, & bibit meū sanguinē, habet uitam eternā. Iō hic in euangelio, Confidite, quia ego sum. Nolite timere, & ascendit ad illos in naui, & cessauit uētus. Vnde dicere potest fidelis penitens a quo xp̄s sumitur per eucharistie communionem. Si ambulauero in medio umbre mortis nō timebo mala, quoniā tu mecum es. ps. xxij.

Dñica prima in xl. Sermo unicus.



Cceserunt angeli, & ministrabant ei. Matth. iiij. Sanctum euangelium hodiernum declarat nobis de sancto ieiunio Iesu Christi quatuor puncta ut sequitur.

Primo, locum conuenientem.

Secundo, tempus sufficiens per quod ieiunauit.

Tertio, modum expedientem, quomodo ieiunauit.

Quarto, fructum prouenientem ex ieiunio.

Et de isto quarto loquit thema, Accesserunt angeli &c. Fructus eñ qui sequitur ex ieiunio, q̄a angeli accesserūt &c. Dico primo, q̄ euāgeliū hodiernū declarat nobis de sancto ieiunio Iesu Christi cōueniētē ubi ieiunauit. Vñ sciendū, q̄ q̄n Christus uoluit quadragesimā ieiunare noluit eā ieiunare in ciuitate Bethleem, ubi fuit natus, nec ī tēplo ubi fuit presentatus, nec in Nazareth ubi fuit nutritus, nec inter homines, sed in deserto q̄ est habitatio bestiarum. Et hoc dicit principiū euāgelij, Ductus est Iesus in desertū a spiritu, uolens supple ieiunare, & iste locus fuit ualde cōueniēs. Rō, propter conuenientiā quā habet locus desertus cū fine ieiunij, nam ieiuniū ordinatur ad triplicem finem. Sad-

Refrenationem.
Liberationem.
Meritum.

Primo,ad refrenādum.ſ.uitia,& peccata que pro maiori parte accidunt ex carnis inclinatiõe,ꝓpter hoc ordinata fuerunt ieiunia.ſ.ad refrenādū.Nā ſicut homini ſtulto,& armato auferuntur arma cũ quibus multis nocuit,ſic etiã corpus hominis ſtultũ armatũ cibo & potu,& alijs delectabilibus,que nobis deus dedit ad neceſsitatẽ nature indiſcrete ſumptus,multoties occidit animã. Ideo ſibi ſubtrahi debẽt prudenter,& ammoueri. Secũdo,ordinat ieiuniũ ad liberandũ.ſ. animã,que q̃diu eſt unita corpori,multũ a corpore impedit in bonis,ſ.ſpiritualibus.Et ideo dicit,Corpus quod corrũpitur aggrauat animam.Sap.ix.Ideo ut aĩa ſit libera ad operandũ ſpiritualiter deprimitur caro.ſ.per ieiunia,& ſic aĩa eleuat libere in deũ.Sicut de ſtatera,nã q̃ũ una pars deprimit,alia eleuat,& econuerſo. Tertio,ad merẽdũ,& acquirẽdũ theſaurum ſpũalẽ,quoniã ſicut per totũ annũ homo laborat pro neceſsitate corporis, ſic ieiunãdo ad minus iſto ſancto tpe laboretis ꝓ anima.Vñ Apoſtol⁹,Vnuſq;q; ꝓpriã mercedẽ accipiet,ſecũdũ ſuũ laborẽ.j.ad Cor.iij.de oĩbus iſtis rõnibus uide autoritatẽ beati Greg.dicẽtis, Qui corporali ieiunio uitia comprimis.Ecce primũ.ſ.refrenare.Mẽtẽ eleuas.Ecce ſecundũ.ſ.animã liberare.Virtutẽ largiris & premia.Ecce tertiũ.ſ.mereri. Huic triplici fini ieiunij ualde cõuenit locus deſertus,ubi uitia cõprimunt,quia nõ habetis occaſiones peccãdi,nec oculis uidẽdo &c.& ſic de alijs ſenſibus.Patet ergo ꝙ deſertus locus eſt cõueniens ieiunio.Ideo ſuper illo uerbo,Ductus eſt Ieſus in deſertũ a ſpiritu,dicit beatus Gre. in homilia hodierna,Dubitari enim ſolet a quibuſdã a quo ſpiritu ductus eſt Ieſus in deſertũ? Vere,& abſq; ulla queſtione cõuenienter accipitur,ut a ſpiritu ſancto in deſertũ ductus credat.Sed diceret aliquis,Iſte rationes nõ ſunt ad propoſitum de xp̃o,qui in ſuo corpore nunquã habuit malas inclinationes.Item nec ex carne impediebat anima,quin haberet perfectiſsime ſuas fruitiones.Itẽ,qa iam meruit inquantũ deus,& inquantũ homo.Rñdeo,ꝙ q̃tũ ad perſonã xp̃i bona eſt ratio,ſed ipſe hoc fecit,ut daret nobis exẽplũ.ſ.ut tpe ieiunij uadam⁹ ad deſertum dimittẽtes ciuitates,uillas,& cõitates,quod ſic intelligendũ eſt,ut in ſancto tẽpore dimittamus negotia tpalia, queſtiones,& diſcordias&c.Def hic modus oĩb⁹.Et primo religioſi,& clerici in hoc ſancto tẽpore ſatis ſunt occupati circa horas,& officiũ.Laboratores uero in hoc ſancto tẽpore debẽt ſummo mane audire miſſam,& ſermonẽ,ſi predicatur in aliquo loco,& poſt negotient,ut poſſint ꝓuidere filijs,& domibus ſuis.Diuites autẽ ſurgãt in aurora ad adorãdum, Deinde audiãt miſſam maiorẽ,& ſermonem,& poſt dicãt pſalteriũ poſt miſſam, orando,& hora prandij erit perfectum Illi diuites qui neſciunt pſalterium,poſt miſſam,orãdo perquirãt eccleſias,monaſteria,& hoſpitalia,ubi cõiter ſunt magne indulgẽtie.Poſt prãdium uero poſſunt dormire.Deinde ire ad cõpletoriũ, & poſt dicere ueſperas uel ſeptem pſalmos penitẽtiales,uel pater noſter &c. Et iſto modo homo uadit ad deſertũ.Et iſtũ modũ tenuit Dauid rex ille magnus dicens de ſe,Ecce elõgaui fugiẽs,& mãſi in ſolitudine. Expectabã eum qui ſalnum me fecit,a puſillanimitate ſpiritus, & tẽpeſtate.ps.liiij.Nõ legit ꝙ Dauid ex quo fuit coronat⁹ fuerit in deſerto,ſed mãſit in ſolitudine camere ſui palatij elongatus a negotijs,& ad quẽ finẽ oſtendit,Expectabam eũ,qui ſaluum me fecit. Et fructus meritorum a puſillanimitate ſpiritus. Ecce libertas anime,& tempeſtates ſupple malarũ ĩclinationũ carnis. Patet ergo locus conueniens pro ieiunio.Dico ſecundo &c.ꝙ tẽpus ſufficiẽs fuit.ſ.quadraginta dierũ.Nã dicit text⁹, ꝙ cũ ieiunaſſet quadraginta diebus,& quadraginta noctib⁹.Et quare dixit quadraginta noctibus?Rñdeo,ꝙ hoc dicitur ad differentiam ieiunij Iudeorũ,qui antiquitus per diẽ ieiunabãt,& de nocte comedebãt ad ſufficiẽtiã. ſicut modo faciunt Agareni.Non credatis,ꝙ tale fuit ieiuniũ xp̃i in illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus,quia nihil guſtauit.Tps tamẽ quadraginta dierum,& noctiũ fuit ſufficiẽs.Ratio,qa iam ſcitis ꝙ oĩa precepta dei ſunt decẽ,in quib⁹ omnia alia includũtur fundamẽtalr.Sicut enim de⁹ dedit decẽ digitos corpori ad operãdũ oĩa,ita dedit anime decẽ precepta,quaſi decẽ digitos ad operãdũ meritorie.Iſta autẽ precepta frãgim⁹ quadrupliciter.ſ.cogitatione,locutione,opere & omiſsione.Cogitatione enim frangimus duo precepta ſingulariter.ſ.illud. Nõ cõcupiſces uxorẽ proximi tui,quia nõ ſufficit ſeruare corpus mundũ ab illa operatione,ſed etiã animã a cogitatiõe. Secũdo,illud,Nõ cõcupiſces domũ proximi tui,nec aliqua q̃ illius ſunt.Ex concupiſcẽtia eñ oriunt diuiſiones,& guerre,& ideo dicit.Radix oĩm malorum eſt cupiditas.j.ad Ti.vj.Locutiõe autẽ frangimus alia duo precepta.ſ.illud.Nõ aſſumes nomẽ dñi dei tui in uanũ,qa nunq̃ eſt iurandũ,niſi ex neceſsitate uel utilitate.Itẽ illud,Nõ falſum teſtimonium dices.ſ.quacunq; cauſa nec in iudicio nec extra.Operatione frangimus quatuor.ſ. Nõ adorabis deos alienos.Nõ occides. Non mechaberis.Nõ furtũ facies.Omiſsione autẽ frangimus duo.ſ.feſta nõ ſanctificãdo,& parẽtes nõ honorãdo.Ecce ergo ꝙ iſtis quatuor modis frangimus decem precepta,& quater decies ſurgit in numerũ quadraginta,propter hoc facimus quadraginta dies de penitẽtia,qa quater decies occaſiõe carnis peccam⁹. Et ideo Grego.per uoluntates mortales corporis,preceptis dñicis contraimus q̃ per decalogũ ſunt accepta,qa ergo ꝑ carnis deſideria decalogi mãdata cõtempſimus,dignũ eſt ut eãdẽ carnẽ quater decies affligamus.Ecce ergo tps ſufficiens quo xp̃s ieiunauit,dãdo nobis exemplũ. Modo eſt hic queſtio tripartita de Chriſto,cũ xp̃s in deſerto ieiunauit quadraginta dieb⁹.Et prima queſtio eſt,ubi dormiebat.Secunda,quid faciebat.Tertia, quã ſocietatẽ habebat.Modo audite deuote.nã euãgeliſte non dicunt expreſſe ubi tunc dormiebat,ſed multoties de figura elicitur ueritas,ſicut de ſpica excutitur granum.Hec xp̃i dormitio in deſerto figurata fuit in patriarcha Iacob, q cũ fuiſſet peregrinus,& uiator de Chanaan in Meſopotamiã,& trãſiret ꝑ partes huius deſerti,in nocte quando uoluit dormire ſuppoſuit ſibi lapidem capiti,& in nocte uidit celum apertũ,& ſcalã&c.Dic hiſtoriam,ut habetur Gene.xxviij.Iacob ut dicũt omnes doctores,ſignificat xp̃m, ſcala uero penitentiã,habẽs quadraginta gradus ieiunij,& quidã aſcendunt cõtinuando ieiuniũ,quidã autẽ deſcendũt frangendo ieiunium.Et Iacob excitatus timuit,ac tremuit de dicta uiſione. Cui diuinitus fuit reuelatũ ꝙ Chriſtus ſaluator mũdi ibi ieiunaret,& dormiret. Tũc Iacob dixit,Vere dñs eſt in loco iſto.Patet prima queſtio.Sed hic cõtẽplare modicum,xp̃s incepit ſuũ ieiuniũ in craſtinum epiphanie, qñ maius frigus uiget, & tũc dormiebat in terra,dando nobis exemplũ,ꝙ in iſto ſacro tempore dimittamus linteamina,culcitras,& delectationes.Ideo Dauid,Beatus qui intelligit ſuper egenũ,& pauperem,in die mala liberabit eũ dñs.Dominus opem ferat illi ſuper lectũ doloris eius.in.ps.xl.Secũda queſtio,quid faciebat xp̃s homo?tum qa nõ operabat manibus,& ſtaret quadraginta dies,nũquid erat ociosus? Textus nõ dicit clare quid faciebat,ſed Lucas alibi dicit quid faciebat xp̃s in deſertis dicens,Factũ eſt in diebus illis,exijt in mõtem orare,& erat pernoctãs in oratione dei.Luc.vj.In ſomno ergo et oratiõe expendebat tẽpus noctis,& de die quid faciebat?Rñdeo,ꝙ in tribus occupabat.ſ. in legendo,in cõtemplãdo,& in orãdo. De primo ipſe legebat in libro quem ſecum portabat ſemp maiore tota biblia.ſ. libro uite,ſcilicet ſcientie dei in quo ſcripta ſunt omnia que unquã fuerũt,ſunt, & poſſunt eſſe.Et quolibet die Ieſus xp̃s legebat totũ illum librum,legendo primum

mũ capitulũ, scilicet de gloria paradisi. Et secũdũ, de ordinatiõe angelorũ. Tertiũ, de pena dãnatorũ. Quartũ, de penitentia purgãdorũ, & sic de alijs. Item de naturis pisciũ maris, de auibus in aere, de animalibus terre. Et omnia ista uidebat nõ solũ in genere, sed etiã in specie, & indiuiduis. nõ solũ ut deꝰ, sed etiã ut homo. De secũdo stabat oĩa ista contemplãdo. Quãtũ ad tertiũ post predictã lectionẽ, & cõtẽplationẽ orabat, dicẽs orationẽ quã postea nobis ostẽdit, scilicet, Pater noster. Nã cepit Iesus facere, & docere. Act. j. & in persona nostra ipse dicebat Pater noster. Itẽ, dimitte nobis &c. quia sicut os loquiꝫ pro pedibus, & alijs membris, ita xps ut caput, loquebatur in persona membrorum. In his ergo debemus tps huius quadragesime exẽplo xpi expendere. Ideo dicebat, Operamini nõ cibũ qui perit, scilicet negotia huius mũdi, sed qui permanet in uitã eternã, scilicet opera meritoria. Ioã. vj. Tertia questio. Quã societatẽ habebat? Dico ꝙ ferarum, bestiarũ & latronũ. De bestijs dicitur Marci. j. ꝙ in illo deserto frondosõ erant leones, ursi, lupi, & multa alia animalia. Ait eñ textus, Erat in deserto qua draginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a sathana. Eratq; cũ bestijs. Marci. j. Venio ad practicã, & potestis per uos cogitare ꝙ predicta animalia de die latitãt in antris, & de nocte uadunt pascẽdo. Et quãdo uidebãt Christũ possumus dicere, sicut de boue, & asino, qui Christũ adorauerũt, sic etiã &c. Ecce societas Christi de nocte, de die habebat societatẽ latronũ, & malorũ hominum. Nam istud desertũ est inter Hierusalẽ, & Hierico. de quo Luc. x. Homo quidã descendebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones &c. Hic locus Hebraice dicitur adomin, & interpretatur rubra, siue ascensus ruforum. Iste locus est ille cruentus, & sanguinarius, quo deuenit homo ille qui incidit in latrones. Et dicit sanguinarius, quia ibi multi uiatores occidebant a latronibus. Cogitate quando latrones uidebant ipsum a longe, ueniebant ad eũ uisuri, si forte haberet pecunias. Sed Iesus xps mutabat eorum corda, & uoluntates, & exhibebant Christo magnã reuerentiã. Sic nos moraliter debemus stare inter bestias feras, scilicet peccatorũ, cogitando quomodo uixisti, ut bestia peccando &c. Inter latrones, cogitãdo quomodo peccãdo furati fuerimus deo honorẽ, & reuerẽtiã, & timorẽ, & nobis attribuẽdo honorẽ, & gratiam. Propter hoc dicebat Dauid, Nõ nobis dñe nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã. in ps. cxiij. Tertio, uidẽdus est modꝰ expediẽs quomodo ieiunauit xps, qui uicit tẽtationẽ diaboli. Dicũt docto res, & singularit magister hostoriarũ, qñ in baptismo xpi uox patris intonuit dicẽdo, Hic est filius meus dilectus. Luc. iij. Tu es filiꝰ meus dilectus, in te cõplacui mihi &c. Dicit ꝙ diabolus audiuit istam uocem, & quia iam uidebat diabolus tẽpus messie cõpletũ, & ideo quãdo uidebat Christi mirabilia, cõcepit ipsum esse filiũ dei. Sed quãdo uidit ipsum esurire, credidit oppositũ, propter quod uoluit ipsum tentare. Et assumpta forma humana, & habitu uiri deuoti, salutauit ipsum. Cui respõdẽs xps, dicit, Bene ueneritis, nõ credatis ꝙ ita trũcate dixerit xpo, Si filius dei es. Sed euãgelista dimittit nobis, ut ponamus digitũ ad practicã. ideo notate eã. Et potestis cogitare ꝙ qñ diabolus uenit ad xpm ipsum salutando dixit, Aliqui opinantur ꝙ tu sis filius dei. Nam filius dei antiquitus mutauit uirgã Moysi in serpẽtẽ, aquã Egypti in sanguinem. Exo. vij. uxorem Loth in statuam salis. Gen. xix. Ideo si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. non intelligatis ꝙ diabolus subito dixit, Si filius dei es &c. sed posuit se in uerbis cum eo primo, in fine concludendo, ꝙ si filius dei es &c. Et respondens Iesus dixit, Scriptũ est de se, scilicet non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Deute. viij. Ecce hic modus expediens, scilicet pro nobis, quia modo quãdo ieiunamus diabolus tentat nos dicens, Dic ut lapides isti panes, ideſt, uerba dura, & aspera comedamus per impatientiam, si prandium non sit paratũ uel aliter &c. secunda tentatio. Victo diabolo in prima tentatione per Christum ex autoritate, Non in solo pane &c. diabolus sumpta occasione a dicta autoritate, qa uerba dei ꝓponunt in tẽplo, processit ad secũdã tẽtationẽ dicens, Vis ut uadamus ad ciuitatẽ ad tẽplũ? xps aũt, ut bonus miles, uolens se exhibere suo inimico in omni platea, secutus est eum usq; ad templum, ubi erat magnus populus cõgregatus, & tunc dixit diabolus Christo, Vis ut ascendamus supra pinnaculũ? qũia ibi magis secrete poterimus orare, & quãdo fuerũt superius, dixit diabolus Christo, Et quot gentes sunt hic, & multi sunt hic qui non credunt te esse filium dei, ideo mitte te deorsum, qa de te scribitur, Angelis suis mãdauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. in Psal. xcix. Ad quã Christus dixit, Scriptũ est, Non tentabis Dñm deum tuum. Hic xps dat exemplũ personis spiritualibꝰ, & de uotis quãdo diabolus tentat eos de uana gloria, ne cadant, sed stent fortes. Videns autem diabolus ꝙ Christus excusauit se, ne incurreret uanã gloriã, diabolus uoluit eũ aliter tentare, & dixit ei, scilicet xpo, uis ut uadamus ad desertũ ad unum montẽ satis altum ubi erimus soli tarij, & orabimus, & quando fuerunt in monte, diabolus ostẽdit Christo omnes partes mundi, dicens omnia esse sua, & posse dare cui uult, sed mentitur, & dixit, Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Christus autẽ qui in alijs tentationibus habuerat patientiam autoritatibus, excusando se, in ista indignatus est, & clamauit dicens, Vade sathana. Scriptũ est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Deute. vj. Sed quare hoc? dicit Chryso. quod alie tentationes tangebant humanitatem, sed adorare tãgit diuinitatem, & ad coronam dei &c. Dicit beatus Hiero. quod Christus dat hic nobis exemplũ quod iniurias proprias debemus patiẽter tolerare, sed illas que tangunt deum cum indignatione increpare. Chryso. In proprijs iniurijs quemq; esse patientem, laudabile est, iniurias autem dei usq; ad aditum sufferre, nimis est impium. Nota hic de sancto Ludouico rege Francie qui consueuit cauterizare blasphemantes deum. Sed modo uerificatum est illud propheticum. Esa. lij. Dominatores populi mei inique agunt, dicit dominus, & iugiter tota die nomẽ meum blasphematur. Quarto ostẽditur fructus proueniens ex ieiunio in themate, cum dicitur, Ecce angeli accesserunt, & nota similitudinem, & poteris intelligere qualiter fuit, quando duo magni domini, seu principes, faciunt duellum in campo clauso, ubi rex tenet campum securum, & amici, & exercitus utriusq; expectant finem hinc inde, & facto prelio, uictus cum suis fugit, & seruitores, & amici uictoris cum gaudio ad eum accedunt sibi necessaria ministrando. Sic Christꝰ, & lucifer maiores principes mũdi, ut dicit magister hostoriarũ, sed diuersimode, nã xps est princeps sanctitatis, & lucifer iniquitatis, hodie fecerunt duellum, & deus pater tenuit cãpũ securum, xps autẽ, ut dicit Chryso. ꝑcepit angelis, ut ab eo elongarentur, ne a lucifero uiderentur. Idem fecit lucifer de suis, & sõli ipsi duo intrauerũt campũ. Et arma diaboli fuerunt tria. s. lancea, ensis, & daga. Cũ lancea superbie, & uane glorie, cum ense gule, & cũ gladio auaritie xpm tentauit, & accesit. Nam ipse lucifer cum istis armis plures occiderat, sed Christo in nullo nocuerũt, sed uictꝰ fugit. Et tũc dicit thema de Christo, Accesserũt angeli ad eum, & ministrabant ei &c. Sed in quo ministrauerunt ei? Nota illud quo Christus magis indigebat erat cibꝰ, ideo ei in hoc angeli ministrauerũt. Dicũt hic aliqui deuoti contemplatiui, ꝙ sancti angeli iuerũt subito ad uirginem Mariam, que nesciebat aliquid de filio suo, nec ubi esset, qui sibi dicebant prelium, & uictoriam, que auditis rumoribus uictorie per dictos angelos, misit sibi prandium, quod pro se parauerat, ut caules, uel brodiũ, uel spinachia, & forte sardineta, rogans

gās angelos,ut ꝙ sibi superat,uel superesset,ad ipsam reducerēt ad prandiū.Ecce quo accesserūt angeli & ministrabāt ei. Ita erit de nobis.nā mō sumus in prelio cū diabolo in cāpo clauso.s.in quadragesima, si sumus uictores de gula,una gria, & auaritia,facto prelio.s.in die paiche,accedent angeli.i.sacerdotes, & ministrabūt cibum quē uirgo Maria parauit.s.materialiter,effectue aūt spiritussanctus in coquina uteri uirginalis.s. corpus Christi intra cortinā.i.in hostia cōsecrata.Ideo dicit Christus, Vincenti dabo manna absconditum,quod nemo scit,nisi qui accipit. Apoc.ij.

Feria.ij.post dominicam primam in quadragesima. Sermo primus.

STatuet,oues quidem a dextris.Mat.xxv.Pro declaratiōe huius ẏbi & ueniēdo ad materiā predicā dā,est sciēdum,ꝙ xps loquēs de suo aduētu ad iudiciū dixit,Cū uenerit filius hominis ī maiestate sua & oēs angeli eius cū eo,tūc sedebit super sedē maiestatis sue & cōgregabunt ante eū oēs gētes & separabit eas ab inuicē, sicut pastor separat oues ab hedis,& statuet oues quidē a dextris,hedos autem a sinistris. Mat.xxv.nota in maiestate.nā in primo aduētu.s.pro redemptione facienda nō uenit in maiestate,sed in humilitate & paupertate.Sed in secundo aduētu quādo ueniet ad faciēdum remunerationem,nō ueniet in humilitate & paupertate,sed in tanta maiestate & potestate,qđ totus mundus tremet.Scitis qualiter? Nota per similitudinē de arbore ī qua sunt uolucres,seu multe aues cantantes & saltantes,sed quando falco uenit,tremunt,& timēt.Ita iste mundus est sicut arbor faciēs fructus malos,scilicet uanitatum,pomparum & delitiarū,& quilibet uult colligere sinū uel capitium plenum,quilibet tamē perquirit ista mundana.In hac arbore oēs creature ad instar auium sunt ludentes,ut patet in sole & luna & planetis.Dic de motu eorum & eclipsi &c.Idem de elemētis.Terra aūt in uno tpe producit herbas,plātas,flores,& fructus. & in alio tē pore totū dimittit.s.in autūno.Aqua aliquando fluctuat &c.aliqn̄ non.Idem de aere.item mō uolucres in uere cantāt & faciunt matrimoniū,nam quelibet uult suā,ita ꝙ oēs creature mundi uidentur ludere.Sed qn̄ ueniet & euolabit falco seu aquila grandis.s.dn̄s Iesus xp̄s,totus mundus timebit.Nā sol stabit in oriente,& luna in occidēte,ita ꝙ nō mouebit se,nec etiā stelle & oēs mōtes liquescēt &c.propter hoc ecclesia in persona cuiuslibet Christiani dicit,Libera me dn̄e de morte eterna &c.Si ergo celū & terra & alie creature impeccabiles,q̄ nunq̄ preterierunt dei preceptū timebūt,dic quid facies o tu qui toties peccasti,quot iuramēta,quot corruptiones fecisti &c. Tunc pctōres uellēt potius esse in inferno,quā uidere iudicē iratum.Vnde dicit Iob in persona peccatoris,quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me, & abscōdas me donec pertrāseat furor tuus.Iob.xiiij.Tūc dicēt mōtibus & petris,cadite super nos & abscondite nos a facie sedentis super thronum,& ab ira agni. Apo.vj. Sed illi de bona uita, qui in hoc mundo uixerūt,secundum diuinam ordinationē & nō secundū ꝓpriā inclinationē tunc nō timebunt,sed gaudebunt dicēdo,Domine istam diē desideraui,ego modo ero gloriosus in corpore & aia,& ideo dicēt.Gloria tibi domine &c.ideo xp̄s,His autem fieri incipientibus,respicite,& leuate capita uestra.Glo.Exhilarate corda,quoniam appropinquat redēptio uestra.Luc.xxj.Secundo dicit,tunc sedebit super sedē maiestatis sue,quia iudex sedendo dat sentētiā.Ideo ipse ut iudex uniuersalis oīm sedebit iudicando, non in terra,sed in aere,ut ab omnibus uideatur.Mali uidebunt suam humanitatē,boni aūt humanitatē & diuinitatē.Et sedebit cum eo uirgo Maria & Apostoli,& oēs illi qui tenuerūt uitā apostolicā.Autoritas,Ecce nos reliquimus omnia & secuti sum⁹ te,quid ergo erit nobis?Amen dico uobis,

bis,ꝙ uos qui secuti estis me,in regeneratione cū sederit filius hois in sede maiestatis sue,sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.Mat.xix.O quātum deberem⁹ laborare pro isto honore obtinēdo.Itē cōgregabunt ante eū omnes gētes & separabit eas.s.ꝙ angelos sicut pastor segregat oues ab hedis,& statuet oues quidē a dextris,hedos uero a sinistris.Patet ergo thema.Et sum in materia morali,ergo illa die solum oues erūt a dextris,cū dicit,Statuet &c.Ergo illa die meli⁹ erit esse onē Iesū xp̄i quā fuisse papā uel regē uel imperatorem.Modo ego uideo in sacra scriptura,quod ex quinq; uirtutibus homo efficitur & ostenditur ouis Iesu Christi, etiam si ante fuerit capra diaboli,scilicet per

Simplicem innocentiam,
Amplam misericordiam,
Firmam patientiam,
Veram obedientiam,
Dignam penitentiam.

Dico primo,ꝙ prima uirtus &c.& hoc est qn̄ homo uiuit simpliciter,nec nocet alicui corde,odiēdo,nec ore diffamando,nec manibus percutiēdo,uel furando,& iō talis uita dicit simplex innocentia,q̄ facit hominē xp̄i ouē.Rō,nā sicut ouis non ferit cornibus ut taurus,nec mordet dētibus,sicut lupus, nec pcutit calcibus,sicut equus,sed simpliciter uiuit.Sic etiā si uultis esse oues xp̄i,neminem percutiatis cornibus.s.scientie uel potentie,nam cornu scientie feriūt notarij,iuriste,aduocati,uel homines q habēt magnam sciētiam.Item mercatores alios decipiēdo.Cornu aūt potētie feriunt dn̄i &potētiores faciendo rapinas uel iniurias & exactiones,calumnias & oppressiones,& ideo auisa,qa ecce qđ dicit dn̄s ore Dauid,Oīa cornua pctōrū cōfringā, & exaltabunt cornua iusti.in ps.lxxiiij.Item nō mordeatis dentibus, ut faciunt lupi,diffamando mordent famam proximi,dicendo,talis fuit hic.Ita quod diffamare,non est nisi mordere, ideo diffamatores,nō sunt oues xp̄i,sed lupi inferni.Iō Apostolus,Oīs lex ī uno sermone impletur,Diliges ꝓximū tuū, sicut teipsum,ꝙ si inuicē mordetis & comeditis,uidete ne ab inuicem cōsumamini.ad Gala.v.Nota dr̄iam inter mordere & comedere,qa mordere est morsum dare,& comedere est totū trāsgluti re.Mordēt illi qui ad unam ptē laudant hoīem uel mulierē, & ex alia diffamant dicendo,Cognoscitis talē,o bonus homoest,& bona mulier,sed habet talem defectū.Ecce morsus de fama.Illi aūt comedūt qn̄ nō dicunt aliquod bonum aliū laudādo,sed totū malū.Ecce quare dicit Aplūs,Si inuicē mordetis.Itē,nō pcutiatis pedibus,ut faciūt eq.Nā tūc calcant pedibus qn̄ aliqs despicit,ideo filij nō despiciant parētes,nec parētes filios, nec iuuenes despiciāt senes,nec sani infirmos,nec diuites pauperes,nec dn̄i uasallos,nec prelati clericos,& ecōtra,sed tanquā ouis,innocēter se habeat quisq; ad oēs.Vn̄ xp̄s,Videte ne cōtēnatis unū ex his pusillis.Matth.xviij.Patet ergo qđ sit simplex innocētia.Innocēs quasi nō nocēs,nam tales erūt oues Iesu Christi, & erunt ad dextram cū angelis dei.Nota hic historiam Dauid q licet fuerit sanctissimus, tn̄ peccauit in numeratione populi propter quod deus misit mortalitatē in populo,ita ꝙ īfra tres dies mortui fuerūt.lxx.milia homines a.xx.annis & supra ultra paruulos & mulieres,qui forte fuerunt totidē.Vidēs aūt Dauid mortalitatē populi,in quo ipse puniebatur,ipse magis uolēs mori dixit,Ego sum qui peccaui,& ego inique egi,isti q oues sunt,quid fecerunt. Vertatur obsecro manus tua cōtra me & contra domū patris mei.ij.Reg.ulti.Ecce hic simplex innocētia.Secunda uirtus &c.Et hoc qn̄ de bonis tam tēporalibus, quā spūalibus,sibi a deo commissis largitur & distribuit indigentibus,& ex hoc efficitur quis ouis Christi.Ratio,quia inter oīa animalia ouis est animal magis beneficum.Nam ouis exuendo se lanam,facit nobis misericordiā & beneficiū mie,qa quot pauperes induit ouis?Nam nullus

nostrū fuisset indutus de lana, nisi ouis dedisset nobis. Itē dat nobis lac ad comedēdum & agnos etiam &c. Ideo si uultis ei assimilari, eritis ouis Christi, dādo lanā, scilicet bona exteriora & tēporalia, scilicet panē & umū, pecunias & uestes, &hmōi. Si habetis pauperes in uestra uilla seu uico, detis eis de ista lana. Secūdo dando lac, idest bona interiora & spūalia dādo bonam doctrinā ignorāti, sicut ego do uobis mō. Si habetis lac scientie, deuotiōis, seu eloquētie, detis nō habēti. No. pro hoc historiam euangelij, dicit eīs, Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, nudus fui, & cooperuistis me. Nota etiā in legēda beati Martini legit, q̄ semel in uia admirās de oue attonita, discipuli quesierunt, pater qd miramini? Qui respōdēs dixit, Hec ouis cōpleuit preceptum euāgelij dicēs, Qui habet duas tunicas det unā non hūti, & qui habet escas similiter faciat. Luc. iij. Tertia uirtus est firma patientia, & hoc quādo homo de iniurijs sibi factis uel dictis nō curat, nec uult recipere uindictam, imo oēs diligit gñaliter, & pro omnibus orat. Hec uirtus facit hoiem ouē xp̄i. Ratio, qa ouis est animal multū patiēs, qa comedēs si persequtur, uel percutit, nō se defendit, sed uadit aliunde, nec uindicat se sicut canis uel capra, sed humiliter cedit. O benedicta p̄sona, uir uel mulier, que talē habet patiētiam, & de nulla iniuria recipit uindictā, sed parcit, ut deus sibi parcat. Ideo Apostol⁹. Si fieri pōt quod ex uobis est, cū omnibus hominibus pacem habētes nō uosmetipsos defendētes. glo. i. uindicātes charissimi, sed date locū ire, scriptū est enim, Mihi uindictā, & ego retribuam dicit dñs. Si esurierit inimicus tu⁹ ciba illum, si sitit potum da illi ad instar ouis. Rom. xij. Nota mihi uindictam. Et ideo non debet homo usurpare regalia dei, alias &c. Domini tēporales & iudices possunt facere, & debēt facere uindictam iuridice cum processu, quia iustitia fit sine peccato. Item remissio iniuriarum est meritoria. Nam patiētes assimilantur xp̄o, de quo Esa. liij. dicit, Sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agn⁹ corā tōdēte se obmutescet, & nō aperiet os suū. Ideo Apostolus, Sequamini uestigia eius, qui peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Qui cū maledicerēt nō maledicebat, cū pateretur nō comminabatur. j. Pe. ij. Quarta uirtus est obediētia. i. qū hō in uita sua nō facit aliqd, nec cogitādo, nec loquēdo, nec operādo secūdū uolūtatē & inclinationem suā, sed secūdū uolūtatē & ordinationē diuinā, talis est ouis xp̄i. Rō, Nā iā uidetis qualiter oues sunt obediētes pastori. Nā unus puer uel puella faciliter cū modica uirga gubernat triginta uel quadraginta oues, secus est de capris seu hedis, quia quelibet indigeret uno pastore. Si ergo in die iudicij uultis esse oues xp̄i, sitis obediētes pastori. s. illi q dicit, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscūt me mee. Io. x. Videamus nūc, quid precipit iste pastor. Prīo q̄ uiuamus humiliter. Matth. xj. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. j. Petri. v. Humiliamini sub potenti manu dei, scilicet pastoris uestri &c. Qui ergo uult ire p uiā superbie non est ouis Christi, sed capra diaboli. Secūdo q̄ uadam⁹ per uiā misericordie & liberalitatis dando. Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Date & dabitur uobis. Luce. vj. Itē mutuando ibidem, Mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces uestra multa. Et eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. Luce. vj. Qui ergo inobedienter uadit per uiam auaritie faciēdo usuras, rapinas, furta &c. non est ouis Christi, sed capra diaboli. Tertio, quod ambulemus per uiam mūdicie, castitatis &c. Matth. xix. Sunt qui seipsos castrauerūt propter regnū dei, qui potest capere capiat. j. ad Thessa. iiij. hec est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut sciat unusq̄sq⁹ uas suum possidere in sanctificatione. Qui ergo uadit per uiam immundam & lutosam luxurie & carnalitatis, talis non est ouis Christi, sed capra diaboli, q̄bus dicit

dicit xp̄s, Vos nō creditis, qa nō estis ex ouibus meis. Oues mee uocē meam audiunt. s. obediēter & sequunt me, & ego uitam eternā do eis. Io. x. Quinto uirtus est digna penitentia, scilicet de peccatis commissis. Quia nullus potest excusari a peccatis. Et ideo dicitur, Non est enim homo iustus ī terra qui faciat bonum & nō peccet. Ecclesiast. vij. Ideo necessaria est digna penitētia, scilicet cōterēdo de peccatis, & proponēdo nō redire, cōfitēdo & satisfaciendo. Et isto modo p̄nia facit hominē ouē xp̄i. Rō. Nam ouis & capra differūt, qa ouis cū cauda cooperit uerēda sua, sed capra non, imo oñdit totū. Mō cognoscitis qs est ouis, & quis capra. O ēs quotquot sum⁹ habemus uerēda peccatorū, que licet mō nō appareāt, tn̄ in die iudicij omnia mala & peccata apparebūt in facie. Sicut patent peccata enormia illius, qui cōdemnatur & ponitur in scala cum pergameno in frōte in quo sunt peccata picta. O quāta mala occulta discooperient. Multi & multe q mō reputant bone p̄sone, qñ tūc uidebunt, dicetur, Quis est ille, & nō est ille talis religiosus? O detractore hypocrita. Idem de clericis, laicis, & mulieribus. Sed si uerenda peccatorū cooperiantur hic cū cauda penitentie, tunc non apparebunt in cōfusionem, nec in uerecundiam uestram. Et nota hic exēplum de scutifero cōfessō in stabulo, qui cooperuit peccata sua cum cōfessione, intelligatis cū cauda p̄nie. Nam taliter cooperuit peccatum, q̄ diabol⁹ nō recordabatur. Et nō est mirum si tūc cum diabolo sunt ī obliuione, quia etiam ab ipso deo obliuiscuntur. Autoritas, Si impius egerit penitētiam ab omnibus peccatis suis que operatus est, & custodierit omnia precepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet, & non morietur. Oīm iniquitatū eius quas operatus est nō recordabor, supple ad puniēdū. Ezechiel. xviij. Iō dicit Dauid, ī ps. xxxj. Beati quorum remisse sunt iniqtates, & quorū tecta sunt p̄cta, scilicet cauda p̄nie. Capra autē que totū ostēdit, significat personā inuerecūda, diffamatam, quia oēs sciunt suā malā uitā & peccata, ut sunt mali clerici & alij notorij concubinarij, nec uolūt eam cooperire cauda penitētie, sunt eīs impenitētes, iō faciamus p̄niam. Ecce ergo quare dicit thema, Statuet oues quidem a dextris. Deo gratias.

Feria. ij. p⁹ dñicā Inuocauit. Ser. ij.

IBunt hi in supplicium eternum, iusti autem in uitā eternam. Matth. xxv. Ser. nī erit de sancto euange. q̄ loquit de iudicio generali. Sed primo salutetur uirgo Maria. Ibūt hi, scilicet mali, in suppliciū eternum, iusti aūt in uitam eternam. Est hic questio pro introductione materie predicāde, propter quod oportet esse iudiciū in fine mūdi, cū iā sctē aīe habeant retributionē eterne glorie ī celo, & male in inferno, qa dicit scriptura, Statutū est omnibus hoībus semel mori quantū ad corpus, & post hoc iudiciū quantū ad animam immortalem. Heb. ix. Ad quid ergo erit aliud iudicium? Respōsio, qd tota ratio illius finalis iudicij & generalis erit ad ostendēdum iustitiam & equitatē iusti iudicis, qui non solum in suo iudicio uult facere equitatem, sed etiam conformitatem, quia secundum modū per quem facta sunt bona opera, boni habebunt retributionem, & secundum modum per quem facta sunt mala opera, mali habebunt punitionem. Autoritas, psal. lxj. Semel locutus est deus duo hec, audiui, quia potestas dei est, & tibi domine misericordia, qa tu reddis unicuiq; iuxta opera sua. Nota potestas dei, scilicet ad puniendum quoscūq; siue magnos siue paruos. Et tibi domine misericordia, scilicet ad remunerandum bonos, quia tu reddis unicuiq; iuxta opera sua. Modo uideamus qualiter fiunt bona opera, siue mala, & sic uidebimus rationem iudicij generalis. Bona siue mala primo fiunt ab anima, cogitando, deliberando, & ordinando. Deinde in executione corpus associatur anime ad faciendum opus bonum, siue malum. Iō

anima

anima pri⁹ meretur, uel demeretur. Verbi gratia, In quolibet ſtatu de bonis operibus, deinde de malis practice, ideo cōformitas diuine iuſtitie primo dat retributionē anime. Verbi gratia, ubi ſunt anime ſanctorum? Rñdeo ſunt in gloria, ſed corpora permanent adhuc corrupta. Sed in iudicio generali ſuſcitabūtur corpora, ut ſimul cū anima habeāt gloriam. Ideo dicit, Tu reddis unicuiq; iuxta opera ſua. Idē per omnia dicatur de malis operibus. De his omnibus. Autor. Omnes nos manifeſtari oportet. ſ. ex dicta ratione, ante tribunal Chriſti, ut referat. i. reportet unuſquiſq; propria corporis, nō dicit anime, ſed corporis ſimul cum aīa prout geſſit, ſiue bonū ſiue malū. ij. Cor. v. Quoniā boni iudices nō ſolū puniunt latronē, uel homicidam, ſed etiā illū qui ipſum aſſociauit. Patet ratio iudicij generalis, cuius concluſio eſt thema, Ibunt hi &c. De illo iudicio euangelium hodiernum ponit tria puncta, ſcilicet,

Ordinatio iudicialis.
Diffinitio ſententialis.
Executio perpetualis.

De iſto dicit thema, Ibūt hi &c. Dico primū, quod in iudicio erit ordinatio iudicialis, quia que ſunt, a deo ordinata ſunt. Ro. xiij. De iſta ordinatione dicit euāgeliū. Cū uenerit filius hominis in maieſtate ſua &c. uſq;, adhedos a ſiniſtris. Vide hoc in precedēti ſermone in primo aduentu, quādo uenit pro redēptione, nō uenit in maieſtate, ſed in humilitate, & paupertate, propter hoc Iudei nolebant ipſum recipere, imo quando b. Ioā. oſtēdit ipſum di. Ecce agn⁹ dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Ioā. j. dixerūt, nolumus hūc regnare ſuper nos. Vnde de tota illa multitudine nō niſi duo ſecuti ſunt Chriſtū. ſ. b. Andreas, & quidā alius. ideo Eſa. liij. In humilitate iudiciū ei⁹ ſublatū eſt, ſed quando ueniet ad iudiciū cū tāta maieſtate &c. Nota errorē dicentū ꝙ tunc uirgo Maria orabit pro peccatoribus, qa imo erit cōiudex cū filio ſedens &c. oēs apoſtoli, & de illa uita apoſtolica, ut dicit glo. ſuper illud, Ecce nos reliquimus omnia. Matt. xix. Tūc omnes oues. i. boni erūt ad dexterā. Ratio, propter tres cōditiones, quas habuerūt ad inſtar ouiū que ſunt, ſcilicet mīa, obediētia, & penitētia. Vide in precedēti ſermone. Secundū ꝙ erit in iudicio, erit diffinitio ſententialis. Dic practice, quō xps iudicabit, ꝓpria autoritate. Et licet nō indigeat cōſilio matris, nec Aopſtolorū, uolēs ipſos honorare, dicet xps matri, que ſedebit ad dexterā eius, iuxta figurā iij. Reg. ij. Poſitus eſt hic thronus matri regis, que ſedet ad dexteram eius. Mater mea, quid uidetur uobis, quid debeā facere his qui ſunt ad dexterā? Dicunt aliqui quod hec locutio erit mētalis &c. Sed oportet ꝙ ego dicā uobis uocaliter. Reſpondebit uirgo Maria, Fili mi, uidetur mihi, ex quo iſti non uixerūt iuxta ſuā inclinationē, ſed iuxta ueſtrā ordinationē, nec ſecūdū inos ſenſus, ſed iuxta ueſtras monitiōes, ideo uidetur mihi, ꝙ debeāt hic eſſe nobiſcū in gloria. Idē dicent Apoſt. Tūc xps, ut iudex imperatiue dicet leta facie. Venite benedicti patris mei poſsidete paratum uobis regnū a cōſtitutione mundi. Mat. xxv. Tūc boni proſtrati dicēt, Gloria tibi dñe &c. Tūc uirtute glorie aſcēdēt in altū. Autoritas. j. ad Theſſ. iij. Hoc enim uobis dicimus in uerbo dñi, quia nos q uiuimus &c. ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiā xpō in aera, & ſic ſemper cū dño erimus. Deinde dabit ſnīam contra malos de cōſilio mſis, & Apoſtolorū di. Et ego ut iudex uniuerſalis & dñs, diffinitiue, & irreuocabiliter dico, ut fiat ſicut dicitis. Tūc dicet, diſcedite a me maledicti &c. Vbi ſunt ſeptem clauſule. Prima. Diſcedite. tunc illi maledicti facient plāctū. Hie. xx. Maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mī mea nō ſit bñdicta. Maledictus uir qui annūciauit pī meo di. Natus eſt tibi puer maſcul⁹, & quaſi gaudio letificauit eū. Tertiū erit executio perpetualis, que ſtatim fiet, nō ſicut in mūdo de aliquibus ſentētijs, que nunquā executioni mādantur. Not. quomodo in executione eſt ordo cōtrarius diffinitioni ſentētiali. Quoniā primo

primo fecit executionē de malis, qa dicit thema, Ibūt hi in ſuppliciū eternum. Dic quō xps clamabit, Inferne aperi os tuū, & degluti impios iſtos. Tūc terra ſe aperiet, & abſorbebit oēs malos, iuxta illud Mat. xiij. In tēpore meſsis dicā meſſoribus, Colligite primū zizania, & alligate ea in faſciculos ad cōburendū. Nota practice quō fiūt faſciculi, quoniā ſicut fuerūt ſimiles hic in culpa, ſic erunt ſimiles in pena. Vnus faſciculus fiet de malis dominis tēporalib⁹ &c. Alius de malis prelatis, alius de malis religioſis &c. Cōgregabūtur in cōgregatione unius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Eſa. xxiiij. Et erunt ibi in ſecula ſeculorum. Melius eis fuiſſet nunq̄ fuiſſe. Dixit xps de Iuda, Bonum erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille. Mat. xxvj. Dicit gloſa, melius fuiſſet Iude omnino nō fuiſſe. Poſtmodū fiet executio de bonis introducēdo eos in celū, precedētibus angelis cātando ſequētibus oībus ſanctis. Chriſtus uero cū uirgine matre ī medio, & aſcēdēt, & quādo tranſibūt, uidebūt celū lune, & ſolis, & uidebūt oculis carnalibus. Idem de pulchritudine celi Empyrei, ubi inuenīet ſuas cathedras cū nominibus ſuis, & ibi collocabūtur, quidā in ordinibus angelorū, quidā archangelorū &c. Super omnes erit uirgo Maria, iuxta illud. Exaltata es ſancta dei genitrix ſuper choros angelorū ad celeſtia regna. Si enim quotidie oportet nos tormenta perferre, ſi ipſam gehennam paruo tempore tolerare, ut Chriſtum uidere poſſemus in gloria uenientem, & ſanctorū eius numero ſociari, nonne dignius erat pati omne, quod triſte eſt, ut tanti boni, tanteq; glorie participes haberemur?

Feria tertia poſt Inuocauit. Sermo j.

DOcebat eos de regno dei. Matt. xxj. Tota difficultas huius thematis eſt, ſcire, quid per regnum dei intelligatur. Pro quo ſciendum, quod in ſacra ſcriptura, maxime in nouo teſtamento regnum dei dicitur Chriſtus, & hoc triplici ratione.

Prima poſſeſsiue.
Secunda cauſatiue.
Tertia obiectiue.

De prima, quia ſicut rex potens pacifice poſsidet regnū ſibi fidele, ita pater poſsidet filiū ſuū Chriſtum in ſua humanitate pacifice, quia nūquā in ſuo corpore, nec in aīa habuit rebellionē, nec īobediediē tiam ſeu peccatū. Dicit enim S. Tho. iij. ſcrip. di. xij. q. ij. ar. j. ꝙ ſimpliciter loquēdo Chriſtus nullo modo peccare potuit. Vnde Damaſcenus dicit in tertio libro, ꝙ impeccabilis eſt domin⁹ Ieſus. Poteſt enim Chriſtus, ut dicit S. Tho. ubi ſupra tripliciter conſiderari. ſ. ut uiator, ut cōprehenſor, & ut deus. Et omnibus iſtis tribus modis Chriſtū cōſiderādo, xps eſt impeccabilis. Quod S. Tho. ubi ſupra, in ductiue, & pulchre probat, & declarat. Secundo cauſatiue, quia Chriſtus ex ſua euāgelica predicatione, & exēplo uirtutū & cōuerſatione erat cauſa, ut gentes cōuerterentur. Et ideo, quia deus pater regnat ſuper gentes ſuper quas ante tyrānice regnabat lucifer, ante. ſ. per quinq; milia annorū. Tertio obiectiue, quia totū obiectū glorie in regno celeſti, uel celo Empyreo eſt xps, uidēdo Chriſti diuinitatē, que eſt eadē in tribus perſonis, & eius humanitatē homo eſt glorioſus, & beatus. Dicit enim S. Tho. ꝙ beatitudo eſt ut finis quo eſt aliquid creatū, nō autem, ut quod ſit obiectiue. ſic enim eſt quid increatū. j. ij. q. iij. art. j. Idem prima parte. q. xxvj. ar. iij. Ecce ratio quare Chriſtus dicitur regnū dei, & de hoc eſt autorit. Luc. xvij. ꝙ rabini, & phariſei inimici Chriſti fecerunt Chriſto queſtionem dicendo. Quādo ueniet regnū dei, ſcilicet homini in iuuentute aut in ſenectute, ex eleemoſyna an ex ieiunio, in templo, an extra? Reſpōdit eis Chriſtus, & dixit, Nō ueniet regnū dei cū obſeruatione, neq; dicent, ecce hic aut illic. Ecce enim regnū dei intra uos eſt. Luc. xvij. Nota cū dicit, Non ueniet cum obſeruatione operis, uel loci. Et docebat eos de regno dei, id eſt, de ſe quō erat una perſona in trinitate. Itē quō erat uerus deus, & homo,

mo, & messias, & sic de alijs ueritatibus fidei. Patet ergo thema. In sancto euangelio hodierno Christus ostendit nobis triplicem ueritatem de regno dei, id est de se, triplici testimonio, scilicet,

Per testimonium humanale, & hoc in principio euangelij.

Per testimonium diuinale, & hoc in medio euangelij.

Per testimonium scripturale, & hoc in fine euangelij.

Et primo dico, ꝙ Christus &c. qa homines spiritusancto illuminati cōfitebātur ueritatē in principio euangelij, cū dicit, Cū intrasset Iesus Hierosolymā, cōmota est uniuersa ciuitas dicens, Quis est hic? Populi autē dicebāt, Hic est Iesus ꝓpheta a Nazareth Galilee &c. Ecce testimoniū hominum. Nota cū dicit cōmota est uniuersa ciuitas, scilicet ad honorifice recipiēdū Christū uenientē, propter quod rabini & pharisei, quibus summe displicebat talis receptio ex inuidia, & malicia, dicebāt populo, Quis est hic? Filio uiº carpētarij facitis tātū festū. Nā tale festū & receptio talis, solū debet fieri regibus, & principibus. Ideo despectiue dicebāt, Et quis est hic? quēadmodū dicitur in cō filijs, quādo pauper loquitur. Et quis est hic? Et ideo Eccl. xiij. Diues locutus est, & oēs tacuerūt, & uerbū illius usq; ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicūt, quis est hic? Sed ecce testimoniū populi. s. hominū simpliciū, nō autē superborū, Hic est Iesus ꝓpheta Nazareth Galilee, quasi dicerēt, Talis honor sibi conuenit. Et no. hic quīq; excellētias quas attribuebāt xp̄o illuminati spiritusancto, exquibº dignus erat illo honore. Et prima excellētia erat uel est, quia dicebant eū esse deū creatorē, quando dicebant, Hic est, qa esse est propriū nomē dei, qa esse significat diuinitatē. Et si dicatur, Et nūquid nos habemus esse? Respōsio, ꝙ esse nostrū ꝓprie loquēdo, nō debet dici esse, sicut nullus ꝓprie dicitur diues, nec dicitur dominus ex pecunia, quā accepit mutuo, qa nō est sua, imo oportet eā reddere cū usuris sub magna pena. Sic etiā deus, qui proprie habet esse, mutuauit nobis esse, quia esse essentialiter soli deo cōpetit, esse uero nostrū mutuo accepimus a deo, & oportet nos reddere in morte, qa oportet nos mori, & tunc redditur cū usuris. s. meritorū, & bonorū operū, alias &c. Ideo qū deus uoluit mittere Moysen ad liberandū populū Israel de manu Pharaonis, Moyses uoluit scire nomē. Cui respōdit deº, dicēs, Ego sum qui sum. Sic dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. Exo. iij. Quādo ergo populus dicebat, hic est, confitebantur Christi diuinitatē, propter quā meretur istū honorē. Secūda excellētia est sua humanitas & incarnatio, quā cōfitebantur cū dicebāt, Iesus, qa sicut esse est nomē diuinitatis, ita Iesus est nomē humanitatis, & ideo uocatū est nomē eius Iesus. Luc. ij. quod idē est ꝙ saluator. Ideo dixit angelus Gabriel ad Ioseph, Vocabis nomē eius Iesum. Ratio, Ipse enim saluū faciet populū suū a peccatis eorū. Mat. j. Tertia excellētia est prophetia quā sibi attribuebāt, quādo dixerūt eū prophetā. Nā propheta secundum etymologiā dicitur q. procul fans, scilicet a cognitione humana & naturali. Et hoc dicitur propter eius predicationē in qua loquebatur. s. de mysterio trinitatis, de gloria paradisi, de ordinibus angelorū, de penis inferni, & de purgatorio, & de limbo, & de generali iudicio. Ista enim procul sunt a cognitione humana. Secus est de Moyse, ꝙ locutus est de deo solū dicēdo illa, quæ possūt sciri naturaliter. s. ꝙ est unus deº, i. unū principiū. Hoc etiā sciūt philosophi, ideo Moyses debet dici propheta. i. prope fans, & nō procul. Sed Iesus xp̄s debet dici propheta. i. procul fans. Ideo dicit populus de eo. Propheta magnus surrexit in nobis. Luc. vij. Quarta excellētia est uita xp̄i uirtuosa quā cōmendabant, & sibi attribuebant, qñ dicebant, A Nazareth, quod interpretatur flos, uel cāpus floridus. Ecce hic uitā xp̄i floridā, & odoriferā, dātē odorē uirtutū, & consolationis animabus deuotis. Ideo Salomō, Hyems abijt, & recessit, scilicet tēpus

pus Moysi, flores apparuerūt in terra nostra. Can. ij. Sibi ergo cōpetebat iste honor, quia dicit Philosophus, ꝙ honor est reuerentia alicui exhibita in testimoniū uirtutis. j. Ethicorū. Quīta excellētia est sua passio, quā testificabantur Hebraice, quādo dixerūt, A Galilea, que secūdum Hebraicā interpretationē quadrupliciter interpretatur, scilicet rota, uolubilis, trāsmeās, trāsfiguratio. Quādo ergo populus dicebat a Galilea, dabant testimoniū sue passionis, in qua Iesus xp̄s primo fuit in rota, quādo ducebatur rotādo de uno iudice ad aliū. Secūdo, fuit uolubilis, quādo data sententia, ut crucifigeretur, impetuose fuit ductus ad mōtem caluarie. Tertio, fuit trāsmeās. s. mortem, quādo fuit corpus positū in monumento, & anima descēdit ad limbū. Quarto, trāsfiguratus in die resurrectionis, quādo anima redijt ad corpus, & resurrexit gloriosus. Fiat ergo ratio, quando Iudei presumptuosi ex inuidia dicebant, qs est hic? testimonio humano fuit a spiritusancto testificatū. Hic est Iesus ꝓpheta &c. De hoc ergo Christus regratiando patri in oratione sua dicebat, Cōfiteor tibi pater, dñe celi & terre, quia abscōdisti hec. s. supradicta secreta a sapientibus, & prudētibus, & reuelasti ea paruulis, quoniā sic fuit placitū ante te. Matt. xj. Secunda uirtus fuit ostēsa de xp̄o per testimoniū diuinale siue diuinū, quia tale signū non poterat dari nisi a deo immediate. Dicitur enim in medio euāgelij, Intrauit Iesus in tēplum dei, & eiecit oēs uēdētes, & ementes in tēplo, & mensam nūmulariorū, & cathedras uendentiū columbas euertit, & dicit eis, scriptum est, Domus mea domus orationis uocabitur, uos autē fecistis illā spelunca latronū. Et accesserunt ad eū ceci, & claudi in tēplo, & sanauit eos. Et si dicatur, quomodo ipsi permittebāt, ut ita eos expelleret de tēplo, quare non defendebāt se? Dicit beatus Hiero, ꝙ a facie Iesu Christi procedebat quidā radius splēdoris qui terrebat eos. Ecce testimoniū diuinale, nam talia non possunt, nec potērāt fieri nisi a deo. Ideo Christus dixit, Opera que ego facio, testimoniū perhibēt de me, quia pater misit me. Ioā. v. Modo notate hic tria moralia secreta. Nā Iesus Christus inuenit in tēplo tres cōditiones gentiū quas eiecit de templo, ut patet in euangelio. Primo mercatores ementes, & uendentes. Modo uideamus an sint adhuc mercatores in ecclesia. Et nota de symonia prelatorum utrum modo eijciāt ementes, & uendentes ecclesiastica beneficia. Item si aliquis uult facere capellanias, nō possunt fieri nisi emendo, & uendendo. Dicatur modus symoniacus quē tenent, & detur eis bonus modus qualiter debent facere. Item de sepulturis, quia modo emuntur, & uenduntur omnes, nunquid sumus mercatores plani? Item dicendo, quam crucem uultis, quia pro maiori dabitis tantū. De sacramentis baptismi, confessionis, cōmunionis, matrimonij, extreme unctionis, oportet aliquo modo totū emere. Ecce quare Christus eijciebat emētes & uendentes de tē plo, quia ista peccata eijciēda sunt de ecclesia, alias sic ementes, & uendentes eijcientur de paradiso, & recipientur in inferno. Ideo Propheta, Nō erit mercator ultra in domo domini exercituū in die illa. Zach. xiiij. Secundo, in tēplo erant campsores, quia mensas nummulariorū euertit. Modo uideamus, an in ecclesia dei sint mense nummulariorum. Dico, ꝙ sic, altera ratione, quia sicut in mensis nummulariorū fit permutatio pecuniarū pro pecunia. Ita modo in altari. Nam Christus dicitur denarius. Mat. xx. Voca operarios, & redde illis mercedem. Ibidē, Cū uenissent acceperūt singulos denarios. Omnes glose dicunt ꝙ iste denarius est xp̄s. Nimis est auarus, qui isto denario non est contentus. Ideo quando beatus Tho. de aquino fuit interrogatus a Christo dicēte, bene scripsisti de me Thoma. Quam ergo mercedem accipies? Respondit beatus Tho. dicens, Domine nō aliam mercedem recipiam nisi teipsum. Sed modo fit cambium in altari, quia sunt mali clerici, qui non

dicerent

dicerent missam nisi pro pecunijs, faciẽ do pactũ & pretiũ, & ĩ misis sancti Amatoris. Nota defectus q̃ p̃ pecunijs corruptibilibus permutãt denariũ incorruptibilẽ, scilicet xp̃m. Ideo xp̃s subuertit mensas nũmulariorũ, innuẽs, q̃ tales clerici sicut debẽt ire ad paradisum, uadũt ad infernũ. Ideo dicit, Fiat mẽsa eorum corã ipsis in laqueũ & in retributiones & in scandalũ. Nota in laqueum, scilicet culpe mortalis, scilicet symonie. Et in retributiões. s. pene tẽporalis, scilicet paupertatis, & in scandalũ, scilicet dãnationis infernalis. Tertio, cathedras uendẽtiũ colũbas subuertit. Quomodo intelligitur hoc? Nũquid uendentes colũbas sedent in cathedris? clarũ est q̃ non. Ideo hoc sic intelligit. Iã scitis q̃ spiritusscanctus descẽdit sup xp̃m baptizatũ in forma columbe. Luc. iij. Ex ista ratione gratie spũales uenduñt modo in tẽplo a sedentibus in cathedris, scilicet iudicibus, prelatis, & cõfessorib⁹. Nã gratia spũalis est absolutio a pctis, dare penitentiã uel datã cõmutare, uel in uotis dispensare. Iã iste gr̃e uẽdunt in ecclesia Dei qñ petũt tñ, uel tñ pro absolutione uel dispẽsatione, uel mutatione, nescĩũt dare aĩs penitẽtias nisi de misis &c. Sicut si una medicina esset bona oĩbus plagis. Ecce qũo columbe hodie uenduntur. Et nota de illo hoĩe paupere qui de tota quadragesima nõ potuit inuenire cõfessorem quousq; portauit florenũ in manu extẽdens illum. Iõ beatus ille q̃ istas colũbas nõ uendit. Et ideo Dauid in Psalmo dicit. Beatus uir q nõ abijt in cõsilio impiorũ, & in uia pctorũ nõ stetit & in cathedra pestilẽtie non sedit. dicit autẽ cathedra pestilẽtie, quia dãnat se & alios. ps. j. Tertiũ testimoniũ est scripturale, quia xp̃s p̃ sanctã scripturã manifestauit ueritatẽ de se in fine euãgelij, ubi dicit, Vidẽtes aũt principes sacerdotũ & scribe, usq; huc, docebat eos de regno Dei. Nota hic qũo antiquitus mulieres lactabant filios suos per tres annos, & cõiter in isto anno pueri incipiunt loqui, ideo xp̃s dixit, Nõ legistis, ex ore infantium, idest nõ fantiũ, & lactantium perfecisti laudem &c. Nota, destruas inimicum & ultorẽ. Inimicũ, idest collegium phariseorũ, & ultorẽ, scilicet scribarũ iracundorum, seu uindicatiuorum.

Feria. iij. dñice prime. xl. Sermo ij.

INtrauit Iesus in templum Dei. Mat. xxj. Pro declaratione huius uerbi & introductione materie predicãde sciendũ est, q̃ cõsuetudo fuit, ut ueniẽs Ierusalem primo intraret tẽplum Dei ad orandũ. Nota historiam euangelij breuiter qualiter ip̃m pp̃s recepit honorifice, & processionaliter, qd̃ uidẽtes. s. phariseĩ indignati dicebãt populo, & quis est hic? Nota, ut habes in alio sermone precedenti, de quinq; excellẽtijs, & de isto ingressu dicit the. Intrauit Iesus in tẽplũ Dei, dãdo exemplũ predicatoribus, q̃ qñ ueniunt ad uillas primus introitus templum Dei debet esse. Patet ergo thema. Modo iuxta hoc thema uolo uobis declarare, qũo exẽplo xp̃i debetis intrare templũ Dei in die dñico, uel in die festo. Ego amore uestri quesiui modũ in sacra scriptura & inueni in quadã autoritate in Psal. David. xcix. Iubilate Deo &c. Populus eius & oues pascue eius, introite portas eius in cõfessione, atria eius, in hymnis confitemini illi. Vbi ponit septẽ cõditiones a laicis obseruandas in audiẽdo missam in diebus dominicis & festis.

Prima cõditio est, ut sit populus eius scilicet Dei, q̃ sit de populo xp̃iano.

Secunda, ut sint oues pascue eius.

Tertia, q̃ intrent portas.

Quarta, q̃ sint in confessione.

Quinta, q̃ uisitent atria eius.

Sexta, q̃ occupentur in hymnis.

Septima, ne ante finem recedant, ibi, confitemini illi.

Prima cõditio ergo uolentibus intrare ecclesiam, & missam audire est, q̃ sint de populo Dei. s. de populo xp̃iano. Diceretis uos, iam omnes sumus xpiani per gratiã Dei, ideo oẽs possumus dici populus Dei. Dico q̃ excõicatus nõ est de populo Dei. Sicut eñ exul & bannitus de aliqua uilla non est de populo illius uille, licet fuerit, qa nõ auderet uenire, eo qa est exul ab ip̃o populo. Ita etiã de xp̃ianis oẽs sumus de populo Dei per baptismũ, sed per excõicationẽ efficitur quis exul & bãnitus a uilla ecc̃ie, & populo xp̃iano, & non habet partẽ in bonis q̃ fiunt in xp̃ianitate, nec q̃diu est excõicatus debet uenire ad ecclesiã, nec est cũ talibus participandũ. xj. q. iij. oĩs. Omnis xp̃ianus dilectissimi qui a sacerdote excommunicatur, sathane tradit, qũo? quia scilicet extra ecclesiã est diabolus, sicut ĩ ecclesia xp̃s, ac p hoc quasi diabolo tradi tur, q ab ecclesiastica cõione remouet. Ecce qũo excõicatio non est nisi p̃scriptio, uel bãnitio. Ideo ualde timere debetis sniam excõicationis. Si diceret mihi quid uelletis amplius perdere, digitũ uel auriculã, aut esse per annũ excõmunicatus? Dico uobis q̃ magis uellẽ perdere digitũ, & manus & etiã caput, q̃ per horã esse excõicatus, quia excõicatio includit peccatũ mortale. xj. q. iij. nihil. sic debet formidare xp̃ianus, q̃ separari a corpore xp̃i. Si eñ separatur a corpore xp̃i, non est membrũ eius, si non est mẽbrũ eius, nec uegetat spiritu eius. Quisquis autẽ, inquit Ap̃s, spiritũ xp̃i nõ habet, hic nõ est eius. Nota, attẽdatis ergo ut sitis de populo Dei. De hoc autoritas. Osee. j. legit q̃ propheta Oseas habuit unum filiũ quẽ uocauit Iezrael, quod interpretatur semen Dei. Deinde habuit filiã, quã uocauit absq; mia. Deinde tertiũ quẽ uocauit nõ populus meus. Quia uos nõ populus meus, & ego nõ ero uester Deus. Osee. j. Isti tres filij significant tres cõditiones xp̃ianorum. Et prima est obedientiũ & deuotorũ, q dicuntur semen Dei. Secunda est non excõicatorũ, sed peccantiũ, qui uiuũt in peccatis. s. q uiuunt in superbia, aut auaritia, uel luxuria &c. Hec conditio gentiũ dicitur filia absq; misericordia, quia q̃diu sunt ĩ peccato mortali non cõsequũtur misericordiam. Tertia conditio est excõicatorũ qui nolunt facere de se rationem. Et de

istis dicit Deus, nõ populus meus. Ideo auisetis uos ne intretis ecclesiã dum sit officiũ q̃diu eritis bãniti, quia ibi est pena suspensionis in furca inferni. Sed si queratur, quid ergo faciam in die festo? Respõsio, oretis Deum in domo uestra dũ dicitur missa, & laboretis ut habeatis absolutionẽ, faciendo de uobis rõnem. Secũda conditio est & necessaria, q̃ sint oues pascue eius. Nã oues nõ comedũt nec bibunt, quousq; sunt in ouili, uel in pascua. Sic uos non debetis comedere nec bibere, sed ieiuni debetis missam audire, & isto modo eritis oues pascue xp̃i. Pascua autẽ est sacramentũ altaris. Sed si dicatur, nullus comedit de eo nisi sacerdos. Dico q̃ imo oẽs comedũt, sicut qñ uos prandetis solũ os comedit & nõ manus nec pes, tñ ex isto cibo omnia membra fortificãtur. Ita de corpore mystico. Nam sacerdos est os, oculi sunt contemplatiui, aures sunt iudices, brachia milites, uenter mercatores, pedes sunt laboratores. Sacerdos autẽ comedit, sed omnia alia mẽbra fortificãtur. Ideo dicit sacerdos in fine misse, Refecti cibo potuque celesti &c. Non dicit refectus. Qui ergo ueniũt ieiuni ad missam, oues sunt pascue xp̃i. Nullus uestrum qui haberet loqui pape uel regi uellet comedere ante uel bibere. Et quid sunt pape, uel reges nisi uermes, respectu illius maiestatis pape & regis Iesu xp̃i, cũ quo loquimini in ecc̃ia orando, qui est ibi cũ suis baronibus & angelis. Cogitate ergo qd debent dicere, qñ sentiunt anhelitum fetidũ de cibo uel potu, ideo nõ debetis comedere nec bibere in talibus diebus ante missam, etiam si inuitarent uos. Nã debetis dicere & respõdere, Nõ bibã, qa habeo loqui cũ papa uel rege. Multi excusantur a ieiunijs ecclesie, sed ab isto nullus excusatur. Oues diaboli pascuntur in prato eius. s. in taberna, & tandem in inferno. De quibus loquitur Dauid in p̃s. xlviij. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. non dicit destruet. mors corporalis destruit corpus, sed mors infernalis non, sed depascet

eos, quia semper uiuent cum dolore & miseria. Secus de ouibus xpi, de quibus dicit ipse xps, Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciã. Ezechie. xxxiiij. Nota cum dicit, Ego pascam oues meas, prout supra declaraui, ego accubare eas faciã, quia de ista pascua ueniemus ad pascuã paradisi. Tertia conditio est necessaria, ne. s. extra eccliam maneatis. Ideo dicit, Introite portas eius, scilicet ecclesie. Hoc dicitur cõtra unum magnũ defectum illorũ, scilicet qui quãdo dicitur missa stãt in platea uel cemiterio loquẽtes, sed in eleuatione corporis xpi qñ pulsatur campana ueniũt, tanq̃ porci ad escam, & nũquid est ista uita xpianorũ? Et nunquid illi qui inueniunt extra castrũ obsessum, capiuntur ab inimicis? Castrũ in quo popul⁹ xpianus se recipit, & fortificat in diebus festis est eccla, & obsidetur ab inimicis. i. demonibus, qui qñ dicit missa nõ audent ecclesiam intrare, sed obsident & peccatoribus insidiãtur, ideo mirum est, q̃ nõ ducũt secum illos quos inueniũt. Et nota ad hoc figuram. Datus est mihi calamus similis uirge, & dictũ est mihi, Surge & metire templũ Dei & altare, & adorãtes in eo. Atrium autẽ quod est foris templũ eijce foras, & ne metiaris illud, qñ datum est gentibus supple infernalibus. Apoc. xj. Tẽplũ est ecclesia in qua mẽsurantur deuotio & oratio, & alia opera bona xpianorum, ut de istis reddatur eis premium. Opera autẽ illorũ qui sunt extra nõ mensuranť a xpo, sed a diabolo. ideo dicit, Introite portas eius. Nota miraculũ de illo sancto rectore, qui sepe corrigebat populũ, quia nolebãt ecclesiam intrare, & semel uenerũt demones uisibiliter, & secũ duxerunt illos quos inuenerunt in platea.

Quarta conditio est, ne tarde ueniãt ad missam. Si dicatur in qua hora debemus intrare templũ? Respondet Dauid, In confessione. Ratio, quia illa cõfessio generalis ante missam pro uobis fit, qa sacerdos iam debet esse confessus sacramentaliter. Et qui deuote audit missam cõpletam in die dñica, si infra hebdomadam moritur, habetur pro confesso & cõicato, aꝛs ibi essent mille diaboli, ideo dicit in cõfessione. Dicit enim B. Tho. in. iiij. scrip. di. xxj. q. ij. ar. j. &. ij. q̃ cõfessio generalis que fit in missa prima & cõpletorio delet peccata uenialia, & etiam mortalia oblita. Et ergo intrare debem⁹ templũ, ut simus in principio misse, qñ fit cõfessio generalis. Nam in conuiuijs magnorũ dnorum quilibet debet esse in ablutione manuũ. Nam in ista ablutione uel cõfessione abluunť manus cõscientie, ideo dicit Dauid, Cõfessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. in Psal. xcv. scilicet. j. Cantate. Ideo quando pro missa pulsantur campane, quilibet debet uenire festinanter, ut sit in confessione, ideo Dauid, Preoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Psal. xciiij. Iesus Christus enim descendit in hostia in consecratione, quasi rex exiens de camera & ponens se ad audientiam in cathedra, ideo dicit, Preoccupemus faciẽ eius in cõfessione &c. s. anteq̃ descendat, & simus in cõfessione quia milites debẽt regẽ expectare & nõ econuerso, ideo uenite q̃ tẽpore &c. Quinta est, atria eius, supple tenete. Hic rñdet tacite questioni si queratur, in ecclesia ubi stabo & in quo loco? Rñdet, in atria, non nimis accedere debetis ad altare nec per cancellos intrare. Nota quomodo ad altare templi Salomonis quod non ualebat tantum quãtum altare nostrum in quo Christus sacrificatur, nunquam Christus, nec uirgo Maria de quinquaginta passibus accedebant ad altare. Nota exemplum de pharisco & publicano. Luc. xviij. Nam phariseus accessit ad altare dicens, Gratias ago tibi dñe, quia nõ sum sicut ceteri hominũ &c. Publicanus autẽ a longe stans percutiebat pectus suũ dicens, Deꝰ propitius esto mihi peccatori. Ex ista humilitate, iste descẽdit in domũ suã iustificatus, & alter condẽnatus, ideo Dauid in ps. Ecce nunc. s. in die festo, benedicite dominũ omnes serui dñi. Qui statis in domo dñi, in atrijs domus Dei nostri. ps. cxxxiij. Sexta cõditio est in hymnis. Rñdet questioni. Diceret quis ex quo sum de populo Dei, ouis pascue eius &c. sed quid ego faciam, in quo me occupabo? Respõdet, in hymnis & laudibus diuinis. Tunc enim non debetis intendere circa tpalia, nec debetis loqui, etiam si pater uester ueniret de lõginquo, sed cũ signis facere sibi reuerẽtiã & locum, & dicta missa, extra ecclesiã faciatis sibi bonũ festũ, sed dũ dicitur missa, debetis uos occupare in hymnis. i. laudibus diuinis. Pater noster, Aue Maria. & in psalmis, scilicet cũ silentio ne alij perturbentur. Sunt multi miseri qui dũ dicitur missa, nõ faciũt nisi loqui de factis & negotijs mundanis. Idem de mulieribus que ibi disputant de panno tunice & mantelli, & de uanitatibus & si esset possibile q̃ in introitu ecclesie sueretur os, bonum esset, ideo dicit euãgeliũ hodiernum q̃ Iesus xps inuenit in ecclesia negotiatores &c. Nota hic historiam cõcludendo per illud, Domus mea domus orationis &c. Non legitur, q̃ xps unq̃ proprijs manibus peccata correxit nisi hic, quia fecit flagellũ de funiculis & eiecit oẽs de tẽplo. Io. ij. Hic apparet quantum sibi displicet is, qui tangit ecclesiã sponsam suã, de qua generat filios & filias. Nota igitur displiceret regi, si in presentia sua inhoneste tangeret regina. Sic etiã regi Christo quãdo inhoneste tangit ecclesia, loquendo de uanitatibus, uel in ea comedendo, bibendo, uel tripudiando, uel impudice respiciẽdo mulieres, ideo Aug. In oratorio nemo aliud agat, nisi ad quod est unde nomẽ accepit. Septima cõditio est ne ante finem misse recedant, ibi, cũ dicitur cõfitemini, a con qd̃ est simul, & audite missam perfectam, sicet q̃ sitis in principio, ut in confessione & in fine. s. in benedictione que est magne uirtutis ex xpi presentia. Est eñ quasi signum ut uadatis ad comedendũ. Nota hic figuram. Mandauit enim Deus antiquitus in sacrificio pacificorum, offerre simul caput, pinguedinem, & caudam totam. Leuit. iij. Offerte deo pacifi corum hostias sacrificium domino, adipem & caudam totam. Hostia pacificorum, idest sacerdotum, quorum uita debet esse talis, q̃ sint in pace cum Deo & cum proximis dicendo officium, & missam deuote & distincte. aꝛs autem si sint indeuoti & concubinarij & lusores &c. non habent pacem cum Deo, sed guerram, nec debent celebrare &c. Caput uictime est principium misse, cauda, est finis, ideo dicit. Confitemini, idest ex toto fateamini. Et quia non facitis, ideo habetis mortalitates, caristias, siccitates & terremotus &c. Ideo continuetis ecclesiam, quia inde habentur omnia bona. Nota exemplum de sutore quolibet die missam audiente, qui dixit aurum se inuenisse &c.

Feria iiij. post dominicam primam in quadragesima. Sermo. j.

QVicunque fecerit uolũtatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Matt. xij. In isto euangelio hodierno habemus quatuor doctrinas multum utiles, & proficuas, quas Christus dedit Iudeis, & per eos uenerunt ad nos, scilicet,

Prima, est doctrina reprehensiua.

Secunda, est doctrina comminatiua.

Tertia, est doctrina auisatiua.

Quarta, est doctrina informatiua.

Dico quod prima est reprehensiua, quia reprehendebat Iudeos qui dubitabant ipsum esse Messiam, & hoc dixit principium euangelij. Accesserunt ad Iesum dicentes, Magister uolumus a te signum uidere. quibus respondit, Generatio mala & adultera signum querit, & non dabitur ei nisi signum Ione prophete. Sicut enim Ionas &c. usque ibi, noctibus. Et dicuntur scribe non ab officio scribendi, sed a notitia scripture. Dicatur historia. Modo in isto textu nota stultitiam illorum, qui petebant a Christo signum, cum Christus innumeris miraculis confirmasset suã doctrinã

curando cecos, surdos, leprosos, adhuc petebant signum. Patet ergo eorum stultitia. Itē faciebat alia signa maiora in animabus, que ualent plus q̄ corpora, quia quā plures dimissis peccatis, & mala uita, cōuertebant, & agebāt penitentiā &c. Ideo August. ait, Magis est de impio iustum facere q̄ celum, & terrā creare. Sed ipsi, ut stulti petebant alia signa, ut faceret descēdere ignē de celo. Ipse faciebat signa diuina, & ipsi petebant signa que possunt fieri per creaturas, ut patet de igne qui descēdit ministerio diaboli super oues Iob. Et ideo respōdit eis Christus, reprehēdendo eos, dicens, Generatio mala, ideſt, male uiuendo moraliter, & adultera. ſ. ex infidelitate, qa sicut mulier que se dat adulterio, dicitur adultera, ita Iudei recedēres a xp̄o dicunt adulteri. Et iste defectus secūdus sequitur ex primo, quia mala uita, & peccata faciunt creaturam adulterare. ideo dicit xp̄s, Generatio mala. ſ. a deo recedēs, & adultera quantū ad infidelitatē. Quoniā excecauit eos malitia eorū. Sap. ij. Sed xp̄s ex superabundātia pietatis dedit eis signū Ione prophete. Nota hic historiā breuiter de sentētia data per dñm cōtra ciuitatem Niniue, ad quā ibat Ionas. Et in primo sermone Ionas predicauit di. Adhuc quadraginta dies sunt, & Niniue subuertetur. Et crediderūt uiri Niniuite domino, & fecerūt penitentiā. Ione. iij. Et facta penitētia per tres dies, fuit eis significatum, q̄ deus eis peperci. Tale signū dixit Christ⁹ dabo uobis, q̄ filj⁹ hominis trib⁹ dieb⁹ erit in corde terre. ſ. ī limbo, & tertia die resurget, quia exiet de corde belue, ut Ionas. Et prima dies est recipere fidem Christianam. secunda dies recipere sanctū baptisma. tertia dies est recipere obedientiā ad dei mandata. Istud etiā signum datur nobis Christianis, qa postq̄ homo peccat mortaliter, statim datur a deo sententia contra talē. Autoritas, Anima que peccauerit ipsa morietur. Eze. xviij. Ideo recipiamus signum Ione, ut simus in angusta penitētia, que quasi belua dicitur. Prima dies est cordis contritio. Secūda oris confessio. Tertia operis satisfactio. Dicūtur enim dies, qa non sunt sine claritate dei gratie. Secunda doctrina est cōminatiua, scilicet eternē dānationis dicens, Viri Niniuite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eā, quia penitentiā egerunt in predicatione Ione. Et ecce plusq̄ quā Ionas hic. Et regina austri surget in iudicio cū generatione ista, & condēnabit eā, quia uenit a finibus terre audire sapientiā Salomonis, & ecce plusq̄ Salomon hic. Vt hoc melius intelligatis dicatur quomodo uiri Niniuite ī primo sermone Ione se cōuerterūt, & fecerūt penitentiā, & Iudei noluerūt credere Christo, nec se cōuerterunt. ideo dicebat eis Christ⁹, Viri Niniuite &c. Modo est difficultas quomodo cōdēnatio intelligit? Respōsio, q̄ intelligitur cōparatiue, quē admodū pannus albus a niue condēnat, quia quasi nihil est panni albedo respectu albedinis niuis. Sic in iudicio modica & parua erit condemnatio Niniuitarum respectu Iudeorū. Sic etiā de nobis Christianis. Moraliter sunt q̄plures qui diuersis excusationibus excusant se ab hoc ieiunio quadragesime. Istos cōdemnabit beatus Nicolaus qui puer ieiunauit. Ista damnatio est comparatiua. Idem de alijs peccatis ad libitum. Et ecce autoritas, Cōdemnat autē iustus mortuus uiuos impios, & iuuentus celerius cōsummata longam uitā iniusti. Sap. iiij. Secundo, Christus fuit cōminatus Iudeis per reginā Saba. iij. reg. x. Nota historiā qualiter uenit de finibus terre Hierusalem, ut uideret, & audiret sapientiā Salomonis. Et forte uenit de centum dietis. Et Iudei nolebant Christum audire, imo dicebant, Demoniū habet, & insanit, quid eum auditis? Io. x. Ideo cōminando dixit Christus Iudeis, Regina austri &c. condemnabit, comparatiue, ut dixi. Moraliter ex istis comparationibus Ieſus Christus ostēdit, q̄ gentes damnantur ex negligentia, ut sunt illi qui libenter audiūt sermones, sed sunt negligentes, quia nesciunt audita exeq̄, ac si thesaurū acqsitū

nescirent in tacia, bursa uel capsa cōgregare. ita de uerbo dei. Ideo dicitur Luc. xj. Beati qui audiūt uerbum dei, & custodiūt illud. Tertia doctrina est auisatiua, scilicet de periculo quod Iudeis imminebat dicens, Cū immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat p̄ loca arida querens requiē, & non inueniēs. tunc dicit, Reuertar in domum meā unde exiui. Et cum ueniēs inuenit eā uacantem, scopis mundatā, & ornatā, tūc uadit, & assumit septem alios spiritus secū nequiores se, & intrantes habitāt ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic & erit generationi huic pessime. Iesus Christus auisando eos, scilicet Iudeos, declarat eis cōditiones diaboli dicens, Cum immundus spiritus &c. Loca arida sunt corda, & corpora penitētiū qui nō habent humiditatē luxurie carnalitatis, nec delectationis, nec auaritie, aut gule &c. Nā istos tentat diabolus, & nō suos. Ideo beatus Greg. Illos tētare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Et quādo nō pōt castrū nouiter acquirere, reuertitur ad domū unde exiuit, qa iam scit eius introitus, & uenit cū alijs septē, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus; quia dicūt medici, q̄ peius est recidiuū quā infirmitas, quare ergo xp̄s dicebat ista? p̄pter hoc, qa Iudei a principio predicationis xp̄i cognouerūt ipsum esse uerū Messiā, ut dicit text⁹ Euā. Mat. xxj. Dixerūt coloni, Hic est heres, uenite, occidamus eū, & habebimus hereditatē eius &c. Dicūt hic glose, q̄ Iudei cognouerūt xp̄m esse Messiā. Ideo magn⁹ rabinus Nicodemus dixit xp̄o, Scimus quia a deo uenisti magister. Ioan. iij. Sed quia xp̄s corrigebat eos de peccatis publicis, diabolus redijt ad eos, p̄pter q̄d xp̄s predicta dicebat. Iō. b. Petrus q optime intellexit sermones xp̄i dicēs, Si eīm refugiētes coinquinationes mūdi, in cognitiōe dñi nostri, & saluatoris Iesu xp̄i, his rursus implicati superātur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis, nō cognoscere uiam iustitie, q̄ post agnitionē retrorsum cōuerti ab eo quod illis traditū est sancto madato. ij. Pet. ij. Moraliter, si a nobis eijcimus diabolū per penitētiā, caueamus, ne reuertat per recidiuū, alias dicit xp̄s, Nemo mittēs manū ad aratrū, & respiciens retro, aptus est regno dei &c. Luc. ix. Aratrū est penitētia. Quarta doctrina est informatiua, dē qua dicit the. Quicūque fecerit uolūtatē patris mei qui in celis est, ipse est meus frater, soror, & mater. Dicat tota ultima pars euāgelij historialiter, quo cū xp̄s predicasset, uenit uirgo Maria mater ei⁹ cum parētibus suis, quos scriptura uocat fratres, ex quo fuit unius gñis. Hic habemus exēplū duarū doctrinarū. Et prima est ordinatio charitatis, & dilectiōis. ſ. deū super omnia diligere. Secūda est spūalis operationis, q̄ opus spūale nō est dimittēdū pro parētibus seu amicis, ut ieiunare, aut religionem intrare, & huiusmodi. Itē iudices habent hic exēplū, ne in iudicio cognoscāt parentes seu amicos, sed purā iustitiā. Et ideo dicit, Qui dixerit patri suo uel matri sue, nescio uos, & fratrib⁹ suis ignoto illos, & nescierūt filios suos, hi custodierūt eloquiū tuū, & pactū tuū seruauerūt, iudicia tua o Iacob, & legē tuam o Israel &c. Deut. xxxiij. Et nota cū dicit thema, Quicūq; fecerit uolūtatē, uidet ergo q̄ faciēdo uolūtatē dei homo efficiat mater xp̄i. Dico q̄ sic. Nota gradus spūales. Nā magna gratia creature fit, qñ efficit filia xp̄i in baptismo, sed maior, qñ fit frater Christi, sed multo maior, quādo efficitur mater Christi, ut patet de uirgine Maria. Filius efficit homo in baptismo. ideo dicit, Dedit eis potestatē filios dei fieri. Io. j. Frater autē xp̄i efficitur homo per penitentiā, quando de peccatis post baptismū factis, facit penitentiā. Ex hoc Christus & homo efficiunt filij eiusdem patris per gratiam penitentialē. Sed mater xp̄i efficitur homo, audiēdo uerbum dei, quia sicut mater Christi cōcepit xp̄m in utero, ita homo in sermonibus concipit xp̄m in utero cōscientie, qñ p̄ponit facere ei⁹ uolūtatē, parit autē xp̄m qñ conceptū p̄positū exequit. Et de hoc est au-

toritas, A facie tua dñe cõcepim⁹, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritũ salutis. Esa. xxvj. Nota a facie tua. s. in predicatione in qua deus cognoscit, ut homo in facie. de qua dicit Dauid in ps. Faciẽ tuã dñe requã &c. & quasi parturiuimus. Ecce generatio spũalis, de qua Dauid, Hec est generatio querentium dominũ querentium faciem dei Iacob. ps. xxiij.

De eadẽ fer. iiij. post inuocauit. Ser. ij.

ASsumit septẽ alios spirit⁹ nequiores se. Matt. xij. Sermo erit de magna auisatione, ut caueatis a tẽtatione demonũ, & peccatis, qa demones uellẽt ꝙ oẽs essemus damnati cũ eis. Ideo ne eorũ dãnationibus dãnemini, uolo uos auisare in presenti sermone, sed primo salutet uirgo Maria. Assumit &c. Pro huius uerbi declaratione, & materie predicande introductione, sciendũ, ꝙ doctrina est cõmunis in sancta theologia, ꝙ ex peccato primorũ parentũ totũ genus humanũ fuit captiuũ diaboli. Si dicatur, & quare filij sunt captiui qui nõdũ erãt nati? Dico, & rñdeo per similitudinem. Si enim in domo uestra uos habetis uirũ, & uxorẽ captiuos, si illi generãt filios uel filias, nunquid erũt captiui uestri, ut parẽtes? Imo sic Adã, & Eua, uir & uxor tanquã captiuos uendiderũt se diabolo pretio unius pomi, nescitur tñ cuius speciei erant illi fructus. Illi mali mercatores fuerunt, nã modico pretio se uendiderũt, & captiui fuerũt diaboli. ergo rationabiliter, & filij fuerũt captiui cõsequenter. Patet ratio. Sed de hoc etiã est autoritas dicens, Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiã, & nobiles eius Adã, & Eua. s. interierũt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animã suã, & aperuit os suum absq; ullo termino. Esa. v. Nota cũ dicitur, propterea captiuus ductus est populus meus, idest, totũ genus humanum captiuum. Ratio, quia nõ habuit sciẽtiã. Hic tangit ratione, quare primi parẽtes peccauerũt, scilicet quia non habuerunt dei scientiam. Propterea dilatauit infernus, idest, diabolus animã suã absq; ullo termino, idest, exceptione, quia quãtũcunq; essent boni & sancti ad infernum descendebant immortaliter. Patet ergo doctrina theologie. Sed habuimus remediũ per aduentũ xpi quãdo dignatus est uenire ad liberandũ populũ suum de captiuitate diaboli. Si dicatur si uendiderunt se diabolo, nunquid ergo xps fecit iniuriã diabolo, sibi captiuos auferẽdo? Dico ꝙ Adam, & Eua erant captiui dei, ideo non potuerũt se diabolo uendere, nec diabol⁹ ipsos iuridice poterat possidere, sicut nec captiui uestri. Ideo uenit filius dei dicens patri, Compatior captiuis, ideo pater, ego soluã residuũ pro ipsis, & in die ueneris sancta soluit. Et sic redemit, & liberauit nos a diaboli captiuitate, & modo sumus captiui xpi, exclusso demone. ideo xps in sua passione dixit, Nunc iudiciũ est mũdi, nũc princeps huius mũdi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, oĩa trahã ad meipsum. Ioã. xij. Et nota dum dicitur, Nunc princeps huius mundi, scilicet diabolus qui tyrannice huic mũdo dominabatur ex predicta ratione. Sed uenit dominus noster Iesus xps qui per suã passionẽ abstulit sibi principatũ, & ligauit ipsum in inferno. Ideo dicit, Nũc princeps huius mundi &c. Omnia scilicet genera hominum trahã ad meipsum. Sed si dicatur, Si lucifer ergo est a mundo expulsus, & in inferno ligatus, quomodo ergo tentat nos? ecce huic questioni thema respondet, assumit septẽ alios spiritus, quia ipse personaliter nõ potest exire ad tentãdũ usq; ad tẽpus antixpi, tunc etiã soluetur. Iam assumit alios septẽ spiritus tanq̃ capitaneos septem capitaliũ peccatorũ, & cum infinita multitudine minorum demonũ ei subiectorũ mittit eos per mundum in odiũ Iesu Christi, & inuidiã nostri. Et nota cum dicit nequiores se, scilicet in effectu tentandi, sed non in affectu, quia in affectu nullus est nequior lucifero, ideo dicit thema, Assumit &c. Ac si magnus rex decumbens in lecto, & nõ

potens

potẽs ire ad bellum, uocaret capitaneos dicens eis. Iam uidetis &c. ideo uos de quibus ego cõfido, uadatis cũ uestris gẽtibus armorũ, & faciatis bellũ. Sic etiam lucifer iacet in lecto durissimo inferni, dicens, Iam uidetis quomodo ille Christus me ligauit hic, & sibi non possumus nocere, eamus contra suas gentes &c. iõ uadatis. Ecce qualiter assumit septem alios spiritus &c. Et primus capitaneus est leuiathã. Ita nominatur Iob. xlj. dicẽtis. Leuiathan ipse est rex super omnes filios superbie, & hic tentat de primo peccato mortali, scilicet de superbia. Et uocatur a lucifero dicente, Leuiatã uelles ne facere unũ seruitiũ mihi? Respondet, domine libẽter faciã. Et cũ uexillo suo, scilicet circulo superbie, & uanitatis, cũ infinita multitudine demonũ ipsum sequentiũ discurrit per mundũ, qui tantũ sciuit facere cum suo exercitu ꝙ iam totus mundus est superbus, & uanus. Nã tantam superbiam posuit in dñis tẽporalibus, & in prelatis ecclesiasticis, ꝙ iam non sufficiũt redditus ad uanitates, ideo habent facere exactionẽ, symonias &c. Nota differentiã inter uanitatẽ, & superbiam, quia uanitas ostẽditur ad extra in excessu uestiũ, & ornamentorum. Superbia autẽ ad intra in corde consistit, quando persona nõ uult se regere secundum dei ordinationẽ sed secundũ propriã inclinationẽ, sic ꝙ deus precepit unum, & ipse facit totũ cõtrariũ, dicẽdo, quid ad me? nolo hoc. Ecce quid est superbia, qa uanitas solũ est effectus superbie. Verbi gratia, Si filius uester infirmatur, & non habetis medicũ ad quẽ recurritis, nonne ad diuinos seu sortilegos &c. & quando dicitur uobis ꝙ hoc est magnũ peccatum, uos dicitis, Nunquid permittã filiũ meum mori? Ecce superbiã nolle obedire preceptis dei dicentis, Non habebis deos alienos. Itẽ, si perdidistis aliquid. Item si estis uocati a iudice in testẽ mediante iuramẽto, & quãdo dicitur uobis magnum peccatũ est falsum iuramentũ, dicitis, O ille amicus meus est punitus. Item nolẽdo seruare festa, cũ tamẽ nullus dñs det prouisionẽ alicui nisi faciat sibi aliquod seruitiũ. Si ergo per totam hebdomadã seruiuistis mundo, in dñica seruiatis deo audiendo missam, sermones &c. Ex ista superbia, leuiathan infinitos secum ducit ad infernum, propter ꝙ Christus sciens hoc, auisando nos, clamat dicens, Tollite iugum meũ super uos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugũ enim meũ suaue est, & onus meũ leue. Mat. xj. Nota cũ dicit, Tollite iugũ meũ, super uos. Dñe nunquid nos sumus boues? Nota quare bos supponit collum iugo, cũ tamẽ possit se cornibus defendere, sed non facit, sciẽs naturali instinctu ꝙ dñs non daret sibi prouisionem. Sic etiã erit de nobis nisi portemus iugum, idest, onus preceptorum. Si dicit, Dñe de cetero uolo humiliari ad portãdũ iugum, sed quomodo est portandũ? Rñdet, Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, quasi dicat. Ego qui sum dñs, & leo de tribu Iuda, & portaui iugũ patris. s. mãdatorũ. Si dicat dñe rex, & quid ex hoc habebimus? Rñdet, Inuenietis requiẽ animabus uestris, nõ solũ corporibus prouisionẽ, sed etiã requiem post hãc uitã animabus uestris. Ecce salariũ. Si dicatur, Domine on⁹ uestrum ponderat multum. Rñdet, Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Secundus capitaneus dicitur mãmona, qui tentat de auaritia. De quo Matt. vj. Non potestis deo seruire, & mammone. Dicatur ut de primo quomodo uocatur a lucifero. Nã iste cũ bãnerio, & cum titulo auaritie, & cupiditatis, & cũ exercitu suo destruxit, quasi uniuersum mundum. Hic etiã tantũ fecit, ꝙ totus mundus est auaritia plenus. Quia iam hodie religiosi, clerici, prelati, seu dñi omnes sunt auari. nõ respiciunt, unde uel quomodo pecunie ueniunt, sed habeamus. Omnes in uiã suam declinauerũt unusquisq; ad auaritiã suã, a summo usq; ad nouissimũ. Esa. lvj. Itẽ a minore usq; ad maiorẽ omnes auaritie studeant, & a propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciunt

Universidad de Biblioteca

dolum. Hiere.vj. Antiquitus nullus erat usurarius nisi Iudei, modo etiã Christiani faciunt usuras mutuando. Nota modũ & quomodo falsẽ uocãtur censualia. Nota duas cõditiões cẽsualiũ. Itẽ emere ꝑ minori pretio quã res ualet, ꝓpter solutionis preuẽtionem, uel nẽdere cari⁹ propter solutionis dilationẽ, iniustum est, & exauaritia utrũq; procedit. Nota etiã de cõfratribus faciẽdo etiã usuras. Cõtra quos clamãdo Christus dicit, Videte & cauete ab omni auaritia, quia nõ in abundãtia cuiusq; uita eius est, ex his que possidet. Luc.xij. Nota multas ꝑcies auaritie. Dicã uobis aliquas, ut caueatis. Nã una ꝑs est, que dicitur rapina, & illa est in dominis. Principes eius in medio ipsius, quasi lupi rapiẽtes predã. Ezec.xxij. Alia est symonia, & illa est in clericis uendẽtibus sacramẽta. Contra quos Christus, Gratis accepistis, gratis date. Alia est calumnia & illa est in aduocatis, iudicibus uel procuratoribus & notarijs, qui contrarium sciẽtes, protrahunt sentẽtiam, uel opprimũt uiduas & pupillos. Contra quos Exo.xxij. Vidue & pupillo non nocebitis. Si leseritis eos, uociferabuntur a me, & ego exaudiam clamorem eorũ &c. Alia est sacrilegium, & illa est in rusticis, retinendo decimas & bona ecclesie cõtra quos Malach.iij. Si affiget homo deum, quia uos cõfigitis me. Et dixistis, In quo configimus te? In decimis, & in primitijs, & in penuria uos maledicti estis. Sequitur, Inferte omnem decimationem ī horrea mea, & sit cibus in domo mea, & ꝓbate me sup hoc dicit dominus, si nõ aperuero uobis cataractas celi. Alia est furtum secretum in pauperibus. Cõtra quos Eccles. v. Super furem erit opprobrium & cõfusio. Item qui furabatur iam nõ furetur, magis autẽ laboret, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Ephe.iiij. Itẽ fraus in mercatoribus, quia defraudant uel in qualitate, uel quãtitate proximum. De primo ait Propheta. Argẽtum tuum & aurum uersum est in scoriam, & uinum tuũ mixtum est aqua. Esa.j. De secundo precipit deus, Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior aut minor &c. Deute.xxv. Alia est retentio de mortuis, uel retentio mercedis suorum seruorũ, uel negando debitum. Contra primos.xiij.q.ij. qui oblationes.j. Qui oblatiões defunctorũ aut negant ecclesijs, aut difficulter reddunt tãquã egentiũ necatores, excõmunicãtur. Et.xvj.q.ij.q abstulerit. Et Luce.xviij. Deus faciet uindictam electorum suorũ clamantium ad se. Cõtra secundos, Qui effundit sanguinẽ & q fraudẽ facit mercenario fratres sunt. Eccle.xxxiiij. Quare precipitur Leuitic.xix. Non morabitur opus mercẽnarij tui apud te usq; mane. O iste magnus Capitaneus quã magnã predã secum trahit ad infernũ. Ideo Christus dicit uidete, & cauete ab omni auaritia. Ratio est, quia nõ ī abundantia cuiusquã uita eius est, ex his que possidet. Luce.xiij. Tertius Capitaneus dicit Asmodeus, qui tẽtat de luxuria. De quo Thob.iij. Demonium nomine Asmodeus occidebat eos mox, ut ingressi fuissent ad eam, scilicet luxuriam & carnalitatem, & circuit modo mũdum, & fecit tantum opus, quod iam completa est ꝓphetia Dauid, qui plangendo dicebat, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Non est qui faciat bonum, supple castitatis, nõ est usq; ad unum, supple de adultis. in ps.xiij. & lij. Iam iste proditor fecit tantum quod hodie fere nullus homo potest dicere cum ueritate, nũquã cognoui, nisi uxorem meã, iam non seruant multi matrimoniũ, compatres iam faciũt ipsam abominationem. Idẽ facit quod clerici tenẽt cõcubinas, & religiosi beguinas, siue filias spirituales, ita ꝙ totus mundus est corruptus. Nota hic de illo demone in corpore obsessi, qui dixit se inde nõ exire quousq; dicerentur tres misse ab aliquo clerico qui esset uirgo. Quia ergo iste diabolus fecit tot mala, Christus auisando nos dicit per os Apostoli, hec est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut

abstineatis uos a fornicatione, ut sciat unusquisq; uas suum possidere in sanctificatione. j. ad Thes.iij. Caueatis ergo, ne fornicationem faciatis. Nam quãuis minimũ peccatum sit peccatũ luxurie ĩter peccata, est tamẽ peccatum mortale. Hic etiam cõdemnatur error dicẽtium confessori, disputãdo, Pater & quod peccatũ est cum meretricibus? ego non decepi eam &c. Si enim cũ filia regis ageres, diceres tu, Cui facio iniuriam? certe regi. Nam in tuo palatio comedendo tuum panem, & tuum uinum bibendo, tu facis proditionem. Sed si rex dat tibi filiam suam in uxorem, habeas cum ipsa placitum, alias debes abstinere. Nota ut sciat unusquisq; uas, idest, corpus quod est uas anime. Sicut enim esset magnum peccatum proijcere uas reliquiarum in lutũ, nobilior reliquia est anima. Quartus Capitaneus est Beelzebub, qui tentat de inuidia. De quo Luce.xj. In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Et iste cum suo exercitu & bannerio cum titulo de inuidia & malignitate intantum uexauit totũ mundum, ꝙ totus mundus est infectus inuidia & malignitate de bono alterius. Primo inter fratres & inter sacerdotes de sepulturis & pro beneficijs. Inter laicos ꝓ officijs uel regimine. Intantum quod ex ista inuidia totus mundus destruitur. Ideo Sapiens dicit, Cõtemplatus sum oẽs labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidie proximi. Eccle.iiij. Que est hodie ratio quare destruuntur cõmunitates, castra, uille, & ciuitates ex inuidia, dicendo, O ille fuit iuratus, uel consul, & ego non, qui sum melior. Iam mõ non curant quis erit utilior cõitati, sed quis erit amicus. Itẽ est alia inuidia ꝓpriualis, que est pctũ in ꝓpriumsanctum, scilicet inuidia fraterne gratie, inuidendo deuotioni, sciẽtie, deridendo & persequẽdo. O iste ꝓditor capitaneus quot ducit secum ad infernum. Ideo Christus auisando nos dicebat, Hoc est preceptũ meũ, ut diligatis inuicẽ, sicut dilexi uos. Io.xv. Domine non datis nobis, nisi unũ preceptũ? Respõdeo ita, quia illud principale est & sufficit. Nota, sicut dilexi uos. Nam sola dilectio fecit ipsum incarnari, nasci, pati &c. Ideo legitur de beato Ioãne euãgelista, quod quãdo debuit mori uocato populo predicauit eis, dicens, Filioli diligite inuicẽ, & nihil aliud dicebat, & fuit sibi dictum, O qualis sermo est iste, & tradidistis obliuioni illas altas speculatiões & declarationes theologie? rñdit non, sed istud sufficit, qa dilectio proximi malũ non operatur. Ideo rem ediũ optimũ cõtra inuidiã est, orare pro seipso. ſ.ut deus sibi cõseruet illud bonum officiũ & dignitatẽ, & merito huius orationis abundabis dilectione. Nã cõtraria cõtrarijs curãtur. Plaga enim inuidie medicina charitatis curat. Quintus Capitaneus est Beelphegor. Iste tẽtat de peccato gule. de quo Dauid in ps.cv. Initiati.i. dediti sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorũ. Hic cum suo exercitu & bãnerio extenso & cũ titulo gule & uanitatis tantũ fecit, ꝙ iam nõ seruãt ieiunia ecclesie gẽtes, nec quadragesimã. unus se facit infirmum, alius dicit, O non possum dormire, & sic comedunt carnes, & uadunt sic ad infernũ. Ieiunia enim ordinata sunt ut cum labore fiant, quia ibi est meritũ. Nota hic, qui excusantur breuiter a ieiunio &c. Et quia iste ꝓditor magnã predã ducit ad infernũ, ideo xps auisando nos dicit, Attendite, ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate. Luc.xxj. Sextus Capitaneus est Baalberith, qui ad irã inflãmat, de quo Iudicũ.ix. De phano Baalberith cõduxit sibi uiros. Et subditur, Misit dñs spiritũ pessimum inter Abimelech & habitatores Sichẽ. Hic cũ exercitu suo & bannerio cum titulo de ira & iniquitate discurrit per mundum, & facit multas diuisiones & discordias inter Christianos. Iste diuisit, & procurauit olim schisma in ecclesia, diuisit regna & reges, principes & barones, domi nos & uaſallos. O quot ducit iste proditor secum ad infernũ. Ideo Christus, nõ cogendo liberũ arbitriũ, sed dando cõ-

ſilium dicit, Pacē relinquo uobis, pacem meā do uobis, non quomodo mundus dat. Ioā. xiiij. Et ideo in natiuitate domini Ieſu Chriſti angeli cantauerūt, gloria in excelſis deo, & in terra pax hominib⁹ bone uoluntatis. Luce. ij. Et in ſua conuerſatione ſalutabat, dicendo ſemp, Pax uobis, & ſequitur. Non turbetur cor ueſtrum, ſcilicet, unus contra alium &c. Septimus Capitaneus dicitur Aſtaroth, q̄ tentat de acidia, de quo. j. Reg. vij. Auferte deos alienos de medio uſi Baalim & Aſtaroth. Iſte cum exercitu ſuo & bannerio, cum titulo de acidia & ocioſitate diſcurrit per mundum. Et iſte proditor tantam acidiam poſuit in mundo, quod pauci ſunt, qui de his que ad animam pertinent curant, imo minus appretiant animā quā paleam. Per totum annum laboratis pro corpore, & modo in iſto ſancto tēpore quadrageſime neſcitis modicū laborare pro anima confitendo & pniam faciendo. Sed quilibet expectat conteri ultima die, cum tamē in prima eſſet confitendū, & hoc de conſilio & cōgruo. Item acidia circa communionē cōmittit a nōnullis, que debet fieri in paſchate tunc recipiēdo Chriſtū, ut in celo cōicantes recipiant a Chriſto. Sed ſi Chriſtus precepiſſet nobis recipere uenenum amore ſui, facere deberemus, & precipit recipere corpus ſuū in hoſtiam, & non facimus, nonne magna eſt negligentia. Et ideo dicit ſcriptura, Quodcūq; facere poteſt manus tua, inſtāter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud inferos, quo tu ſupple acidioſe properas. Eccle. ix. Ecce quare dicit thema, Aſſumpſit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe. Deo gratias.

Feria. v. poſt Inuocauit. Sermo. j.

Dicebat Ieſus ad eos qui crediderunt ei, Iudeos. Io. viij. Sanctū euangelū hodiernum cōtinet unam magnā & ſolēnem diſputationē, que fuit inter Chriſtum ex una parte, & Iudeos ex alia. Et rō diſputationis fuit, qa Iudei habebāt tantam ſuperbiā, & maliciā, & indignationem, q̄ obfuscabāt intellectū, intantū q̄ nō credebāt Chriſto de ueritatibus, & ſi aliquando credebāt ei, ſubito nō durabāt, ideo xp̄s uoluit diſputare cū eis, ut remoueret ab eis illā ſuperbiā. In qua diſputatione xp̄s fuit argues, & Iudei rndentes. Et fecit quatuor argumenta. Et primo arguit contra eos, propter ſuperbiam quā habebant.

Primo, propter libertatē maternalē.
Secūdo, ꝓpter nobilitatē paternalē.
Tertio, ꝓpter altitudinē diuinalem.
Quarto, propter malitiā criminalem.

De quā diſputatione dicit thema, Dicebat ad eos. Largiēdo, qui crediderūt ei, Iudeos, ſcilicet leuiter mobiles. Quātū ad primum argumētū, q̄ fecit xp̄s contra Iudeos, ſciendum, quod arguit contra eos propter eorū ſuperbiā quā habebant ꝓpter libertatē maternalē. Dicatur qūo oēs Iudei fuerūt filij Abraā, qui habuit duas uxores ex diuina diſpēſatiōe. Vnam liberā. ſ. Saram, & aliā ancillam. ſ. Agar. Iudei autē uenerunt de libera per Yſaac. Ecce libertas maternalis, de qua ſe extollebāt nō modicū, intantū q̄ dimittebant facere bona opera dicētes, q̄ ſine operib⁹ bonis cōſequerent bñdictionē eis ꝓmiſſam per Yſaac. ut patet Geñ. xvij. &. xxj. c. ubi dicit dñs ad Abraā Sara uxor tua pariet tibi filiū, uocabisq; nomē eius Yſaac, & conſtituam pactum meū illi in fedus ſempiternum & ſemō eius poſt eum. Iſta ſuperbia ita captabat corda eorū, q̄ radius ueritatis xpi non poterat introire, ideo xp̄s argues cōtra illos qui leuiter crediderant, & leuiter credentiā amittebāt, dixit, Si uos manſeritis ī ſermone meo, uere diſcipuli mei eritis, & cognoſcetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Ecce qualiter tangebat eos in fine. Qui ſtatim ſurrexerunt, ſuperbe rndendo, Semen Abrae ſumus & nemini ſeruiuim⁹ unquā. Quomodo tu dicis liberi eritis? Et xp̄s uolens eos expellere ab illa ſuperbia, replicādo dixit eis, Amen amē dico uobis, qa oīs q̄ facit pctū

pctū ſeruus eſt peccati. Seruus aūt non manet in domo in eternū, filius aūt manet in eternū, ſi ergo uos filius liberauerit uere liberi eritis. Ecce una rō, quare dicit, cathene culpe tenēt uos alligatos. Nota hic, qualiter ſecundū mēbrū p q̄ homo peccat, in illo anima ligatur, que habet oīa mēbra ſpūalia, q̄ habet corpus corpalia. Verbi gratia, pſona peccat, etiā iurando uel diffamādo, eo qa iſta uerba tranſeunt p collū, aīa ligatur cū cathena per collū habēte caput in inferno. Idē ſi nō peccat manibus, & ſic de alijs membris, ideo qñ anima impenitēs exit a corpore cathenis cōſtringitur, & demones trahunt per cathenas impenitentiū aīas. De his autoritas, Iniquitates ſue capiūt impiū, & funibus pctorū ſuorū cōſtringit. Prouer. v. Ideo dicebat xp̄s, in maiori propoſitione, Amen amē dico uobis, quia oīs qui facit pctū ſeruus eſt peccati. Cū ergo Iudei fuiſſent in magnis peccatis, ideo erant ſerui captiui. & licet caro eſſet libera, tamen nō ex hoc dicendi ſunt liberi. Sicut ille qui patitur in capite, & in toto corpore patitur, ſiue infirmatur, ſi habet pedem ſanum, nō ex hoc dicendus eſt ſanus. Sic etiam ſi anima que eſt pars principalior corporis, ſit captiua & corpus liberum, nō ex hoc dicendus eſt homo liber, nam ſpiritus uiuificat, caro autē nō prodeſt quicquam. Io. vj. Secūda rō Chriſti fuit iſta, Seruus autem non manet in domo in eternum, filius autē manet in eternum, quaſi dicat, uos ſcitis, que differentia eſt inter filium & ſeruū. Nam ſeruus uadit ad labores extra, filius autem liber manet in domo. Iudei propter generationem carnalē non habebant ſtare, niſi in agris, ſcilicet in hoc mūdo ex lege Moyſi, ſed filij dei ſtabunt in domo dei in eternū. Ideo dicit Chriſtus, Si autē filius uos liberauerit, ſcilicet a cathenis culpe, & a miſerijs huius mundi, uere liberi eritis, at illi tacuerunt. Moraliter nota hic pro nobis quibus deus fecit gratiam, dando remedia, ut frangamus cathenas peccatorum, que franguntur in confeſsione ſacramē tali, quādo enim confeſſor abſoluit, tūc aīa eſt libera a peccatis mortalib⁹. Et qñ intrat paradiſum eſt libera ab oībus miſerijs. Ergo laboretis pro liberatione aīe quantum laboraret quis pro liberatione filie ſue ſi eſſet captiua, uel pro liberatione corporis ſui, uel filij ſui &c.

Secundū argumētum Chriſti fuit cōtra ſuperbiā quā Iudei habebāt, propter nobilitatem paternalē. Dicatur quomodo Iudei ſicut erāt filij Sare uxoris libere, ita erant filij Abrae nobilis hominis, qui fuit initium uirtutū & cognitionis dei. Cui dixit deus, Benedicā tibi, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, benedicam benedicētibus tibi, & maledicā maledicentibus tibi, atq; in te benedicētur uniuerſe cognatiōes terre. Geñ. xij. Iudei autē nō modicā habebāt ſuperbiam, quia erant generis Abrae, & deſpiciebant pniam dicēdo, q̄ ſine pnia haberēt benedictionē Abrae promiſſam & ſemini eius. Quod xp̄s arguendo contra eos dixit, Scio quod filij Abrae eſtis, ſed queritis me interficere, & ſermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem hoc loquor, & uos que uidiſtis apud patrem ueſtrum facitis. Reſponderunt, Pater noſter Abraam eſt. Dixit eis Ieſus, Si filij Abrae eſtis opera Abrae facite. Nota, ſermo meus non capit in uobis, quia uas plenum non poteſt aliquid recipere, niſi euacuetur. Sic Iudei qui erant pleni ſuperbia non poterant recipere uerba Chriſti, deſpiciēdo penitentiam quam ipſe predicabat. Ideo Ioannes baptiſta dicebat eis, Facite ergo fructus dignos penitentie. Luce. iij. Vos que uidiſtis apud patrem ueſtrum facitis. quaſi Chriſtus innuat ī his uerbis, quod pater eorum fuiſſet malus homo. Ipſi autem Iudei reſponderunt Chriſto dicentes, Pater noſter Abraam eſt. Tunc Chriſtus arguens dixit, Si filij Abrae eſtis, opera Abrae facite. Nūc autem queritis me interficere, hominem, qui ueritatem uobis locutus ſum, quam audiui a deo, hoc Abraam non fecit. Ideo uos degeneratis, quia Abraam erat

nobilis

nobilis homo, non ex parte carnis, quia de genere idolatrarũ, sed ex parte aie erat nobilis, & uirtuosus, nec uos estis ei similes. Moraliter in isto defectu Iudeorũ sunt modo multi Christiani, qui se appretiãt de nobilitate generis, quia de antiquo genere talium &c. tales sunt similes Iudeis. Nota nobilitas, quasi notabilitas. dicatur quid est nobilitas, & qualiter incepit nobilitas. Quãdo aliquis faciebat aliquã rem notabilẽ in seruitio regis, uel Imperatoris, ex hoc Rex, uel Imperator faciebat ipsum nobilẽ. Qui ergo appretiãt se de nobilitate, & nõ tenẽt uitã nobilẽ, & nobiliũ uirorũ, sed ribaldorũ, & lenonũ, non debẽt dici nobiles, quia de generãt. Nobilis est ille, qui uiuit nobiliter appretiãdo se ne mentiatur, ne inferat damnũ alicui qui defendit ueritatẽ, cõmunitatẽ, pupillos, uiduas, & miserabiles personas. Et nota quid accidit Rome duobus hominibus, quorũ unus erat nobilis antiquus de Troia, sed erat ribaldus, & male uite. Alius ex quadã uictoria quã habuit, factus fuit nobilis nouiter ab Imperatore, & cũ semel ambo cõtenderent, dixit nouus nobili antiquo, In me incepit nobilitas, & in te finitur. Dicatur hic de Effraym, qui fuit nobilis filius Ioseph, & dominus Egypti, de quo filius eius Effraym habebat superbiã, de quo dicit dominus, Disperdã Effraym, quoniã deus ego, & non homo. Et auolabũt quasi auis ex Egypto, & quasi colũba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis. Osee. xj. cõcordat scriptura noui testamẽti, Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Iac. iiij. Tertiũ argumẽtũ Christi fuit cõtra superbiã quã habebãt de altitudine diuinali. Dicatur qũo omnes gẽtes, & nationes mũdi erãt idolatre, preter Iudeos qui solũ adorabãt deũ altissimũ non factũ manibus, sed factorẽ omnium rerũ. Ex altitudine ista Iudei credebãt nullũ aliũ saluũ fieri posse, nisi ipsos, propter fidem quã habebãt de deo, propter quod dicebant non esse necessarium facere bona, quia fides sufficiebat. Sed cõtra eos dicit beatus Iacobus, Quid proderit fratres mei, si fidẽ dicat quis se habere, opera autẽ non habeat? Nũquid fides poterit saluare eũ? quasi dicat, nõ. Iac. ij. Ideo Christꝰ arguẽdo cõtra eos dicit, Vos facitis opera patris uestri. q. d. ipsos habere aliquẽ patrẽ cui assimulãtur. Respõderũt Iudei, Vnũ patrẽ habemus deũ. Ecce superbia de altitudine diuinali. Christus autẽ uolẽs eos educere de hac superbia, dixit eis, Si deꝰ pater uester esset, diligeretis me utique. Ego enim ex deo processi, & ueni. Neq; eim a meipso ueni, sed ille me misit, quare loquelã meã nõ cognoscitis, quia nõ potestis audire sermonẽ meũ. No. quare loquelã meã nõ cognoscitis. Iã scitis, ꝙ persona maxime cognoscitur in loquela cuius patrie sit. Nã si loqtur Gallice Gallicus dicitur &c. Ita fuit cognitus. b. Petrus in nocte passionis Christi ꝙ esset Galileus. Cui dictum est, Vere tu ex illis es, nã & loquela tua manifestũ te facit. Matt. xxvj. Modo uideamus loquelã xp̃i & Moysi. Nam Moyses loquebatur linguagiũ terrenũ, promittẽs eis solũ terrena. Ideo dicitur, Qui de terra est, de terra loquitur. Ioã. iij. Christus uero loquebatur linguagiũ celeste, quia nihil promittebat in hoc mũdo terrenũ, imo predicabat, ꝙ despicerentur terrena. Nã solũ predicabat de celo, & de gloria angelorũ solũ promittens celestia, ideo dicebat, Quare loquelã meam nõ cognoscitis? Ideo beatus Ioãnes postquã locutus fuit de Moyse di. Qui de terra est, de terra loquitur. Et loquẽs de xpo dixit, Qui de celo uenit, super oẽs est. Ioã. iij. Et sic uicit eos xp̃s ratione. Moraliter, si uultis cognoscere psonã cuius p̃rie sit, respiciatis ad loqlã eius. Nã tres patrie sunt. s. celi, terre, & inferni. Linguagiũ celi est laudare deũ, & ipsum benedicere. Ideo Dauid in ps. Beati habitant in domo tua dñe, in secula seculorum laudabũt te. ps. lxxxiij. Qui ergo laudãt deum, ut bonus religiosus, clericus, uel laicus, possumus dicere, Vere tu ex illis es. s. de paradiso, nã & loquela &c. Linguagiũ huius mundi terrenũ est, hoc est loqui de terrenis negocijs, & tẽporalibus. Nã qui de terra est &c. Linguagiũ inferni est renegare, maledicere, & blasphemare, ideo dicit, Estuauerũt homines estu magno, & blasphemauerũt nomen dei. Apo. xvj. Quã do ergo uos maledicitis, iuratis, & blasphematis, clare ostẽditis, ꝙ estis patrie inferni. Et quia Christus nõ loquebatur loquelã inferni, blasphemando, nec terre, sed loqlã paradisi, ideo dicebat, quare loquelã meã &c. Quartũ argumẽtũ Iesu Christi cõtra Iudeos fuit de malitia criminali, dicendo, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate nõ stetit, qa nõ est ueritas in eo. Cũ loquit mẽdaciũ, ex ꝓprijs loquitur, quia mẽdax est, & pater eius. Ego autẽ si ueritatẽ dico, nõ creditis mihi. Hic Iesus xp̃s ponit tria peccata diaboli, in qbus uidef ꝙ Iudei assimilabant ipsi diabolo. Et primũ peccatum est inuidia ex qua tẽtauit Adã. Et ex isto peccato secuta est necessitas moriẽdi in genere humano. Et ideo dicitur, Per unũ hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. ad Rom. v. Ideo dicit de diabolo Christus, Ille homicida erat ab initio. Secundũ peccatũ diaboli est mẽdaciũ. Tertiũ quia est persecutor ueritatis. Dixit ergo Iesus xp̃s Iudeis, Vos ex patre diabolo estis, quia sicut ille ex inuidia procurauit mortẽ Ade, idẽ uos ex sola inuidia procuratis mihi mortẽ. Secũdo, qa sicut diabolus cũ loquitur mendaciũ, ex proprijs loquitur, sic & uos me diffamãdo, quia Iudei dicebãt de Iesu xp̃o, Ecce homo uorax est, & potator uini publicanorũ, & peccatorũ amicus. Matt. xj. Itẽ nos scimus, quia hic homo peccator est &c. Tertio, quia diabolus est persecutor ueritatis, de ipso dicẽte Christo, In ueritate non stetit. Aug. Bene fuit in ueritate. Nota qualiter deus posuit luciferũ sup oẽs creaturas, & ipse uoluit se parificari deo per suã superbiã, & sic non stetit in ueritate, sed apostatatus fuerat, sic & uos dixit Christus Iudeis, nõ statis in ueritate a me audita. Moraliter habemus hic doctrinã, ut fugiamus non solũ mendaciũ pernitiosum, quod est peccatũ mortale, sed etiã iocosum, quia etiã est peccatũ, quia per nullã causam, & pro nulla re est dicendũ mẽdaciũ. Vnde Dauid in ps. Perdes oẽs q loquũtur mendaciũ. in ps. v. Itẽ Sap. j. Os quod mẽtitur, occidit aiam. De istis argumẽtis loquitur thema, Dicebat Iesus ad eos, qui crediderũt ei, Iudeos. Deo gratias.

Feria v. post Innocauit. Sermo ij.

Si manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis. Io. viij. Materia presentis sermonis erit, qũo poterimus esse boni discipuli Christi. Magnũ quid est esse magistrũ in theologia, uel episcopũ, uel archiepiscopum, uel Cardinalẽ, uel Papam, sed multo magis est esse discipulũ Christi. Credo quod erit materia utilis, & proficuosa. Sed ut deo sit placabilis & gratiosa, salutetur uirgo gloriosa &c. Si manseritis. Semel fuit questio facta Iudeis, per unũ bonum hominẽ, de materia quã uolo uobis predicare, Nunquid uos uultis discipuli eius fieri? Io. ix. Iudei autẽ indignati maledixerũt ei dicentes, Tu discipulus eius sis, nos Moysi discipuli sumus. O stulti. Super hoc dicit Augustinus, In me sit domine ista maledictio, ut scilicet sim discipulus tuꝰ. Credo quod quilibet uestrũ respõderet. O utinã essem discipulus suus. Propterea uolo uobis nunc ostendere, quot modis, & quibꝰ poteritis fieri discipuli eius, si uultis. Et inueni octo uirtutes seu conditiones huius nobilissimi discipulatus. scil.

Credentia principalis.
Obedientia generalis.
Penitentia sacramentalis.
Patientia uirtualis.
Beneuolentia cordialis.
Beneficentia liberalis.
Diligentia spiritualis.
Perseuerantia finalis.

Si uultis esse discipuli Christi, habeatis aliquã istarũ uirtutũ. De ultima dicit thema, Si maseritis &c. Prima uirtus ꝙ facit homi

hominē esse discipulū Christi est credē-
tia principalis. s. credere firmiter articu-
los fidei, & nō dubitare in aliquo, sic est
homo discipulus xpi. Nota quoniā in oi
schola cuiuscūq; facultatis, oportet disci
pulū simpliciter credere magistro, maxi
me in primis principijs. Verbi gratia, Pri
ma principia literarum sunt xxiij. Ideo
qñ magister dicit discipulo, ista litera est
a, ista litera b, discipulus debet sibi crede
re, qa si uellet dicere, quare ista litera a,
est magis a, q; ista litera b, uel ecōuerso,
uapularet a magistro. Ideo Philosophus,
Oportet addiscētem credere. Ita etiā de
schola xpi, scilicet ecclesia, quā scholā in
trant xpiani in baptismo, que habet duo
decim principia. s. duodecim articulos fi
dei cōtentos in Credo maiori, quorū ali
qui pertinēt ad xpi diuinitatē, aliqui ad
xpi humanitatē. Etquia sunt multi infide
les, qui nolūt ea credere, ideo nō sunt di
scipuli Christi. Si ergo uultis esse discipu
li Christi, credatis ista duodecim princi-
pia fidei simpliciter sine cōtradictione,
disputatione, & dubitatione. Autoritas,
Manifestauit gloriā suā, & crediderūt in
eū discipuli eius. Ioan. ij. Nota manifesta
uit gloriā, scilicet in his duodecim arti-
culis. Secūda uirtus que facit hominē es
se discipulū xpi, est obediētia generalis,
scilicet obedire, & seruare oīa que xps
mādat, & precipit generaliter sine cōtra
dictione, & nō facere contra eius precep-
tū, pro aliquo lucro habēdo, uel bono,
uel officio, uel dignitate, talis est discipu
lus xpi uerus. Ratio, quoniā tanta est di
gnitas huius magistri, q; oportet sibi obe
dire in oībus, etiā cōtra oēs psonas mū-
di, ita q; si pater, uel mater, uel oēs parē-
tes, uel amici, imo etiā Papa, uel rex es-
sent ad unā partē mādātes facere aliqd,
q; est cōtra preceptū magistri xpi, magis
est obediēdū soli xpo, quā his oībus. Au
tor. Legitur Lu. xiiij. q; cū xps iret predi-
cādo de loco ad locum, magna turba ho
minū, & mulierū sequebat ipsum, neq;
mirū. Et conuersus Iesus dixit eis, Quid
uultis? Cogitate quo respōderūt, Domi
ne uolumus esse uestri discipuli. Et dixit
ad illos, Si qs uenit ad me, & nō odit pa-
trē suū, & matrē, & uxorē, & filios, & fra
tres, aut sorores, adhuc autē, & animam
suā, nō potest meus esse discipulus. Sed
cū deus precipiat, honorare parentes, &
diligere uxores, & filios, & animam suā,
quare ergo xps dixit, Si qs uult &c. Rñ-
deo, q; hoc intelligitur sic, qa si pater, ma
ter, uel uxor, aut sensualitas propria uo-
lūt, q; tu facias aliqd cōtra preceptū xpi,
tūc odisse patrē, matrē &c. & dicere ne-
scio uos, deificū est. Verbi gratia, Si pater
tuus dicat tibi, fili, fac uindictā de tali in-
iuria, mihi facta a tali &c. Debet dicere fi
lius, Pater nō faciā, qa magister me⁹ xps
precepit oppositū. Ecce quo intelligun-
tur uerba xpi, odite patrē isto mō. Idem
de mre, & uxore, de filijs, & fratre, & a-
mico, etiā de ꝓpria sensualitate q̄ incli-
nat ad delectationē, ne p ea faciatis aliq
cōtra preceptū xpi. Ecce qd est obe-
diētia generalis, ideo audeas. Tertia est
pnīa sacralis. Tanta est uirtus pnīe, q; de
discipulo diaboli facit discipulū Christi.
Quādu homo est in peccato mortali, &
mala uita, homo est discipulus diaboli, &
paratus intrare scholā inferni. Sed si ho-
mo uult facere pnīam sacralē. s. cōterēdo
de peccatis dicēdo, O miser, ego sum re
ligiosus, & nō seruaui regulā &c. Idē de
laicis, & clericis cōfitēdo pcātā, faciēdo pe-
nitētiā datā a cōfessore. Talis pnīa sacra
lis facit hoīem discipulū xpi. Ecce quāta
uirtus penitētie. Autoritas, Qui nō ba-
iulat crucē suā, & uenit post me, nō pōt
meus esse discipulus. Lu. xiiij. Nota cru-
cē suā, nō dicit crucē meā. Quilibet Chri
stianus portat crucē xpi, signādo se, sed
nō saluaretur nisi portaret crucem pro-
priā, scilicet penitētie. Crux dicitur a cru
ciādo, ideo significat crucem penitētie,
que cruciat penitētē, de qua dicit Chri-
stus, Qui nō baiulat crucē suam &c. Et si
cut crux xpi habuit quatuor brachia ran-
quā quatuor partes principales, sic crux
Christiane pnīe habet quatuor brachia.
Primū sursum est cōtritio, que debet es-
se sursum, per respectū ad deū, quā pec-
cando ostendit, alias dolere de peccatis
prop

propter periculū, uel uerecūdiā, uel per
ditionē bonorū, uel fame nihil ualet, qa
nō est cōtritio. Brachiū dextrū, est bonū
propositū uiuēdi de cetero secūdū diui
nā ordinationē. & nō secundū suā inclī
nationē, Brachiū sinistrū est oris confes-
sio. Sic enim mūdatur camera penitētie
a stercore peccatorū. Brachium inferius
quod sustinet totū pōdus, est satisfactio,
que portat totū onus ieiuniorū, oratio-
nū, uigiliarū, eleemosynarū &c. Ista crux
est nostra. De qua dicit Apostol⁹ ad Gal.
v. Qui Christi sunt supple discipuli, car-
nē suā crucifixerūt, supple in cruce peni
tentie. Ecce quare dicit xps, Qui non ba
iulat, id est, accipit crucē suā &c. Quarta
est patientia uirtualis, scilicet patiēter su
stinere aduersitates, dolores, infirmita-
tes, paupertatē, & miserias, non recipere
amaritudinē cordis, nec murmurare cō
tra deū, sed committere se deo, quia ipse
scit quibus indigemus, & quid nobis ex
pedit, & sic homo fit discipulus xpi. Ra-
tio, quoniā magister, & dominus noster
Christus patiēter sustinuit aduersitates,
tribulationes, & psecutiones, ideo uult,
ut sui discipuli assimilētur sibi. Videtur
Christus tenere modū quorundā anti-
quorū philosophorū, q; per patientiā uo
lebant illos probare, qui uolebant esse
discipuli. Signāter legitur de Pythagora
philosopho, q; quādo aliquis uolebat es-
se discipulus suus, primo faciebat ipsum
ad portā schole expectare, deinde facie-
bat ipsum ab alijs uituperari, dic. Et qs es
tu? Respōdebat, Vellē esse discipulus hu
ius magistri, & philosophi. Et illi, Vade
ad trahēdū aratrū rustice, & huiusmodi.
Si erat patiēs, recipiebat ipsum in disci-
pulū, alias non. Hunc modum seruat il-
le magnus magister, & doctor Christ⁹ in
sua schola. Quādo aliqua persona propo
nit in corde suo tenere bonā uitā, & san
ctā: signum est quod uult esse discipulus
xpi, O dicit xps, Expecta modicū, oportet
ut pberis de patiētia. Statim alij uitu
perāt eū di. O qualis hipocrita, fantasti-
cus, fatuus &c. Si in his uerbis iniuriosis
habet patiētiā, bene stat, ideo uult adhuc
ut pbetur magis, per ictus siue uerbera.
s. infirmitatū, dolorū &c. Sed uos mur-
muratis dicēdo, O miser, qd est hoc? an-
te non sentiebā ista, ideo teneatis forti-
ter, qa tunc xps recipiet uos in discipulū
suū. Hoc etiā modo deus pater ꝓbauit fi
liū suū xpm, licet iam sciret quid esset in
eo, sed ut nobis xpm daret in exēplū pa-
tiētie, ideo dicit Christus Matt. x. Nō est
discipulus super magistrū, nec seruus su
per dñm. Sufficit discipulo si sit sicut ma
gister eius, & seruo sicut dñs eius. Si pa-
trēfamilias Beelzebub uocauerūt, quā-
to magis domesticos eius. i. discipulos.
Quinta uirtus est beneuolētia cordialis.
Vult magister noster Iesus xps, q; sui di-
scipuli nō habeāt discordias, diuisiones,
uel rixas, sed q; cōcorditer uiuāt. Ratio,
quia magister pacis, & charitatis, & dile-
ctionis non uult in schola sua discipulos
maleuolos, & discordes. Ideo oīs uilla,
seu cōmunitas pacifica, est schola xpi. Et
oīs cōitas diuisa est schola diaboli, ideo
dicit xps. Io. xiij. In hoc cognoscent oēs
quia mei estis discipuli, si dilectionē ha-
bueritis adinuicē, ideo debēt pacificari
de remittendo iniurias, & quāto maior
est iniuria q̄ remittitur, tanto magis pla-
cet deo, alias schola inferni est parata, u-
bi cōtinue, & semp se iniurianf. Sexta est
beneficētia liberalis. s. de mutuo iuuan-
do tā in bonis tēporalibus, quā spiritua-
libus. Ratio, quoniā sicut magister scho-
le habet multos seruitores, captiuos, &
liberos, nō decet discipulos nobiles esse
tenaces, & auaros, cū ignobiles libera-
les sint. Totus mūdus est schola magistri
Christi, cuius seruitores, & ancille sunt
omnes creature insensibiles. Dauid, Or
dinatiōe tua perseuerat dies, qñ omnia
seruiūt tibi ps. cxviij. Sol ad instar capti-
ui, qa nihil pōt facere nisi quantū Deus
uult, q; iussu domini portat nobis lumē
de die, & luna de nocte, qui dant nobis
quicquid deus dedit eis. Idē de alijs pla-
netis, & elementis que liberaliter cōmu
nicant, & ministrant quicquid habent.
Quanto ergo magis discipuli qui sunt
creature nobiles, & ratiōales, debēt esse
liber

liberales amore magistri, dãdo uel mutuãdo sine usura, uel emẽdo non minus propter denarios prõptos, nec uẽdendo pluris ꝓpter spem &c. Ex his efficitur hõ discipulus xpi. Auto. Oĩs ex uobis q nõ renũciat omnib⁹ q̃ possidet, nõ põt me⁹ esse discipulus. Lu. xiiij. Hec autoritas habet duos intellectus, q̃ nisi bene intelligat, daret occasionẽ errandi. Duo modi sunt discipulorũ xpi. Primus est apl̃orũ & tenentiũ uitã apostolicã, & isti renunciãt, & dimittunt oĩa. Mat. xix. Ecce nos relinquimus oĩa, & secuti sumus te. Hoc modo intellectus predicte autoritatis oĩs ex uobis clarus est. Secũdus modus discipulorũ est bonorũ xpianorũ, q non obligãtur dimittere oĩa primo modo, sed nolũt dimittere oĩa q̃tũ ad singularitatẽ, sed nõ quantũ ad proprietatẽ, quia põt habere ꝓprietatẽ, sed nolunt habere singularitatẽ, scilicet ꝙ illud qd̃ habẽt, solũ seruiat eis singulariter, ĩmo uolunt dare alijs ꝓpter Deũ. Ecce qd est benefi cẽtia cordialis. Septima est diligentia spũalis, scilicet ꝙ simus diligẽtes in operibus spũalibus, qa nõ sufficit facere op⁹ spũale, sed etiã fiat cũ diligẽtia. Religiosus nõ solũ tenet facere id qd̃ dicit regula & cõstitutiones, sed ꝙ faciat illa diligẽter. Idẽ de presbyteris & laicis, q nõ tñ ĩ dñica die tenent audire missam, sed etiã cũ diligẽtia, ut sint in principio misse. Itẽ nõ sufficit cõfiteri, sed cũ diligẽtia iã in principio quadragesime. Itẽ nõ sufficit dicere penitentiã, sed ꝙ dicaĩ cũ diligẽtia genibus flexis, qa supplicat regi, uel pape xpo. Itẽ cum diligẽtia cõicare. Itẽ cũ diligẽtia eleemosynam dare. Talis diligentia facit hoĩem discipulũ xpi. Rõ, qa magr̃ diligẽs & nobilis non uult discipulos somnolẽtos, uel negligẽtes, sed uult ꝙ sint diligentes. Autoritas, In hoc clarificatus est pater me⁹, ut fructũ plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli. Io. xv. Octaua uirtus est perseuerãtia finalis, de qua loquitur thema, Si mãseritis &c. ergo necessaria est pseuerãtia finalis. In studijs gñalib⁹ qñ magistri, & doctores incipiũt legere. s. in festo sancti Luce, tota schola est plena discipulis, sed in medio anni sunt ualde pauci, in fine aũt, quasi nullus remanet, ideo sunt multi inutiles discipuli, solum sciũt principiũ libri, modicũ de medio, & de fine nihil sciũt, nisi illi q pseuerãt. Sic de libro uite, q est sctã uita, bona & deuota, multi incipiũt, & sciũt principiũ bone uite. sed paulatim deficiũt & nesciũt finẽ libri bone uite, iõ tales intrãt scholã paradisi, sed illi q bene incipiũt, melius cõtinuãt, & optime finiunt, sunt boni discipuli & ueri xpiani, ꝓpter hoc dicit xps. Si mãseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis. Et qñ bon⁹ discipulus Christi intrat aulã paradisi, statim Deus dat sibi duas chartas. s. diuinitatis & humanitatis, in quo homo recipit maiorẽ sciẽtiã, q̃ habuerũt in hoc mũdo philosophi, uel doctores. Aug. Hec sciẽtia habet ex studio libri bone uite, ideo est necessaria perseuerantia finalis. De hoc dicit euange. hodiernum. Dicebat Christ⁹ ad eos, q crediderũt ei, judeos. s. fidei catholice in hoc &c. Si manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem.

Feria. vj. post Inuocauit. Ser. unicus.



Cce sanus factus es, iã noli peccare. Habetur textualiter. Ioã. v. Et officiat in euange. hodierno. Sanctũ euangeliũ hodiernũ continet unũ miraculũ & grande & excellẽs. Nã quidã paralyticus sanus factus fuit p Iesum xpm, q triginta octo annis tenebatur in infirmitate, & hoc, solo ipsius precepto, sicut & solo uerbo mũdus factus est, & continet tria miraculosa secreta, & est

Primum, locus ubi factum est.

Secundum, quomodo factum est.

Tertium, ad quem finem factum est. Et de isto ultimo loquit nostrũ thema. s. ut aĩa isti⁹ ĩfirmi curata, caueret se a peccato, & ideo dixit, Ecce sãn⁹ fact⁹ es &c. qd̃ fuit thema. In quibus quidẽ uerbis erit noster sermo. Et primo uideam⁹ de loco. Dicit igit in euangelio. Est autem Ierosolymis probatica piscina. Appellat piscina, & hoc latine, probatica Grece, Hebraice bethsaida. Et dicit piscina a pisce, sed per cõtrariũ, qa nõ erant ibi pisces, sicut dicitur in ecclesijs piscina ubi aqua lauacri mittit, & tñ non sunt ibi pisces. Grece dicit ꝓbatica. Nam ꝓbaton Grece dicit ouis latine, qm̃ in illa lauabãtur oues que in templo offerebãtur. uñ ꝓbatica. i. ouina. Hebraice dicitur bethsaida, a beth quod est dom⁹, & saida qd̃ est gregis, siue pecudis. uñ bethsaida dicitur idẽ qd̃ domus pecudũ. Et ista piscina noĩari ideo meruit, propter uirtutẽ ipsius, quia in certo tpe anni angelus descẽdebat ad reuoluẽdũ aquã, ut habetur in textu. Et qui primus attingebãt aquã post descensionẽ angeli, & reuolutionẽ aque, ille curabat̃, tñ, de quacũq; specie infirmitatis detentus esset, & iõ quia xps ignorabat, rectores ciuitatis Ierusalem fecerũt fieri quinq; porticus, in quibus infirmi habitarẽt. In una leprosi, in alia scabiosi, in alia febricitantes, in alia paralytici, ĩ alia uero uniuersi alij infirmi. Et illi qui nõ poterãt ire, ducebantur ab aliquib⁹ alijs ad piscinã, ut qlibet citius posset sanari. Et hec historia cõtinet secreta, & p questionẽ põt declarari. Querit ergo uñ tãtã uirtutẽ ista piscina habebat, ꝙ toties quoties angelus descendebat ad mouendũ aquã, ꝙ habebat illam uirtutem? Dico ꝙ hic sunt tria secreta.

Et primum est, ut ostendatur uirtus sancte crucis & passionis Iesu xpi.

Secũdũ est, ut ostẽdat uirt⁹ baptismi.

Tertium, uirtus confessionis.

Primũ ergo secretũ est, ut ostendat uirtus crucis & passionis. nã circa hoc dicit magister historie scholastice, ꝙ in illa piscina erat illud lignũ, ꝙ in posterũ seruiuit ligno crucis. Nã etiã in biblia inuenitur. s. iij. Regũ. x. ꝙ regina Saba uenit Ierusalẽ audire sapientiam Salomonis. Et cũ trãsiret per torrentẽ, erat ibi quoddã lignum, qd̃ seruiebat ad trãseundum, ut moris erat. Et fuit sibi reuelatũ ꝙ in illo ligno deberet xps suspendi & mori pro totius mũdi redẽptione, & ista ratione noluit lignũ calcare, sed transiuit subtus torrẽte. Et ad patriã reuersa ipsa scripsit Salomoni reuelationẽ suã quã uiderat, & rex Salomon sciẽs xpm crucifigendũ, prophetauit dicẽs, Sub arbore mali suscitaui te. Ibi corrupta est mater tua, ibi uiolata est genitrix tua. Can. viij. q. di. populo xpiano, Ego sub arbore pomi suscitaui te, sed mater tua, scilicet gens Iudaica, ibi corrupta est in sua credulitate. Illud ergo sciebat Salomon lignũ fore, & ideo Salomõ ligno accepto, abscõdit illud subtus terrã bene uiginti passibus. Et ibi facta fuit ista piscina de qua loquitur euangeliũ. Et ista rõne ibi erat tãta uirtus, ꝙ ibi erat hmõi lignũ, & recipiebãt infirmi sanitatem, quia signabat passionẽ xpi. Nec obstat, ꝙ illud lignum anteq̃ portasset xpm, & ante suspensionẽ xpi nullã habebat uirtutem. Dico tibi ꝙ uerũ est, ꝙ nõ habebat uirtutẽ, sed iã illud significabat secũdũ ꝙ habetur Nume. xxj. Fac serpentẽ eneũ, & pone eũ ꝓ signo, q percussus aspexerit eũ uiuet &c. Nã ante mortẽ xpi signũ crucis magnã uirtutẽ habebat, ut ibi habet. Ideo ad illũ locũ accedebãt infirmi, ubi crux erat ut sanari possent. Ista rõne Iudei sanari potuerũt, qui aspiciebãt illud signũ, & hoc erat iã quingẽtis annis ante Salomonẽ, & ante passionẽ xpi. M. quingẽtis annis. Si ergo sola ligna illius loci habebãt illam uirtutẽ, q̃toplus lignũ ubi suspendi debebat xps? Vnde cũ de morte xpi tractabatur, Dei uirtute lignũ natauit super aquã, & Iudei acceperunt illud. Est ergo rõnabile qd̃ legit in ecclesijs, Nos autẽ gloriari oportet in cruce dñi nostri Iesu xpi, in quo est salus, uita & resurrectio nostra, per quẽ saluati & liberati sumus. Et habetur partim ad Gal. vj. Quoniam Iudei inde gaudebãt anteq̃ nos. Nũc dico ꝙ allegorice resultat nũc secretũ, Lignum illud crucem significat, piscina autem significat dolores, mortem, & alia multa mala. nã sicut aqua ex illa piscina exire non poterat, ita oportuit pati xpm & mori. Luce. xxiiij. Et sicut illa aqua sanauit, ita xps emũdauit nos per mortem

iuxta illud, Sāguis xpi, q per spiritū sanctū semetipsum obtulit imaculatū Deo, emūdabit cōscientiā nostrā ab operibus mortuis, ad seruiēdū Deo uiuēti, & ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente &c. Ad Hebr. ix. Et quinq; porticus signāt quinq; uulnera principalia. alia autē uulnera innumerabilia sunt. Dico ergo de quinq; principalib⁹, in q⁹bus oēs nos infirmi esse debēmus, quia mota aqua, qui ibi erat sanabat. Et ideo inquit Salomō, ueni colūba mea, ueni ad me. i. ad passionē, & mūdaberis in foraminib⁹ petre, in cauerna macerie. Cāti. ij. Petra autē erat xps. Foramē petre est eius diuinitas, cauerna ipius est ictus lateris. Et quia aperuit, unū solū foramē fecit, & saluauit tūc unū solū, quia xps angelus q quidē angel⁹ est magni consilij cū aquā reuolueret. i. patiebat, unū tunc curabat. s. latronē. Vnus est & secūdū nō habet. Eccl. iiij. Secūda rō est spiritualis, quia predicta piscina erat figura baptismi. Credit q in illo tpe in quo xps ordinauit baptismū, & fuit a Ioanne baptizatus, q illa uirtus sanādi infirmos per aq̄ motū fuit ostensa, quia primo oēs aque erāt mortue q̄tum ad istū effectū. s. mūdationē aiarū. Aug. Que est tāta uis aq̄, ut corp⁹ tāgat, & aiā lauet? Sed descēdit angelus de celo, filius Dei, saluator mūdi, q dicit angel⁹. i. missus. Esa. ix. Paruulus natus est nobis, & filj⁹ datus est nobis. & uocabit nomē ei⁹ admirabilis cōsiliarius, secūdū. lxx. interpretes magni cōsilij angel⁹. itē Malac. iij. Veniet ad tē plū sanctū suū dnator quē uos queritis, & angelus testamēti quē uos uultis. Iste angelus tetigit aquā Iordanis, q̄ fuit a Ioāne baptizatus, tūc aqua fuit mota, & habuit uirtutē sanatiuam. Dicit Beda, q xps tactu sue mundissime carnis uim regeneratiuā cōtulit aquis, & tūc oēs aque naturales fuerūt mote & uiue, ad purificādū, & sanandū aias, & fuit cōpleta prophetia Zacha. xiij. In die illa erit fons patēs domui Dauid, & habitātibus Ierusalē in ablutionē peccatorū & menstruate. Hic baptismus habet quinque porticus quatuor infideliū ad orientē, ad occidētē, ad aquilonē & meridiē, quīta est puerorū, q solū habēt infirmitatē pctī originalis, & ibi sanātur oēs a quacūq; infirmitate detineant peccati. Ideo Paulus, Dīs oīm diues est, in oēs q inuocāt illū, oīs em̄ quicūq; inuocauerit nomē dñi, salu⁹ erit. ad Ro. x. sanabat autē unus. s. ille qui prius descēdebat post motionem aque. Figura fuit, qa baptism⁹ solū semel & una uice habet uirtutē & efficaciā sānādi aias, sicut solū semel ꝓ pctis nostris mortuus est xps. Secūdo sanabat tm̄ un⁹ qa qlibet habet duas substātias. s. substātiā corporalē & incorporalē. i. corp⁹ & aiam. Nā q̄uis aia lauet, adhuc corpus uitiosum est. & ideo un⁹ tm̄ curat. Et ideo Paulus ait, Cōdelector enim legi Dei secūdū interiorē hoīem, uideo autē aliam legē in mēbris meis repugnātē legi mētis mee. ad Ro. vij. Curat enim sola aia. Videte igitur istā rationē qd piscina significet. i. ille loc⁹, & qd aqua, q̄ est tāta ui, ut corpus sanet & aiam. Tertia ratio spūalis, quare piscina habebat pdictā uirtutē, quia figurabat cōfessionē sacramētalē. Ratio, qa sicut ibi lauabant oues oferēde in tēplo, sic oportet nos lauari & purificari in piscina cōfessionis ab oībus culpis & maculis peccatorum, si in tēplo paradisi uolum⁹ offerri. Et ideo dicit, Si cōfiteamur pctā nra fidelis est De⁹ & iustus, ut remittat nobis pctā nra, & emundet nos ab oī iniquitate &c. j. Ioā. j. Non em̄ est uerendum, nec debeo uereri, sed oīa reuelare pctā nullū omittēdo, & isto modo purificat. s. ex ista piscina. Et habet ista piscina. v. porticus. i. quinq; cōditiones peccatorum. Et prima est cogitatio, ubi sunt oēs q intrinsec⁹ tenēt pctā. s. superbiā, auaritiā &c. i hac sunt multi infirmi & sine nūero. Secūda ē locutio, & hic sunt oēs q loquunt in Deū & cōtra ꝓximū peccātes. s. diffamātes, blasphemantes &c. Tertia ē opatio, hic sunt oēs qui ope peccāt, ut luxuriosi tanq̄ leprosi, latrones, usurarij, & gulosi. Quarta ē omissio, & hic oēs religiosi cōcurrūt, suū ordinē nō seruādo, oēs mali pbri horas nō dicendicēdo, aut inordinate uiuēdo, & etiam ceteri. s. laici missā nō audiēdo uel alios pturbādo, & hic iacēt nō confitētes, nec cōicātes. Quīta est obstinatio, hic iacēt obstinati & indurati i pctis, ut lenones, meretrices, impenitētes. Oēs hi iacēt in circuitu piscine cōfessionis, expectātes motū aq̄ p angelū, angel⁹ est infusio gr̄e q̄ de celo habet descendere, qui monet aquā i cōtritiōe, qa alis sine motu cōtritionis null⁹ sanat i piscina. Autoritas, Sicut pturiētis cor tuū phātasias patit, nisi ab altissimo fuerit emissa uisitatio. Eccl. xxxiij. No. phātasias dicēdo, Miser quō confitebor diffamando &c. oīa hec sunt phātasie, ergo oportet, ut angel⁹ descendat. i. infusio gr̄e ut moueat aquā p cōtritionē. Nota sanabat tm̄ un⁹, qa cōfessio faciēda est secrete, ita q un⁹ post alterū cōfiteat, qa cōfessio duorum simul nihil ualeret, etiā si in peccatis fuerunt socij, oportet q solū un⁹ cōfiteat. Rōnē assignat Tho. in. iiij. dicēs, q i cōfessione illud qd̄ gerit exteri⁹ debet signare illud q fit interi⁹, qa interi⁹ celant pctā diuinit⁹ p remissionē ⁊ tute cōfessiōis. iuxta illud, Beati quorū re. fūt iniq. & quo. te. s. pctā. Iō secrete debet fieri cōfessio exteri⁹. Secūdo sanabat unus, qa unus oīa pctā sua uni cōfiteri debet & nō diuidere, qa nihil ualet talis cōfessio. Aug. Caueas, ne uerecūdia duct⁹ diuidas cōfessionem, qa hoc est semp uenia carere, ad quā putas p frusta puenire. Secūdo uidēdus est mod⁹, quo factū ē miraculū, & ē secūda pars euāge. cū dr̄ in textu, erat ibi hō qdā. xxxviij. ānis infirm⁹. Nā iste dicit, hoīem nō habeo cū paup esset, & seruum non haberet, & qa seipsum portare nō poterat, iō ali⁹ pueniebat eū, & ideo tot annis fuit ipe infirmus, cui xps dixit, Surge &c. Mō intrem⁹ nūc secreta & q̄ramus cur cū ille. v. portic⁹ essent infirmis plene, unū tm̄ curauit, & de alijs nullā fecit mētionē, cū ipe dns sit uīr liberalis? Rnsio, q xps in isto maiorē uidit deuotionē q̄ in alijs. Nec credatis q xps curabat oēs infirmos q recurrebāt ad eū, nō quin posset oēs curare, q̄tū ad suā potē-

tiā, sed ex indispositiōe iporū, qa nō habebant deuotionē, uel qa sanitas corpis nocuisset aīe. Sic⁹ pōt uideri in sole, qui liberalr mittit radios suos, & q̄tū ē ex pte solis, totū mūdū saltē illuminabilē illuminat, tm̄ nō oēs illuminat, qa nō oēs aperiūt sibi fenestras &c. ut patet de incarceratis in obscuro loco. Sed q illos nō illuminat, nō est ex culpa uel defectu solis &c. ita de xpo q dr̄ esse sol iustitie, iuxta dictū Io. j. Erat lux uera q̄ illu. oēm ho. ue. i hūc mū. &c. Ecce que est rō quare nō illuminat Iudeos uel alios ifideles qa nō est ex defectu solis, qa ut̄r oēs illuminat, imo ex defectu iporū Iudeorū q sunt, & uolūt esse in carcere Moysi, uel Sarracenorū, q uolūt esse in carcere Machometi, & sic de alijs. Ergo dicendū est q de oībus illis infirmis nullus erat tm̄ deuot⁹ Iesu xpo, nec tm̄ affectus, qm̄ alij forte cōfidebāt, un⁹ in bonis cibis, ali⁹ i seruitorib⁹, alius in diuitijs. Sed iste erat paup & paralytic⁹, iō nō poterat ire, sed ductus deuotione, inqrebat iuxta uerbū Dauid, Dñe ante te oē desideriū meū, & gemitus me⁹ a te nō absco. ps. xxxvij. Et ideo nō erat defectus liberalitatis Iesu xpi. Ideo habet Luc. vj. Oīs qui uenit ad me & audit sermōes meos, & faciet eos, ostēdam uobis cui similis sit. Similis est homini edificāti domū, qui fodit in altū, & posuit fundamentū supra petram. Inūdatione autē facta, illisum est flumē domui illi, & nō potuit eā mouere. Fundata em̄ erat supra firmam petrā. Multi em̄ osculabantur ei manus, tm̄ nō oēs sanabant, eo quia nō habebāt rectā mentē & intentionē, & quia forte sanitatē non petebāt bono fine, uel intētione. Et ideo dicitur, Nō poterat ibi uirtutē ullā facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Mar. vj. tū bene poterat de ptāte absoluta. Sed nō poterat, quia non cōdecebat, nec cōgruebat eis, neq; erāt omnes digni quia Christum negligebāt, ideo nō oēs tangētes curabat, sed credētes & cōfidentes, sed istum curauit, quia credidit in eum. Et ista est ratio literalis. Sed alie sunt rationes meliores, quare

ibi curabantur, & hoc dupliciter. Primo ad ostēdēdū uirtutē baptismi, quia in illa piscina nullus curabat, nisi ibat per se, uel portabatur per aliū in piscinā, ad inuendū, q̄ nullus pōt saluari, nisi uadat ad fontē baptismi, si adultus sit, ut Iude⁹, Agarenꝰ, uel portetur, ut pueri infantes Io. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto &c. Sed qd de infideli qui uult omnino baptizari, & hoc desiderat, & affectat, sed nō pōt ire, qa forte occiditur uel morit. Idē de infirmo qui non pōt ire, qa uel est claudꝰ, uel iacet in lecto, & nemo uult eū baptizare? Dicendū est q̄ in tali casu talis sanatur a xp̄o, sicut iste fuit sanatꝰ a xp̄o, & baptizatur baptismo flaminis, idest spiritus sancti, & ideo xp̄s, Ego sitienti dabo de fonte aque uiue, gratis. Qui uixerit, possedebit hec. Apoc. xxj. Et iste solū sine ablutione aq̄, curatus est & saluatus. Ostendit ergo cū alios curare uoluit, q̄ qui pōt baptizari, & nō facit, nō est saluꝰ. Ad ostēdēdū uirtutē cōtritionis, si uolumus loqui de illa piscina, inquātū significat cōfessionē, in illa qs pōt saluari sine cōfessiōe sacramētali. Si habet opportunitatē cōfitendi, & non uult, nō saluabit. Autoritas, Prouer. xxviij. Qui abscōdit scelera sua, nō diriget. Qui aūt cōfessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiā dei cōsequet. Sed si est aliquis in tali casu, quod non pōt ire ad cōfessionē, nec pōt ipsum cōfessorē uocare, qa occidit uel morit subito, sed desiderat, & affectat aīo confiteri, & habet cōtritionē de peccatis suis, talis sanat a xp̄o supernaturaliter, & ex sola cōtritione. Et iuxta istā materiā dicā uobis unū miraculū. In quadā ciuitate erat q̄dā mulier peccatrix, que fecit multos homines peccare, & occidere, & semel ipsa uenit ad audiendū sermonē, & ita uenit multū bene ornata, ideo ut uideret ab omnibꝰ gentibus, & posuit se in loco ubi posset uideri. Cōtigit, q̄ predicator tetigit de peccato luxurie, & quo erat magnū peccatū, & illa habuit cōtritionē, & incepit flere acriter cum magno dolore, intātū q̄ ipsa cecidit in terram, & mortua est, & gentes hoc uidentes dolebant, q̄ sine cōfessione decessisset. Et predicator dixit, Bona gens orate deū pro ea, nā contritionē habuit. Et immediate fuit audita uox de celo dicens, Frater non oretis deū pro ista, sed oretis eā, ut oret pro uobis, quoniā ipsa est in paradiso. Videatis ergo q̄ ista nō uenit ad piscinā cōfessionis, sed fides, & cōtritio sufficiunt, unde Dauid, Sacrificiū deo spiritus cōtribulatus, cor cōtritū & humiliatū deꝰ nō despicies. p̄s. l. Sed illis qui habēt tp̄s, & spacium penitēdi, nō ualet sola cōtritio sine cōfessiōe sacramētali, ideo modo uadatis ad piscinam cōfessionis, & lauetis uos. ibi. Esa. j. Lauamini, mundi estote. Tertio uidēdus est finis quare miraculū fuit factū, qa ad sanandū, nō solū corpꝰ, sed etiā animā, ut uiueret sine peccato. De hoc dicit thema, Ecce sanus factꝰ es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliqd contingat. Et circa hoc dicūt glose ordinarie, q̄ iste erat infirmus ꝓpter peccatum, & ideo dicunt medici, q̄ infirmitas que uenit per renouationē siue recidiuationē est peior q̄ principalis infirmitas. Et ideo Iesus xp̄s curauit istū nō solum in corpore, imo etiā in anima. Iuxta dictum Ioannis, qa totū hominē sanum fecit. Io. vij. Itē dicit, Date magnificentiā deo nostro, dei pfecta sunt opera. Deut. xxxij. Ex quibus autoritatibus habet regula theologie, q̄ deus nō curabat unq̄ corpus sine curatione anime. inquit ergo, Vade iam noli peccare. Nā sicut medicus deserit infirmū recidiuantem, ita xp̄s recidiuantē in peccatis. Nā etiā medicus dat infirmo regimē & dietā, & sic Iesus xp̄s fecit. Et hoc est qū post cōfessionē injungit penitentia. Et si dietā seruat peccator, bene facit, sinautem recidiuat, & sic est, qa si centū curant de infirmitate, decē nō curant de recidiuatiōe, ut uidetis de Iuda quem xp̄s sanauit, sibi omnia peccata dimittendo, quādo misit se ī cura xp̄i, sed postea recidiuauit, ideo Christꝰ ipsum deseruit, quia triginta denarijs fuit a medico distemperatus, merito ergo dicit thema, Ecce sanus factus &c.

&c. noli peccare, ideſt, recidiuare. ideo Petrus, Si enim refugiētes coinquinationes mūdi in cognitiōe dñi nostri, & saluatoris Iesu xp̄i, his rursus implicati superātur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. ij. Pet. ij. Itē Hie. lj. Curauimꝰ Babylonem, & non est sanata, derelinquamus ergo eā. Curauimus Babylonē, ideſt, personā cōfusam ex peccatis, & nō est sanata, quia recidiuauit, ideo derelinquamus eā. Ecce sanus factus es &c. corporaliter, ideo noli peccare, ideſt, noli recidiuare. Itaq; bona gens, oēs infirmi sumus, ueniamus ergo ad piscinā, ut mūdemur per penitentiā, ut sanemur ab omnibus infirmitatibus, & peccatis nostris, & per cōsequēs ueniamꝰ ad gloriā.

Sabbato ante reminiscere.

Sermo primus.



Aciamus hic tria tabernacula &c. Matt. xvij. Recitatiue autē in euāgelio hodierno secundū seriē. Ad declarationē istiꝰ uerbi, & materie predicāde introductione, est sciendū, q̄ in sacra scriptura doctrine euāgelice denote audite, & auscultate tabernacula uocātur. Nā si bene inspiciant utilitates tabernaculorum, recte appropriant euāgelicis doctrinis. Nā quando fiūt ab aliquibus armigeris tentoria, seu tabernacula, fiunt triplici ratione.

Et prima ratio est, pro ardore solis, & hoc causa refrigerandi.

Secunda, contra uenti impetum, pro securitate.

Tertia, contra pluuiam protegendo. Omnes has utilitates dant doctrine euāgelice diligēter auscultate, & hoc cōtra triplicē defectū. Et primo doctrina euāgelica refrigerat, & preseruat hominem cōtra stimulū, & ardorē carnis. Nā mouet multos, & cōmouet in peccatis luxurie, alios in auaritia, alios in alijs peccatis. Sunt ergo iste doctrine dantes refrigerium contra ardorē carnis. Secūdo, in hoc mundo sunt magni uenti, & turbulenti, & tentationes demonū, sed nō intra tabernaculū, ideſt, orationē, & cōtēplationē. Nā oratio, & cōtēplatio excludunt tentationes diaboli. Tertio sunt pluuie magne, & diluuia, & iste sunt mūdus qui multas occasiones dat peccādi. Sed ingredēte tabernaculū doctrine euangelice, & erit tunc remediū. Et ideo Esa. inquit de euāgelica doctrina, Super omnem gloriā protectio, & tabernaculum erit in umbraculū diei ab estu, & in securitatem & absconsionē a turbine, & a pluuia. Esa. iiij. Itē oratio, uel cōtemplatio dat refrigeriū in die cōtra carnis ardorem. ecce primā utilitatē. Idem dat securitatem cōtra impetū uentorū, & hec est secūda uirtus, uel utilitas. Itē absconsionem dat pluuiarū. ecce tertia uirtus. Et sic ratione, & autoritate, he doctrine apparēt tabernacula, & ideo tres doctrinas predicare intendo, que erūt tria tabernacula. Faciamus hic tria tabernacula, quod fuit thema nostrum, ergo sermo contemplabitur circa hanc transfiguratiōnem glorioſam tripliciter, seu erit triplex contemplatio.

Prima, quia hec trāsfiguratio fuit glorioſe celebrata.

Secunda, quia hec transfiguratio fuit placide accepta.

Tertia, quia hec trāsfiguratio fuit pie abscondita.

Ponamus ergo nos bona gens in his tribus tabernaculis, uel in uno istorum.

Dico primo q̄ fuit celebrata glorioſe, quia in euangelio dicitur, Assumpsit Iesus Petrū, & Iacobum, & Ioānem fratrē eius, & duxit illos in montē excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos, & resplenduit facies eius sicut sol, uestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis Moyses, & Helias cū eo loquētes. Et hic domini uolo primum tabernaculū edificare. Tres ergo elegit Iesus, ut sequerentur eū, eis secretum ostensurus, quos duxit ad uerticem montis, & dum ipse oraret, transfiguratus est, non tamen q̄ mutasset figuram, quā iam habebat, sed quod replenduit ut sol, non ut solebat, sed incomparabiliter plusquam sol, sed in euangelio

dicitur ut sol, ideo quia in mundo nihil lucidius inuenitur, & nō solū in vultu, & matrib⁹, sed etiā & vestes erāt ut nix, licet & plus incōparabiliter. Et apparuerūt ibi duo viri sancti, & antiqui. s. Moyses, & Helias. Intellīgatis animā Moysi, nam mortuus erat, & anima ipsius erat in inferno sanctorū patrū, tamen Helias nō erat mortuus, imo viuus, nam adhuc viuit in paradiso terrestri. Et iste debet predicare tpe antixpi, & cōtra ipsum antixpm qui interficiet eū martyrizādo. Et isti tres Apostoli, q̄uis nūq̄ viderūt eos, illico cognouerūt eos ꝓpter splēdorē, & viderūt eos loquētes cū Iesu. Sed qd loquebant non dicit per Marcū, nec per Mattheū, sed dicit beatus Lucas ꝙ loquebant adinuicē, de excessu passiōis xpi in Hierusalē faciende in illis dieb⁹. Luc. ix. Nunc bona gens videamus practicā. Isti sic stātes cū Iesu, Moyses & Helias adorauerūt Iesum, sciētes Iesum deū esse, & hominē, & mirabātur quā plurimū, quare ipse permitteret se ita cathenari, & a Iudeis ligari, & hoc tamē pro peccatoribus, cū solo verbo potuisset hoc facere, multū admirātes de hoc cū ipse gloriam angelis, & oībus alijs det, & dicebant, O deus, & quāta charitas est ista. Sigillatim totā eius passionē discurrēdo, & recitando excessum passionis. Que passio dicit excessus ꝓpter excessiuū dolorē, & amorem, quos in hoc nobis ostensurus erat, quia scilicet deus dilues est in misericordia, & propter nimiā charitatē, & miseri cordiā dilexit nos, secūdū ꝙ dicit ad Ephesios. ij. Deus autē qui dives est in misericordia, ꝓpter nimiā charitatē suam qua dilexit nos. Ecce ergo qūo gloriose est celebrata ista trāsfiguratio. Ecce primum tabernaculū, hic quiescamus cōtra impetū, & tētationē diaboli, & hec ad literā. Intrem⁹ tū secreta. Et quero primo quare xps trāsfigurari voluit. Secūdo, de pīonis quas appellari voluit. Ad primā rndeo, ut ostēderet intrinsecā gloriā, & secretā. Sicut dictū est per doctores. Declarem⁹ ergo ꝙ qū xps assumpsit humanitatē, quare illā assumpsit videamus. Dico ꝙ duplici de causa. Nam anima illico ut fuit creata ī utero virginis Marie, immediate tantā habuit gloriā, quāram habet modo in celo, & hoc ꝓpter eius diuinitatē, quia erat subst̄ātia spiritualis, tū erat abscōdita in corpore. Et iō dicim⁹, Vidim⁹ gloriā ei⁹, gloriā quasi unigeniti a patre &c. Io. j. Corpus assumpsit, non glorioſum, sed passibile, & mortale sicut nos, & plus q̄ quilibet nostrū, & hoc nā utilitate. Sed de aīa est aliter, & hoc propter suā debilitatē debuit per oīa fratribus assimilari secūdū ꝙ legit ad Heb. ij. Vnde debuit per oīa fratrib⁹ assimilari, ut misericors fieret. In quo corpore aīa glorioſa erat, nō tū videbat a gentibus. Quo credebat, ꝙ sicut corpus, ita aīa esset passibilis, ꝙ xps mōstrare voluit nō sic esse. Ex ista rōne voluit ostēdere suā gloriā que supra corpus exiuit, & redundauit. Et audiatis parabolā. Si forte est aliquis homo male vestitus, & est ditissimus, gētes reputabūt illū pauperē, & ipse cōuocat oēs amicos, & parētes suos, & ostēdit eis diuitias suas, & illū sequuntur gētes dicētes, licet ille male sit vestitus dives est, sequamur ergo eum. Iuxta vulgare, qa denarij facīūt bonū socium. Ideo xps voluit trāsfigurari. Nā iam ipse promiserat dum dixit, Sunt quidā de hic stātibus qui nō gustabūt mortem donec videāt filiū hominis venientē in regno suo. Mat. xvj. Et dicebat de istis, quos accepit modo secū. Moraliter pro nobis. Et primo xps habuit gloriā, & corpus erat passibile. Sic de aīabus sanctis q̄ transeunt de ista vita ad aliā. Nā prīo aīe sunt in gloria, & corpora remanēt in putredine, tū trāsfigurabit corpus nostrū in die. s. resurrectionis, & anima glorificata resumet corpus, & redūdabit supra corp⁹. Et illud dicitur glorificatū corpus clarū, & clarius q̄ sol erit in die iudicij. Et ideo dicitur Mat. xiij. Tūc fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorū. Ad secundā questionem quare singulariter accepit tres Apostolos, & nō plures, nec omnes sanctos nisi istos duos tantum, & veteris testamenti, & sic vocauit quinq;. Dicunt sancti

sancti doctores, ꝙ in ore duorū vel triū stat omne verbū, si de numero querat. Sed & si de personis, dico de Apostolis. quia hi erāt xpo familiares, quia promissione diuina beat⁹ Petrus erat iam Papa cōstitutus, ut melius sciret. Secūdo vocauit Iacobū maiorē, qa primus erat martyriū suscepturus, ut habet Act. xij. Occidit autē Iacobū fratrē Ioānis gladio &c. Tertio, vocauit Ioānē, qa fuit a deo virgo electus, & inter ceteros magis dilectus, ergo meruit a dño magis honorari. De alijs duobus, qa Moyses erat mortuus, iam erāt mille anni. Dico ꝙ ad trās figurationē voluit mortuū, & viuū vocare, ut iudex videret viuorum, & mortuorum, nō sic est de dñis tpalibus, quia illi nō iudicabūt mortuos. ideo dicit, Nolite timere eos qui occidūt corpus, aīam autē nō possunt occidere. Matth. x. Ideo Act. x. Quia ipse est, qui constitutus est a deo iudex viuorū & mortuorū. Sed qua re magis Helias quā Enoch, cū esset adhuc viuus? questiō est insoluta. Et quare Moyses mortu⁹ pluſq̄ alij sancti patres? Quia sunt plures mortui, maxime cum Abraam esset capitaneus. Et ideo dicitur in sinu Abrae. Luc. xvj. Ego dico secūdū doctrinas varias, circa hoc, & capio unā partē, seu opinionē dicēdo, ꝙ alij sancti patres nunq̄ ieiunauerūt quadragesimā nisi isti duo. Habem⁹ de Moyse, ut dicit Exo. xxxiiij. Fuit cū dño Moyses quadraginta dies, & quadraginta noctes, panē nō comedit, & aquā nō bibit. De Helia. iij. Reg. xix. Comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usq; ad montē dei Oreb. Quia ergo quadragesimam ieiunauerūt, ideo meruerūt interesse transfigurationi. In quo clare patet, quātū placet deo sacrū hoc ieiuniū quadragesime. Ideo debemus ieiunare quadragesimam, & in die pasche erimus in trāsfiguratione. s. cōicādo, & poterimus dicere cū Apostolo, Nos vero omnes revelata facie gloriā dei speculātes, in eandem imaginē transformamur a claritate in claritatē tanq̄ a dñi spiritu. ij. Cor. iij. Nota hic qūo xps, Moyses, & Helias ieiunauerūt quadragesimā, & dic ꝙ Christus ieiunauit orādo. Luc. vj. Exijt in mōtem orare, & erat pernoctās in oratione dei. Moyses ieiunauit quadragesimam audiendo. Exodi. xxxiiij. Vbi dicit ꝙ steterat in monte cū dño. Helias ieiunauit itinerando siue ambulando. iij. Regum. xix. Sic nos ad instar Christi debemus vacare orationibus. ad Ephe. v. Estote imitatores dei sicut filij charissimi, per omnem orationem, & obseruationem orantes. Secundo, ad instar Moysi audire missas, sermones, & sic erimus similes Moysi. Tertio, ad instar Helie ambulare, & ieiunare itinerando, quia cum ieiunatis orādo, sicut Christus, & auscultādo sicut Moyses, ieiunare debetis sicut Helias itinerādo, hoc est, visitādo ecclesias, quia in omnibus sunt multe indulgētie, & post ire ad vesperas, & in posterum in pascha eritis digni habere gloriā paradisi. Debetis enim vos forenses his tēporib⁹ vestros libellos preponere, & exceptiones, & allegatiōes facere, dicēdo orationes, dicēdo Pater noster, Aue Maria &c. & post, sermonē auscultando, & orando itineretis, ut dixi vobis, ut lucremini aliquid pro anima vestra, vos diuites. Et recordamini quod dixit Christus, Nolite murmurare in inuicem. Ioā. vj. Antiquitus enim his temporibus non aperiebatur, neq; forum tenebatur, tamen nūc non est sic, & hoc de primo tabernaculo. Secunda pars est, in qua hec transfiguratio fuit placide accepta, scilicet ab Apostolis, Moyse, & Helia. Istud patet, qa dicit sanctus Petrus, Dñe bonū est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula. Fuit ergo placide accepta, qa cū Christus sic staret trāsfiguratus, ipsis sentientibus gloriam paradisi, dixit Petrus, Bonum est nos hic esse, quia gustauerat tabernam paradisi, quia dixit, faciamus hic tria tabernacula, quasi credendo ꝙ Ioannes staret cum Moyse, & Iacobus cum Helia, & quod ipse habitaret cum Christo. Sed circa hoc dixit sanctus Lucas, quia nesciebat quid diceret. Sed ue-

nit nubes splendida, & obumbrauit eos. Circa hoc uide. nam licet nubes de se sit clara, tñ propter impedimẽtum uidetur esse sicut umbra. Et sic stantibus, uenit uox de celo dicens, Hic est filius meꝰ dilectus. Et ceciderunt oẽs in facies suas. Et Apostolis sic iacentibus, uenit Iesus, & leuauit eos, & ipsi erecti uiderunt qđ Moyses & Helias iam recesserant, Moyses ad locum sanctorum patrum, Helias ad paradisum terrestrẽ. Et circa hoc potestis cogitare, qꝺ quando anima Moysi uenit ad locũ suum, fuit interrogata dicendo, Vnde uenis & quid uidisti? Que rñdit, Vidi mundi redemptorem qui iã habet tot annos, cito ueniet ad liberandum nos, o magnum gaudium fuit eis. Idẽ dicimus de Helia, quãdo socius suꝰ Enoch uidit eum, & dixit ei, O socie uñ uenis, in quo loco fuisti? Dicas mihi aliqua noua, uidisti saluatorem? Certe rñdens dixit, Vidi saluatorem. Nã ego fui portatus ꝑ sanctum Michaelem, & plene uidi dominum transfiguratũ, & sibi totum recitauit. Considerate de dolore alterius dicentis, O cur ego non iui, o cur ego non fui. Tunc potuisset rñdere, qa non ieiunasti. Ita de Moyse poterit quilibet cogitare, quot interrogationes facte fuerunt, & ideo fuit accepta placide. Sed quero que fuit ratio, quare Christus non respondit petitioni Petri dicentis, Faciamus hic tria tabernacula. Secundũ glo. uide qꝺ nõ rñdit uerbo, eo quod nõ fuit rationalis petitio, & bene. Sed dico Iesum secrete rñdisse. Nã Petrus petebat in illo monte gloriam suam, & Christus oñdit qꝺ fieri non poterat, qnq; rõnibus. Prima est propter aduẽtũ nubis. Ecce facto rñdit. Secũda ꝓpter uocẽ patris. Tertia qa ceciderũt. Quarta qa xps fecit eos surgere. Quinta quia neminẽ uiderũt nisi Christũ. Et ideo uoluit xps primo oñdere Petro quinq; antequam deberet uenire, & habere gloriã. Et primo nubes uenit, & ista significat pniam. & ideo Penitentiam agite appropinquabit enim regnũ celorũ. Mat. iij. Ideo primo facienda est penitentia. Secũdo uox patris intonuit, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite, & significat obedientiam. Ideo dicit, Si impius egerit pniam ab omnibus peccatis suis que operatus est, & custodierit omnia precepta mea, ecce obedientia, uita uiuet &c. Ezech. xviij. Tertio, requiritur timor & humiliatio, quia ceciderũt. Nam quilibet sanctus timet in morte. Nam secundũ Philosophum, Finis omnium terribiliũ est mors. Quarto, xps uenire habet, & hoc i die iudicij, qñ excitabuntur a morte diuina uirtute, & hoc innuitur, qa xps fecit eos in sua transfiguratione surgere, qñ eis dixit, Surgite, & nolite timere. qa peccatores timebũt eius aspectum. Sed dicetur iustis, Nolite timere, surgite. Quinto leuantes oculos neminem uiderunt, nisi solum Iesum, ut intelligatur, qꝺ sola diuina essentia & nulla creatura est obiectum glorie, siue uite eterne, loquẽdo de gloria essentiali siue principali, de quo uide beatum Thomam prima parte. q. xij. art. viij. in solutiõe ad quartum. Et ad hanc uisionem nulla creatura per sua naturalia pertingere potest, ut idem beatꝰ Thomas pulchre probat eadem questiõe, scilicet. xij. ar. iiij. Et ideo dicitur ad Ro. vj. Gratia dei uita eterna, in Christo Iesu. Illud ergo erit tabernaculum. Igitur omnia ista habebat facere post, & isto modo respondit Christus facto. Et idem in ps. Iudica me deus. & dicitur, Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerũt in montẽ sanctum tuum, scilicet in montẽ Thabor. Ecce ergo secũdum, scilicet quomodo trãsfiguratio fuit placide accepta. Sequitur tertia pars, ĩ qua fuit pie abscondita ista trãsfiguratio. Nã textus dicit, Descendentibus illis de mõte &c. Dixit eis Iesus, Nemini dixeritis uisionem hanc, donec filius hominis a mortuis resurgat. Sed quare uoluit abscondi dictam transfigurationem? Rñsio secundũ doctores, rõ huius absconsionis fuit pietas Christi, ne Apostoli & discipuli audientes tantam gloriam de Christo, si eis fuisset dicta transfiguratio reuelata, postea

postea uisa ignominia passionis Christi, magis fuissent scandalizati, & plus peccassent perdendo fidem, ideo ipsi tres Apostoli tacuerunt & nemini dixerunt in illis diebus, ex his que uiderant. Luc. ix. Credo tamẽ qꝺ beatus Ioannes de licẽtia xpi dixit uirgini Marie gloriosam xpi transfigurationem, ideo apparet, qꝺ xps magis uoluit nrãm saluationẽ quã suã gloriã, cũ dicat, ego nõ quero gloriã meã, est qui querat, & iudicet. Io. viij. Et sic pie fuit absc̃dita, ergo nũc habetis tria tabernacula, hic quiescatis, maxime his temporibus.

Sabbato añ Reminiscere. Sermo. ij.

TRansfiguratus est ante eos. Mat. xvij. Sermo noster erit de sancta & gloriosa transfiguratione Iesu xpi, quia hoc requirit euãgeliũ, & cõtinet magnas speculationes & doctrinas notabiles. Sed primo salutẽ &c. Transfiguratus est añ eos. In isto sermone cogitaui tenere modũ imperatorũ &c. No. historiã euãg. literaliter. dicit Mat. supra, qꝺ una die xps dimissis aliis discipulis & Apostolis recepit Petrũ &c. Dicunt glose qꝺ mons ille uocatur Thabor, q dicit sanctus ex multis magnis miraculis a deo factis, & trãsfiguratus est ante eos. s. Petrũ, Iacobũ, & Ioannẽ, & resplẽduit facies eis sicut sol, nõ dicit quãtũ sol, qa sine cõparatiõe facies xpi plus resplẽduit, sed quia in hoc mũdo nihil est clarius sole, ideo euãgeli sta cõparauit eã luci solis. Idem de uestimentis eius, sicut nix, imo sine cõparatione plus quã nix, sed nihil in mũdo albius niue. Et uenit aĩa Moysi, qui fuerat mortuus ꝺ mille. cccc. annos. Itẽ Helias uenit, q fuerat ante mille annos translatus in paradisum terrestrem ante aduentũ xpi, ad oñendum ut dicunt glose qꝺ xps est dñs uiuorũ, propter Heliã q nunquam mortuus est, nec morietur, donec ueniat antichristus, & mortuorum propter Moysen q mortuꝰ est añ, ut dictum est. Petrus añt qui ibi erat, uidẽs illã claritatẽ & gloriam gauisus est inestimabiliter, & tũc dixit xpo, O dñe non receda mus de loco isto, sed faciamus hic &c. Nã petiuit pro se, & nõ pro Iacobo & Ioanne, qa faciebat computum, qꝺ Ioãnes q fuit speculatiuus ualde, esset in tabernaculo Moysi q etiã fuit ualde speculatiuus, & Iacobus q faciebat pniam, esset in tabernaculo Helie, q magnã faciebat pniam, & ipse faciebat cõputũ suum, qđ esset in tabernaculo xpi, & sic bonus hõ eligebat meliorẽ ptẽ esse cũ xpo &c. & post nubes obũbrauit eos, & ceciderunt pre timore in facies suas, & uenit uox de nube. s. patris di. Hic est filius meꝰ dilectus, in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite. i. eius doctrinã indubitanter & sine dubio recipiatis, qa non põt fallere nec falli. Cogita hic, qñ Helias reuersus fuit ad paradisum terrestrẽ, quales questiones fuerunt inter ipsum & Enoch socium suum. Quesiuit eñ Enoch, O socie bñ ueneritis, mirabar eñ ubi eras. Rñdit, O bona noua, & que? Ego uenio de saluatore & filio dei, qui recepit carnem humanã ut saluet hoĩes, & habet tot annos, & cito recipiet passionẽ. O mi miser dicebat Enoch, fui nõ dignus uidere eũ nec esse uobiscũ &c. Idẽ de aĩa Moysi quãdo exiuit limbũ, dixerunt alij sancti pres. O ubi est Moyses, qa ibi oẽs cognoscebãt se, & qñ redijt, dicebãt, O domine bene ueneritis, ubi fuistis? Rñdit Moyses gaudete, ego porto uobis meliora noua quã unquã audiuistis. O illũ quem sperabã uidi. O domine dicatis ꝓ certo. Ego uidi saluatorẽ, & locutus sum secũ, & breuiter ueniet ad redimendum nos, & est iã. xxxiij. annorũ uel circa, & predicabat eis quicqd audiuerat, & uiderat a Christo. Sed quare isti duo fuerunt in transfiguratione plus quã alij sanctorum, declarabitur postea. Dicit ergo thema, Trãsfigurat ante eos. dicit Luc. quod Apostoli nemini quicquam dixerũt. Et quãdo uenerunt alij Apostoli ad Petrũ, Iacobũ & Ioannẽ. O bene ueneritis, dicatis nobis &c. & nõ dixerunt, secretũ est. Modo ueniũt oẽs questiones primo de themate, Transfiguratus est

ãi eos. Querit unde uenit tãtus splẽdor xpi in facie & tãta albedo in uestimẽtis? Rñdeo, q doctrina est theologie, q xps in instãti sue cõceptiõis habuit tãtã gloriã & sapiẽtiã in aĩa, quãtã habet mõ in celo, sed corpus in sua sensualitate fuit passibile & mortale. Rõ huius fuit, quia xpi aĩa habet maiorẽ cõformitatẽ cũ filio dei, quã corpus, qa est substãtia spũalis sicut diuinitas, & decebat ut esset gloriosa ꝓpter dignitatẽ diuine psone, cui immediate tinebaꝫ psonaliter. Iõ Ioannes prio dicit in psona istorũ triũ Apłorũ, Vidim⁹ nos. s. Petr⁹, Iacobus & Ioannes, gl'iam ei⁹, quãtũ ad aĩam, & corpus remansit passibile ꝓ nra necessitate. s. redẽptiõe. nõne sic oportuit xpm pati. s. ꝓ nobis &c. Cũ igit querit unde uenit illa claritas? Respondet, q claritas anime redundauit in corpus, nõ habitualiter, sed actualiter ipsum illuminãs. De hoc uide beatũ Tho. iij. di. xvj. q. ij. ar. ij. Itẽ. iij. parte. q. xlv. ar. ij. Vt candela accẽsa intra lucernam illuminat eã, sic claritas aĩe existens interius, illuminabat corpus exterius, iõ resplẽduit facies eius sicut sol, & uestimẽta eius sicut nix, & trãsfiguratus est ante eos. De ista trãsfiguratione xpi subtilissime determinat beatus Tho. iij. script. dist. xvj. q. ij. &. iij. parte. q. xlv. in pluribus articulis. Secunda qõ qñ uoluit trãsfigurari quare receisit ab alijs apłis, & uenit in altũ montem & desertũ & inhabitabilem, & nõ in plano, & corã alijs apostolis & discipulis? Rñdio, bone gentes sciatis quod ꝓ nobis fecit, & nostro exẽplo. Vnde & tps quadragesimale est mons altus & desertus, & tẽpus carnale est locus bassus & deliciosus. autori. Matth. vij. Lata porta & spaciosa uia est, que ducit ad pditionẽ, & multi sunt qui intrãt per eã. sed modo boni Christiani ascẽdunt mõtẽ pnie, dimittẽdo delitias, põpam, superbiã, peccata, negocia, solacia &c. Iuxta illud Esa. ij. Venite, ascẽdamus ad montẽ dñi. s. mõtẽ pnie. Hoc est domini actiue, qa ipse ordinauit, & passiue, quia ipse sustinuit. In monte quadragesimali Christus trãsfiguraꝫ de figura iustitie rigorose in figura mie copiose, ꝓpter nfam pniam. Vnde ꝓpheta dicit. ps. cj. Tu exurgẽs misereberis Syon, quia uenit tps miserẽdi eius. s. quadragesime. Nota tu exurgẽs. s. in nobis, in tpe misereberis Syon. i. aĩe, qa uenit tps miserẽdi. s. quadragesimale. Et concordans Apostolus dicit, Hortamur uos. ne ĩ uacuum gratiam dei recipiatis. Ait eĩm, tpe accepto. s. quadragesimali exaudiui te & in die salutis adiuui te &c. ij. Corint. vj. Tertia questio, quare xps qñ uoluit trãs figurari nõ assumpsit nisi tres secũ. s. Petrũ, Ioãnẽ, & Iacobũ? Rñsio, q singulariter recepit istos tres ad denotandum, q tres cõditiones psonarũ sunt digne pre ceteris, ad cognoscẽdũ secreta dei. Primo prelati & epi per Petrum designati, quẽ iam xps elegerat in prelatum. Dicit beaꝫ Tho. in quotlibetis, q pre ceteris eps debet scire sacrã scripturã. Dicit beatus Tho. in quotlibetis, quotlibeto. j. q. vij. ar. ij. q epi scopi & docto. theologie, sunt sicut principales artifices in edificio spũali. Qui aũt uacant saluti alicuius in particulari, sunt ut manuales. Sic igitur eps pre ceteris debet scire sacrã scripturã, sed simplicibus sacerdotibus sufficit intelligere grãmaticã, alias nõ debẽt promoueri ad sacerdotiũ, nec ad ordines. Curati uero animarũ tenẽtur plus, & ultra scire. s. formã sacramẽtorũ. s. que est forma absolutionis, baptismi, & similia, alias in periculo aĩe sue recipiũt curã. Debẽt etiam scire ea que faciũt difficultatẽ in sacra scriptura. De hoc autoritas. j. Pet. iij. Dominum Ieſum sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea que in uobis est spe. Secũdo, Ioannes erat uirgo, purus corpore & mẽte. Ideo Christus uirginẽ matrẽ uirgini cõmendauit, quia Christus dixerat. Mat. v. Beati mundo corde quoniã ipsi deum uidebunt. Et significat, q mundi & puri corde uidebunt deum. Tertio, Iacobus fuit assumptus, quia primus debuit per martyriũ paradisum intrare de apostolis, ideo xps uoluit eum consolari, ostẽdens sibi aliquo mõ gloriã. Iuxta illud, Beati q persecutionẽ patiũtur ꝓpter iustitiã, qm ipsorũ est regnũ celorũ. Matt. v. ad ostendendũ, q illi q sustinẽt passiones & tribulationes ꝓ salute animarũ, & ꝓximi, uidebũt gloriã dei. Vel dic qd xps assumit ad gloriã suã primo innocẽtes figuratos p Ioãnẽ. ps. xxiiij. Innocentes & recti adheserũt mihi. Secũdo, obedientes, quia assumpsit Petrum qui obediens intelligitur. Mat. xix. Si uis ad uitã ĩgredi, serua mãdata. Tertio, penitẽtes, quia assumpsit Iacobũ, qui supplantator intelligitur, quia penitẽs supplãtat diabolũ per cõtritionẽ, mũdũ p confessionẽ, corp⁹ p satisfactionem, & xps ipsum assumit ad gloriã. Agite penitentiã, qm appropinquabit regnũ celorũ. Mat. iiij. Quarta questio, quare de sanctis ueteris testamenti solũ fuerunt ibi duo, scilicet Helias & Moyses? & quare plus illi quã alij? Dic qõ aĩa Moysi uenit de limbo qui est in medio terre, & Helias de paradiso terrestri portatus fuit per angelum. Pro quo nota, secũdũ beatũ Thom. iij. parte. q. lxv. ar. iij. ad secundum. &. iij. scrip. dist. xvj. q. ij. ar. j. ad quintum, quod Moyses tunc ibi non sumpsit proprium corpus, sed aliud sicut angeli. Helias aũt habuit propriũ corpus, & uenit illud de paradiso terrestri, non autẽ de celo empyreo, hec ille. Sed quare plus anima Moysi, quã Ade, uel Noe, & quare plus Helias quã Enoch? Rñsio, q causa fuit, quia de alijs omnibus sanctis qui fuerũt ante aduentum Christi, nullus ieiunauit quadragesimam, nisi isti duo. De Moyse dixit textus, Exo. xxiiij. ingressusq; Moyses medium nebule ascendit in mõtẽ, & fuit ibi. xl. dieb⁹ &. xl. noctibus. itẽ Exo. xxxiiij. Fuit cũ domino Moyses. xl. dies &. xl. noctes, panem non comedit, & aquam nõ bibit. Dicit de Helia textus. iij. Reg. xix. Surgens comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius. xl. diebus &. xl. noctibus usq; ad montem dei Oreb. Ista est ratio moralis. Ideo si uultis esse in societate Christi in trãsfiguratiõe in mõte glorie, quadragesimã ieiunetis. Quis uestrum poterit dicere, q de toto tẽpore uite sue ieiunauit unã quadragesimã integrã & pfecte? Credo q pauci sunt, qlibet excusat se a ieiunio, aliquo mõ. Aliq dicũt, habeo cordis dolorem ex ieiunio. Aliqui, o ego nõ possum dormire, stomachus dolet mihi. Iõ ut boni milites in bello armetis uos ad ieiunãdũ sine timore. Declaret p casum, si sit hic aliqs hõ q cõmiserit unum magnũ crimẽ cõtra regẽ, ꝓpter q rex dat ĩniam, uel q induat ꝓpter illud crimen loricã ferreã, ignitã, uel camisiã delicatã, nõne esset bn fatuus si indueret loricã ferreã ignitã? Sic oẽs nos bone gẽtes criminosi sumus ex pctis nris & ĩniati. Iõ oportet recipere iuxta ĩniam dei loricã ignitã, uestiri habemus camisia pnie, ieiunãdo, abstinendo, uel uestiri in alio mũdo in inferno lorica ignita. s. pena ĩfernali, ubi est ieiuniũ ita strictũ, q nec guttã aque potestis hre. Ex quo noluerũt hic ieiunare, ieiunabũt ĩ inferno, ut patet de diuite epulone. Luc. xvj. Modo M. cccc. anni sunt & ultra q ipse petijt unã guttam aque quotidie ieiunãdo, & non potest obtinere, dicit textus, Cũ esset in tormẽtis eleuauit oculos &c. Nota q anima separata habet oculos, ut refrigeret linguã meã. Nota etiã q habet linguã, sed est ĩnia data a rege xpo. Luc. xiij. Nisi pniam habueritis oẽs simul peribitis. Iam uideamus qõ isti tres. s. xps, Helias, & Moyses ieiunauerũt quadragesimã. Christus ieiunauit orãdo. Luce. vj. Erat pernoctãs in oratione dei. Moyses ieiunauit deum audiendo, Helias ambulando. His tribus modis debemus ieiunare audiendo missas, sermones, diuina officia. Secundo orando, scilicet mane & sero. Nota modũ orandi in Ecclesiastico, oratio humiliantis se nubes penetrabit. Eccle. xxv. Tertio, debemus ieiunare ambulando, scilicet ecclesias uisitando, hospitalia, indulgentias &c. His modis eritis istis tribus similes, & de uobis uerificabit illud Dauid, Ibũt de uirtute in uirtutẽ, uidebitur deus deorum in Syon. ps. lxxiij. Quinta questio, qa dicit euãgelũ

cuãgelium,& apparuerũt illi Moyſes,& Helias loquẽtes cũ eo.de quo loquebãtur cum xpo,quid dicebãt,& quid loquebantur Mat. nõ dicit,ſed Lucas declarat quid dicebãt.Lu.ix.Ecce duo uiri loquebant cũ eo.Erãt autẽ Myoſes, & Helias uiſi in maieſtate, & dicebãt exceſſum eius quẽ cõpleturus erat in Ieruſalẽ. Lucas declarat parlamentũ di. Loquebant enim de paſsione quã debebat ſuſtinere pro nobis xps in Ieruſalẽ. Nota exceſsũ ſue paſsionis, magnus exceſſus perdere totũ ſanguinem pro nobis. Cõcluſio eſt theoł. ꝙ minima gutta ſanguinis Chriſti erat ſufficiẽs ex ualore diuinitatis,ex infinita charitate xpi, ad redimentũ mille milia mũdorũ. De hoc uide beatũ Tho. iij.parte.q.vj.art.v.ad tertiũ.art.vj.ad ſextũ.& iij.ſcrip.diſt.xx.ar.iij.ad quartũ.& vj.qui dicit, ꝙ una minima gutta ſanguinis xpi ſuffeciſſẽt pro omni peccato, & ipſe effudit totũ ſanguinẽ, & multoties effudit.Primo in circũciſione. Secundo in oratione.Luc.xxij.Factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terrã. Tertio in flagellatione.Quarto in cruce. O qualis exceſſus effundere totũ ſanguinẽ pro proditore homine. Iam uideamus practicã illius parlameti, prout rationabiliter poteſtis cogitare fuiſſe factũ Moyſi,&Helie in mõte.Primo Moyſes incepit. O bone ſaluator mũdi, ergo deliberaſtis,ut ſitis capiendus,ligandus, male tractãdus pro homine, ut nos credẽtes,& obediẽtes liberemur a poteſtate diaboli.O domine qualis exceſſus eſſet,ꝙ rex uellet acceptare mortẽ pro famulo,& pro latrone,qui fecit crimen,& cõmiſit.Ab alia parte Helias clamãdo dixit, Et uultis flagellari, & uerberari pro homine,uos qui creaſtis illũ,& uultis tãtum humiliari. O domine qualis exceſſus charitatis erit iſte,& iterũ Moyſes,O domine qualis erit exceſſus iſte, quia iã deliberaſtis coronari corona de ſpinis. Et helias,O domine uultis deſpici,& uituperari. Deĩde,Moyſes,O domine uultis ſuſpendi in ligno. O qualis exceſſus. deinde Helias, O domine uultis mori, ut peccatores uiuant uita eterna. Eccẽ quomodo dicebant exceſſum paſsionis xpi,& charitatis in mĩa. De hoc Apoſtolus,Deus qui diues eſt in mĩa propter nimiã charitatẽ ſuã, id eſt exceſsiuã charitatẽ,qua dilexit nos,& cũ eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in xpo. Eph.ij. Moraliter habemus hic exẽplũ,ſi xps tantũ fecit pro nobis,&nos debem⁹ facere aliquid pro ipſo, ſaltẽ redimere peccata noſtra per pniam.Vnde Apls ad Heb.xij.Recogitate eũ,ꝙ talẽ ſuſtinuit a peccatoribus aduerſum ſemetipſum cõtradictionẽ,ut nõ fatigemini animis ueſtris deficiẽtes. Nondũ enim uſq; ad ſanguinẽ reſtitiſtis aduerſus peccatũ repugnãtes.Multi ſunt qui non timẽt leonẽ, uel urſum aggredi, uel ire ad guerrã, & exponere ſe morti, & tamẽ timẽt unam quadrageſimã ieiunare,que nõ eſt periculũ mortis,ſed ſalus corporis & anime. Sexta queſtio,ꝙ fuit motiuũ Petri dicẽtis, Domine faciamus hic tria tabernacula. Reſpõſio,quod Petrus ſciebat ꝓphetiã Dauid de huiuſmodi trãsfiguratione dixiſſe, Emitte lucẽ tuã. ſ. xp̃m q eſt lux. Ioã.viij.Ego ſum lux mũdi.& ueritatem tuam.ſ. xpm qui eſt ueritas.Io.xiiij.Ego ſum uia,ueritas,& uita,ipſa me deduxerũt,dicit propheta,& adduxerunt in mõtẽ ſanctũ tuũ. ſ. Thabor. O dixit Petrus, Ego habeo lucẽ,& ueritatẽ mecũ.ſ.xp̃m, & duxit me in montẽ ſanctũ tuũ.ſ. Thabor.opto etiã tertiũ, ſcilicet & introduc in tabernacula tua, & ideo ut prophetia cõpleretur,petiuit fieri tria tabernacula, neſciẽs quid diceret. Nota dicit glo.ſup Lucã,ꝙ illa tria tabernacula ſunt in celo. ſ.tres hierarchie angelorũ,& in qualibet hierarchia ſunt tres ordines angelorũ. In prima hierarchia ſunt angeli, archãgeli &c. dicãtur hic. Et de iſtis loquebat Dauid, & Petrus cogitauit, ꝙ in monte Thabor eſſent faciẽda. Ideo dicit Lu.ne ſciẽs quid diceret. Et in primo tabernaculo. i. in primã hierarchiã ibũt penitẽtes,ꝙ habẽt contritionẽ de peccatis ſuis, qui habẽt propoſitũ emẽdãdi uitam ſuã, & nõ redeũdi ad peccata ſua, & cõfiteri, & ſic

& ſic iſti erũt in ſocietate Helie,ideo xps Matt.iiij. Penitẽtiã agite,appropinquabit enim regnũ celorũ. In ſecũdũ tabernaculũ. ſ. ſecundã hierarchiã ibũt preſidẽtes .ſ.boni domini tẽporales, quando bono titulo habẽt titulũ dominij,& ſeruãt iuſtitiã &c. Itẽ prelati qui bono iure nõ ſymoniace intrauerũt nõ per literas dominorum,nec manu armata,qui plus curãt de ſalute animarũ, quã de redditibus,ibunt cũ Moyſe,qui fuit prelatus populo dei,ideo dicit, unũ Helie, & unum Moyſi, ideo ſcriptura loquẽs de iſtis dominis dicit, Si delectamini in ſedibus, & ſceptris,o reges populi,diligite ſapiẽtiã, ut in perpetuũ regnetis. Diligite lumen ſapiẽtie,oẽs qui preeſtis populis.Sap̃.vj. Nota diligite ſapientiã ad bene gubernãdũ perſonã ueſtrã,& populũ uobis cõmiſſum.In tertiũ tabernaculũ,ſiue in tertiã hierarchiã ibũt perſone excellẽtes in uita apoſtolica,ſecundũ Apoſtolũ, habẽtes alimẽta,& tegumẽta quibus tegũtur contenti ſunt &c.De iſtis dicit Chriſtus, Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnũ,ut edatis,& bibatis ſuper menſam meã i regno meo. Lu.xxij. & iſti erũt cũ Chriſto in tertio tabernaculo. Ideo dicit,faciamus hic tria tabernacula &c. id eſt edificemus meritorie, in preſenti uita tria tabernacula,& ſuperius habebimus poſſeſsionem in gloria &c. Septima queſtio quare Chriſtus precepit illis apoſtolis ne alicui dicerẽt.ſ.tã tã gloriã,cũ tamen fuiſſet magna cõſolatio,& gaudiũ alijs ſi ſciuiſſent? Reſpõſio ꝙ fecit ad utilitatẽ aliorũ apoſtolorum, ſciẽs Chriſtus, quod oẽs debebãt perdere fidẽ,ideo magis peccaſſent ſi ſciuiſsẽt illã gloriã. In quo uidetur plus dilexiſſe bonũ apoſtolorũ,quã ſuã gloriã.Io.viij. Ego gloriã meã non quero,ubi moraliter oſtẽditur nobis, ne in bonis operib⁹ queramus gloriã,ſed interrogate cor neſtrũ,ꝙ non mentiatur uobis, quare uultis hoc facere,ſi pro uana gloria. O non faciã, quia Chriſtus noluit gloriã tẽporale, quantomagis nos nõ debemus uelle. Vnde Apoſtolus Roũ.xij.& ij.Coł.viij. Prouidẽtes bona, nõ tantũ corã deo,ſed etiam coram hominibus. Si uultis facere bonum opus propter hec, ut deus det uobis remiſsionem peccatorum, & finaliter gloriam. O tunc non queratis uanam gloriam,ſed gloriam dei &c.

Dñica reminiſcere. Sermo unicus.

ECce mulier Cananea. Mat.xv.&recitatiue in euãgeł. hodierno. Intẽtio eſt utilis eccleſie, fideles homines ad orationẽ pro uocare,ſicut in dominica proxime lapſa prouocauit ad ieiuniũ. Quia ieiuniũ, & oratio ſunt duo opera neceſſaria ad ueracã penitẽtiã.Et eſt iſta ratio,Nã oẽs formati ſumus de duabus cõtrarijs ſubſtantijs,ex parte ſcilicet carnis, ex ſubſtantia carnali. Et iſta inclinat nos ſemp ad malũ,& ad terrena, & ex anima que appetit ſpiritualia,& celeſtia, niſi a carne impediatur,& ſic ſibi cõtrariantur, & nunquã eſt inter eas requies uera,niſi in Chriſto & in uirgine Maria, & ideo dicitur ad Gał. v. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hec enim ſibi inuicẽ aduerſantur, ut nõ quecũq; uultis illa faciatis.Sunt eñ contraria,& nunquã eſt pax inter ea, & ſancta mater eccleſia uidẽs hãc controuerſiã,ſciens animã habere iuſtitiam, iuuat ipſam animã, & ordinat cõtra carnẽ afflictiones,& ieiunia,& hoc dominica preterita,quo ieiunio carõ refrenatur,& hodie ordinat orationẽ qua anima eleuatur ad deũ,& ſic nõ ſolũ habebitur victoria de carne, ſed etiã de demonibus qui etiã laborant continue,ut perdamus illã gloriã,quam ipſi perdiderunt,ideo dicit Chriſtus,& ſcribitur Marc.ix. Hoc gen⁹ demoniorum in nullo expellitur niſi in oratione,& ieiunio, & prouocati fuim⁹ ad ieiuniũ exẽplo Chriſti nobis propoſiti, nec eſt uerũ, ut quidã rudes ignorantes dicũt,quod Chriſtus xl.panes aſſumpſit ſecũ in montẽ, quia nullã refectionẽ carnalem ſuſcepit.Ideo dicitur Matt. iiij.& cũ ieiunaſſet.xl. diebus & xl.noctibus,poſtea eſurijt.Idẽ beatus Luc. iiij.& nihil

nihil manducauit in illis diebus &c. Si ergo Christus qui nullā habebat cōtradictionē carnis & spiritus ieiunauit, quāto plus nos. Tū quia ipse qui est dominus, & redemptor ieiunauit, quid nos miseri facere debemus, quasi arguendo per locum a minori. Sic hodie mater ecclesia prouocat nos ad orationē instruēs nos exemplo cuiusdā infidelis Cananee, pro nostra uerecundia, ut fortius oremus. Ideo dicit ecclesia, Ecce igitur mulier Cananea. Ecce est demonstratiuū, & infidelem demonstrat, ut melius prouoce mur ad orationē. Et ista mulier seruauit tres conditiones orationi necessarias.

Primo seruauit ueram fidelitatem.

Secundo firmam stabilitatem.

Tertio seruauit ueram humilitatem. Omnia ista tangūtur in themate. Primū quia ecce, secundū quia mulier, tertium quia Cananea. Sed de his intricationibus non curo. Sed ego uolo ista tria trahere ex euangelio, & non ex themate.

Primo ergo habuit uerā humilitatē, nō obstante, ꝙ esset genere infidelis, tamen habuit istā. Nā dicitur in euāgelio, Egressus Iesus secesit in partes Tyri, & Sydonis. Et ecce mulier Cananea a finibus illis egressa, clamauit dicens ei, Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male a demonio uexatur. Vbi dicitur ꝙ Christus exiēs de Nazareth uenit in partes Sydonis, ut apparet Mat. xiiij. Et benedictus dominus cepit exequi officiū predicationis, & noluit in aliqua ciuitate diu requiescere, nec in castro, sed ut necesse erat expēdebat tēpus ad predicandū. Sicut uidemus in sole qui cū oritur, nulli se quieti reponit, sed facit suū cursum, quia alias perfecte non illuminaret, ita Christus suū cursum fecit, amorē & ardorem dans gentibus, & ideo dicitur. Visitauit nos oriens ex alto Illuminare his qui in tenebris &c. Luc. j. In tenebris, id est, in erroribus existentes illuminabat, & calefaciebat eos qui erāt in umbra mortis, quia erant indurati, & direxit pedes eorū in uiā pacis. Ideo dicitur in euāgelio, Egressus Iesus &c. Et nō dicitur unde, sed declaraui superius. Et sequitur, Et ecce mulier Cananea. Et dicitur Cananea, quia terra promissionis erat habitatio Cananeorū quos tēpore Iosue Iudei expulerunt. Et quia Iudei nō omnes potuerunt exterminare, ideo de genere Cananeorū qui remanserant descenderat ista. Ideo dicitur Cananea. Ista primo nō credebat deū, nec sperabat resurrectionem. Et mortuo uiro ipsa remā sit cū unica filia, in cuius corpus diabol⁹ intrauit, & affligebatur multū, ut poteris uidere in homilia hodierna, semel proijciens illā in aquā, semel in ignem, & ista Cananea audiens ꝙ Iesus transibat per illas partes tot miracula faciendo, & faciebat audire surdos, claudos ambulare. Hec ergo mulier accessit ad Iesum uociferando, & multū acriter flendo, & dicēdo, Miserere mei domine fili Dauid. Hic nota fidelitatem quā hec mulier incepit habere, quia cū esset infidelis, pagana de genere Canaan, nihilominus maximam habuit fidē quā ostendit facto & uerbo. Primo facto quia non duxit secū filiam suā, nō quesiuit presentiā Christi, ut princeps synagoge. Mat. ix. Et regulus. Ioā. iiij. nec recurrit ad diuinos. Origenes, Nō accedit ad Petrū, non rogat Iacobū, nec obsecrat Ioannē, non interpellat apostolorū chorū, sed pro omnibus illis accipit patientiā comitem, que aduocati locū adimpleuit, & sic ad summū pietatis principē perrexit. Hec ille. Secundo ostendit suā fidelitatē in uerbo dicens, Miserere mei domine fili Dauid, nō est in actibus meis bonum, non est mihi de cōuersione fiducia. Ad miam tuā confugio, miserere mei inqt peccatricis. Diuinorū malorū quotidie cruciatus, quotidie gemitus meos uideo. Quo pergam? in eremū ire non audeo, nec illā solā relinquere. In domo sedere non possum, quia intrinsecus est inimicus. Cerno eiū oculos transuersos, aspectū sanguineū, manus intortas, crinē dissolutū, ora spumantia, inimicū incedentē, & non apparentē, neminē interrogantē, & illā cum clamore loquentē, miserere mei dñe fili Dauid.

Dauid. Et sic habes duas doctrinas. Vna est moralis, alia est speculatiua. Et primo uideamus speculatiuā. Et quere que fuit ratio, quare ista mulier uocauit Iesum filiū Dauid, & non filiū dei? quia Christus secundū humanitatem erat filius, seu de stirpe Dauid, sed secundū diuinitatem filius Dei, cū plus posset, ut deus. Videatis hic secretū. Apparet ꝙ ista mulier audierat ore humanō, aut spiritussancti, nā dicitur ꝙ rex Dauid tangebat bene citharā, & ꝙ rex Saul detinebatur multotiēs per demonē, & Dauid tangendo citharam expellebat demonium a rege Saul. Vide textū de hoc. j. Regū. xvj. quomodo spiritus malus arripiebat Saul, & tūc Dauid tangebat citharā. Ideo quādocūq; spiritus malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharā, & percutiebat manu sua, & recedebat ab eo spiritus malus &c. Timebat ergo demon sonū illius citharę? certe non, uel timebat sanctitatē Dauid? nō. qd ergo dicendū? Videte, ista cithara secundū ꝙ dicunt glose, figurabat illā citharā, crucē domini nostri Iesu Christi. Nam sicut cithara fit de ligno arido, ita crux Christi, quia annis mille quingētis preteritis fuerat illud lignum sciissum, ut pridie dixi in primo sermone cuius thema, Ecce sanus factus &c. Itē quia in cithara sunt quatuor paria funiculorū magis tracta quam in alio instrumento, & habet clauellas aliquas. Et ista cithara significat crucem, & funiculi significant membra Christi que fuerunt attracta in cruce, & nerui cum clauis, & clauelle ille significāt clauos quibus Iesus Christ⁹ fuit cōclauatus. Itē cithara facit sonū ual de acutū. Nam benedictus Iesus fecit septē sonos in cruce. Et prim⁹ fuit, quādo dixit, Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Nā pater ipse paratus erat recipere uindictā, & oēs illos dānare. nā credebāt se crucifixisse peccatorē, & crucifixerūt dominū, & saluatorē. Et iste sonus significat domini nostri Iesu Christi clementiā. Secūdus fuit, quando dixit latro, Domine memento mei, dū ueneris in regnū tuum, & dixit illi, Amen dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Lu. xxiij. & iste significat sonū inestimabilis mīe cū peccatore. Tertius fuit quando dixit matri sue flenti dic. Mulier ecce filius tuus, signando uersus Ioannē, qui sonus significat incomparabilem sonum pietatis. Quartus fuit, quādo apostoli, & amici recesserūt eū relinquēdo, & dixit alta uoce, Hely Hely lamazabathani &c. nō tamen credatis, ꝙ ipse esset a deitate derelictus, non, sed ab Apostolis, & amicis, & iste sonus erat cōpassionis, & hoc propter amicorū dilectionem. Quintus fuit quando dixit, Sitio. Nā ipse desiderabat infideliū conuersationem. Et sic erat cātus incomparabilis charitatis. Sextus fuit quando dixit, Consummatum est, qui sonus incōparabilis, & infinite erat cōstantie. Septimus fuit, quando dixit, Pater in manus tuas cōmendo spiritum meū. Et ista cantilena fuit infinite confidentie, dans exemplū cuilibet Christiano. Ecce ergo citharā Dauid. Et demon intelligēs hoc secretū fugiebat regē Saul relinquēdo. Et de hoc iā sperans ista Cananea dixit, Miserere mei domine fili Dauid, qa filia mea male a demonio uexatur. Loco iā allegato, secūda doctrina est moralis. Pro quo notandū, qñq; predictā filiā demō inflabat. Interdū ut rabie detentā cō turbabat. Interdū proijciebat illā in luū. Interdū os usq; ad aurē pducebat. Interdū in puteū, siue aquā proijciebat. Interdum in ignem, tollens ei uirtutem. Sed mater illam non relinquebat. q. d. Si Dauid qui erat figura, poterat fugare demonem per sonū citharę, plus potest ipsa ueritas, id est Iesus Christus. Et hic est instructio bona moralis, scilicet ꝙ nostre anime uexentur a demone multis & diuersis peccatis, allegemus ergo sonum ipsius citharę. Nā nostre anime diuturnitate peccati uexātur a demone cū demō uexet multos homines, & hoc propter sū perbiā, sicut faciebat filiā Cananee, sicut si esset unū magnū uas inflatū uento. Alij uexantur per auaritiam a demone reuoluti. Alij proijciūtur in lutum. s. luxuriose uiuēdo. Alij habēt os retortū usq;

ad

ad aures, & isti sunt inuidi. Alij proijciũtur in aquã. s. gulose uiuẽdo. Alij ĩ ignẽ, & isti sunt qui desiderãt uindictã inimicorũ. Alij qui perdũt uirtutẽ propter pigritiã. Tũ habemus remediũ Cananee dicendo, Dñe fili Dauid, miserere mei, quia filia mea, i. aïa mea uexaꝰ a demone. Et si Dauid dñe, q̃ fuit uestra figura, & cithara figura crucis illud fecit, & uos facere dignemini q̃ estis ueritas. Et ideo si laboramus ꝓ corpe & diuitijs, q̃to plꝰ ꝓ aïa. Nã dicit Deut. iiij. Custodi igitur temetipsum & aïam tuã sollicite, ne obliuiscaris uerborũ q̃ uiderũt oculi tui, & ne excidãt de corde tuo cũctis diebus uite tue. Docebis ea filios ac nepotes tuos die quo stetisti corã dño Deo tuo in Oreb qñ dñs locutus est mihi di. Cõgrega ad me populũ ut audiãt sermones meos, & discãt timere me oĩ tpe quo uiuũt in terra. Ecce mulier ista Cananea cogitãs cõsiliũ pluriũ personarũ ꝙ illa ferret ad sortilegos, ad se reuersa dixit, Recurrã ad demones, nõ ut filia mea liberet a demone, nõ faciã, sed solũ uolo recurrere ad xp̃m. ideo istã multũ laudat homilia hodierna. Circa hoc habetis bonã doctrinã. s. ꝙ non uadatis ad tales personas pro aliqua necessitate mũdi, sed ad solũ Iesum xp̃m. Nã si forte amisisti aliquid, & nescis ubi est, nõ uadas ad demones, qñ secreta nesciũt, cum sint in tenebris. Bene dicent forte infamiam alicuius, & nõ erit uerũ, ut miscẽat malũ, nã cũ furtum nescire poteris, recurre ad xp̃m. Isto modo ut si sibi placeat ꝙ ponat in corde illius q̃ habet rem ut tibi restituat. Itẽ si uis habere sanitatẽ tui corpis, mariti aut uxoris, nõ accedas ad coniuratores, quia demones nõ possunt hoc facere, & si, diceres, expertus sum, caue, quia deceptus es. Nã dicitur ꝙ demon curabat infirmos, nõ a sanitate sanãdo, sed a lesione cessando. Debet ergo homo solũ confidere in dño, potius q̃ ad tales recurrere, & uos mulieres nõ faciatis rõne infantiũ. Nam ibi est necessaria creatio anime. nã diabolus nõ potest aïam creare. Videant ergo rectores cõmunitatum si sciunt aliquẽ uel aliquos infideles his artibus utẽtes, istos tales ad uitam sustineãt, nã istud pctũ est sufficiens irã Dei prouocare super ciuitatẽ. Et ecce unum exẽplũ, Si forte aliquis Sarracenus ueniret de Barbaria, & secrete diceret ciuibꝰ & militibus ciuitatis, Ecce dimittatis regem uestrũ & detis uos regi nostro, ego dico ꝙ si ciues & rectores scirent ista & nõ dicerent, nõne mererent ut rex destrueret illos? certe sic. Istã penã merent qui ad illos recurrũt & qui sustinẽt, maxime si est notoriũ. Si autẽ est secretum, tũc Deus cõdẽnabit illos qui hoc faciũt, immo etiã illos qui uadũt & cõsentiũt. Cõcordat Dauid in ps. xliiij. s. Deus auribus nostris. Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expãdimus manus nostras ad Deum alienũ. Nõne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. Magna iniuria fit sibi cũ in noĩe ipsius tãta fit uirtus, ꝙ curet oĩa, & de hoc est textus in ps. xxxix. Beatus uir cuius est nomen dñi spes eius, & nõ respexit in uanitates & insanias falsas. Nota nõ respexit in uanitates & insanias falsas, id est sortilegia. Addiscamus ergo a Cananea ista, que nõ curauit de istis uanitatibus, & erimus fideles regi nostro. Et ecce hic fidelitatẽ istius mulieris. Secũdo seruauit firmam stabilitatẽ. Nã dicitur ꝙ nõ rñdit ei Iesus uerbũ aliquod. Et ideo dicitur, Et accedẽtes discipuli ad Iesum, rogabant eũ dicentes, Dimitte eam quia clamat post nos. Ipse autẽ rñdens ait, Nõ sum missus nisi ad oues q̃ perierũt domus Israel. At illa uenit & adorauit eũ dicens, Dñe adiuua me. Cui rñdens ait, Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ & mittere canibus. At illa, Etiã dñe. Nã xp̃s dixit ter sibi nõ, & ista tamẽ fuit stabilis & firma. Et primo fuit stabilis & firma, quia non rñdit sibi uerbũ, quasi sibi cõtumeliã dicẽdo, quasi habẽdo illã excõicatã, & ab eo repellẽdam, denotãdo, ꝙ quis cũ excõicato loqui non debet. Et tũc ista replicando dixit. Si sum excõicata, ad te solũ recurro qui habes potestatẽ absoluendi, dicẽdo, Miserere mei. Ideo apli moti mĩa rogabant eum dicẽtes, Dimitte eã, qa clamat post nos. q. d. O dñe iam dicẽt gentes te crudelẽ esse. Tũc xp̃s q̃is ex una parte durus uideret esse, tñ ex alia parte misericors, dicit apl̃is, Nõ sum missus nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel, & nõ obstante hoc ista dicit, Adiuua me dñe. Videte iam apl̃is negauerat, sed post dicit xp̃s, Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ & mittere canibus. Et ista cõstans & stabilis dixit, Dñe si ut canẽ me proijcis p iustitiã, tñ miserere mei & da mihi ut catule, de mĩa tua, & miserere mei. Notate circa hoc firmam stabilitatẽ istius mulieris. Et forte homines dixissent, O & q̃to tpe uado post eũ, & nõ possum aliquid ab eo cõsequi. Nam sic ista immo cõtinuauit. Et circa hoc sunt due doctrine. Prima est speculatiua, alia est moralis. Speculatiua est eo ꝙ dixit xp̃s, Non sum missus nisi ad oues que perierũt domus Israel. Hic notandũ cum dicit, Nõ sum missus &c. ꝙ de aduẽtu xp̃i possumus loqui dupliciter. Vno modo q̃tum ad redẽptionẽ uniuersalẽ. Et sic Christus uniuersaliter ad oẽs uenit & missus est, quia pretium pro omnibus soluit, qa oẽs sunt redẽpti, sed non oẽs saluati, quia nolunt ieiunare. Sicut si aliquis ditissimus trãsiret ultra mare ad redimendũ xp̃ianos captiuos, oẽs qui essent penes Sarracenos in Barbaria, cum magnis pecunijs, dicẽdo, Pro quãto pretio dabitis mihi captiuos? & ipse soluisset pretiũ. Et si unus diceret, Nolo exire, immo uolo hic remanere. quero cuius esset culpa? nõ soluentis, nã pretiũ solutũ est, sed noluit gaudere. Dominus iste diues erat Iesus xp̃s, qui die ueneris sancta aperuit thecã suã, hoc est latus suũ pro oĩbus nobis captiuis soluẽdo in ara crucis, & soluit libere uerberibus & alijs plagis multis. Et oĩbus nunciatur dicẽdo, Ponatis uos in nauigio ecclesie triũ cooperturarũ. i. statuũ. Et prima est proprie sentina que debet esse secreta, & ista significat religiosos qui debent esse secreti, & sine necessitate de ordine nõ exire. Secũda significat cõditionẽ presbyterorũ qui debent honeste uiuere. Tertia est laicorũ qui debẽt bene uiuere, bene cõuersando. ideo Sãlomon prouer. vl. Facta est quasi nauis institoris, de lõge portans panẽ suum &c. Nã uenerũt nũcij dñi & diverũt Iudeis, Venite ad nauẽ dñi. Qui diverũt, Nolumus. Sic dicaꝰ de Tartaris & Sarracenis q̃ dicũt ꝙ noster ꝓpheta ꝓmittit nobis in alio mundo riuũ mellis & lactis, sed ꝙ oĩbus uenit, & hoc ꝓbaꝰ in ueteri testamẽto. Parũ est ut sis mihi seruus ad suscitãdas tribus Iacob, & feces Israel conuertendas. Ecce dedi te in lucẽ gẽtium, ut sis salus mea usq; ad extremum terre. Esa. xlix. In nouo testamẽto, Hoc eũ bonũ est & acceptũ corã saluatore nostro Deo, q oẽs hoĩes uult saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis peruenire. j. ad Ti. ij. Videmus ergo ꝙ pro oĩbus missus est. Alio modo loq̃ possumꝰ de xp̃i aduentu quo ad uisitationẽ corporalẽ. s. ad predicãdũ & faciendũ miracula pſonaliter, & sic nõ uenit nisi ad oues domus Israel. Et quo ad hoc uerificaꝰ autoritas. s. quo ad uisitationẽ corporalẽ, qa tñ in terrã promissionis corporaliter erat uẽturus. Ideo beatꝰ Paulus dicit, Dico eñ Iesum xp̃m ministrũ fuisse circũcisionis ꝓpter ueritatẽ Dei, ad cõfirmãdas ꝓmissiones patrũ. gẽtes autẽ sup mĩa honorare Deũ, sicut scriptum est, Laudate dñm oẽs gentes &c. ad Ro. xv. Et ita intelligif, Non sum missus ꝓpter Cananeã, quia de illis nõ erat. Alia aũt doctrina est moralis, & uide cõstantiã istius mulieris, quia pro nulla iniuria cessauit orare. Discе ergo tu orare, quotidie de mane facere certã orationẽ. Nã quilibet debet facere & tenere certã orationẽ. Itẽ de sero antequã ponas te in lecto flexis genibus & deuote dicẽdo, Pater noster. Aue ma. Credo in Deũ &c. cũ alijs multis secundũ tuam deuotionẽ, & habebis ꝓ speritatẽ in corpore & in aïa. Et ideo Dauid in ps. lxv. Iubilate. j. Benedictus dñs qui non amouit orationẽ meã, & misericordiã suã a me. Et sic cõtinua, & nõ dimittas eã propter sociũ uel ꝓpter aliã causam. Et uide hic exemplum, Quidam Longobardus

uoluit mundū uidere,& uisitare singula riter sanctum sepulchrū Iesu xpi cū uno scutifero,& accepit licentiā uxoris sue, & proposuit quotidie dicere Pater noster. Ave ma. Et immediate incepit & cōtinuauit quotidie suam orationē,& fuerūt semper incolumes. Cōtigit q̄ reuertendo ad domū suā,cū esset iā prope castrū non curauit ultra facere orationem dicēdo,O iam sumus ꝓpe nostrā domū, nō oportet mō facere orationē. In posterū sic accedēdo uersus domum ignis accēsus est in castro,& castrū & filij preter uxorē oīa cōbusta sunt. Ergo uideatis quō ex omissione orationis oīa ista aduenerunt sibi. noli ergo orationē dimittere q̄uis sit parua, cōtinua illam. Et ideo dicitur.j.ad Thessal.v. Semper gaudete.s.in dño,sine intermissione orate, in oībus gratias agite. Hec est em̄ uoluntas Dei in xpo Iesu in oībus uobis. Spiritū nolite extinguere, prophetias nolite spernere. Oīa autē ꝓbate, qd̄ bonū est tenete, ab oī specie mala abstinete uos. Ipse autē Deus pacis sanctificet uos per oīa,ut integer spiritꝰ uester & aīa & corpus sine querela in aduētu dñi nostri Iesu Christi saluet. Fidelis est qui uocauit uos,qui etiā faciet. Fratres orate pro nobis. Sumamus ergo huius mulieris exēplum. Ecce hic secūdum exēplū quō habuit firmā stabilitatē. Tertio seruauit uerā humilitatē. Nam ista mulier seruauit istā humilitatē, q̄uis xps canem eā appellauerit, uel assimilauerit. Et ista bona mulier dixit, Ecce dñe, & catelli edunt de micis que cadunt de mensa domino rū suorū. Tunc Iesus uidit fidē istius mulieris & dixit, Magna est fides tua. Et iō dicebat mulier. Nō peto magnū miraculum uelut resurgere mortuos, nec solē retroire,mare rubrū diuidere, sed ut liberes filiam unicam. Fac ergo dñe mihi istam gratiā, & xps denegare nō potuit. Quero nūc cur xps tm̄ fecit illā expectare qd̄ petebat? uidetur contra se esse & eius doctrinam. Nam dicitur Prouer.iij. Ne dicas amico tuo uade & reuertere, & cras dabo tibi,cum statim possis dare. Item dicitur.ij.ad Corin.ix. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo,non ex tristitia aut ex necessitate,sed supple ex hilaritate. Hilarem enim datorem diligit Deus. Rñsio, quia xps hoc fecit duplici ratione. Primo ex parte mulieris. Secundo ex parte nostra. Primo ex parte mulieris propter meritum augendum. xps em̄ per istam dilationem fecit eam ascendere & crescere in ardenti deuotione & amore ad Deū,& spe,& sic xps pie implere petitionem mulieris distulit, ut mulier ista plus haberet, q̄ si ilico dedisset, que a principio non tantum habuisset, sed postea dedit propter amorem & humilitatem. Et circa hec audiatis parabolam, Miles quidam erat qui multum diligebatur ab Imperatore. Et iste miles petebat ab eo gratiam,& iste imperator noluit sibi dare pomum & dedit sibi primo castrum,adhuc petenti pomum dedit sibi equum. Adhuc miles petebat pomum & dedit sibi uestem, demum iste importune dedit pomum. Ecce q̄ si cito dedisset pomum, solum pomum habuisset & non alia. Ita dicamus de ista petenti pomum. Nam Christus dedit primo sibi castrum, quia ardorem,secundo patientiam,& ecce equum, tertio humilitatem,ecce uestem,quarto charitatem, & sic plus habuit. Secundo Christus hoc fecit, dando nobis exemplum ut humiliemus nos in deuota oratione,quia quāto plus nos humiliauerimus, tanto amplius ascendemus. Sint duo homines equalis meriti, oratio magis humiliantis se uirtute humilitatis plus ascendit, puta si unus eorum se ponat in oratione iuxta altare,& alius a lōge, plus exaudit̄ ceteris paribus oratio illius, qui stat a longe uirtute humilitatis. Vnde dicitur in Psal. cj. Respexit in orationem humilium & non spreuit precem eorum. ideo dicitur, Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet non consolabitur, & non desistet donec aspiciat altissimus. Ecclesia. xxxv. Et ecce filius ponitur. Domino placeat &c. Deo gratias.

Feria

Feria.ij.in.ij.Dñica.xl. Sermo.j.

MVlta habeo de uobis loqui & iudicare. Ioan. viij. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno, quod continet unum secretum parlamentum quod fuit inter xpm & Iudeos disputantes cum xpo. Et hoc parlamentū q̄tū est ex una pte. s. xpi ostendit nobis tres magnas dignitates.

Prima est sapientia diuinalis.

Secunda excellentia supernalis.

Tertia eminentia principalis.

Quomodo est iudex principalis & uniuersalis? Dicit thema, Multa habeo de uobis loq & iudicare, sed q me misit uerax est, & ego que audiui ab eo hec loquor in mūdo. Et nō cognouerūt, qa patrē eius dicebat Deū. Dixit ergo eis Iesus, Cū exaltaueritis filium hoīs, tūc cognoscetis, qa ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pr̄ hec loquor. Et q me misit, mecū est, & non reliquit me solū, quia ego q̄ placita sunt ei facio semp. Hec illo loquēte, multi crediderūt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos q crediderunt ei. Iudeos, Si uos &c. Dico primo q̄ euāgeliū ostendit de xpo sapiētiā diuinalē. Proprium sapientie diuine est, scire qui sunt saluādi & q sunt dānādi, scilicet scire ꝓdestinatos saluandos,& prescitos dānādos, propria enim sciētia Dei est. Sicut rex q uult facere cōuiuiū nuptiale de filio suo, primo in schedula scribit, & eligit iuitādos duces, comites & barones &c. Secūdo ordinat cōuiuiū secundū dignitatē cōuiuantiū. Sic Deus pater uoluit facere cōuiuiū de filio suo, assumēdo naturā humanā, quia sicut uir & uxor non sunt duo, sed una caro, ita Deus & homo nō sunt duo in psona, sed una persona. Sponsalia facta sunt in camera uteri uirginalis,& de hoc prophetauerat Dauid in ps. xviij. Tanq̄ sponsus ideſt Dei filius, ꝓcedens de thalamo suo ideſt utero uirginali. Sed nuptie fiunt in celis, qa in hoc mūdo nō est locus cōueniēs nec sufficiēs. Mat. xxij. Simile est regnū celorū homini regi q fecit nuptias filio suo. Ex quo Deus pater eternaliter ordinauit illud cōuiuiū, elegit inuitandos tot Imperatores, tot reges,& tot duces &c. O quot ueniūt ad istud cōuiuiū. Ista electio dicitur predestinatio, & illa inuitatio dicitur predestinatio, de quo Apostolus loquens tā de se q̄ de electis dicit, Ephe.j. elegit nos in ipso ante mūdi constitutionē. Ecce sapientia uel sciētia Dei. Ad Ro. viij. Quos predestinauit, hos & uocauit,& quos uocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Ex hoc ostendit Deus pater xpo inquantum erat homo,& sic habebat scientiam predestinatorum. Et qa sicut non est nisi unum esse trium personarum, sic est nisi una persona duarum substantiarum in xpo. Itē ostendit Deus pater anime xpi librum uite,& in charta dextera legit, q̄ patriarche & prophete &c. debebant saluari siue intrare paradisum ex sua passione. In siniſtra legit, quod mali prelati damnabūtur, nec erūt digni ire ad illud conuiuium. Hec sapiētia ostenditur in euangelio. Vnde Christus disputando cum Iudeis dixit, Ego uado & queretis me, & in peccato uestro moriemini. Nota ego uado, scilicet ad gloriā resurrectionis, scilicet per uiam passiōis, & queretis me uocaliter, quia Iudei querebant saluatorem, & nō personaliter credendo q̄ Christus sit saluator. Nota in peccato uestro moriemini. Iam sciebat ipse predestinatos. Idem dicebat semel de apostolis, Ioā. xiij. Scio quos elegerim, non de omnibus uobis dico, hoc dicebat propter Iudam damnandū. Sed est hic argumētum qd̄ uos facitis, Si Deus habet certam scientiam damnandorum & saluandorum, iam ergo quid oportet me bonum facere? nec est uis si faciam malum, quia sciētia Dei non potest falli. Si sum de numero predestinatorum, ibo cum predestinatis saluandus, siue faciam bonum siue faciam malum. Idem de prescitis damnādis qua re faciam bonum, quia scientia Dei non potest falli,& sic ero dānatus, & ex hoc tenent malā uitam. Respōsio, q̄ illud ar-

gumentū est cū magna stultitia. Patet, si rex inuitat te ad nuptias filij sui, si super hoc tu diceres, sine dubio postq̄ rex inuitauit me, ibi ero, & nō oportet me parare, stulte & fatue diceres, sed dices, Ex quo rex me inuitauit, & fecit mihi honorem uolo me parare, qa ibi erunt magni nobiles, & persone honorabiles, expendam tantū in una ueste, & equo &c. Sic cōsimiliter est de predestinatis, q̄ includit, q̄ tu pares te. Nec sequit, ergo predestinatio pōt falli, aut sciētia. Ratio, qa sciētia dei non fallitur, sed tu potes deficere per malā uitā. Vnde si deus ore suo te inuitaret, supponitur, q̄ pararet te, ne uenires cū ueste ueteri. s. cū peccato superbie &c. qa antiquius peccatū mundi est superbia, sed uenires cū noua ueste humilitatis. Idē de alijs uitijs, & uirtutibus. Sed si tu dicis, postq̄ ego sum inuitatus, nō oportet me parare, certe nō intrabis. Pro illa ueritate nota autoritatē Christi. Mat. xxv. Simile est regnū celorum decē uirginibus. Nota historiā euāgelij usq; nescio uos. & Ezechi. xxxiiij. Si dixero iusto q̄ uita uiuat, & cōfisus in iustitia sua fecerit iniquitatē, oēs iustitie eius obliuioni tradent, & in iniquitate sua quā operat⁹ est in ipsa morietur. Si aūt dixero impio, morte morieris, & egerit penitētiā pro peccato suo &c. uita uiuet & nō morietur, quia uerbū dei sic intelligitur q̄ homo sit parat⁹, imo fortius argumentū est. Si illi qui sunt in paradiso, & mille anni fuerūt ibi, haberēt unū peccatum, caderēt in momēto de celo, quo ergo tu nō paratus poteris ascēdere? Matt. xxij. Intrauit autē rex, ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominē nō uestitumueste nuptiali, & ait illi, Amice, quomodo huc intrasti nō habēs uestē nuptialē? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eū in tenebras exteriores. Non intelligatis q̄ in paradiso sit aliquis non paratus, sed intelligit per hypostasin, id est, per cōditionē, si ibi esset aliquis non paratus, & in peccato expelleretur. Ideo ista ratio, quid oportet me facere bonū, magna stultitia est. Secundo est magna ignorātia. Nā tales intelligūt q̄ in libro predestinationis scribatur sic, tantū talis saluabit, Petr⁹, uel Ioānes &c. Nō est uerum, imo quecunq; deus ordinat ad aliquem finē, ordinat etiā uiā, & modū ueniēdi ad illū finē, uerbi gratia de pluuia. Si cras debet pluere, iā ordinat ante de nubibus q̄ eleuant &c. Ideo liber predestinationis sic dicit, Tales saluabunt per bona opera, talis dūs p iustitiā, talis prelatus qui intrauit per portā, & dat bonū exēplū, talis intrabit ex diligētia animarum. talis dūs per iustitiā, talis diues per misericordiā &c. Dic de quolibet statu, ita q̄ simul est uia, & terminus uel finis. Si ergo dimittis uiā, ostēdis q̄ nō es p̄destinatus. Ad hoc autoritas Greg. in primo lib. dialogo. q̄ sic dicit, Obtineri nequaq̄ possunt q̄ predestinata nō fuerūt, sed ea q̄ sancti uiri orādo efficiūt, ita predestinata sunt, ut precibus obtineantur. Nam ipsa eterni regni predestinatio ita est a deo disposita, ut ad hoc electi ex labore perueniāt, q̄ postulādo mereant accipere, quod eis deus ante secula disposuit dare. Hec ille. Ignorātia est ergo dicere qd oportet me facere bonū, qa hoc est dicere, habeo ire ad talē locū, & quid oportet me ire p uiā? qa aliter nō ires illuc, nisi per uiā. Idem de libro presciētie in quo nō scribit solū, tales dānabūtur, sed simul ponit ibi finis, & uita, unde sic ponit. Tales dānabunt p talia mala opera, p iniustitiā talis dūs &c. Et ita de quolibet statu. Nā libero arbitrio cuiuslibet deus dimisit, si uultis saluari uel dānari. Autoritas, Eccles. xv. Deus ab initio cōstituit hominē, & reliquit illū in manu cōsilij sui. Glo. in libertate sui liberi arbitrij, quia predestinatio nō aufert liberū arbitriū. Sequitur in autoritate, Adiecit mādata, & precepta sua. Si uolueris mandata cōseruare, cōseruabūt te, & in perpetuū fidē placitā seruare. Apposuit tibi aquā & ignē, ad quod uolueris porrige manum tuā. Ante hominē uita & mors, bonum & malū, quod placuerit ei, dabit illi. Diceret aliquis, Ergo ibimus ad paradisum,

disum, quia oēs uolumus ire. Verum est uerbo uolum⁹ oēs ire, sed nō facto, imo mentiunt multi. Vnde si dicitis, uos ire parasios, & recipitis uiā ad aliā ciuitatē &c. falsum dicitis. Itē etiā multi dicūt q̄ uolūt ire ad paradisum, sed recipiūt uiā inferni. Vnde si dicatur uni superbo, Dicatis quo uultis ire? O ego uolo ire ad paradisum. O & ista est uia superbie, que tēdit ad infernū. Si iam dicitis q̄ uultis ire ad paradisum, uos estis mēdax, & sic de ceteris peccatis. Ergo ante hominem uita, & mors, id est, gra paradisi, & mors inferni, bonū. s. saluatiōis, & malū. s. damnatiōis quod placuerit ei dabit illi. Tertio, ista ratio est maxim⁹ error destruēs primo philosophiā, quia philosophi fecerunt librū de uirtutibus, ut gentes uiuerent moraliter bene. O & quare, quia ut peruenirēt ad uitā eternā, & tū iam scit deus quis erit saluatus uel dānatus. Dicere ergo q̄ propter hoc nō oporteat bene facere, est error, quia deus qui predestinauit aliquē ad salutē, etiā opus p quod saluabit predestinauit. Itē destruit secundo medicinā, quia uocant medici ad sanitatē habēdā, & tū iam scit deus utrum iste curabit uel morietur. Dicere ergo q̄ oporteat recipere medicinā fatuum est: quia deus scit quis per uiā medicine habebit sanitatē. Idē destruit totā industriā humanā, quare rex cōgregat exercitū p uictoria, quia iam scit deus si debet habere uictoriā uel nō. Itē destruit totam theologiā, & fidem xpianā, quare uoluit uerbū diuinū incarnari, uoluit ut hominem exaltaret, quia iam sciebat deus qui exaltarētur. Idē de alijs xpi operibus discurre. Ideo siue prescit siue predestinati sum⁹, faciēda sunt opera bona, qa nullus pōt saluari, nisi per opera bona, nec dānari nisi per opera mala. Ideo. ij. Petr. j. Fratres satagite, ut per opera bona certam uestrā uocationē, & electionē facia tis. Ecce prima pars, ubi ostendit sapientia dei de predestinatis, & prescitis. Ideo Christus Ioan. x. Vos nō estis ex ouibus meis. Secundo ostenditur de xpo sua excellentia supernalis, cū dicitur Iudeis Vos. s. Iudei de deorsum estis, ego de sursum. Vos de mūdo hoc estis, ego non sum de hoc mūdo. No. qūo deus a principio mūdi fecit duas scalas creaturarū. Primo unā spiritualiū cuius gradus sunt decē. prim⁹ Seraphin. secūdus Cherubin. tertius thronus. quartus dñationes. quintus potestates. sextus uirtutes. septimus principatus. octauus archāgeli. nonus angeli. decimus anime rationabiles. Secunda scala corporaliū creaturarū habet etiā decē gradus. s. celū empyreū primus. secūdus celū crystallinū. de quo Biblia dicit, Et aque que super celos sunt. & a philosophis uocatur primū mobile ubi nulla est stella, sed uno motu mouet totū mūdū. Tertius gradus est celū qd dicitur firmamentū, in quo includuntur celi planetarū qui a philosophis diuidūtur in septē. quartus ignis. quintus aer. sextus aqua. septimus terra. octauus creature que habēt esse & uiuere, ut plante. nonus creature que habēt esse, uiuere & sentire, sicut animalia &c. Decimus creature que habēt esse tātū, sicut lapides &c. Homo est cōpositus de inferioribus gradibus creaturarū spiritualiū, & corporalium. Ideo dicit xps, Vos deorsum estis. Autoritas, Formauit igitur deus hominem de limo terre, & inspirauit in faciē eius spiraculū uite, & factus est homo in animā uiuentē. Gen. ij. Ecce infimus gradus creaturarū corporaliū. Ego. s. persona diuina sum una super oēs creaturas, uos de deorsum estis, quātū igitur humiliari debemus. Moraliter si uultis cognoscere de uobis, uel de alijs si estis de illis sursum uel deorsum, attendatis quomodo cognoscitur homo de qua patria est. Quia idiomate cognoscitur. Autoritas, Iudic. xij. Vide historiā de Iepte, qui fuit capitaneus Galaaditarū, & Manasse contra filios Amon, quos percussit, & interfecit. Tunc cōgregati sunt Effrate indignati cōtra eū, eo q̄ nō uocasset eos ad prelium cū eo, & uolebāt incendere domum eius. Ipse autē Iepte uocatis cūctis uiris Galaad, multos de Effraim interfecit, & posuit se ad uada Iordanis, ubi reli-

qui trāsire debebāt, & quādo ueniebant aliqui de Effraim qui uolebāt trāsire, dicebant ad unūquēq;, nunquid effrateus es? Quo dicente nō ſum, interrogabant eum, Dic ergo ſeboleth, quod interpretatur ſpica. Ipſi autē reſpondebant theboleth, nō ualētes exprimere ſpicā eadem litera. & ſtatim apprehenſum iugulabant, & interfecerunt de Effraim quadraginta duo milia &c. Et nota quot milia fuerūt occiſi. Item etiā in nouo teſtamento habetur de Petro interrogato ſi erat diſcipulus Chriſti. Mat. xxvj. Qui dixerunt, Tu ex illis es, nā & loquela tua manifeſtū te facit. Ita dico uobis, uultis cognoſcere de aliquo utrum eſt de ſuperius, ſcilicet de predeſtinatis, attendatis idioma quod loquit̄, idioma paradiſi eſt illud de quo dixit Pſal. Beati qui habitāt in domo tua dñe, in ſecula ſeculorū laudabunt te. ps. lxxxiij. Laudare deū eſt linguagiū paradiſi. Ideo quādo de te uel alio uides q̄ placeat tibi orare, & deū laudare, poteſt dici, tu ex illis es. Idē de ſacerdote uel religioſo qui dicit deuote horas ſuas. Nota per omnia de ceteris. Linguagium inferni eſt illud de quo Ioannes Apoc. xvj. Eſtuauerunt homines eſtu magno, & blaſphemauerūt nomen dei habentis poteſtatē ſuper has plagas. Si ergo uis ſcire de te, uel alio utrum es preſcitus, uel reprobatus, reſpice quod linguagiū loquitur, ſiurat enormiter, blaſphemat, renegat &c. tu ex illis es, ſcilicet dānatis preſcitis. Nā & loquela tua &c. Vir multū iurans implebitur iniquitate. Eccleſi. xxxiij. Ideo deus conqueritur de rectoribus, & gubernatoribus. Eſa. lj. Dominatores populi mei inique agūt dicit dñs, & iugiter tota die nomē meū blaſphematur. Si enim aliquis male loqueretur de rege, ſtatim puniret, ſed de deo omnes poſſunt male loq, & nullus corrigitur. Ideo & male euenit rectoribus, & gubernatoribus ex eo, quia ſuſtinent &c. Tertio in parlamēto Chriſti cum Iudeis oſtenditur ſua eminentia principalis. de qua thema, multa habeo &c. Iſta multa ſumi poſſunt per ſimilitudinem boni iudicis, qui antequā det ſententiam, multa facit, & multa loquitur. Primo facit proceſſus. Secūdo dat defenſiones iuris. Tertio examinat proceſſum. Quarto dat ſententiā. Sic de uobis primo fit proceſſus, quādo aliquis facit aliquod bonum opus ſtatim ſcribitur in libro proceſſus cōſcientie. Verbi gratia, ſi quis orat opus trāſit, ſed ſcriptura remanet. idē de eleemoſyna, & ieiunio. Autoritas, Cū gentes que legē nō habent naturaliter ea que legis ſunt faciunt, eiuſmodi legē nō habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis teſtimoniū reddente illis conſcientia ipſorum. Rom. ij. Nota gentes. ſ. ignorantes legē, & ſcripturā. Idē de malis operibus ſi maledixiſtis alicui, opus tranſit, ſcriptura manet. Autoritas, Pſal. cxxxviij. Imperfectū meum uiderūt oculi tui, & in libro tuo omnes. ſ. defectus ſcribentur. Nota omnes &c. Ecce de primo. Multa habeo de uobis loqui faciendo proceſſum. Secūdo dat defenſiones iuris, ſcilicet quatuor, quibus nos poſſumus defendere contra omnes defectus, & inimicos impugnantes nos. Prima eſt peccatorū cōtritio. Autoritas, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Eſa. xxxviij. Secūda eſt propoſitū emendādi. Ioan. viij. Vade, ſcilicet ad paradiſum, & iam amplius noli peccare. Tertia eſt oris cōfeſſio, in iudicio humano confitenti datur cōdemnatiua ſententia, ſed in iudicio diuino datur ſententia abſolutoria. Ideo dicit ſcriptura, Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur. Qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Prouerb. xxviij. Quarta defenſio eſt penitentialis afflictio, ſcilicet ſeruare penitentiam a confeſſore iniunctam, que non debet dari contra uoluntatē. Et ratio eſt, ille qui dimittit damnabitur. Et in iudicio talis poterit dicere Chriſto, Feci iudicium, ſcilicet in confeſsione, & iuſtitiam per penitentiā. Ideo non tradas me calumniantibus me. Pſal. cxviij. Tertio tenetur conſilium, & examinantur

tur merita, ſcilicet quando anima egreſſa eſt a corpore, ſtatim uenit angelus ad Chriſtum dicens, Domine quid fiet de anima iſta? Et Chriſtus tenet conſilium cum beata uirgine Maria, & ſanctis &c. De iſto conſilio Chriſtus ait, Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit conſilio. Mat. v. Racha eſt dictio deſpicientis. Ideo dicit, Multa habeo de uobis loq &c. Quarto habet iudicare. Si homo moritur in peccato dicit Chriſtus angelis. Seruum inutilem non ueſtitum ueſte nuptiali ligatis manibus, & pedibus &c. Matth. xxv. Deinde dicit demonibus &c. & uos mittite eos in tenebras exteriores, & ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Si uero deſcedat in gratia dicit Chriſtus, Euge ſerue bone, & fidelis &c. Ecce quare dicit, multa habeo de uobis loqui.

Feria ſecunda poſt dominicam Reminiſcere. Sermo. ij.

EGo que placita ſunt ei facio ſemper. Textualiter habetur. Ioan. viij. Recitatiue autem in euangelio hodierno. Sanctum euangelium hodiernum continet pulchrum colloquiū inter Ieſum, & Iudeos, in quo Chriſtus declarat quatuor excellentias de ſeipſo altiſſimas.

Prima eſt humanitas temporalis.
Secunda diuinitas eternalis.
Tertia autoritas iudicialis.
Quarta benignitas uniuerſalis.

Et in his fundamentaliter conſiſtit fides. De ultima, quia ſe uoluit humiliare in complendo patris uoluntatem, dicit thema, Ego que placita &c. Primo ergo Chriſtus docuit ſuam ueram humanitatem temporalem, quia uerus homo erat. Et hoc inquit ego uado, & queretis me, & in peccato ueſtro moriemini, & quo ego uado uos non poteſtis uenire. Et iſta eſt prima pars. Notate quomodo Chriſtus oſtendit ſuam humanitatem. Et nota hic ſecreta. No. declarationem, Ego uado. Nam ire, & mutare non eſt diuinitatis, quia immutabilis & inuariabilis eſt, ut dicit ſanctus Thomas prima parte queſtione ix. articu. j. & ij. Sed oportebat humanitatem temporalē quā accepit in utero uirginis Marie, eundo de etate in etatem, de tempore in tempus, mutari. Et ſic Chriſtus loquitur de ſua humanitate ſecundum quam ibat ſequendo curſum temporis, & iſta eſt humanitas uera, quia ſemper homo uadit, ſiue dormiat, ſiue quieſcat. Et potes uidere exemplum quando aliquis eſt in flumine, uel in mari, quieſcens uadit in barcha, & flumen eſt tempus, quod currit plus quam aliquod flumen. Videas nunc quantum currit ſol dum predico, in quo tempus figuratur. Et dico certe quod plus mille uicibus quam hinc uſque Romam, & iſto modo ueniemus ad mortem ergo noſter ſtatus non eſt ſemper. ideo dicitur, Homo natus de muliere breui uiuens tempore, repletur multis miſerijs &c. Iob. xiiij. Nam ſi Adam uſque nunc uixiſſet, parum plus uixiſſet, uel minus ſeptem milibus annorum. Nam tantum eſt quod mundus creatus fuit, ſed parum uiuimus nos hodiernis temporibus. Vide quid ibi dicitur, Et quaſi flos egreditur, & conteritur. Statim quando puer eſt natus incipit ire, ſiue dormiat, ſiue uigilet, comedat, uel bibat, ſemper uadit. Vita enim iſta non eſt niſi uia. Chriſtus igitur loquens de eius humanitate dicit, Ego uado ſecundum quā ibat ſequēdo curſum tēporis. Ecce quō oſtēdit ſuā humanitatem, quia ego uado. Et circa hoc poſſent dicere lu dei, Vide quō pōt eſſe q̄ qui firmus ſtat q̄ uadat. cū ergo deus ſit immutabilis ſecundū illud Malach. iij. Ego dñs, & non mutor. quō ergo &c. Sed dic ut dixi. Et ideo dicitur in paſsione. Mat. xxvj. Filio quidē hominis uadit, ſicut ſcriptū eſt de illo. Ve autē homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nū quid ego ſum rabbi? ait, Tu dixiſti. Poſt hoc Chriſtus fecit iter ſuum uſq; ad mortem, & per Iudeos fuit queſit⁹, & adhuc

illū querūt, nō tñ re sed nomine, qa adhuc Messiam expectant, non tñ in persona. Nam ipsimet Iudei ī eorum Talmut, omnes rabini & doctores sue legis pro certo hñt ꝙ tempus messie iam uenit, & xpm recipere noluerunt, sed receperunt Ioannem qui de xpo dixit eis aliqua & credebant. Et iō dicit Mat. xxj. Videntes eū dixerūt, Hic est heres. Venite occidamus eum, & habebimus hereditatem ei⁹ &c. sed non receperunt Christū dicētes, quia contra suam legem predicabat. Et dicit Talmut, & receperunt quēdam pro messia qui uocabatur Barchabam. i. filius falsitatis post mortem Christi, & illum tenuerūt triginta annis pro Messia, & illum occiderunt. Sed tēpus finitum erat. Et ideo quia populo dixerant tempus finitum esse, aliū incantatorem elegerūt, qui dicebatur Hancobā, qui idem ut ille alijs triginta annis uixit, & regnauit, sed ab eis fuit decollat⁹. Nomine ergo messiam querebant, scilicet xpm, sed non psona. Et ideo in terram ubi Iudei habitabant, uenit quidam dicēs se esse messiā, & pro signo dixit, ꝙ ipse diuideret mare per medium, & hoc posset facere diabolus: si deus non resisteret, & diuisit marē, & quādo tenuit ilios, oēs submersit. Et ecce iam habent tres. Item in castella quidam nigromanticus dixit se messiam esse, & dixit eis quod omnes uenirēt ad talem montem. & in nube portaret eos omnes ad terram promissionis, & ad finem destruxit eos. Et dico uobis ꝙ ipsi acciperent unum diabolum si ueniret, quia iam uolebant accipere tabiculanū, qui non erat Iudeus, & acciperent quēcunq; sic facientem. Et isto modo accipiēt antichristum. & ideo dixit eis Christus, quereris me nō in ptona, sed in nomine, & non inuenietis in persona, sed morte moriemini, scilicet in peccato uestro infidelitatis. Et quo uado non potestis uenire, ad gloriā scilicet immortalitatis ibat, quia passibilis erat. Iō dicitur Luc. xxiiij. Nōne hec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriā suam? &c. & ideo non potestis, sed in peccato uestro moriemini. Dixerunt ergo Iudei, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit quo ego uado nō &c. Modus est loquēdi superborum dicentium, Non poteritis euadere de manu mea nisi per mortem. Ita fuit de Iudeis, qui postquā xps dixit, Quo ego uado &c. elati in superbiam dixerunt, nisi alius occidat eum, a nostris manibus nō euadet, quasi imponentes ei ut uellet se interficere. Sed circa hoc uideamus moraliter super hoc ꝙ dicit, Nūqd interficiet semetipsum. Ecce peccatū est seipsum occidere. Nota quatuor gradus personarum que occidunt seipsas. Quidā per indiscretionē. Quidā per diabolicam tentationem. Quidam p odium uel inuidiam. Quidā per finalem desperationē. Quartum gradū occidendi seipsum, Iudei imponebāt Christo, dicentes, Nūquid interficiet semetipsum, scilicet desperādo ut effugiat manus nostras. Et si aliquis dicat, aliquis interficiet mihi patrem, parcā ei. Vide dupliciter pareit inimico. Nam ex una parte est necessaria mia, ex alia parte mia uolūtaria. Necessarium est ꝙ odium projcias extra te, quia aīam occidit habendo propositum ꝙ non noceres illi si etiā reperires eū dormientem. Voluntaria est dimittere processum, & non requirere iustitiam. Vnde ista potes petere, scilicet p iustitiam nō querēdo uindictā, que deo debetur. Ideo dicit ad Ro. xij. Mihi uindictam & ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit potū da illi. Hoc enim faciens carbones ignis cōgeres sup caput eius. Noli uinci a malo, sed uince in bono malū &c. sed si remitteres p mīam uolūtariā, eēt maximū meritū. Ecce ergo isto mō intelligas eū dico, ꝙ qs debet iniuriā proximo suo relaxare & peere, scilicet quo ad uindictā. Iō xps ait. Mat. xviij. Sic & pater me⁹ celestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordib⁹ uestris.

Secunda est diuinitas eternalis. Ista secunda pars est subtilior. Dicit enim, Vos de deorsum estis, & ego de supius sum, quia loquor uobis, & hoc de diuinitate. Et uide

Et uidetis hic subtilia secreta, nam uos hic debetis cogitare, deū trinitatē esse, eternum fontē ex quo emanauerūt duo flumina. i. due species creaturarū corpaliū & incorporaliū, & quodlibet flumen habet decē gradus. In spiritualibus gradibus, primus gradus est seraphinorū, & sunt plures quā hoīes in uniuerso mundo. Secūdus est cherubinorū, iā non in tam magno numero, & per cōsequēs in quolibet minus discurrendo. Tertius gradus est thronorum. Quartus est dōinationū. Quintus est uirtutū. Sextus est potestatum. Septimus est principatuum. Octauus est archangelorū. Nonus angelorū. Decimus, & infimus est aīarum rationabiliū. Et iste sunt creature spirituales. Et istud est unū flumē. Aliud flumen etiā continet alios decem gradus. Prim⁹ est celum empyreum, & istud est superi⁹ & immobile, & de illo philosophi non habuerunt cognitionē, & illud pulchri⁹ est omni creatura corporali. Secundus gradus dicitur cryſtallinum, ubi aque sunt cōgellate, & istud cognouerunt philosophi, & istud appellat primum mobile, qa quotidie mouet. Tertius, dicit firmamētum, quod theologi sic appellant, sed philosophi dicunt celum stellatum. Quartus dicit ignis. Quintus aeris. Sextus aque. Septimus terre. Octauus creaturarum sensibilium, sicut sunt pisces & aīamalia. Nonus, creaturarum uegetabilium non sensibilium, sicut arborū. Decimus, est creaturarum non uegetabilium insensibilium, sicut sunt lapides. Modo est uidendū ex quibus homo fuit formatus. Et dico uobis, ꝙ ex interiori. i. ex luto & aīa, & iō de deorsum estis uos, ego de superius sum, & iō dicit Gen. ij. Formauit deus hoīem de limo terre, quātū ad corpus, & inspirauit in faciē eius spiraculum uite quātū ad aīam &c. Ex limo igit, nō de aliquo corpore celesti & anima, & sic de inferioribus. Quid ergo de pompis das, quia de inferioribus? Sed posset qri qd de Christo? Vide ī eo erat diuinitas, & sic de superioribus. Sed quo ad humanitatē est etiā differentia, quia etiā de hoc mūdo. Iō dicit. j. Io. ij. Omne ꝙ est in mūdo cōcupiscentia carnis est, & concupiscētia oculorū, & supbia uite. Et iō dicit, qa de hoc mūdo estis, nō differtis a xpo etiā in humanitate, & iō dicitur, Nisi crediderit is, qa ego sum, moriemini. Vide ergo ꝙ esse tñ competit soli deo. Ponamus ꝙ in aliquo castro sit aliqs hō diues, & oēs alij sunt paupes, & ꝙ iste diues mutuet alijs ad fenus diuitias, quātitates pecunie ad certū tps. Ponam⁹ ꝙ etiā sub pena mortis, modo constat ꝙ alij qui lucrati sunt, erunt diuites, certe nō forti obligationis uinculo qlibet est astrictus, sed solum dñs est diues. Sic esse est mihi cōcessum a deo, & de isto habeo reddere rōnem sub pena mortis. s. sub pena inferni. Certū est ꝙ nō habeo esse, sed est mihi cōcessum a deo, & quia de isto habeo reddere rōnem, ergo sol⁹ deus, & ideo dicit. Si nō crediderit is qa ego sum moriemini ī peccato uro. Et iō Exo. iij. dicit, ꝙ cū deus misisset Moysen ad Iudeos dixit ei, Ecce ego uadā ad filios Israel & dicā eis? Deus patrū uestrorū misit me ad uos. Si dixerint mihi, qd est nomen eius, qd dicā eis, Dixit dñs ad Moysen, Ego sum q sum, sic dices filijs Israel. Qui est, misit me ad uos. Ecce hic ergo quomodo docet diuinitatem, uide quoniā uerba ligant ut cathena, & dixit in plurali in peccatis. Sap. ij. Excecauit enim illos malicia eorū. Sequitur, Dicebant ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, Principiū qui & loquor uobis, quasi dicat, Nōne incipit testamentum uetus. In principio creauit deus celū & terrā, qa si dicēdo, Ego sum illud principiū. Vnde in po. cix. scilicet, Dixit dñs dño meo, in uersu, Tecum principiū in die uirtutis tue in splendoribus sanctorum, ex utero ante luciferū genui te. q.d. in die uirtutis tue, est illa dies incarnationis, passionis, resurrectionis &c. & tu es illud principium. Et ubi cognoscitur in splendoribus sanctorum. Ecce ergo speculādo secundam partem. Sed circa hoc uidendū est moraliter super hoc quod dicit, Non tum de hoc mūdo, & uide signum si hic

est aliquis homo qui non curet emere hospitium, uel ducere uxorem, sed qui in alium locum mittit, uel ad aliam ciuitatem sua bona, iste non dicetur ciuis istius ciuitatis, secus est si facit per contrarium. Ita potestis cognoscere, quis sit de hoc mundo uel de alio. Persone que non curant de hoc mundo, sed de meritis &c. & totum quod habent, mittunt in aliū mundū, scilicet per mēsam nūmulariorum, per eleemosynas &c. Tales sunt de alio mundo. Mense nūmulariorum sunt manus pauperum. Et quicunq; talis est, prudenter agit. Et ideo dicitur. Mat. xix. Vade & uēde omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Et ideo uos clerici qui prebendam habetis, non incarceretis pecunias uestras, sed date pauperibus, & tunc dicetur tibi, non es de hoc mundo, benedictus est qui retenta uite necessitate, distribuit, & transmittit ad alium mūdum pecunias. Et non solū clerici, imo & laici hoc practicare debēt dando filijs bonam doctrinam. Et cū Apostoli dixerunt, Ecce nos reliquimus oīa &c. Matt. xix. dixit eis xps, Non estis de hoc mundo. Io. xv. Sed illis qui totaliter curant de hoc mundo, & nihil de alio, dicitur, Vos de hoc mundo estis, ideo cū hoc mūdo peribitis. Ideo beatus Io. dās optimū consilium dicit. j. Ioan. ij. Nolite diligere mūdum neq; ea que in mundo sunt. Non ergo curetis de hoc mundo. Nam dico, ꝙ cito & bene cito erit finis huius mundi, quia subdit Ioannes, quia mūdus trāsit & concupiscentia eius. Et ita predico frangēdo quotidie caput meum. Et hec de secunda parte. Tertia excellentia est autoritas iudicialis, nam ostensa humanitate & diuinitate, ostendit autoritatē iudicij uniuersalis dicens, Multa habeo de uobis loqui & iudicare, sed qui me misit uerax est, & ego que audiui ab eo hec loquor in mundo. Et non cognouerunt &c. Vide hic secretum multum speculatiuum & morale in simul. Nam primo dicit loqui, post dicit iudicare, quia tenet modū iusti iudicis, q nō debet precipitare sniam, sed prius debet loqui & tenere colloquiū. i. debet ptes audire & examinare. Et ideo prius est faciendus processus, dādo iuris defensiones. Iste ꝓcessus quotidie fit nobis. Nā quoties qs bene operat, uel male fit ꝓcessus. Exemplū, Si aliquis est hodie, q de mane fecit orationē, & illud dulciter & deuote. Et iō dicit Dauid in ps. cxviij. Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, super mel ori meo. Ecce ꝙ facta oratiōe iā elapsa est, sed ꝓcessus uel meritū remanet in scriptura, uidelicet libelli. Itē si aliquid pauperibus dedisti, cogitando facto &c. Et ideo dicit ad Rom. ij. Cū em̄ gentes que legem non hūt, naturaliter ea que legis sunt faciunt, eiusmodi legē non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostēdūt opus legis scriptū in cordibus suis, testimoniū reddente illis conscientia ipsorū, & inter se inuicē cogitationū accusantiū, aut etiā defendentiū, ī die cū iudicabit de⁹ occulta hominū. E contra de malis. Nā si hodie peccasti, & nō orasti, scriptū est in processū siue facto, siue ore peccasti, siue cogitatione oīa scribuntur. Et ideo dicit Dauid in ps. cxxxviij. Imperfectum meum uiderūt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur &c. Ergo uidete processum circa hoc qđ dicit, Multa habeo de uobis loqui. Sed adhuc dantur nobis defensiones iuris que sunt, scilicet tps nobis datū ad pniam, & ad consilia accipiēdo, & durat hec defensio usq; ad mortem, & hoc propter benignitatem dei. Nam cum peccauit maior angelorū & alij angeli, processus subito fuit factus, sine datis defensionib⁹, imo sine aliquo momento incōtinenti, & ideo habetur Luc. x. Videbā Sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes, intellige infernales, & super omnem uirtutē inimici, & nihil uobis nocebit. ecce qualiter nobis defensiones & tempus dātur, quia quot annis uixisti in peccato & audisti sermones & consilia, & ideo scribitur Sap. xij. c. Tu autem dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas & cum magna

magnā reuerentia disponis nos. In posterum postquā renunciamus defensionibus nostris nobis datis, & anima exit de corpore & nō feci(sti) pniam, Christus dicet, Videamus processum, quoniā aīa ipsamet portat conscientiam & culpā & nequitiā, & dicetur ab omnibus uadat ad inferos, tunc datur sententia, & ideo dicit, Multa habeo &c. Suscipite ergo iuris defensionē. Nā dicit ad Romanos secundo, Ignoras quoniā benignitas dei ad pniam te adducit, secundū autē duritiam tuā, & impenitens cor tuū thesaurizas tibi irā in die ire & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundū opera eius, & ecce tertiam partē. Venio ad quartam partem, in qua ostendit benignitatem uniuersalem, ut dicitur in themate, Ego que placita sunt &c. dicit em̄ in textu, Cum exaltaueritis filiū hominis, tunc cognoscetis, qa ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hec loquor, & q me misit, mecum est & nō reliquit me solum, qa ego que placita sunt ei facio semp. Vbi sex notitias eis dedit, sed nō cognouerūt donec fuit Crucifixus, cū uiderunt solē eclypsā tū, & lunā & stellas, & uelū tēpli scissum, & multa alia signa cōtra naturā secundū uerā opinionē & doctrinā theologorū. Et tūc dixit Centurio, Vere fili⁹ dei erat iste. Et ita Lucas dicit, Et omnis turba eorū q simul aderāt ad spectaculū, & uidebāt q fiebāt, percutientes pectora sua reuertebātur. Luc. xxiiij. Tunc ergo cognouerūt, & nō ante dicendo, Tu hō cū sis facis teipsum deum. Io. x. Hic moraliter diceret aliquis, ostendatis nobis quo modo deo placebimus. Vide duabus autoritatibus. Prima in ps. cxlvj. &c. Non in fortitudine equi uoluntatem habebit, neq; in tibijs uiri beneplacitū erit ei. Sed in quo beneplacitum est domino? super timētes eū, & in eis qui sperāt super mīa eius &c. Equus dicitur corpus hominis. Nā sicut equus debet regi per militem habendo frenum & duo calcaria, sic est de corpore. Nā si corpus uult currere ad libidines, & ad alia pctā, debet habere frenū cōtra gulā, luxuriam, & cōtra alia uitia, faciendo abstinentiam, ieiunando in pane & aqua, dimittendo cenam, & multa alia. Item debet habere duo calcaria, ita ꝙ si equus est piger ad bonū, & prōptus ad malū, tāgat & refrenet eū calcari pedis dextri. i. amore, dicēs, Labora, qa habebis regnū. Si hoc nō sufficit, percutiat calcari pedis sinistri. s. timore damnationis & pene inferni, dicendo, Si non feceris bonū, dānaberis. Et isto mō corpus debet regi sicut equ⁹. Et ideo dicit Esa. xxxj. Egyptus hō & nō deus, & equi eorū caro & nō spūs. Et dicit, non in fortitudine, uide non fortes, sed ieiunātes & debilitantes se, placent deo. Et ideo dicit, neq; in tibijs uiri beneplacitum erit ei. Iste tibie dicunt honor, officiū, placita, gaudia, diuitie, & bona tpalia que interdū sunt occasio ad dānandum animas. Et iste tibie franguntur, si diuitie diuiduntur inter pauperes, & ꝙ honor refutet. Sed quid placet domino, aut beneplacitum est domino, ut faciamus pniam, non ut Iudas qui se suspēdit desperādo. Faciam⁹ ergo pniam & speremus in domino. Ideo Paulus dicit ad Rom. xij. Obsecro itaq; uos fratres, per mīam dei ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentē, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Ideo faciatis pniam non corpus occidendo, sed carnem mortificādo. Et ideo placeat domino Iesu Christo, ut suā uolūtatem implentes, ad celestem gloriam possimus peruenire. Amen.

Feria. iij. post. ij. dñicam. xl. Sermo. j.

SVrge, & uade in Sareptam Sidoniorū. iij. Regū. xvij. Tps istud quadragesimale & thema dāt mihi motiuū de qua dā materia predicādi multum utili & necessaria persone que stat in pctō mortali & mala uita, quō poterit exire pctm̄ per gratiam dei. Sed primo salutetur &c. Surge &c. Hoc uerbum ad literā est dictum Helie prophete sub tali modo, Sciēdum ꝙ semel in regno Israel fuit tanta siccitas, ꝙ

per

per tres annos cū dimidio nō pluit. Nō pluit annis tribus,& mēsibus sex.Lu.iiij. & Iac.v.Intantū ꝙ aues & iumenta moriebātur fame.Deus uolēs prouidere ne Helias moreretur,dixit sibi,Surge & uade in Sareptā Sidoniorum.Surge.ſ.ſi uis uiuere, & recede hinc, & uade &c. Sed hoc uerbū uolumus pertractare iuxta intellectū tropologicū,uel moralē,sciēdū est igitur ꝙ terra Israel ubi fames est, significat ſtatum peccati mortalis. In quo ſtatu aīa moritur fame, quia quādiu ſtat cū corde impenitēti,nullū meritū habet de bonis que facit, licet homo ieiunet, nā bona opera ſunt anime esce.Iuxta illud Io.iiij. Meus cibus est,ut faciā uoluntatē patris mei,qui in celis est.Sed ne aliquis uestrū dicat,Ex quo nullū meritum habem⁹ de bonis,ergo dimittā &c.Hoc nō ualet,imo tunc animari debet ad plura faciendū, quia licet nō ſint meritoria glorie, tamen nō ſunt ſine remuneratione in hoc mundo,quia ualent ad oīa preterquā ad gloriā. Vnde ex illis dabit tibi ſanitatē,proſperitatē &c.& quod magis est, ſi cōtinuaueris bonū opus, retrahet te de peccato, nec permittet te mori in mortali, ſed illa opera diſponent te ad gloriā.Vnde quādo anima ueniet ad celos,& dabitur ſibi gloria,ſi uellet remunerationē de operibus factis in ſtatu peccati mortalis, non obtineret,ut patet de Paulo, & Maria Magdalena, & alijs qui in ſtatu peccati mortalis multa bona fecerūt,de quibus nullā remunerationem habuerūt in gloria. Ideo in hoc ſtatu aīa moritur fame. Autoritas, Dicebat Chriſtus,Ego ſum uitis uera,& uos palmites, q manet in me,& ego in eo,hic fert fructū multū,quia ſine me nihil poteſtis facere.Io.xv.Si ergo uolumus uiuere,uadamus in Sareptā Sydoniorū,id est penitentiā. Sarepta interpretatur tribulatio. Sydoniorū uenatio, qa penitētes uenantur merita,gloriā,& gratiam. Iuxta illud Mat.xxv.& Lu.xix.omni habēti. ſ.gratiā & penitētiā dabitur,ſcilicet occaſio merēdi,& abūdabit. Omni autē qui nō habet,& quod uidetur habere,ſcilicet naturalia,auferetur ab eo.Ergo ſurge peccator,qui iaces in mala uita,& uade &c. Iuxta intellectū ſpirituālē modo uideam⁹, qūo ſurget perſona que diu dormiuit in peccato mortali.Hoc dicit Apoſtolus ſic breuiter ad Ephe.v.dicēs, Surge qui dormis, id est, tot anni ſunt &c. & exurge a mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Vide te itaq; fratres,qūo caute ambuletis, nō quaſi inſipiētes,ſed ut ſapiētes,redimentes tēpus,quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudētes,ſed intelligētes que ſit uolūtas dei, & nolite inebriari uino in quo est luxuria. Multum dormit homo, qui per unū diē dormit, uel per duos,uel per tres,ſed multis annis dormis in peccatis, ideo ſurge &c. Modū ſurgēdi a peccatis declarabo uobis per ſimile de perſona ſolēni. Surgēs de dormitione facit octo. Primo aperit oculos,ſecūdo ſedet in lecto. tertio incipit ſe ueſtire.quarto exit de lecto. quinto ex motu expuit,ſexto calciat ſe.ſeptimo cingit ſe.octauo lauat manus. Sic ergo ſurgere a peccato est ſurgere a dormitione. Et iſta octo debet facere peccator. Primo aperit oculos dicēs,Hora est iā nos de ſomno ſurgere. Siquis uult ſurgere a peccatis debet aperire oculos animo, & cognoſcere pcta. Heu quot ſunt, qui uiuunt in peccatis, & nō cognoſcūt, tales dormiūt.Sed quādo claritas gratie dei ipſum incipit illuminare,tūc ſcit ſuā malā uitā,& dicit, O miſer ſum plagat⁹, & niſi cognoſcat infirmus uulnera, non curat de medicina,ſed quādo cognoſcit, tūc querit medicinā.Idem de peccatore. Verbi gratia,de aliquo religioſo,qui diu uixerit ut ceteri proprietarius,ſed quādo radio diuine gratie illuminatur cogitādo peccata tūc dicit,O miſer,quid erit de me? tot anni ſunt,ꝙ portaui habitū religiōis, & adhuc nō ſeruaui uota &c. Idē de ſacerdotibus,laicis, & mulieribus,laboraui in hoc mundo pro tēporalibus, per tot annos, & nihil pro ſpiritualibus. O miſer. Ideo Dauid qui dormiuit per annū in peccato adulterij, & homicidij, nec habebat cogitationē de peccatis,ſed quando

quādo incepit cognoſcere,ut habetur.ij. Reg.xij.cepit clamare,Peccaui dño. Amplius,id est largiter, laua me dñe ab iniquitate mea,& a peccato meo mūda me. Quoniā iniquitatē meā ego cognoſco, & peccatū meū cōtra me est ſemper. Tibi ſoli peccaui,& malū corā te feci, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis,& uincas cū iudicaris.pſal.l. Vnde Seneca, Cognitio morbi est initiū ſanitatis. Sic ergo quilibet ueſtrū aperiat oculos,quia hora est iā nos de ſomno ſurgere. cogitet quilibet, Iā uideamus ergo iuxta ſtatū an uiuo ego bene an male. Ego ſum religioſus, & ſacerdos, aperi ergo oculos tuos &c. Secūdo qui ſurgit,ſedet in lecto habens unam partem corporis ſuperius rectā, & aliā curuā inferius ſedendo. Hoc ſignificat contritionē,que in duobus cōſiſtit. Vnū est uerſus inferius, ſcilicet dolor de peccatis in hoc mūdo,ſed non est cōtritio,ſed materia contritionis.Nā aliud est forma que dat eſſe rei.ſ.cōtritio id est,dolor ille,qui est de peccatis reſpectu dei quē offendit,alias ſi homo haberet tantū dolorē de peccatis ꝙ fleret,ſed non propter deū attritio est, ſed nō contritio,que nō ſufficit ad ſaluationē,uerbi gratia,Siquis dolet de peccatis ꝓpter periculū corporis,uel fame,uel bonorū quod ſibi imminet,& plorat,nihil ualet, quia totū iacet inferius, vbi gratia,ſi religioſus dolet quod nō ſeruauit regulā, quia prelatus uult eū incarcerare,nō ualet,ſed reſpectu dei. O miſer, tantā gratiam fecit mihi deus, quod elegit me in ſuo ſeruitio in iſta ſancta religione, extrahēs me de mundo, & de faucibus mūdi,ubi ſunt tot male beſtie, & poſuit me in uiridario religionis,& ego nō ſeruaui &c.Hec est contritio. Idē de ſacerdote. Itē ſi quis ſit ſententiatus, & cogitat, uxor & filij ſunt confuſi,& plorat,& petit ueniā,non ualet,quia ſolū est attritio. Sed ſi dolet reſpectu dei dicēs, Domine tu creaſti me,ut ſeruirē tibi, & ego ſerui ui diabolo.Redemiſti me ut eſſem tuus, &ego dedi me diabolo.Lauaſti me in baptiſmo,& ego ſordidaui me.Dediſti precepta que ſeruarem,ut ſeruando poſſem ſaluari, & ego non ſeruaui precepta tua ſed diaboli,& ecce quod ego feci, offendens te &c.uera est cōtritio, habens materiā.ſ.dolorē de peccatis, & formam.ſ. reſpectū dei. de hoc Autor. Eſa. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Domine ſi ſic uiuitur,& in talibus uita ſpiritus mei,corripies me,& uiuificabis me &c. Nota tibi,non mundo,non uxori,non filio &c. Domine ſi ſic uiuitur, & in talibus uita ſpiritus mei.Nota adiectiuū ſine ſuſtantiuo in talibus,ſcilicet reſpectibus.ſ.dolere de peccatis,& reſpectibus dei. Tertio ſurgit de lecto,nō nudus, ſed ueſtit⁹ camiſia ſua,uel diploide. Ecce emendandi propoſitū, quia in puncto quo recipit uoluntatē emēdandi uitā ſuam iam incipit indui. Autoritas,Si enim uolūtas prōpta est,ſecundum id quod habet accepta est,nō ſecūdū id quod nō habet.ij. Cor. viij.Verbi gratia,Si aliquis perdidit uirginitatē,impoſsibile est ꝙ ſit uirgo. Hieron. Audacter loquor &c. quia includit contradictionē.De hoc S.Tho.j.part.q. xxv.ar.v.qui dicit,ꝙ preterita nō fuiſſe, contradictionē implicat,unde preterita nō fuiſſe,non ſubiacet diuine potentie. Hoc idē dicit ſanct.Aug.cōtra Fauſtū.Et Philoſop. vj.Ethi.dicit,ꝙ hoc ſolo priuatur deus ingenita facere, que ſunt facta. Verū ut dicit S.Tho.ubi.ſ. in ſolutione ad tertiū,ꝙ omnē corruptionē mētis & corporis deus auferre poteſt a muliere corrupta. Hoc tamē ab ea remouere nō poterit,ꝙ corrupta nō fuerit.Et ſic ꝙ dictū est intelligitur,& uerbū S.Hiero.Cū dicit,Cū deus omnia poſsit,nō poteſt facere de corrupta ícorruptā, licet habeat uolūtatē magnā, & affectionē uirginitatis,& diſplicet ei, quia nō est uirgo, ſed qa talis habet uolūtatē promptā,accepta est ſecūdū illud,qd nō habet.Idē de deſiderio martyrij,ut legit de beato Dñico, & Frāciſco, uolūtas erat prōpta in his ſecūdū deſideriū, & accepta ſecūdū illud, qd nō habet, qa licet nō habeat aureolā martyrij tamē habet meritum martyrij.


Sic

Sic quãdo persona superba proponit emẽdare, s. humiliari, iã talis uolũtas prõpta est, & accepta deo, secũdũ illud quod nõ habet. Idẽ de auaro, usurario, luxurioso, acidioso, guloso, iracũdo siue furibũdo &c. Iã uolũtas est prõpta secũdũ illud quod nõ habet &c. Ideo Philosophus uocat uirtutes habitus in lib. Ethicorũ, quia induunt animã. Ideo Apostolus ad Col. iij. Induẽtes nouũ hominẽ, qui renouatur in agnitionẽ dei secũdũ imaginẽ eius qui creauit eũ. Quarto, psona surgẽs recedit a lecto. Lectus peccatorũ est mala societas, recedit ergo ab illa, ꝙ poeta dicit, Que nocitura tenes, quãuis sint chara, relinque. nocitura. s. aïe. Sed xps declarat hoc melius, qualiter debemus recedere a mala societate dicẽs, Si manus tua, uel pes tuus scandalizat te, abscinde eũ, & proijce abs te. Bonũ est tibi ad uitã ingredi debilẽ, uel claudũ, quã duas manus, uel duos pedes habẽtẽ mitti in ignẽ eternũ. Mat. xviij. Nota proijce. i. procul eijce. Verba sunt figuratiua, qa nõ est intentio xpi, ꝙ aliquis debeat sibi abscindere aliqd membrũ corporale, ut uiuat caste, quia peccaret abscindẽdo, sed uult dicere similitudinarie, & ecce quo, Officiũ enim manus est operari. Vnde dicit Philosophus, ꝙ manus est organũ organorũ. Vult ergo dicere, si habes aliquẽ, uel aliq̃ q facit opera tua, sed iã scãdalizat te, eijce abs te. Verbi gratia, Si aliqs uestrũ habet ancillã, que seruit sibi, & faciat sibi opera sua. De tali dicitur ꝙ est manus sua, sed si scãdalizat te, qa iã cogitas de ea corrupta intẽtione, foras proijce abs te. Idẽ de uidua, uel moniali que habet procuratorem, qui facit oĩa negocia, sed si incipit scãdalizari, proijce &c. Officiũ pedis est ambulare, & sustinere corpus. Sic si aliquis prouidet uobis uidue, uel moniali, talis sustinet uos, sed si talis scãdalizat te, proijce &c. Officiũ oculi est ostẽdere res, sic cõfessor, aduocatus, magister pueri est oculus, si scãdalizet te &c. erue gladio discretionis, & proijce. Melius est cũ uno oculo, id est, scientia naturali intrare paradisum, quam duos oculos habentẽ. s. scientiã naturalẽ & acquisitã, mitti in Gehennã ignis. Quinto ille qui iã surgit, spuit, non solũ materiã paruã, sed etiã grossam. Ecce oris cõfessio, ubi grossa peccata sunt spuẽda, nõ solũ uenialia, ut faciunt multi. Sic purificatur stomach9 aïe a malis cibis, & indigestionibus peccatorũ mortalium, que infra annum comedimus. Ideo scriptura. j. Io. j. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est deus, ut remittat nobis peccata nostra, & emũdet nos ab omni iniquitate. Sexto talis calciat se, ecce iniuriarũ remissio, unde incedẽs discalciatus statim sentit spinas. Sic impatiẽs, & uindicatiuus statim sentit de iniuria sibi facta, sed patiẽs nõ curat, talis est calciatus, ut Christus qui patienter sustinuit iniurias, qui cũ pateretur &c. j. Pet. ij. Qui cũ malediceretur nõ maledicebat, cũ pateretur non cõminabatur. Sic nos calciare debemus, & non curare de uindicta. Beatus qui potest dicere, nõ habeo odiũ in corde. Vnde ad Ephe. vj. Accipite armaturã. s. patientiã dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricã iustitie, & calciati pedes in preparationẽ euangelij pacis. Septimo, cingit se, ecce debitorũ restitutio. Quidã uolunt uiuere ample, & laute, & de bonis alterius, de rapina, usura, & de salario, & de bonis ecclesie, mortuorũ, hospitaliũ &c. Ideo cingatis uos cingẽdo zona iustitie, & mutis statũ quẽ tenetis, minuẽdo excessum & ornamẽta uana. Ideo scriptura ad Ro. xiij. Reddite omnibus debita, cui tributũ tributũ, cui uectigal uectigal, cui timorẽ timorẽ, cui honorẽ honorẽ. Nemini quicq̃ debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximũ legẽ impleuit. Nã nõ adulterabis, nõ occides, non furaberis, nõ falsum testimoniũ dices, nõ cõcupisces, & si quod est aliud mandatum in hoc uerbo instauratur, Diliges proximũ tuũ sicut teipsum &c. Sint lũbi uestri precincti, id est ualde cincti, & lucerne ardẽtes, id est, bona opera in manib9 uestris.

Octaua

Octaua, persona honesta lauat manus. Ecce eleemosynarũ largitio, quia eleemosyna lauat faciẽ anime, quãdo fit de bono iusto. Lu. xj. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia mũda sunt uobis. Nota qũo Christus postquã predicauerat, respiciebat si aliquis inuitaret eũ ad prãdium. Ecce circũspectis omnibus. Glo. si aliquis eum inuitaret, quia uoluit esse pauper. Et semel quidã malus homo ipsum inuitauit, & multos alios pharisẽos inimicos Christi, cogitãs, ꝙ comedẽdo Christus diceret aliquod malũ uerbũ, ut accusaretur, sed nõ est consiliũ cõtra dominũ. qui uolens eũ corrigere dixit, Vos pharisei quod deforis est calicis & catini mũdatis, quod autẽ intus est uestrũ, plenũ est rapina, & iniquitate. Stulte nonne qui fecit quod deforis est, etiã quod deintus est fecit? Veruntamẽ quod superest date eleemosynã, & omnia mũda sunt uobis. Lu. xj. Not. uos pharisei, ut cognoscerẽt quod ipse sciebat corda, & cognosceret, & hoc dicit, quia in corde oderãt Christũ, & ad extra ostẽdebãt sibi amicitiã. Not. quod superest dupliciter, Primo quod superest facta refectione. Hic habetis bonũ consiliũ, Si tenetis, uel acquisiuistis aliqd de bonis iniuste, facite mediũ in capsa, & illud de bono iustoponatis in dextra, aliud uero ad sinistrã, quia licet modo statim nõ habeatis propositũ emendãdi, uel restituẽdi, paulatim tamẽ quando uidebitis distinctionẽ pecuniarũ, cõpungemini in corde, ut restituatis &c. Itẽ, quãdo uolueritis facere eleemosynã, nõ faciatis de sinistra iniusta que est in capsa, quia nullũ haberetis meritũ, sed peccatum. xiiij. q. v. forte, sed de illo qd est in dextra. Et hoc dicit Christ9 Mat. vj. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Non loquitur de manu, quia nullam habet scientiam. Ideo Thob. iiij. Ex substantia tua fac eleemosynam, non de aliena. Secundo quod superest, scilicet recepta necessitate, & retenta, quod supereſt de uino, pane &c. nõ reseruate in capsa, nec date canibus, sed date pauperibus. Idem de indumentis, quod supereſt retenta necessitate, date eleemosynam, & omnia munda sunt uobis, scilicet manus, & facies anime. Ergo surge uade in Sareptam &c.

Feria iij. post dominicam secundam quadragesime. Sermo secundus.



Vi maior est uestrum, erit minister uester. Originaliter Mat. xxiij. & recitatiue in euangelio hodierno. Sicut enim totum ꝙ est in euãgelio est morale, ita Christus intendit a nobis extirpare & reprobare.

Primo, reprobat inobedientiam.

Secundo, uanam gloriam.

Tertio, arrogantiam.

Quarto, extollentiam.

Hec magna sunt, & offensiua diuine maiestatis. Et de quarto, & ultimo quod est quãdo creatura se extollit propter bona tẽporalia, loquitur nostrũ thema, scilicet qui maior est uestrũ. s. in bonis a deo sibi datis, erit minister uester. Veniamus ergo ad primã partẽ in qua Cristus reprobat, & uituperat peccatũ inobediẽtie, ꝙ est quãdo minores maioribus non obediũt, nec filij parẽtibus, nec uasalli dõmi nis, nec populus prelatis ecclesie. Cõtra istos dicit Christus, in principio euãgelij loquens populo & discipulis, dicens, Isto modo locutus est Iesus ad turbas, & ad discipulos suos dicens, Super cathedram Moysi sedebãt Scribe, & Pharisei. Omnia ergo quecunque dixerint uobis seruate, & facite, secundũ opera uero eorũ nolite facere. Dicunt enim, & non faciũt. Alligant autẽ onera importabilia, & imponunt in humeros hominũ, digito autem suo nolunt ea mouere. Et pro declaratione istorum sciatis, quod populus cõmunis attẽdens, quod rectores cõmunitatis, & sacerdotes erant male uite notorie, retrahebant se ab eorũ obedientia, & negligebant eorum mãdata, & ordinationes, propter hoc primo ostẽdit, quod licet domini, & prelati sint mali, tamen subditi tenentur eis obedire, nisi preciperent aliquid quod esset contra deũ, & ideo dicit super cathedrã &c. Videatis,

deatis, scribe possunt dici & hoc ꝓpter officiū scribendi. Nā scribunt isti tales. Sed nō sic hic accipitur, sed dicit scriba a notitia scripturarū diuinarū, uelut sunt doctores. Phariſei erant rectores. Et dicitur a phares quod est diuisio, & in uestitu & in uictu. & isti regebāt populū qui ecclesiastici appellabantur, qa curā habebant de ecclesijs. Et isti tales erāt uitiosi & male uiuite. Ideo negligebātur subditi. Et Iesus xps istos reprobat, nā postq̄ isti sederūt in cathedra Moysi. i. in officio regiminis secularis uel prelationis ecclesie quā habebat Moyses, negligebant gregē sibi cōmissum. Et de istis dicit xps, quod quātuncūq; mali sint, eis obediendum est. Videte quia duas doctrinas posuit. Prima quia oīa quecūq; dixerint uobis seruate & facite. Non ꝓpterea intelligatis qd̄ eorum factis uos assimiletis, & ideo additur secūda doctrina cū dicitur, secundū opera uero eorū nolite facere. Dicunt enī & nō faciunt, alligant autem onera grauia, magnas tallias & magnas collectas ppō, & ipsi nolūt illas portare, nec digito mouere, sed hoc nō obstāte eis obedite. Sed circa hoc quero duas qōnes. Prima ex parte populi. diceret populus, Nūquid nos erimus sic oppressi & onerati, qa rectores nos ita comprimūt, & ipsi nihil faciunt? rñsio, ꝙ maius onus portant ipsi q̄ uos. Videte quia magnum est eorū pondus. In principio regiminis eorū ipsi iurant bene regere, & administrare rēpublicā. si forte faciunt cōtrariū plus peccant, q̄ si facerēt homicidiū. Et istam opinionem tenet S. Tho. Nam fortius est frāgere iuramentū, q̄ facere homicidiū. Periurium enī ut dicit sanct⁹ Tho. in quotlibeto. j. q. ix. ar. ij. est grauius q̄ homicidiū, & tenet secundum locū peccatorū post idolatriā. Cuius rationē beat⁹ Tho. ubi supra ostēdit. Nec immerito, quia periurare nomen Dei, uidetur quedā diuini nominis denegatio. Vnde & apud gentiles iusurandum erat honoratissimū, ut dicit in principio Metaphysice. Et licet in hoc mundo durius puniatur homicidiū periurio, secus tamē in alio seculo ut dicit sanctus Tho. ubi supra in solu. argumenti in oppositum. Nam acrius punietur quis frangendo iuramentum, q̄ cōmittendo homicidium. Et uide, quia si faciens cōtra simplex iuramentū, plus peccat q̄ si occidat, q̄to plus si contra solenne iuramentum qd̄ faciūt isti rectores. Et ita si post iuramentū faciūt oppositū, scilicet cōitatem defraudando, pecunias recipiendo, uel indignos promouendo, semper peccāt mortaliter. Et promitto uobis qd̄ si scirent onera qñ eliguntur, fugerēt de uilla uel ciuitate. Ideo beatus Augu. dicit ꝙ q̄to in gradu est superiori, tāto uersatur in maiori periculo. Et dico uobis, ꝙ sancti patres tremebant & timebant de sua sola aīa, de dando cōputū Deo in die iudicij. Ideo dicitur Sap. vj. Horrende & cito apparebit uobis, qm̄ iudiciū durissimū his qui presunt fiet. Exiguo enī conceditur misericordia, potentes autē potenter tormenta patiētur. Nō enī subtrahet personam cuiusq̄ Deus qui est oīm dominator, nec uerebitur magnitudinē cuiusq̄, qm̄ pusillū & magnū ipse fecit, & equaliter est illi cura de omnib⁹. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Idem ad Hebr. x. horrendū est incidere in manus Dei uiuētis. Rememoramini autē pristinos dies, in quibus illuminati magnū certamen sustinuistis passionū, & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculū facti, in altero autē socij taliter conuersantiū effecti. Nā & uinctis compassi estis, & rapinā bonorum uestrorū cū gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaq; amittere cōfidentiam uestrā, que magnā habet remunerationem, patientia enī uobis necessāria est, ut uoluntatem Dei facientes reportetis promissionem &c. Dicitur enim iudicium durissimum in gradu superlatiuo. Nam creature iudicium Dei est durum, quia ibi de operationibus & cogitationibus habem⁹ reddere computum & rationem. Ideo dicitur Mat. xij. Dico autē uobis, quoniam omne uerbū ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationē de eo in die iudicij. Et uerbū ociosum secundum Gregorium, est quod aut ratione iuste necessitatis, aut intentione pie utilitatis caret, de quo reddetur ratio. Sed durius iudicium erit uerbum ociosum cuilibet qui habet regimen, ut mulieris quomodo illam dilexit, quomodo filios instruxit, & seruos, qualiter soluit salariū sibi seruiētibus, durū est de se solo Deo reddere rationem. Et quanto sunt potētiores, tanto durius est illud iudicium. Iam ergo dixit, Licet mali sint, sitis eis obediētes. Et ideo dicitur, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. ad Ro. xiij. Dicit potestatibus, intelligatis ecclesiasticis, uel etiam secularibus. Nā Dei ordinationi resistit, qui potestati resistit. Sitis ergo obedientes. Diceret aliquis, Forte loquitur de bonis. Rūsio, ꝙ non est uerum. nam dicitur & hoc. j. Pet. ij. ubi textus. Subiecti igitur estote omni humane creature propter Deum. Siue regi quasi precellenti, siue ducibus tanq̄ ab eo missis ad uindictam malorū, laudē uero bonorū, quia sic est uolūtas Dei. Ibidem, Serui subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis, sed etiā discolis &c. Et ideo q̄to magis debet reuerentiam populus melioribus & bonis impēdere prelatis & rectoribus, sic etiā infidelibus & discolis impendere tenet, ut Petrus ubi supra dicit, Et populus quādo ista uidet, nō debet murmurare, sed eorū laboribus misereri. Secūdo, quero si hi prelati suis ordinationibus me uellent remouere a Deo, aut a gratia Dei, an sit faciendum, uel officio diuino, nūquid tenor obedire? Solutio. In primo casu non est obediendū eis, quia obedire oportet magis Deo q̄ hominibus. Act. v. Propter hoc fuerunt sancti Martyres occisi, quia nolebant obedire cōtra precepta Dei. Secundo dico, ꝙ si ecclesiasti ci uel officiales uolunt te elōgare a diuinis officijs, sic ꝙ nō interfis diuinis officijs, & hoc faciāt per sentētiam excōicationis nominatim uel generaliter, tunc obedire debes, quia illud est in penā, & nō seruātes sunt damnati, & peccat quis mortaliter eo ꝙ nō est separatus a gratia Dei, sed ab officio, imo peccat mortaliter. Etiam generaliter excōicatus, si missam audit, quia iā eiectus est ab ecclesia per sniam excōicationis. xj. q. iij. omnis. ubi dicitur, Omnis christianus qui a sacerdotibus excōicatur, sathane traditur &c. que sequuntur. Plus etiam dico, ꝙ si presbyter portat custodiā per ciuitatem ad cōicandum aliquem, debes stare non flexis genibus plorando, & nō debes custodiā respicere. Videte ergo & seruate que uobis precipiunt, sed debes laborare ut absoluaris. Videte hic quoddā miraculū qd̄ cōtigit ī Delphinatu. Erat ibi quidam latro, & una die intrauit ecclesiā quandam pretextu & contemplatione faciēdi orationem, & respexit hinc & inde si posset aliquid furari, & nō uidit nisi unum breuiariū super altare, & uidens ꝙ ibi nō erat aliquis, illud secum asportauit. Vicarius uidens ꝙ breuiariū sibi deficiebat, perquisiuit cū alijs furem illū. Et fur qui erat procul uidēs illos ueniētes posuit breuiariū in foramine cuiusdā arboris, & postea negauit se librū accepisse. Tunc reuersus ad locum uicarius habuit literam & sententiā excōicationis, & dixit ꝙ qui teneret breuiariū, intra spacium trium dierū redderet suo domino, alꝫs incurreret sententiā excōicationis. Et post elapsis illis tribus diebus, cōtigit ꝙ arbor illa mortua fuit. Gētes autem uidentes hoc, fuerunt mirate ualde, & querentes unde illud uenerat, inuenerunt ibi breuiarium. Videte quo modo potest uiuere creatura, si arbor non potuit uiuere. Cauete ergó. Sed circa hoc dicunt aliqui ꝙ excōicatio nō comedit panē, nec bibit uinū. Et ideo dicitur contra tales, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Mat. xviij. Nota etiā hic contra illos qui excōicantur in una eccl̄ia, & uadunt audire missam in alia uel in monasterio, hi enī peccāt, & inobedientiā incurrūt.

Venio ad secundā partē, in qua xps reprobat uanā gloriam, hoc est pctū uane glorie. Nā uermis est & uētus, & ponit se ibi sicut in pomo uel in malo punico. Nā extra apparet bonū, intus uero nihil ualet, quia a uerme comestū est. Sic de illo qui bonus apparet, sed intus habet uanā gloriā, nihil ualet. Et cōtra illā dixit xps, Oīa opera sua faciūt, ut uideātur ab hominibus. Dilatant enim phylateria sua, & magnificant fimbrias. Amant autē primos recubitus in cenis, & primas cathedras in synagogis, & salutatiōes in foro, & uocari ab hominibus rabbi. Vbi ponit xps septem gradus uane glorie, in quibus erant inuoluti. Primo in corde, qui si fecerunt aliquod opus de genere bonorū, tamē intētio eorum fuit mala, quia fecerūt hoc ut uiderentur ab hominibus Ideo dicitur Prouer. iiij. Omni custodia serua cor tuū, quia ex ipso uita ꝓcedit si bene custodit, alʒ mors. Sed illi nō custodiebāt cor, immo ubi cōfluebat populus ibi orabāt cū suspirijs, ut uiderentur, & laudarentur ab hominibus. Cōtra hoc Christus Christianis, Tu cū oraueris, intra in cubiculū tuū. Matt. vj. Idē faciebāt de eleemosyna. Nam illi ambulabant per ciuitatē precone precedente cū tuba dicēs, Talis dñs uult facere eleemosynā. uadatis ad domū suam, & sic de alijs bonis operibus. Contra hoc xps. Cū facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Mat. vj. Secūdus punctus est, ꝙ dilatant phylateria sua, quia exampliant se. Vnde dixit dñs Moysi dās sibi preceptū. Deut. xj. Ponite hec uerba mea in cordibus & in animis uestris, & suspendite ea pro signo in manibus, & inter oculos uestros collocate, scilicet contēplando. Ita intendebat Deus, Sicut Deus dedit manibus decem digitos ad operandum, ita dedit. x. precepta ad meritorie operandum. Sed illi Iudei scribebāt illa in quolibet digito unum, ut gentes illos laudarent, & gētes ideo osculabantur eis manus. Nota in autoritate predicta dicitur, Inter oculos uestros collocate, hoc intelligebat Deus de oculis anime, quibus cō templāda sunt diuina precepta. Sed ipsi scribebant ea in chartis de litera grossa q̄ dicuntur phylateria. Et ideo dicit phylateriū a phylaxe qđ est seruare, & isto modo laudabantur, & sic dicūtur illa dilatare, & sic nō solū intus habebāt uanā gloriam, sed etiā extra. Tertius punctus est, quia magnificabāt fimbrias. Vnde dicit Deus Moysi Nu. xv. circa finē. Loqre filijs Israel, & dices ad eos, ut faciāt sibi fimbrias ꝑ angulos quatuor palliorū ponentes in eis uittas hyacinthinas ad quatuor partes uestiū, & hoc ex precepto legis. Has fimbrias etiam portabat xps. Et ideo dicebat mulier, Si tetigero fimbriā uestimenti sui, salua ero. Matt. ix. Iudei uero dilatabāt phylateria propter uanā gloriam, & magnificabant fimbrias suas. Not. Deus uoluit illas apponi, & fecit apponi, ut denotarent decē precepta in q̄bus oīa alia cōtinentur. Volebat etiam Deus ꝙ Iudei portarēt illas quatuor fimbrias ad innuēdū, ꝙ oīa precepta Dei & ordinationes consistūt in quatuor, scilicet, circa Deum per deuotionē & fidelitatē, circa proximū per dilectionē & charitatē, circa prosperitatē per temperantiā, circa aduersitatē per patientiam. Illi autem hypocrite magnificabāt fimbrias suas latas siue nimis amplas faciendo. Quartus punctus est qđ amabāt primos recubitus in cenis &c. sicut quando fiūt nuptie duplici ratione. Primo ratione superbie, quia est locus honorabilior. Secundo, ratione gule, quia ibi ponebātur fercula meliora, & ita amabant primos recubitus, dicentes etiam ꝙ in cōuiuijs non debebant respicere genus, sed deuotionē, ad dandum honorabiliorē locum. Quintus pūctus est habere primas cathedras in synagogis dicendo, Ibi debent sedere diuini seu sanctiores ut ipsis inde cōtingeret. Sextus punctus est salutationes in foro, primo incipientes salutare, ut salutentur. Septimus est uocari ab hominibus rabbi, ut non nominētur nomine suo proprio, sed nomine rabbi. idest magistri. Cōtra hoc auisat nos xps dicens, Vos autem nolite uocari rabbi.

Vnus est em̄ magister uester. Mat. xxiij. Desiderare scientiam ad actum docendi non est peccatū sed meritoriū, sed desiderare nomē tm̄ est peccatū. Ecce septē uanas glorias. Modo est questio sup hoc qđ dicit, Omnia opera sua faciunt, ut uideantur. Vtrum facere bona opera ad uidendum hominē siue publice que possent secrete fieri sit peccatū. uidetur ꝙ sic, ut hic dicitur. No. pro rūsione ꝙ persone sunt in duplici gradu siue differentia. Alique sunt persone simplicis uite, & que sibi solū habent prouidere, & nō est necessariū ut publicēt. Et de his Hier. in prologo Biblie dicit ꝙ sancta rusticitas solū sibi prodest &c. Secūdo, alique sunt persone q̄ a Deo sunt trāsmisse, nō solū sua purgantes peccata, sed etiā alijs dātes doctrinā que habēt alios instruere uerbo & exēplo, tales nō debēt abscondere bona opera, sed publicare & manifestare in exēplū aliorū. Nā cito & bene cito erit preliū antixpi, & sunt anni quindecim quibus sum missus dando doctrinā in publicū, & nunq̄ dixi alicui sequere me, & multis uolētibus me sequi obiciebā, & finaľ uidēs ordinationē & ꝙ faciebant pniam, sustineo & sustinui. Sed etiā aliqui faciūt q̄stionē dicētes, quare uadūt mulieres, qa Deus dat exemplum alijs mulieribꝰ ita de pueris. Nā legitur Ione. iij. Infantes lactātes & oēs alij ieiunabāt. Non cognoscitis ergo Dei mysteriū. Ecce ergo publicare bona opera est meritorium. Ideo dicit Mat. v. Sic luceat lux uestra corā hoībus, ut uideāt opera uestra bona & glorificent patrē uestrū q in celis est. Videte secretum. Nam nunq̄ xps prohibuit, nec reperies autoritatem que prohibeat bona opera manifestari, sed prohibet ꝙ faciēs nō querat uideri ab hominibus. Et ideo dicit in alio loco scilicet Mat. vj. in principio. Attēdite ne iustitiā uestrā faciatis corā hominibꝰ, ut uideamini ab eis, alioquin mercedē nō habebitis apud patrē uestrū qui in celis est. Videte bene & opera uideanť, non uos, ideo in euāgelio hodierno dicitur, ut ipsi uideanť ab hominibus. Sed isti nostre societatis nō uidētur nec cognoscūtur, bene uidētur opera bona, & ecce hic secundam partē. Venio ad tertiā partem in qua xps reprobat & uetat arrogantiā, & est q̄n creatura attribuit sibi qđ nō fecit, ut si doctor aliquis subscriberet se in libro quē ipse nō scripsit. Nā illud dicit peccatū arrogantie. Et hoc dum dicitur, Vos autem nolite uocari rabbi. Vnus est enim magister uester, oēs autē uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram, unus est em̄ pater uester q in celis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est xps. Hic nota ꝙ hoc peccatū uetat, quia duo cōtinet, magisterium & paternitatē, que Deo tantū competunt. Nā proprie ille dicitur magister qui audiētis cōscientiā illuminat, & quis potest hoc nisi Deus? Doctor, uel predicator solū recitat, non est ergo magister. Quia solus Deus est qui cōscientiam infundit siue qui illuminat, & dicitur in ps. xciij. Deus ultionū, ibi, Qui docet hominem scientiā. Et ideo Gregorius dicit, In uanū exterius laborat lingua predicatoris, nisi intus fuerit gratia saluatoris. Et ideo uideatis, non uocetis uos magistros. ibi est peccatū infidelitatis. Videte exēplū in medico. Nā medicus curat & nō sanat. curat dando medicinam, sed Deus sanat. Nā medicus est instrumentum, medicina dispositio est, sed sanitatē solus Deus dat. Et si nunc qs conuertitur quis eum curat, nunquid ego qui predico? Dicendum ꝙ non nisi instrumentaliter, sed Deus, quia non tāgo uulnus ipsius, & qui non tangit non agit, sed Deus tangit. immo dico uobis ꝙ ignis nō posset stupam urere sine manu Dei. Ideo dicitur in ps. cij. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas &c. Magna infirmitas ergo est ignorantia. Sciētiam ergo docens est xps. & bis reiterat euangelium, ad denotandū duobus modis haberi scientiam. Primus modus est inuentione. Secūdus est reuelatione. Iō dicitur ad Ro. j. Deus em̄ illis manifesta uit. Inuisibilia em̄ ipsius a creatura mūdi

per ea que facta sunt intellecta cõspiciũtur, sempiterna quoq; eius uirtus, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia cũ cognouissent deũ nõ sicut deũ glorificauerũt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratũ est insipiẽs cor eorũ. Dicẽtes enim &c. Et ideo beatus Aug. In celo cathedrã tenet qui corda docet. Ergo alij repetitores sunt, non doctores, & hoc de magistro. Sic dicamus de paternitate, & uide quia qui genuit abusiue est pater tuus. Ratio, Nã quid facit in te modicũ, & turpe, & rem trãseũtẽ, & modicã. Sed quis formatoculos tuos, & omnia mẽbra in uentre matris tue nisi deus? sicut fabricãdo thecã, nõ serra nec axia facit thecam, & sic deus facit immediate, & non natura, quia improprie diceretur, securis uel serra fecit capsam, sed faber lignarius fecit ipsam. Et sic natura nõ est nisi instrumentũ, sed deus est ille qui totum facit. Et licet moriat in parua statura, resurget tamẽ tãte stature sicut unus magn⁹ homo. Et ideo Iob. Manus tue dñe fecerũt me, & plasme &c. Iob. x. Idẽ Esa. Tu eñ pater noster, & Abraam nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu dñe pater noster, redẽptor noster. Esa. lxiij. Videte cõtra uos qui modo appellamini magistri in theologia, & in legibus, erit male factũ? Quero & dico q̃ solus deus proprie est pater, & magister, & doctor ex oĩb⁹ predictis, sed consuetudinarie, & instrumentaliter nõ reprobat, quin iuxta modum loquẽdi consuetum, etiã alij preter deũ possint uocari, & dici patres, & doctores, & magistri ministraliter, & denominatiue. Et ita uocauit se Apostolus. ij. ad Thi. j. Positus sum ego predicator, & Apostolus, & magister gentiũ. Etiã. j. ad Cor. iiij. Vt filios meos charissimos moneo. Nam si decẽ milia pedagogorũ habeatis in xpo, sed non multos patres. Nã in xpo Iesu per euãgeliũ ego uos genui. Rogo ergo uos imitatores mei estote, sicut & ego xpi &c. Nõ enim faciebãt cõtra xpm, qa secũdũ cõsuetudinẽ. Sed esset arrogãtia, si effectũ scientie attribuerent magistro. Nã in po. lxxxj. Deus stetit in synagoga deorũ &c. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi oẽs &c. Videte denominationẽ, dij dicũtur boni uiri. Ita hoc modo dicit magister. Et ecce tertiũ, Nõ enim uos estis qui loquimini, sed spirit⁹ patris uestri qui loquit in uobis. Matt. x. Sequit quarta pars, in qua xps reprobat, & uetat extollentiã. Nam extollẽtia est, glorificari, & superbire de eo quod quis habet. Hoc reprobat in textu, ubi dicit, Qui maior est uestrum, erit minister uester. Qui autẽ se exaltauerit, humiliabit, & qui se humiliauerit, exaltabit. Et circa hoc uidete. Nemo debet se in altũ extollere, neq; de scientia, neq; de diuitijs, neque genere, neq; aliqua gratia tẽporali. Et quare data est tibi gratia talis? non ut te extollas in altum, sed ut alijs ostẽdas. Non propter uanitatẽ, sed propter utilitatẽ proximorũ. Sed que est ratio, quare multi magistri, & doctores efficiuntur ignorãtes? quia proponũt in eorum animo postquã habẽt gradũ quiescere, & nihil laborare. Nã postq̃ habes gradum, & scientias, debes alios docere. Qui est ergo maior inter uos, fiat minor. Idẽ dicẽdum est de similibus. Et ideo dicit Matt. xx. Quicunq; inter uos uoluerit maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse, erit seruus uester, exemplo Iesu qui maior est, uenit tamẽ ministrare, & nõ ministrari. Nã qui se humiliat, exaltabitur. Et uide hic secretũ in quo misericordia diuina cõstituit maioritatẽ celi. Dic in re, quã quilibet potest habere, scilicet in humilitate. Nã si es in diuitijs, noli uituperare pauperes. Si in dominio, nõ seruos. Nã maiores plus se debẽt humiliare. Si enim quis portat piscem, põdere nõ humiliatur uel curuat, sed qui portat pretiosam thecã grãdem, auro onustam, & magnũ põdus. Magni ergo maiorẽ humilitatẽ debent habere: Et uidete historiã que recitatur a tribus euangelistis. Primo, Matt. xviij. Secũdo, Mar. ix. Tertio, Luc. xxij. Isti tres dicunt quod semel Iesus Christ⁹ ambulabat cũ suis Apostolis per uiam ipse prim⁹, post

uenieb ueniebant Apostoli, & ceperunt contendere, & hoc secundum Lucam, qui dicit ubi supra, quia non cõcordabãt. Marcus dicit, q̃ disputabant, & sic contendebãt, quia non conueniebãt. Si uero disputabant, faciebãt rationes. Dicit enim Mar. ix. ca. q̃ in uia inter se disputauerũt quis eorũ maior esset. Isti ergo mouerũt que stionẽ. Primo Petrus dixit, Quid cõtenditis inter uos? iam concluſum, & decisum est q̃ ego, quia iam Christus mihi promisit maioritatẽ uicariatus, & q̃ sim caput cum dixit, Tu uocaberis Cephas, quod interpretatur caput. Secundo dicebat beatus Andreas Apostolus, Quid dicis Petre, q̃ tu eris maior? imo ego ero maior. Et ratio est, quia Iesus Christ⁹ saluator mundi, & totius generis humani primo uocauit me, ergo non fiet ratio. Tertio, dicebat sanctus Ioãnes euangelista, Quid dicitis uos, q̃ uos eritis maiores? imo certe ego ero maior. Nam ego sum uirgo, & uos habuistis uxores, & estis carnales, & uirginitas multũ placet deo. Itẽ uenit alius, scilicet sanctus Iacobus maior, & dixit, Quid dicis tu Ioannes, q̃ eris maior? certe non eris. Ratio, Nam ego sum primogenitus, ergo ego ero primus in paradiso. Item, dixerũt Iacobus minor, Thadeus, & Symõ, Quid dicitis uos q̃ eritis maiores? certe non erit uerũ, imo nos. Nam sumus nepotes ex prima sorore Marie uirginis. Ideo erimus maiores. Itẽ uenit sanctus Matthe⁹ dicens, Quid dicitis uos omnes q̃ eritis maiores, non credatis. Et qd fecistis uos pro xpo? Tu Petre dimisisti nauẽ torqua tam, & rhetia fracta, & ego dimisi plures pecunias, & multa alia bona tẽporalia. Non est ergo facienda questio ultra. ergo ego ero maior. Iam uenit sanct⁹ Philippus dicẽs, Ego ero maior. Nã ego fui primus Apostolus, quẽ Christus ore proprio uocauit dicens, Veni sequere me. Io. j. Ergo nõ est questio faciẽda ulteri⁹. Venit sanctus Bartholomeus, A taceatis. Non sum ego de genere regio? ego ero ergo primus qui sum magis generosus. Deinde uenit sanctus Thomas dicens, Quid dicitis uos, & nõ sum ego doctor? & iam uocor Thomas, i deſt, abyssus scientie, & uos estis omnes rudes, & grossi. Nunquã didicistis literas, tacete. In posterum uenit Iudas Scarioth dicens, Et nonne ego sum procurator omnium, & ex manibus meis habetis uiuere? Iã estis mihi subditi, certe ego ero maior, ita in inferno. Christus tacebat, fingens se nõ audire eorũ disputationẽ. Et post uenientes ad dñm, dicit Marcus, q̃ Iesus interrogauit illos dicẽs, Et quid tractabatis in uia? Veniẽtes autẽ tacebãt, quia uerecũdabãtur dicere xpo stultitias eorũ. Dixit Matt. Accesserũt discipuli dicẽtes, Quis putas maior est in regno celorũ &c. Matthe. xviij. O dicit xps bona q̃stio est ista, & melior quam illa, Quis erit maior in ista uita, siue societate uel ciuitate? Et dixit Iesus, Quid ergo fuit cõclusum? & q̃libet habebat uerecũdiã, & tacebãt. Et dixit primo Petro, Dicis q̃ tu eris maior, quia prelatus, & caput? & nũquid lucifer fuit prelatus, & caput aliorũ, & est dãnatus? Et tu Andreas dicis, quia eris prim⁹, & nũquid audiuistis a me, Erũt nouissimi primi, & primi nouissimi &c. Matth. xx. Et tu Ioãnes dicis, Ego ero maior, ꝓpter uirginitatẽ, uide quia Adã erat uirgo quãdo fuit expulsus de paradiso terrestri, & sic de alijs. Dicit ergo Matthe⁹. Aduocãs Iesus paruulũ. Determinãs Iesus xps dñs noster questionẽ statuit paruulũ in medio. Dicũt aliqui q̃ fuit sanctus Marcialis, tamẽ hon bene scitur, & dixit Iesus eis, Quicũq; se humiliauerit sicut iste paruulus, quia de se nullam habebat presumptionẽ, hic maior est in regno celorũ. Nã iste puul⁹ nõ se extollebat, ergo exaltabit. Beat⁹ Petrus audiẽs hãc determiationẽ ait, Humiliamini sub potẽti manu dei, ut uos exaltet. j. Pet. v.

Feria iiij. post dominicam secundam quadragesime. Sermo j.



Quicunque uoluerit inter uos maior fieri, sit minister uester. Matth. xx. Sermo erit de sancto euangelio, quod cõtinet

multa secreta speculatiua pro intellect⁹ illuminatiõe,& moralia,pro uite reformatione.Sed primo salutate uirginem Mariam &c.Quicunq; &c.Pro introductione sciendum,quod ad saluationem hominis tria concurrunt necessaria.s.

Ordinatio dei eternalis.

Passio Iesu Christi temporalis.

Subiectio creature uirtualis.

Hoc potest declarari per temporalem similitudinem.cõmuniter in quolibet opere tria necessaria sunt,scilicet causa agens,secundo instrumentũ,tertio materia siue subiectum.Verbi gratia, In scriptura scriptor est causa agens,siue notarius,instrumentum est calamus,materia est pargamenũ siue papyrus.Sic in saluatione nostra,causa agẽs est ordinatio diuina,sine qua nihil fieret.Dauid in Psalmo.xvij.Eduxit me in latitudinẽ, saluũ me fecit quoniã uoluit me.Nota eduxit me in latitudinẽ, scilicet intellectus ad credendũ omnes fidei ueritates catholice,& uolũtatis ad diligendũ omnes generaliter,non solũ amicos,sed etiã inimicos.Item in latitudinẽ oris,& manus &c.Instrumentum nostre saluationis est passio Christi,sine quo instrumẽto nunquã aliquis fuisset saluatus,nec erit,licet deus sine instrumento potuisset saluare homines,tamẽ uoluit habere hoc instrumentũ.Ideo Christus,Amẽ Amen dico uobis,nisi granũ frumẽti cadens in terram mortuũ fuerit,ipsum solũ manet.Si autẽ mortuũ fuerit,multũ fructũ affert. Io.xij. Tertio requiritur dispositio materialis.s.q̃ homo se subijciat diuinis preceptis,obediẽdo.Et si homo fecerit cõtra diuina precepta,requiritur q̃ homo subijciat se operibus penitẽtie,sic enim subijcitur homo uoluntati dei uirtualiter.Hec tria ostẽdũtur in euangelio hodierno,in quo

Primo ponit instrumentum, scilicet passionem Christi.

Secundo dicit ordinationem.

Tertio creature subiectionẽ tanq̃ materiam uel subiectũ.Et de ista subiectione uirtuali dicit the. Quicunq;. Dico primo,q̃ sanctum euangeliũ hodiernũ loquitur de causa instrumẽtali nostre redemptionis,scilicet de Christi passione in principio dicens, Ascendẽs Iesus Hierosolymã,assumpsit duodecim discipulos suos secreto,et ait illis,Ecce ascendimus Hierosolymã,& filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, & scribis, & cõdemnabũt eum morte,& tradẽt eũ gentibus ad illudendũ,& flagellandũ,& tertia die resurget. Vbi ponit octo de passione Christi ad literã que ad aliã diẽ pertinent, sed intremus secreta. In his octo que Christus dicit secrete discipulis suis,ostendũtur octo opera penitentie.Primum ibi, Assumpsit.xij.discipulos suos&c.Ecce hic peccatorũ cõtritio,quã diu homo uiuit in peccatis,est discipul⁹ diaboli. Quidã in schola superbie uiuũt, quidã in schola auaritie, quidã luxurie. Sed quãdo homo cõteritur de peccatis, efficitur discipulus Christi,in schola penitentie in qua legit Christus. talis dicitur uenire de schola diaboli ad scholam Christi quod fit secrete,quia contritio consistit secrete in corde.ideo dicit propheta in persona cõterẽtis,In abscõdito plorabit anima mea a facie superbie. Hiere.xiij.Isto modo assumit xp̃s penitẽtem in discipulũ, ideo dicit ipse,efficiamini mei discipuli.s.per penitẽtiã. Io.xv. Secũdũ ibi,Ecce ascendimus Hierosolymam.q̃ interpretat pacifica.Ecce hic emendãdi ꝓpositũ.Peccator semp est in guerra cũ deo ipsum impugnãdo,& sibi rebellãdo.Sed qñ cõuertitur,& ꝓponit nõ redire ad peccata,tũc ascẽdit in Hierusalem,idest,pacificã.Dauid ps.lxxxiij. Beatus uir cuius est auxiliũ abs te, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarũ &c.qa cordis cõtritio,& emendãdi propositũ nõ sunt sine diuino auxilio,& infusione gratie. Tertiũ ibi,Filius hominis tradet principibus sacerdotũ, & scribis.Ecce hic oris cõfessio, sed faciẽda est sacerdotibus,tamen nõ credo hoc q̃ oẽs sacerdotes habẽt potestatem absoluendi in peccatis, licet radicaliter habẽt officiũ,tamẽ nõ habẽt executionẽ quousq;

quousq; traditur eis materia subiecta,& tũc sacerdotes sunt principes animarũ, ideo dicit filius hominis.s.tradet principib⁹ sacerdotũ.Nota q̃ sunt due claues. s.potẽtie,& clauis sapiẽtie siue scientie, quas xp̃s ꝓmisit Petro dicẽs, Tibi dabo claues regni celorũ.Matth.xv. Necessariũ est ergo sacerdotibus q̃ habeãt istas claues.s.potẽtie, & sciẽtie.i.autoritatẽ, & scientiã,ideo qñ xp̃s cõmisit has claues Apostolis,dicit eis, Accipite spiritũ sanctũ quorũ remiseritis peccata,remittuntur eis,& quorũ retinueritis retenta sunt.Io.xx.Iam ante,scilicet in die cene ordinauerat ipsos sacerdotes,post resurrectionẽ tradidit eis potestatẽ absoluendi.Quartũ est ibi,Et cõdẽnabũt eũ morte.s.in penitẽtie iniunctione.per quã.s. penitẽtiã peccata moriũtur in peccatore.Et ista est bona mors de qua dicit Apostolus,Coll.iij.Mortui estis.s.peccatis,& uita uestra abscõdita est cum Christo.Verbi gratia,Si prudẽs confessor uidet q̃ in peccatore uiuit superbia,dicat moriat in uobis superbia,& uiuat in uobis humilitas,& sic de alijs.Qui em̃ mortuus est peccato,iustificatus est a peccato.Ro.vj.Quintũ, & tradẽt eũ gẽtib⁹ ad illudendũ.Ecce hic iniuriãtis remissio, quia tũc penitens traditur gentibus mũdanis ad illudendũ,& deridendum.Qui potest dicere cõfessori,O pater uos ponitis me in opprobriũ omniũ amicorũ meorũ,& auxiliantium me in armis,sed oportet,alias nõ est absoluendus.De illis qui deridենt tales qui remittũt propter deũ,dicitur Prouer.iij.Ipse,scilicet deus,deludet illusores,& mansuetis dabit gratiã.Sextũ est ad flagellandũ.Ecce hic impositio afflictiue penitentie,ieiuniorũ,cilicij,uel disciplinarũ,unde penitens flagellatur truffis,& opprobrijs impenitentiũ.Ideo sustineat patienter.Dauid Psal.xxxvij. Quoniã ego in flagella paratus sum.Septimũ ad crucifigẽdum. Ecce hic debitorũ restitutio. Quoniam sicut Christus crucifigebatur tribus clauis,sic restitutio est facienda de trib⁹,scilicet de bonis tẽporalibus,de fama personarũ,de damno fraternali. Apostolus Ro.xiij.Reddite omnibus debita,cui tributum tributum &c.Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Octauum,Et tertia die resurget.ecce hic eucharistie communio.Quia sicut in resurrectione anima Christi intrauit in corpus,ita in die resurrectiõis,corpus Christi debet intrare in cor uestrum per deuotam cõmunionẽ.Autoritas,Si cõsurrexistis cũ Christo que sursum sunt querite.ad Col.iij.Secundũ quod concurrit necessario ad nostrã saluationẽ,est ordinatio dei eternalis,quia deus eternaliter ordinauit saluationem,& modũ saluandi.Et de hoc loquitur subtiliter secũda pars euangelij.Tũc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedei cũ filijs suis,adorãs & petẽs aliquid ab eo. Qui dixit ei,quid uis? At illa,Dic ut sedeãt hi duo filij mei unus ad dexteram tuam,& alius ad sinistram in regno tuo.Respondens autẽ Iesus dixit,Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? Dicũt ei,Possumus. Ait illis,Calicẽ quidem meũ bibetis,sedere autẽ ad dexterã meam,uel ad sinistram,non est meũ dare uobis,sed quibus paratum est a patre meo.Pro cuius declaratione dicit beat⁹ Hiero.in homelia beati Iacobi,q̃ qñ xp̃s dixit Apostolis secrete,Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius hominis tradet, intrauit opinio in cordibus Apostolorũ, q̃ xp̃s statim post resurrectionem regnaret,propter q̃ Iacobus,& Ioannes dixerunt matri,ut peteret a xp̃o di.dic ut hi duo filij &c.Moraliter cũ dicitur, Tunc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedei adorans,& petens.Ecce hic modus adorandi.Primo accedere ad deum debet orans,quia qui uult supplicare Pape uel regi,oportet primo accedere.Ita in deuota oratione primo homo debet accedere ad deũ cũ anima,deuote cõtemplãdo;quia corpus non põt accedere.ideo Dauid ps.xxxiij.accedite ad eũ,& illuminamini,& facies uestre nõ cõfundẽtur. Secũdo adorare eũ debet,quia adoratio multũ iuuat ad orationem. Qui adorat

deū,in oblectatione suscipiet,& deprecatio illius usq; ad nubes propinquabit. Oratio humiliātis se nubes penetrabit. Eccl.xxxv. Tertio petere debet ab eo.s. dādo uerba orationis,idē in oratiōe ad uirginē Mariā. Hec tria seruauit Maria Salome mater Iacobi & Ioānis,sed petijt indiscrete cū dicit,petens aliquid ab eo. Ad quā xps, Quid uis? dando exemplū in hoc ꝙ psona discreta nō debet se obligare ad dādū aliquid,sicut fecit ille stultus Herodes puelle saltāti &c.Mar. vj. Nisi prius sciat quid uult petere. Tūc illa dixit,Dic ut sedeant hi duo filij mei. respondit xps,Nescitis quid petatis.ubi xps tāgit duo subtiliter.Primo qā ipsi petebāt gloriā sine meritis,& summus gradus glorie haberi nō potest sine summo gradu meritorū.Passio dicit calix.Ratio quia passio martyrū mēsurata est a deo, quot ictus,quot flagella, &c. totum est mēsuratū.Mat.x.Nōne duo passeres asse.i.obolo uenēūt.i.uendunt,& unus ex illis nō cadit in terrā sine pre uestro,uestri aūt capilli capitis oēs numerati sunt &c. Secūdo petebāt contra ordinationē dei eternā.Ideo respōdit xps, Sedere autem &c.nō est meū dare uobis,sed quibus paratū est a patre meo.Nota decem gradus creaturarū spūalium,quos deus ordinauit ab eterno,& ꝙ decimus gradus.s.aīarum sanctarū adequat alijs precedentibus. Quedam aīe adequātur angelis ut penitentes,quedam archangelis &c.Dic practice quomodo anime collocant,quedā in ordine angelorum &c.Et hāc ordinationē de⁹ cōstituit ab initio.

Autoritas,Matth.xxv. Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnū a cōstitutione mūdi.Hiero.Nō est phas credere,aliquem sanctorum ultra merita angelorum trāscendere,excepta beata uirgine.cui sup oēs angelorū ordines ad dexteram positus est thronus mris regis,que sedet ad dexteram eius. iij.Reg.ij. Si dicatur sedet aliquis ad sinistram Christi?Respondeo,ꝙ ideo Christus rndēdo dixit.Sedere autem ad dex. me. &c.Nota cū dicitur,sed quibus paratum est,uidetur autē ꝙ plures sunt ibi ad dexterā xpi.Rūsio ꝙ solū uirgo Maria sedet ad dexterā xpi.Sed ponitur ibi plurale ꝓ singulari.Tertiū necessarium ad nostrā saluationē est subiectio uirtualis,de qua dicit thema, Quicūq; uoluerit &c.Hoc dicit sanctū euangeliū ibi,& audiētes decē indignati sunt de duobus fratribus.Iesus aūt uocauit eos ad se,& ait,Scitis qa principes gentiū dñant eorū,& qui maiores sunt,ptātem exercent in eos.Nō ita erit inter uos.Sed qcunq; uoluerit inter uos fieri maior,sit uester minister.Et qui uoluerit inter uos primus esse,erit uester seruus.Sicut filiꝰ hominis nō uenit ministrari,sed ministrare,& dare aīam suam in redemptionem ꝓ multis.Quoniā qlibet ipsorū credebat esse maior.Petrꝰ ex papatu,Andreas ex prioratu discipulatus,& sic de alijs,ui de supra in precedēti sermone.Iō indignati sunt,& nisi fuisset xps ibi,uenissent adinuicē cum pugnis.Xps uero ut pater pius oīa supportās,uocauit Iacobū & Ioannē,& dixit eis,Vos scitis,ꝙ principes &c.Vos autem non sic.Sed qui uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister.Non recipiatis maioritatem ex sanguine,ut Iacobus & Ioannes,neq; ex dignitate,ut Petrꝰ,& sic de alijs,sed exēplo mei,qui nō ueni ministrari sed ministrare & dare aīam meam in redēptionem pro multis.Cogitate quō petierūt ueniam ab inuicē.Questio est sup hoc. Filius hominis uenit dare animā suā ꝓ multis in redemptionem,nunquid non pro oībus?Theologi distinguūt hoc,& dicunt ꝙ passio xpi pōt cōsiderari,uel secundū sufficiētiā,& sic filius hominis uenit dare aīam suam pro omnibus sufficienter,imo & superabundanter. Autoritas,unus est mediator dei & hominum homo xps Iesus,qui dedit semetipsum i redemptionem pro oībus.j.Ti.ij.Vel pt passio xpi cōsiderari secūdū efficaciam, secūdū quā ipa passio xpi nō habet efficaciā in oībus,& sic filius hoīs uenit dare animā suā pro multis i redemptionē. s.efficaciter.Nota ad hoc similitudinem de merca

de mercatore soluente sufficiēter & abū danter pretium pro omnibus captiuis, sed non oēs uolunt exire de captiuitate ex malitia.Ille magnus mercator & rex glorie xps soluit pretiū redēptionis pro omnibus sufficienter,&c.sed non habet efficaciam infidelibus.s.Iudeis,Paganis &c.qa nolunt uti,nec in multis Christianis,quorum aliqui sunt in carcere superbie,auaritie,luxurie &c.nolunt exire.Itē dicit,pro multis,scilicet efficaciter.Ideo oportet subijci uirtualiter.

Feria.iiij.post secūdū dñicā.xl. Ser.ij.

EXaudi deprecationem meādomine.Hester.xiij. In persona ecclesie ꝓponit uerbum istud,& nō dicit precationem simpliciter,uel petitionem,sed deprecationem, idest diuersimodam precationem seu petitionem,quoniam multipliciter potest homo precari seu petere in oratiōe, scilicet octo modis.

Desiderando ardenter.
Lacrymando plangenter.
Explicando patenter.
Supplicando reuerenter.
Allegando prudenter.
Appellando confidenter.
Mendicando diligenter.
Molestando indesinenter.

Qui in suis petitionibꝰ seruat istos modos,sine dubio obtinebit quod petit.qa omnis qui petit.accipit &c.

Dico primo ꝙ est unus modus petē di gratias a xpo domino.s.desiderando ardenter,quādo cor desiderat illā gratiā ardēter & inflammatur,licet os nihil dicat quasi ex uerecūdia,quia non se reputat dignum illud petere ore,sed corde desiderat illud desiderium,illud est lacrymosa petitio in auribus domini.Nō fic de alijs dñis quibus oportet ore,uel signo,uel scriptura suum cordis desiderium aperire sine ostendere.Sed clarius uidet corda hominum quā tu uides faciem.Homo enim uidet ea que parent, deus autē intuetur cor.j.Reg.xvj. Illud desiderium mouet & inclinat deum ad dandum gratiam.Nota similitudinē. Affectuosus respectus filij in patrem sedentē ad mensam,est clamorosa petitio in auribus patris,prouocans patrē ad dandum filio carnes uel pisces &c.Ita deus pater cum regina matre sedet in mensa glorie.Nos uero in oratione stamus coram eo,quasi dicēdo,Domine non audeo petere,sed uos scitis desideriū meū quasi dicendo cū Dauid,Dñe ante te oē desiderium meum,& gemitus meus a te nō est abscō.ps.xxxvij.No.ad hoc historiam de filijs Israel exeūtibus de Egypto qui ab Egyptijs insequebant,& nō poterant fugere,quia ad unam partem erat mons altissimus,ad aliā mare rubrum,& inceperunt murmurare contra Moysen dicendo,Forsitan non erant sepulchra in Egypto,ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine &c. Moyses uidens necessitatē stetit coram domino. Non legitur ꝙ diceret aliquid,sed desiderabat in corde auxilium diuinū.Cui dixit deus,quid quid clamas ad me?Exo.xiij. dicunt glose ꝙ desideriū Moysi clamor erat in auribus domini.Et obtinuit qd mare diuideret.Dixit enim dñs ad eum, Tu autem eleua uirgam tuam,& extende manum tuam super mare,& diuide illud, ut gradiantur filij Israel in medio mari per siccum.Ecce quomodo iste est bonus modus.Dico secundo &c.scilicet lacrymando plangenter.Quando enim persona est in aliqua tribulatione, angustia,uel tentatione,& cor restringitur, cerebrū uelut spōgia distillat lacrymas. Iste modus est melior,quia nō solum est desideriū cordis,sed lacryme,que deū pūgunt.Bern.Oratio dñm ungit,sed lacryma deum pungit.Res aspera,dura & rigida si ungatur,efficitur mollis & suauis.Sic propter peccata nostra deus est nobis rigidus,aīper & durus,sed oratio deuota ipsum ungit & efficitur suauis, mollis & benignus.Nota exemplum de euangelio,ubi loquens de se dicit in psona cuiusdam regis,ꝙ quidā rex quesiuit rationem a suo thesaurario,& facta adequatione inuenit ꝙ thesaurarius tenebat

nebatur reddere regi.x. milia florenorum. Qui dixit, Domine non habeo unũ denarium. Et rex, Quia tu uane expendisti pecuniam meã cũ uxore & filijs tuis, ideo precepit ut caperetur ipse & filij & uxor, & uenderẽtur. Ecce hic duritia & asperitas in rege. Sed dixit textus q̃ ille thesaurarius procidens ad pedes regis, orãs humiliter di. Domine, patientiã habe in me. Et misertus est eius. Mat. xxiij. Et dimisit ei totũ debitũ. Ecce oro quõ deum ungit, sed lacryma deũ pũgit, hoc est plus. Sicut enim oratio deũ ungit ad remittẽdũ peccata, sic lacryma eũ pungit ad dandũ gratiam. Iõ est bonus modus pro psonis bonis & deuotis & tribulatis, ut uiduis, pupillis & orphanis, qui non hñt aliud remediũ, nisi recurrere ad deum, & flere coram eo, & ille lacryme pungunt deũ, ad dãdũ eis cõsolationes, gratias, & faciẽdum iustitiã de persecutoribus. Autoritas, Non despiciet deus preces populi, nec uiduã si effundat loquelam gemitus. Nonne lacryme uidue descendunt ad maxillam, a maxilla eñ ascẽdunt usq; ad celũ, & dominus exauditor non delectabit in illis. Eccl. xxxv.

Ois qui petit, scilicet lacrymando plangenter, accipit. Dico tertio, explicando patẽter scilicet ore, dicẽdo deo suas miserias, necessitates, tribulationes & tẽtationes isto modo, Ego domine sum in tali tribulatione, tentatione, miseria, uel infirmitate. Domine uelitis me adiuuare. Non intelligatis, q̃ talia sunt deo explicanda, quasi ipse nesciat, quia melius scit quã uosmet orantes, tribulationes, sed dicitur ad humiliandũ cor, quia quãdo tales tribulationes dicunt ore, cor humiliatur, & deuotio augmentatur. Istum modũ oñdit Dauid di. Reuela domino uiam tuã. i. necessitatem, & spera in eo & ipse faciet. ps. xxvj. Legitur in uitis patrum q̃ quidã sctus eremita mirabiliter hẽbat gram orandi, & alig quesierũt ab eo, ut doceret eos orare. Qui rñdit eis, Illi q̃ docuerũt me, docebũt uos orandi modũ si uultis. Et qs docuit uos? Rñdit, Pauperes q̃ oñdunt plagas suas dicẽdo, respice &c. mouẽt pias psonas ad dandũ. Ita oñdo deo plagas peccatorũ meorũ, uilitates, miserias meas & necessitatẽ dicẽdo, Dñe, totus sum corruptus de luxuria p cor, os, & p oculos, iõ inuenis me dãdo uirtutẽ castitatis, & sic de alijs. Isto mõ ois q̃ petit accipit. Dico quarto supplicãdo humiliter. Qui enim uult obtinere gram a rege, seu papa, nũquid supplicat humiliter genibus flexis, capite discooperto? imo. Ita qñ hõ facit oro nes, tunc supplicat regi xpo, uel pape Iesu. Quãdo dicis Aue ma. supplicat regine celi. iõ humiliter & flexis genib⁹ debent fieri oones, que nõ sunt nisi supplicationes. Sed in hoc multi deficiunt, quia quãdo surgũt & induunt se, dicunt oones, proprie nõ sunt oones. Idẽ de mulieribus, qñ pingũt se, dicũt Aue madicatur quõ debẽt orare, cogitãdo q̃ uidẽt Christum iratũ ex pctis, tũc incipias oonem deuote. Talis supplicatio est humilis. Tũc papa Iesus signat supplicationem, dicẽs fiat. Nota historiam de rege Achab iniquo & malo & idolatra & diuinorum inuocatore & innocẽtum occisore & sine iustitia, ad quem uenit Helias propheta ex parte dei dicẽs, Tu fecisti hoc & hoc, iõ hec dicit dom⁹ de⁹, Si mortuus fueris in ciuitate, canes comedẽt carnes tuas. Si in campo, aues celi, nec remanebit de Achab usq; ad miñ gentẽ ad parietem. Achab uero timẽs humiliauit se, scissis uestibus regalibus indutus est cilicio, & in terra comedebat panẽ & aquã, & depositis ornamẽtis lecti regalibus, fecit ornamenta de saccis, & ibat humiliter. Statim dixit deus Prophete, Nõne uidisti Achab humiliatũ coram me? Rñdit, Imo dñe. Vade ergo ad eũ, & dic ei, Quia humiliatus est mei causa nõ inducam malũ in diebus eius, sed in diebus filij eius. iij. Reg. xxj. Ex illa humilitate deus pepercit sibi cũ esset ita malus, ideo ĩ uestris orationib⁹ humilietis uos. Cogitate enim cum quo loquimini. De tali oratione dicit scriptura sancta, Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & non discedet donec altissimus aspiciat.

aspiciat. Eccl. xxxv. Dico qnto, allegãdo prudẽter. s. leges, canones, & priuilegia, ut faciunt iuriste corã iudice & principe. multi taliter allegant in oone qui tamẽ cõdẽnant, ut legit de quodã, Luce. xviij. Qui ascẽdit in tẽplũ ut oraret, & petens a deo gratiã, incepit allegare, Dñe non sum sicut ceteri hoies, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiã hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ q̃ possideo. Et publican⁹ a longe stans, nolebat, nec oculos ad celũ leuare, sed ait, Deus propitius esto mihi peccatori &c. Iste allegationes fuerũt sue cõdẽnationis. Rõ, quia allegabat sibi multa bona pro pte sua, & irrationabiliter, qa creatura in omnibus operib⁹ nõ est nisi instrumentũ, & de⁹ est operari⁹, & sicut non est regratiandũ calamo de bona litera, sed scriptori, ita nec nobis de bonis operib⁹, sed deo. Iõ prudẽter allegandũ est dupliciter. s. per credẽtiam obiecrando, allegando q̃ hõ credat de deo tali uel simili mõ. Dñe uos estis prouisor oĩm, prouideatis mihi &c. que credimus de deo. Per sanctam uitam quam tenuistis, detis mihi gratiã ut teneã bonã uitam. Secundo p obedientiã, p gratiarũ actionẽ, allegando ex parte dñi & nõ tui, dicendo, Domine ex quo tot gratias fecistis mihi, quia redẽptus, baptizatus &c. Placeat uobis etiã facere mihi hãc gratiã, qa ego inclinatus sum ad superbiam, detis mihi cor humile. & sic de alijs. De istis duob⁹ modis allegandi autoritas, In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actiõe petitiões uestre innotescãt apud deum. Phil. iiij. Isto modo omnis qui petit accipit. Dico sexto, appellando confidenter, & nunquid homo potest appellare a rege ad imperatorem, ab imperatore ad papam &c. Dico q̃ sic, nõ tamen de una persona unius curie ad alteram, sed de una curia ad aliam, ut fit sepe, qa de curia officialis appellatur ad curiam epi, & ab illa ad curiam archiepiscopi, & ab illa ad curiam pape. Idẽ de curijs reg. Deus etiam habet duas curias in quibus dantur sñe. Prima est curia iustitie. Secũda mie. De qbus Dauid, Miam & iudicium cãtabo tibi dñe. ps. c. Et quãdiu sumus in hac uita, curia mie est maior. Autoritas, mia superexaltat iudiciũ. Iaco. ij. Idẽ Dauid, Miserationes eius super oĩa opera eius. ps. cxliij. Post mortẽ aũt curia iustitie est maior. Quandiu ergo uiuimus, si datur sñia contra nos in curia iustitie, confidenter appellare debemus ad curiam mie debito modo, qa maiorẽ tunc obtinebimus reuocationẽ sñe. Nota ad hoc duo exempla de ueteri testamento. Primum de Dauid qui licet sanctus, tñ grauiter peccauit. Cũ eñ semel respiceret de palatio, & uideret uxorem Vrie pulchrã ualde, non auertebat sicut debuit statim auertere oculos suos, sed sic stetit aspiciendo. statim aliquis scutifer dixit sibi, Talis mulier est, & uir non est in patria. Ideo etiam peccauit cum ea & grauidauit eam. Et ad cooperiendũ peccatum interfecit Vriam uirũ eius, qa unũ peccatũ trahit aliud secum, statim in curia iustitie fuit data sñia contra eũ, & Propheta nunciauit sibi sñiam dicẽs, Viuit dominus, quia filius mortis es tu. ij. Reg. xij. Dauid autem fuit ille qui intelligebat factum, appellauit statim ad curiã mie. Forma appellationis sue fuit hec, Miserere mei deus secũdũ magnã misericordiã tuam. Statim Propheta redijt ex parte domini dicens, Non morieris. Patet ergo quod sñia data in curia iustitie reuocari potest in curia mie. Secundum exemplũ de Ezechia rege, contra quem fuit data sñia iustitie ut morereꝛ. Esaias propheta legit sibi sñiam ex parte domini, Hec dicit dominus deus, Dispone domui tue, morieris enim tu & nõ uiues. iiij. Reg. xx. Qui conuertit faciem suam ad parietem, & appellauit ad curiam misericordie dicens, Obsecro domine, memento queso quomodo ambulauerim corã te in ueritate & corde perfecto, & quod bonũ est in oculis tuis fecerim, fleuitq; Ezechias fletu magno. Statim dixit dominus Esaie recedenti, Reuertere & dic Ezechie, Hec dicit dominus de⁹, Audiui orationẽ tuam & uidi lacrymas

tuas

tuas. Reuocauit sententiã, & addidit sibi annos quindecim uite sue. Patet ergo q̃ sententia reuocatur in curia misericordie, que datur in curia iustitie, si ad eã appellatur confidenter. Autoritas, Si dixero impio morte morieris, & egerit penitentiã a peccato suo, feceritq; iudiciũ, & iustitiã, uita uiuet, & nõ morietur. Autoritas aurea Eze. xxxiij. Nota tria, Primo, q̃ faciat penitẽtiã. ecce cõtritio. Secundo, iudiciũ. Ecce cõfessio, in qua sacerdos est iudex, ideo debet sedere. Tertio, iustitiã. s. satisfactionẽ, uel punitionẽ de peccatis ieiunãdo &c. Isto modo omnis qui petit accipit &c. Dico septimo, mẽdicando diligenter siue alte. s. petere ostiatim. Istũ modũ seruamus in tribus diebꝫ rogationũ in ecclesia. In processionibus enim transimus per uicos ciuitatis paradisi, mẽdicando ostiatim, sanctos deprecãdo. Primo uadimus ad palatium sancte trinitatis. Istũ modũ debent tenere persone literate dicere letaniã quolibet sero, quia illa oratio est multũ bona in qua inuocantur omnes sancti &c. Ideo amici Iob, qui fuit tribulatus, dederunt sibi cõsiliũ, ut teneret modũ istũ, dicentes, Voca ergo, si est qui tibi respõdeat, & ad aliquem sanctorũ cõuertere. Iob. v. Omnis qui petit accipit. s. isto modo. Dico octauo, molestando indesinenter. s. perseuerando in oratione. Qualiter huiusmodi importunitas, uel molestia sit facienda, declaratur Lu. xj. Quis uestrũ habebit amicũ, & ibit ad illũ media nocte, & dicet illi, amice cõmoda mihi tres panes, quoniã amicus meus uenit ad me de uia, & nõ habeo quod ponã ante illũ, & ille deintus respõdens dicat, Noli mihi molestus esse, iã enim ostium clausum est, & pueri mei mecũ sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, & si nõ dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatẽ tamẽ eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. q cõtinuat omni die orationẽ, ad bonum finẽ perueniet. Nota hic miraculũ de illo milite capitaneo latronũ, in cuius domo stetit diabolus quatuordecim annis in forma humana, & erat coquinarius. Vbi uenit ille sanctus religiosus &c.

Feria v. post reminiscere.

Sermo unicus.

HAbent Moysen & prophetas, audiant illos. Luc. xvj. & in euangelio. Sermo erit de sancto euãgelio &c. Habẽt Moysen &c. Sanctũ euangeliũ hodiernũ declarat nobis quatuor multũ necessaria ad sciẽdũ pro nostro auisamento, scilicet mundialem conuersationem, diuinalẽ retributionem, infernalem dispositionẽ, scripturalem cõfirmationem. Hec quatuor sunt nobis multũ necessaria ad sciẽdum.

Primo, mundialis conuersatio, ut caueamus.

Secundo, diuinalis retributio, ut ipsam expectemus.

Tertio, infernalis dispositio, ut ipsam uitemus.

Quarto, spiritualis & scripturalis confirmatio, ut per ipsam reformemur.

Et de isto quarto. s. de cõfirmatione sancta dicit thema, Habẽt Moysen. i. scripturas, & ꝓphetas, audiãt illos. Dico primo, q̃ in euangelio hodierno declaratur nobis mũdialis conuersatio, ut caueamus. Mundialis conuersatio est, de seipso nimis curare carnaliter. Primo, in nouo ornatu uestiũ &c. Secundo, in delitijs corporis. s. comedendo, bibendo &c. nõ curare de necessitatibus proximi, que ostẽduntur in principio euãgelij. Homo quidã erat dives, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis que cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebãt ulcera eius &c. Hic induebatur ad carnẽ de camisijs de byssо, desuper de purpura &c. Comedebat quotidie splendide de optimo, & multũ assatũ, & coctum, & nunquã ieiunabat, & de pauperibus nõ curabat. Et erat quidã mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam &c. Ecce conuersatio mundialis, contra quã scriptura sacra, Nemo quod sui est querat, sed quod alterius. j. Cor. x. Sed notãda sunt hic duo, de quibus se pauci auisant. Quando Christus in euangelio loquitur de diuite, non nominat eũ, sed dicit, Homo quidam erat dives &c. Et quãdo loquitur de paupere, nominat eũ dicens, Erat quidã mendicus nomine Lazarus. Quare hoc? Certũ est quod dives nomẽ habebat, & Christus istũ sciebat, & tamen dicit, homo quidam, ac si nesciret nomen eius, maxime quia uos uidetis q̃ in mundo diuites sunt multum nominati, & famosi, quãdo moritur dominus in ciuitatẽ omnes sciunt nomen eius. secus de pauperibus hominibus. Per diuitias faciũt tantũ, siue bene, siue male, q̃ faciũt se cognoscere, & nominare. Ideo de diuitibus dicit Dauid, Tabernacula eorũ in progenie & ꝓgenie, uocauerũt nomina sua in terris suis, sed non in celis. ps. xlviij. Quare ergo Christus non nominauit ipsum, sed pauperẽ? Pro respõsione, sciendũ q̃ quãdiu homo tenet uitam bonam, & sanctã, & est in gratia dei, nomẽ eius scriptũ est in celo in cathedra, que sibi correspondet secundũ presentẽ iustitiã. Autoritas Christi loquẽtis de his qui sunt in gr̃ia, Gaudete & exultate, quoniã nomina uestra scripta sunt in celis. Lu. x. Scripta sunt in celis. i. in cathedris celestibus. Per oppositũ pson̄a que tenet uitã uitiosam, & uiuit in peccato mortali, s. superbie, auaritie, luxurie &c. nomẽ eius raditur in celo de illa cathedra, quia in libro diuine predestinationis nullus scribitur de nouo, nec raditur, sed radit de libro secundũ presentẽ iustitiã. Ideo quãdo Moyses orauit pro populo de uitulo aureo dixit, Obsecro Dñe, peccauit populus iste peccatũ maximũ, fecerũtq; sibi deos aureos. Aut dimitte eis hãc noxã, aut si non facis, dele me de libro tuo quẽ scripsisti. Cui respõdit dñs, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Exo. xxxij. Itẽ Dauid loquens de peccatoribus dicit, Deleantur de libro uiuentiũ, & cũ iustis nõ scribantur. ps. lxviij. Et scribitur nomen peccatoris in inferno. O qualis confusio, & uerecũdia est sibi, ac si Papa haberet nomen alicuius sacerdotis in rotula, ut promoueret eũ ad cardinalatũ, uel episcopatũ, & propter suã culpã Papa deleret nomen eius, & ipsum scriberet inter infimos. Idẽ de rege habente nomen alicuius scriptũ inter barones, & comites, si ex culpa sua ipsum deleret, & scriberet inter truffatores, maior est cõfusio. Et incõparabiliter maior est uerecundia, quando nomen alicuius deletur de libro dei, & scribitur in rotula inferni. Autoritas, Domine omnes q̃ te derelinquunt. s. peccando, confundentur, recedentes a te in terra scribentur. Iere. xvij. scilicet in illa de qua Iob dicit cap. x. Terram miserie, & tenebrarũ ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quia ergo dives iste de quo loquitur euangeliũ, erat peccator, & male uite, & Christus nõ inuenit nomen suũ in libro predestinationis, ideo noluit ipsum nominare nomine suo. Et q̃ ita sit, ratio patet per Dauid in persona dei di. de diuitibus malis, Nõ cõgregabo cõuenticula eorũ de sanguinibus, id est de peccatis, iuxta illud, Libera me de sanguinibꝰ, nec memor ero nominũ eorũ, per labia mea. ps. xv. Esse diuitẽ de bono iusto nõ est malũ, nec peccatũ, sed esse diuitẽ impium, & peccatorem hoc est peccatũ. Et de talibus dicit, Non congregabo &c. Nota q̃ unum cõuenticulũ est diuitum superborũ, uolentiũ habere regimẽ ciuitatis &c. non attẽdentium ad onus quod recipiunt. Aliud conuenticulum est auarorũ. s. usurariorũ, ut habeant oẽs pecunias. Aliud luxuriosorũ signanter illorũ, qui ducunt uxores sola causa explende libidinis. Aliud gulosorum, magna conuiuia facientiũ, isto respectu, ut habeant amicos. Aliud iracundorum facientium obligationes, & iuramenta sibi, q̃ se mutuo iuuabunt, & qui tangent uos tangẽt me &c. De his dicit, Non congregabo &c. sc. in celo cũ angelis, & sanctis animabus, nec memor

ero

ero nominũ eorũ. Sed quia nomen pauperis Lazari erat scriptũ in dei libro, eo q̃ cũ bona patientia receperat paupertatẽ, sperans in celo ditari, ideo ipsum nominauit. Et fuit cõpleta prophetia Dauid dicẽtis, Animas pauperũ saluas faciet. Ex usuris, & iniquitate redimet animas eorũ, & honorabile nomen eorũ corã illo. ps. lxxj. Et loquitur de pauperibus. Nota animas pauperũ. s. illorũ qui patienter sustinent paupertatẽ, qui non indignãtur cõtra deũ, nec furantur aliquid, sed sperãt in paradiso ditari, saluas faciet. Ex usuris quas modo faciũt, redimet eos, quia modo pauperes nihil possũt habere a diuitibus, nisi cũ usuris. Si petũt ab eis mutuũ, nõ obtinẽt nisi cũ usuris. Si uolunt emere bladũ, uel pannũ, coguntur emere cũ usuris plus dando propter solutionis dilationẽ. Si pauperes uolũt uẽdere bladum, uel aliud cũ usurã. s. minus propter denarios prõptos. Ex iniquitate, sci. quã eis faciũt, liberauit eos, quia pauperes nõ possunt obtinere iustitiã, quãdiu aduocati, & procuratores sentiũt eorum pecunias, oẽs fungũt ex eis. Postea dicũt eis, cõueniatis cũ parte, quia non multũ ius habetis. Sed quare nõ dixistis sibi ante, ne diſsiparet bona sua, ideo &c. Et honorabile nomen eorũ corã illo. Qualis honor si rex, uel Papa nominaret, & peteret de aliquo paupere. Secundo dicit, q̃ canes ueniebãt, & lingebãt ulcera eius. Quid significant isti canes? Et dicit Greg. in homilia super illo euangelio, q̃ canes sunt predicatores. s. oẽs illi qui habent officiũ predicandi. Ratio, quia nullus paterfamilias mittit oues suas in desertũ locũ nisi cũ custodibus, & canibus qui ipsas custodiũt a lupis. Ita & iste dñs qui dicit, Ego sum pastor bonus, Ioan. x. non dimittit oues in nemore huius mũdi nisi cũ custodibus, & canibus. Canes sunt predicatores, primi optime latrãtes fuerũt apostoli, deinde martyres, doctores, cõfessores. Hodie oẽs illi sunt canes, qui predicant, & latrant cõtra lupos inferni ne approximent ouibus Christi. Et nunquid est magna dignitas esse canem Christi. Ecce quid dicit Iob in persona Christi, & ita exponit Greg. ī moralibus. Nunc autẽ derident me iuniores, tẽpore quorũ patres nõ dignabar ponere cũ canibus gregis mei. Iob. xxx. Nota nunc in tẽpore passionis derident me iuniores tempore. s. Iudei di. Vah qui destruis templũ dei, & in triduo illud reedificas. Itẽ, alios saluos fecit seipsum nõ potest saluũ facere. Quorũ patres. s. patriarchas & prophetas, nõ dignabar ponere cũ canibus gregis mei, quia maior est dignitas predicatorũ quã patriarcharum, uel prophetarũ. Isti canes habent linguã medicinalẽ, quãdo lingunt ulcera peccatorũ. Lingitur a predicatore plaga superbie, que cõsistit in capite, quando laudat & cõmendat uirturẽ humilitatis, & qũo Christus, & uirgo Maria fuerunt humiles, & quantũ eis placet uirtus humilitatis, & persone humiles, & qũo superbia fuit initiũ omnis mali, & perditionis, & aperuit ianuã inferni, & clausit ianuã paradisi. Idẽ potest dici de alijs peccatis, & uitijs, & uirtutibus oppositis. Ecce qũo lingua canũ est medicinalis, sed dentes sunt uenenosi mordendo, si in predicatione mordent famã alicuius, uel in cõfessione, quando petunt pecunias, mordent bursam, uel bona &c. Ecce quid significat, Canes lingebant lingua ulcera eius, qua curantur ulcera peccatoris. Da uid, Lingua canũ tuorũ, ex inimicis ab ipso. ps. lvij. Hic est figura ecliptica, quia deficit uerbũ ibi, Lingua canũ tuorũ, sci. licet predicatorũ, ex inimicis, id est, peccatis sanat, siue demonibus liberat ab ipso. s. domino principaliter agente, quia predicatores solũ sunt instrumenta. Greg. in uanũ exterius laborat lingua predicatoris, nisi fuerit intus gratia saluatoris. Dico secundo, quod in euãgelio hodierno ostenditur diuina retributio, ut ipsam expectemus, cũ dicitur, Factũ est, ut moreretur mẽdicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrae. Mortuus est autẽ & diues, & sepultus est in inferno. Ecce hic retributio diuinalis. Dicit magister sentẽt. in iiij. & oẽs etiã alij doctores, & doctri

doctrina est cõmunis, q̃ in corde terre sunt quatuor domus inferni. Domus inferior dicitur locus dãnatorũ. Secũda dicitur limbus puerorũ, in qua nõ sunt demones, nec ignis, solũ sunt ibi tenebre, id est, carẽtia uisiõis dei. Nõ est ibi ignis materialis, sed ira dei dicit ignis. Iuxta illud Deut. xxij. Ignis succẽsus est in furore meo. Aug. uocat illã irã dei ignẽ dei, in quo sunt pueri nõ baptizati, quia nunquã uidebũt deũ. Tertia est locus purgãdorũ in quo est ignis immaterialis, q̃ uirtute diuina torquet, cruciat & purgat animas Christianorũ, sed nõ sunt ibi demones, quia in purgatorio nõ sunt nisi illi, qui sunt in gratia dei. Quarta domus superior est sinus perfectorũ in quo erant sancti patres, qui dicebãtur sinus Abrae propter securitatẽ, quã habebant de gloria, sicut illud quod habetur in sinu, in securo est. Etiã paradisus dicitur sinus Abrae, iuxta illud ecclesie, Exaudi me, ut animã meã in sinu Abrae patriarche tui iubeas collocari. Dicit gl. super illud, Factũ est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrae, quia sicut nũc quando moriũtur condigne penitẽtes, statim anime ipsorũ portantur in celũ, sic tunc portabat in sinũ Abrae. Diues uero sepultus est in inferno. Ecce hic ad literã diuina retributio. Autoritas, Ego dñs scrutãs corda, & probans renes, qui do unicuiq; iuxta uiã suã, & iuxta fructũ adinuentionũ suarũ. Iere. xvij. Nota hic duo secreta moralia. Primũ cũ dicit, Factũ est, ut moreretur mẽ. Si attẽdistis ad uerba Christi, quando uoluit loq̃ de mũdana conuersatione, primo fuit locutus de diuite, quã de paupere dicẽs, Homo quidã erat diues. Sed quando uoluit loqui de alio mũdo, de diuina retributione, primo fuit locutus de paupere di. Factũ est, ut moreretur mẽdicus. Hoc facit Christus ad ostendendũ contrariã cõditionẽ diuitũ, & pauperũ, quãtũ ad uitã & quantũ ad mortẽ. In hoc mundo in uita presenti diuites sunt primi in honorib⁹, dignitatib⁹, officijs, quia semper sunt in primo loco, pauperes autẽ per oppositũ semper sunt ultimi, sed in alio mundo. uertitur iste ordo, qa pauperes erunt primi in honoribus, & dignitatibus paradisi, diuites uero ultimi. Recte de diuitib⁹ est sicut de falcone, & gallina. Falco autẽ quãdiu uiuit multũ honoratur a domino suo, in manu portatur etiã in ecclesia, qui nolet portare filiũ suũ, & diligenter seruit ei, & carnẽ crudam mordendo dentibus, & in estate cũ aqua frigida refrigerando, & in hyeme dormit in camera domini, etiã in loco altiori. Et si misera gallina approximat modicũ ad comedendũ micas, statim expellitur, nec audet intrare camerã, sed in morte totum uertitur, quoniã gallina cũ magno honore portatur coram dño inter duas scutellas, & falco proijcit in sterquiliniũ. Quãdo dicitur domino, Falco est mortuus. Respõdet dñs, proijcite in sterquiliniũ. Ita recte in hoc mũdo diues, ut falco uiuit multũ delicioſe, honorifice, &c. Et miser pauper, ut gallina nõ audet appropinq̃re domui diuitis, imo dicit diues, Quid uult ille homo? o latro debet esse, foras. Ecce quare xp̃s primo nominauit paupere, quãdo loquebat de alia uita. Et uerificatur illud quod xp̃s dicit Mat. xx. Erunt nouissimi. s. pauperes, qui in hoc mũdo sunt nouissimi primi. s. in paradiso, & primi. s. diuites, qui in hoc mũdo sunt primi in oĩbus, in alio mũdo erũt nouissimi. s. in inferno. Ideo quãdo pauper moritur, aĩa eius portatur coram dño inter duas scutellas. s. gloriã aĩe quã habebit statim, & gloriã corporis quã habebit post iudicii generale. Due scutelle sunt immunitas pene hic inferius, & abũdãtia glorie superius. Secũdũ secretũ est ibi, Mortuus est & diues, & sepultus est in inferno. Certũ est q̃ corpus nõ fuit sepultũ in inferno, sed anima, in quo uidetur, q̃ in inferno sunt sepulture, & cemiteriũ. Dico quod sic, sed auisetis uos ne eligatis ibi sepulturã. Anima sepelitur in inferno, secundũ q̃ corpus honorabile sepelitur in hoc mũdo. In cuius sepultura seruantur tres cerimonie principales. Prima est quod mortuo homine honorabili, aliqs de

de amicis suis uadit ad ecclesiā ad curatū pro sepultura petēda, & sacerdotes se preparāt, qui cū magna cōmotione disponūt se dicētes, uadamus. idē de sepultura anime. Qū malus diues uel alia persona est in extremis, diabolus qui ipsum tentauit, qui naturaliter cognoscit horā siue mortē, uadit subito ad infernum ad curatū. s. luciferū di. qūo talis religiosus clericus uel diues qui tenuit malā uitam est in articulo mortis, ideo paretis uos & mittatis. & fit una magna cōmotio, qa quilibet uult uenire. Autōritas, de quodā magno diuite, Infernus subtus te cōturbatus est, in occursum aduētus tui suscitauit tibi gigantes. Et tunc dicēt, uulneratus est sicut & nos, nostri similis effectus es, detracta est ad inferos superbia tua quia noluisti obedire preceptis dñi tui &c. Esa. xiiij. Secunda cerimonia seu similitudo que seruatur in sepultura corporis, est qū sacerdotes cātando portant corpus ad sepulturā signo crucis p̄cedente, parētes & amici sequunt flentes. Similiter aīa dānata portatur a demonibus ad sepulturā inferni nō cātando sed cōfusibiliter uociferando, ac si esset caterua porcorū, precedente signo luciferi. s. circulo. Dauid, In circuitu impij ambulāt. Sicut a passione xp̄s accepit signū crucis, sic demon accepit signum circuli. Sicut persone deuote inuocādo Deū faciūt signū sancte crucis dicentes. Deus in adiutoriū &c. Ita diuini inuocādo demonē faciūt signū circuli. Et sicut portatur crux in sepultura aīe bone, sic circulus portatur in sepultura aīe male a diabolo. ideo dicit scriptura, Vir qui errauerit a uia doctrine, in cetu gigātium cōmorabit. Proue. xxj. Nota q errauerit a uia doctrine, quilibet male uiuēs errat a uia doctrine, nullus credat posse saluari a sola credētia, quia imo est necessaria obediētia. Iaco. ij. Quid proderit fratres mei si fidē quis dicat se habere, opera autē nō habeat? Nūquid poterit fides saluare eū? Si autem frater & soror nudi sint & indigeant uictu quotidiano, dicat autē aliquis ex uobis illis, ite in pace, calefacimini & saturamini, non dederitis autem eis que necessaria sunt corporis, quid proderit? Sic & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa &c. Talis persona male uite in morte in cetu gigantū cōmorabitur. ideo cauete ne erretis a uia doctrine, idest obediētie. Tertia cerimonia siue similitudo que seruatur in sepultura corporis est, quia iuxta statum & cōditionē persone datur ei locus sepulture in ecclesia, uel in choro, uel iuxta cornu altaris, uel in aliqua capella &c. Similiter fit in inferno de aīa cōdēnata. Iam sunt ibi certe sepulture. Prima pro superbis, nō de terra, sed de igne in extinguibili. Aliud sepulchrum pro auaris, de metallis liquefactis ignitis. Aliud pro luxuriosis & sic de alijs. De quibus dicit Dauid, Sepulchra eorū. s. dānatorū domus illorū in eternū. ps. xlviij. qđ̄ potest intelligi de sepulturis inferni. Ideo auisetis uos ne in uestro testamēto. i. in uita quā tenetis, eligatis ibi sepulturam. In puncto, qñ homo eligit malā uitā, eligit ibi sepulturā & cōfirmatur p mortē. Dico tertio, q euangeliū declarat infernalē dispositionē ut ipsam uitemus, ibi, eleuās autē oculos suos cū esset in tormētis, uidit Abraā a longe, & Lazarū in sinu ei⁹, & ipse clamās dixit, Pater Abraā miserere mei, & mitte Lazarū ut intingat extremū digiti sui in aquā, ut refrigeret linguā meā, quia crucior in hac flā ma. Et dixit illi Abraā, Fili recordare qa recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, nunc uero hic consolat, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatū est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possunt, neq; inde huc trāsmeare. Nota eleuās oculos. ergo aīa habet oculos, & etiā aīa habet alia mēbra, sed sunt spūalia, sicut mēbra corporis sunt corporalia, sed fortiora sunt mēbra aīe. Nota pater Abraā, ubi dicit gl. q erat de genere Abrae. q etiā uocat ipm filiū dicens, Fili recordare &c. quia pro bonis q̄ homo facit in statu peccati, Deus dat retributionem in hoc mūdo. Nota chaos magnum idest

idest abyssus. Nota q beati obiectaliter transeunt ad dānatos uidendo illorū penas, sed tū non sentiūt penaliter. Et dam nati obiectaliter trāseunt ad beatos, sed non possunt ad eos trāsire per penitētiā actualē, nec uidēdo gloriā obiectaliter. No. hic duo secreta. Primū ibi, Eleuans oculos suos cū esset in tormētis. Ab isto textu extrahunt sancti doctores theologie hanc cōclusionē q̄ modo uidēt dānati beatos, sed non gaudēt de tali uisione, imo ex hoc eorū pena augmentatur. Ac si famelicus uideret mēsam paratam cū magnis epulis & cibis, & nō posset accedere nec comedere, ideo pena sibi augmentaret. Practice cogitate qū super bus dānatus eleuat sibi oculos, & uidet beatū Paulū qui fuit superbus & persecutor ecclesie qūo dicit, O miser iste fuit magis superbus q̄ ego, & tū est cōuersus quia fecit penitentiā, ita fuisset de me si penituissem. Idē de auaro qū uidet beatū Matheū, de quo dicit Beda q fuit raptor. Idē de luxuriosis qū uident beatā Mariā Magdalenā, Mariā Egyptiacā, & sic de alijs. Autoritas, Videntes turbabūtur timore horribili, & mirabūtur in subitatione insperate salutis, gemētes pre angustia spiritus di. intra se penitētiam agētes, & pre angustia spūs gemētes, Hi sunt quos aliqū habuim⁹ in derisum &c. sequit, Ecce qūo cōputati sunt inter filios Dei. Sap̄. v. & loquitur ad literā de dānatis. Dānati penitēt de pctis, nō rōne culpe sed rōne pene. in. iiij. di. xliij. q. j. ar. iij. q. iiij. Secundū secretū est de gutta aque quam petebat, que fuit sibi denegata. M. & . cccc. anni sunt & plus q̄ petijt illā dictā guttam aque, & qualibet die & hora petit eā, & nunq̄ obtinebit. Si custo diuisset sibi unum barile de uino greco, modo seruiret sibi. Hec gutta aque signat refrigeriū aliqđ quod damnati nō possunt habere &c. Dico quarto, q̄ sanctum euangeliū declarat scripturalē cōfirmationē, cū dicit thema, Habēt Moysen & prophetas, qđ ostenditur cū dicit, Rogo ergo te pater ut mittas eū in domū patris mei. Habeo em̄ quinq; fratres ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hūc locū tormentorū. Et ait illi Abraam, Habent Moysen & prophetas, audiāt illos. At ille dixit, Nō pater Abraā, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiā agēt. Ait autē illi, Si Moysen & prophetas nō audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credēt. Videtur qđ ex charitate loqueretur, ne fratres sui dānarentur sicut ipse. Rūsio, q̄ nō loquebatur ex charitate, sed ne pena eius augmentaret, q̄ qto plus sunt damnati, tāto magis augmentatur eis pena, sicut pluribus beatis saluatis augmētat gloria accidētalis beatorum. Verbi gratia, si tītioni ignito addant alij tītiones, magis ardebit, & si plures, plus ardebit. Rūdit Abraā, Habent Moysen & prophetas, audiant illos. Nota q̄ maior est autoritas sacre scripture q̄ esset testimonium cuiuscunq; resurgētis. Ideo Apostolus, Licet angelus de celo euangelizet uobis preter qđ euangelizauimus, anathema sit. Gal. j. Vnde Apostoli qui suscitabant mortuos, cū testimonio sacre scripture tanq̄ firmiori cōfirmabāt dicta eorū & doctrinā. j. Corin. xv. Tradidi uobis in primis quod & accepi, qñ xp̄s mortuus est pro peccatis nostris secundū scripturas, & quia sepultus est, & resurrexit tertia die secundū scripturas. Ideo sequitur, Si Moysen & prophetas nō audiūt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credēt. Nūquid xp̄s suscitauit Lazarū qui multū narrauit de alio mūdo, ut dicit Aug. & tñ sibi non credebatur a Iudeis. Ideo dicitur Ioā. xij. q̄ Iudei cogitauerūt occidere eū. Item xp̄s surrexit quē non crediderunt Iudei. Item apostoli suscitabāt multos mortuos qui dicebant de alia uita. Ideo indubitāter & firmiter credendū est testimonio sacrarū scripturarum, & determinationi uniuersalis ecclesie. Et esset bonū studere Bibliā, quia cū alijs scripturis nō poterim⁹ arguere contra antixp̄m, nec rūdere. Et modo pauci curāt de Biblia, imo iam uerificat illud Hiero. ad Paulinū. c. vj. Quic quid dixerint hoc legē Dei putant, nec scire dignant qd prophete, qd apostoli

senserint, sed ad sensum suum incõgrua aptant testimonia, quasi grande sit & nõ uitiosissimum dicẽdi genus depranare sententias, & ad uoluntatẽ suã sacrã scripturam trahere repugnantem. Ideo dicebat xps Iudeis, Scrutamini scripturas in quibus putatis uos uitã eternã habere, & ille sunt que testimonium perhibent de me. Ioan. v.

Feria. vj. post dominicam secundam quadragesime. Sermo unicus.

REgnum Dei dabitur gẽti facienti fructum. Matt. xxj. & in euangelio. Thema dat mihi motiuũ pdicandi & declarandi, quot modis põt haberi a nobis regnum Dei. Sed primo saluet̃ uirgo Maria. Regnũ Dei dabitur &c. Pro cuius uerbi declaratione & materie predicãde introductione, sciendũ ꝙ quilibet de arboribus sui uiridarij uult fructũ, nec est cõtentus de folijs & floribꝰ, sed uult fructus. Sic Deꝰ de horto xpianitatis, cuius arbores sunt xpiani ibi plãtati in baptismo, de quibus Deus uult fructus bonorũ operũ. ſ. pnie, mie &c. Nõ solũ uult flores bonarũ cogitationũ, nec folia bonarũ locutionũ, sed uult fructus bonorũ operum. Autoritas, Ego posui uos ut eatis & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Io. xv. Nota ut eatis. ſ. proficiẽdo, & fructꝰ uester maneat. ſ. usq; in finem. Sed qñ xpianus uel religiosus non tenet bonam uitam, uel etiam presbyteri, tales sunt arbores steriles. De quibus dicit xps, Omnis arbor que nõ facit fructũ bonum, excidetur & in ignẽ mittetur. Matt. iij. Sed boni qui faciunt dignos fructus pnie. Luc. iij. in morte trãsplantantur ab isto horto in paradisum celestem, hoc dicit thema propositum, Regnũ Dei &c. Occasione thematis quesiui i sacra scriptura quot modis Deus dat regnum celorum suis. Et inueni ꝙ sex modis tantum, scilicet,


Primo, per directam hereditatem.
Secũdo, per uiolentã importunitatẽ.
Tertio, per deuotum seruitium,
Quarto, per fidele cambium.
Quinto, propter cõtinuã petitionẽ.
Sexto, propter iustam emptionem.

Quilibet uestrum cogitet quem istorũ sex modorũ tenet, & quẽ fructum facit, quia de his dicit thema, Regnũ Dei dabitur genti facienti fructũ. Dico primo ꝙ Deus dat regnũ suum personis humanis per directam hereditatem, sicut reges & principes & dñi suis filijs legitimis dant hereditatem, sic Deus dat, cuius filij sunt nouiter baptizati, si decedant anteq̃ peccent, statim euolant, & dat eis hereditas regni Dei. Nota cõtra errorẽ uetularum dicentiũ ꝙ propter dolores matris trãseunt per purgatorium &c. falsum est. Et quia sunt filij regis xpi & regine scilicet ecclesie, ideo mox celũ intrant. No. modũ huius generatiõis in baptismo. Ideo Ioan. j. Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui nõ ex sanguinibus, idest seminibus, sed ex Deo nati sunt. Si ergo iure hereditario filijs legitimis debetur hereditas patris, cũ ergo pueri nouiter baptizati sint filij legitimi, ergo &c. Ideo dicit scriptura sancta. Ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro ꝙ sumus filij Dei. Si autẽ filij, & heredes, heredes quidẽ Dei, coheredes autẽ xpi. Ro. viij. Si dicat quo modo habent regnũ Dei illi pueri qui nullũ fecerunt bonũ, quare permittunt intrare &c. Rñdeo ꝙ filijs nõ fit questio quare intrant domũ patris, immo si portarij paradisi dicerent eis, quare uos uultis intrare? quo iure? Rñderent pueri, quia sumus filij Dei. uideatis in frõte nomẽ patris. Apoc. xiiij. & nomẽ patris sui scriptũ in frontibus suis. Not. historiam qũo pueri portabãtur ad xpm ut benediceret eos. Mat. xix. quos apostoli ꝓhibebant, quibus dixit, Sinite paruulos uenire ad me & nolite ꝓhibere eos, taliũ est eũ regnũ celorũ. in qua autoritate sunt tres clausule que possunt applicari contra tres difficultates, siue impedimenta intrãdi regnũ celorũ. Dicatur hic cõtra illos qui nimis plorãt pro pueris qñ moriuntur, cũ tñ deberẽt gaudere, quia recipiuntur a rege xpo. Dico secundo, ꝙ Deus

Deus dat regnũ celorũ ꝓ uiolentã importunitatẽ. Isto modo dat̃ personis penitẽtibus, q ex peccatis pdiderũt innocẽtiã baptismalẽ & Dei filiationem & facti sunt inimici Dei, sicut filij regis q inimicant̃ pri, exheredant̃ a patre. Idẽ de nobis qui ex pctis inimicamur xpo Iesu pri nostro, ideo nõ possumus habere regnũ Dei per directã hereditatẽ, sed possumꝰ ipsam habere ꝓ uiolentã importunitatẽ. Quod autẽ uiolẽter possit, ego nõ audere dicere, nisi quia xps hoc dicit, A diebus Ioãnis baptiste regnũ celorũ uim patitur, & uiolẽti rapiũt illud. Mat. xj. Hec uiolẽtia fit per pnam que a xpo uiolentia uocat̃. Ratio, qa oĩa opera penitẽtialia requirũt uiolentiã. uerbi gra, Primo de cõtritione. Conteri de his de quibus homo declarat̃ & naturaliter inclinat̃, & ꝓuocare se ad fletũ uiolentiã requirit, que tãta est aliqñ, ꝙ ex illa uiolẽtia moriũtur, ut est iam inuentũ. Ideo Ioel̃. ij. Fletu & planctu scindite corda uestra. Secũdo, habere ꝓpositũ non redeundi ad peccata, q̃ forte iam sunt cõuersa in naturã ex cõsuetudine. Iõ requirit uiolentiã ad se custodiendũ, ut patet in assuetis iurare Deũ. Not. de illo qui qñ iurabat ponebat undecim denarios in bursa &c. & sic correxit se &c. ecce uiolẽtia. Tertio, recedere a mala societate, a persona tã dilecta &c. Ideo requirit magna uiolentia. Poeta, Que nocitura tenes q̃uis sint chara relinque. Quarto, oris confessio etiã requirit magnã uiolentiã, cũ pudor retrahit hoiem ne peccata cõfiteat, ne se diffamet. Ideo est necessaria uiolẽtia ad instar illius qui nimis comedit & cũ uiolentia se prouocat ad nauseam & uomitũ. Itẽ iesuniũ requirit uiolentiã, maxime in illis qui consueuerunt bibere de mane. Idem de restitutione & iniuriarũ remissione. Ecce quare dicit xps, Regnũ celorũ uim patitur. ſ. pnie. & uiolenti. i. penitẽtes rapiunt illud, quia primus homo qui predicauit pnam pro obtinẽdo regno celorũ fuit Ioã. bap. Mat. iij. & Luce. iij. Facite dignũ fructum pnie, qñ appropinquabit regnũ celorũ. Nunq̃ autẽ aliquis prophetarũ uel patriarcharũ hoc predicauit, sed Io. incepit, deinde xps cõtinuauit di. Mat. iiij. Penitentiã agite, appropinquabit enim regnũ celorũ &c. Ideo dicit thema, Regnũ celorũ dabitur genti facienti fructũ, scilicet pnie. Tertio, regnũ celorũ datur propter deuotũ seruitium. Qñ aliquis seruit alicui dño, cõsequitur aliqd̃ salarium si bene seruit, alꝰ non. Sic xps suis seruitoribus nõ dat florenos. x. uel. xx. sed dat eis regnum celorum, ut sunt ecclesiastici, presbyteri qui deuote seruiũt xpo, quia laici sunt in negotijs mundi multum occupati, sed deuoti ecclesiastici de die & nocte seruiũt xpo. Nota qũo seruitium ecclesiasticorũ cõsistit in tribus precipue. ſ. digne officiare, digne celebrare, honeste conuersari. De primo Aug. Psalmis & hymnis cũ oratis Deũ, hoc uersetur in corde qd̃ ꝓfertur in ore &c. De secundo Exo. xix. Sacerdotes qui accedũt ad dñm, sanctificent̃, ne percutiat eos. De tertio ad Ro. xij. Prouidentes bona non tñ corã Deo, sed etiã corã oĩbus hominibus. Et Aug. In omnibus moribꝰ uestris nihil fiat qd̃ cuiusq̃ offendat aspectum, sed qd̃ uestrã deceat sanctitatem. Talibus pro salario seu mercede datur regnũ celorum. Non omnis qui dicit mihi, dñe dñe intrabit ĩ regnũ celorũ. Ergo dñe quis intrabit? Respondet, Qui facit uolũtatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnũ celorũ. Mat. vij. Ideo de sacerdotibus dicit thema, Regnum Dei &c. Quarto, regnum celorũ datur propter fidele cambium. Isto modo maxime habetur a religiosis qui dant xpo quod habent, & xps dat eis principale quod habet, scilicet regnũ celorũ. Nos religiosi quatuor habemus principaliter. ſ. aiam rationalẽ ad imaginem Dei creatam. Ideo est pulchrior sole, nisi deturpetur macula peccati. Hanc dat religiosus dño per notum obedientie, quia liberũ arbitrium quod est essentiale anime, religiosi submittũt ad uoluntatem prelati. Ideo Christus dicit, Maiorem hac dilectione nemo habet, q̃ ut animam suam ponat quis pro

amicis suis. Io. xv. Pro ista deus dat humili religioso, & obedienti, gloriam suam cum angelis suis. Ecce cambium. Secundo, habemus corpus de terra. Io. vj. Spiritus est qui uiuificat, caro nō prodest qcquā. Ipsum dat religiosus dño per uotū castitatis, quasi dicendo cū Apostolo. j. Cor. ix. Castigo corpus meū, & in seruitutem, scilicet dei, redigo. Pro isto deus dat religioso casto, & honesto resurrectionē incorruptibilē. Tertio, habemus bona temporalia que religiosus dat deo per uotū paupertatis, quasi dicēdo, Ecce nos reliquimus omnia &c. Mat. xix. propter quod de⁹ dat religioso pauperi thesauros paradisi, & habet quicquid uult, quod nō habet hic aliquis quātumcunq; magnus. Quarto, habemus modos uiuēdi diuersos. Hos dat religiosus dño seruando cerimonias sui ordinis, propter quod deus dat religioso regnū celorū. Ecce cambiū, ac si tu pro manu plena gariofilis haberes cophinū plenū florenis. ideo xps. Matth. v. Beati pauperes spiritu qui dāt dño corpus, animā, & bona, quoniā ipsorū est regnū celorū. Aug. O Felix permutatio, dare terrā, & accipere celum, dare lutū, & accipere aurū, dare trā sitoria, & accipere eterna. Quinto regnū celorū dat per cōtinuā petitionē. Auto. Querite primo regnū dei, & iustitiā ei⁹, & hec oīa adijcient uobis. Matt. vj. Dñe, & nūquid prio petere debemus uictū & uestitū, & alia nobis necessaria? Rñsio, q̄ non, imo prio q̄rite regnū dei & iustitiā ei⁹, & hec oīa. scuict⁹, & uestit⁹ &c. adijcient uobis. Nota, prio dicat quo deus uult principiū tpis toti⁹. Principiū diei est mane, illud uult de⁹ p deuotā orationē. Dic modū orādi deuotū. Primo se signādo &c. Rabanus, Crux Christi clauis est paradisi, & sic aperta porta intretis spiritu, cogitādo cū quo loquimini in oratione. Principiū noctis est sero. Illud etiam uult de⁹, ut oretis anteq̄ ponatis uos in lectum. Principiū hebdomade est dominica, que fuit prima dies mūdi. Hoc principiū uult deus cessando ab omni opere &c. audiendo missam, sermones, seruando quatuor cōditiones &c. Hoc modo obtinēt regnū dei omnes qui orant deū deuote. Io dicit thema, Regnū dei &c. Sexto, datur regnū dei per iustā emptionem. Hoc modo habuerūt ipsum sancti martyres, dādo pretiū iustū. Aug. Venale, inquit dñs, habeo. Et qd dñe? Regnū celorū. Quātū ualet? Tantū ualet quātū habes, scilicet de meritis. Pretiū iustum est, dare pro ipso uitā, & sanguinem, & omnes labores, nō q̄ sit pretiū iustū pe equalitatē, quia nō sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis. Ro. viij. Sed est pretium iustū per proportionē, ex quo homo dat deo quod habet. s. uitā propriā, per martyriū deus dat etiā homini quicquid habet. s. seipsum, gloriā, & regnum suum. ideo dicit, Quantū ualet. Tantum ualet quantū habes. Ideo xps, Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, quoniā ipsorū est regnū celorū. Matt. v. Nota, ꝓpter iustitiā, nō dicit propter fidem, quia iustitia est uniuersalior ad omne opus uirtutis. Vnde Io. bap. martyr est prepotēs eremiq; cultor, ut dicit ecclesia, tamen nō pro fide sed pro iustitia, quia corrigebat peccata notoria, fuit ab Herode decapitatus. Mar. vj. Si xps dixisset, Beati qui persecutionē patiunt propter fidē solū. Io. non fuisset martyr. Idē de illis qui patiūtur propter cōitatē manutenendā. Idē de scutificeris. Idem de uxore que nō uult cōsentire uiro, q̄ uult plus de uxore q̄ deus ordinauit. O quot martyres essent in mūdo si uellent. j. Pe. iij. Si quid patimini propter iustitiā beati. Ecce quare dicit thema, Regnum dei dabitur genti facienti fructum.

Sabbato post reminiscere. Sermo j.



Icut prophetam eū habebant. Matthe. xxj. Sermo noster erit de sancto euangelio in quo Christ⁹ ostendit nobis tria mala de Iudeis, scilicet,

Eorum iustam reprobationem.
Duram condemnationem.
Stultam excecationem.

De

De tertio dicit thema, Sicut prophetam &c. cū tamē esset & creator omniū prophetarū. Ecce qūo erāt ceci, & nō cognoscebāt ipsum esse saluatorē, & regē messiam, sicut prophetā ipsum habebāt. Dico primo, q̄ sanctū euāgeliū ostendit de Iudeis eorū iustā reprobationē, secūdum q̄ xps eis ostēdit, & ipsi habuerunt cōcedere. Quoniā xps dixit eis parabolam, Homo erat paterfamilias qui plantauit uineā, & sepē circūdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim in medio ei⁹, & locauit eā agricolis, & peregre profectus est. Cū autē tempus fructuū appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Agricole autē apprehēsis seruis eius, alium cecideruṅ, aliū occideruṅ, aliū uero lapidauerūt, iterū misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filiū suū dicens, Verebūtur forte filiū meū. Agricole autē uidētes filiū, dixerūt intra se, Hic est heres, uenite occidamus eū, & habebimus hereditatē eius. Et apprehensum eū eiecerūt extra uineā, & occiderūt. Cū aūt uenerit dñs uinee, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos male perdet, & uineā suā locabit alijs agricolis, q̄ reddent ei fructū tēporibus suis. Ex qua parabola xps fecit eos concedere oē proprio, q̄ iuste erāt a dño reprobati, & cōdemnati. Modo declaremus parabolā. Homo iste paterfamilias est deus pater, qui licet nō sit homo, tamen propter similitudinem quā habet cū deo, deus rationabiliter se dicit hominē. Adam autē nō debet dici pater uniuersalis, quia pater carnalis modicum facit &c. Sed deus facit totū, & corpus & animā &c. Ideo dicit Christus, Patrē, scilicet uniuersalē nolite uocare uobis super terrā. Matth. xxij. Vinea ista est gens Iudaica quā de⁹ pater trāsplantauit de Egypto, ubi erant captiui, in terram promissionis. Dauid, Vineam de Egypto transtulisti, eiecisti gentes, scilicet infideles de terra pmissionis, & plantasti eam. Et sepem circundedit ei, scilicet ut custodiretur, protegeretur, & defenderetur. Hec sepes est lex diuina. Voluit deus, ut uinea, ideſt, gens Iudaica esset clausa, ne male bestie illuc intrarent. Itē ne populus saltaret ultra sepem peccādo mortaliter, quia propter peccatū ueniale nō saltat homo ultra sepē. Ambro. in libro de paradiso diffiniēs peccatū, dicit, Peccatū est trāsgressio diuine legis, & celestiū inobediētia mandatorū. Torcular huius uinee gētis Iudaice est altare sacrificiorum, ubi sanguis animalium fundebatur. Turris alta erat templū edificatum habens in altitudine centum uiginti cubitos, & habebat tria cellaria. ij. Paralippo. iij. Et locauit uineā istā agricolis, ideſt, prelatis, magistris, doctoribus, & rabinis qui habebāt uiuere de decimis, & primitijs, & oblationibus iuxta ordinationē dei, & q̄ ipsi darent sibi fructū meritorū, uirtutū, & operū spiritualiū, quia ideo ipsam edificauit eis, & ipsi non receperūt fructū de uinea, ideſt, populo. Autoritas, Dedit illis regiones gentiū, ut custodiāt iustificationes eius, ideſt, opera spiritualia, & uirtutū. Et peregre profectus est. Nō intelligatis ex hoc q̄ de⁹ sit mutabilis, sed reliquit hominē in libertate arbitrij. Dedit sibi precepta affirmatiua, & negatiua inducēdo ipsum ad bonū, sed nō cogendo. Eccle. xv. Deus ab initio cōstituit hominē, & reliquit illū in manu cōsilij sui. Adiecit mādata, & precepta sua. Si uolueris mādata cōseruare, cōseruabūt te &c. Et uenit tempore fructuū de uinea sua, misit seruos suos, scilicet sanctos prophetas, Esaiā, Amos &c. ut inducerēt gētes ad faciendū fructū meritoriū per sanctitatē uite, & illos occiderūt, Esaiā cum serra, Amos cū in Samaria prophetaret, Amasias sacerdos frequēter eum plagis affixit, tādē filius eius Ozias uecte per tempora transfixit, post hoc semiuiuus in terrā suā euectus post aliquot dies dolore uulneris expirauit. hec Hiero. in iij. prologo super Amos. Itē Zacharias filius Ioiade fuit lapidat⁹, & dominus nō habuit fructus de uinea sua. Deinde tempore ducum misit alios seruos, scilicet

Hieremiã,Ezechielẽ:Abacuc &c.Et fecerũt eis ſimiliter.Deinde miſit eis filiũ ſuum predilectũ.ſ.xp̃m in incarnatione, qui ꝙñ oſtẽdit ſe agricolis predicãdo,& mirabilia faciẽdo,dixerũt,hic eſt heres, ideſt,hic eſt Meſsias. Ideo Nicodemus ꝙñ uenit ad eũ dixit,Scimus,quia a deo uenisti magiſter &c.Io.iij.Quia uidebãt tempus meſsie cõpletũ,& ꝓphetias.Dicunt oẽs gloſe tam literales quã allegoricales ꝙ Iudei cognouerũt xp̃m eſſe uerum meſsiã tam propter mirabilia quã propter tẽpus,& ꝓphetias cõpletas,quãetiã propter teſtimoniũ Ioãnis baptiſte, & crediderũt a principio.ſed quia Chriſtus arguebat,& reprehẽdebat eorũ pecata mortalia,ex malitia,& cecitate perdiderũt fidẽ de ipſo di.Circũueniamus iuſtũ,quoniã inutilis eſt nobis,& cõtrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſcipline noſtre. Promittit ſe ſcientiã dei habere,& filiũ dei ſe nominat.Si enim eſt uerus dei filius,ſuſcipiet illũ,& liberabit illũ de manibus contrariorũ.Contumelia,& tormẽto interrogemus eũ,& probemus patientiã eius. Morte turpiſsima condẽnemus eũ.Hec cogitauerũt,& errauerũt,excecauit eũ illos malitia eorũ,& neſcierũt ſacramenta dei,ideſt,ſacra ſecreta.Sap.ij.Xp̃s autem reprehẽdebat eos corã populo,auiſando populũ ne corrũperet,& deciperetur ab ipſis,ideo popl⁹ auiſat⁹ a xp̃o deſpiciebat eos,uidẽs eorũ malitiam, & peccata,nec uolebant dare decimas &c. Ideo ipſi ex malitia dicebãt,Venite occidam⁹ eũ,& habebim⁹ hereditatẽ.ſ.decimas,primitias &c.ut prius.Et finaſr fuit data ſnia cõtra xp̃m,ut extra Hieruſalẽ.ſ. in mõte caluarie crucifigeretur.ad Heb. xl.Dñs extra portã paſſus eſt.Cum ergo uenerit dñs uinee,qd faciet agricolis illis? Aiũt illi,Malos male pdet&c.Tũc dixit eis xps,Iõ dico uobis,qa auferet a uobis regnũ dei,& dabit gẽti faciẽti fructũ ei⁹.ſ.obediẽtie,pnie & bõe uite.Morafr amiſeris uos,ne accidat uobis ut Iudeis. Vnde ex predicta declaratione patet ꝙ deus uult de populo ſuo fructũ.Nõ eũ cõtẽtatur de floribus,& folijs.Ideo pro fructu habendo miſit,& mittit quotidie ſeruos ſuos.ſ.predicatores.No. ſex fructus quos uult deus,ex quib⁹ dat regnũ dei faciẽti.Primus fructus eſt innocẽtia baptiſmalis. Quoniã ſi infans moriſ,& portat ſecum fructũ innocẽtie baptiſmalis,ibi ſtatim daſ ſibi regnũ celorũ.Ideo xps,Nolite timere puſill⁹ grex,qa cõplacuit patri ueſtro dare uobis regnũ.Luce.xij.Secũd⁹ eſt obediẽtia gñalis ad ſua precepta.Mat.vij.Nõ omnis q dicit mihi dñe domine intrabit in regnum celorum,ſed qui facit uoluntatẽ patris mei qui in celis eſt,ipſe intrabit in regnũ celorũ.Terti⁹ eſt penitẽtia uirtualis,quia perdita innocẽtia,& obediẽtia,oportet facere fructũ penitẽtie.Luc.iij.Facite ergo fructus dignos penitẽtie,quoniã appropinquabit regnũ celorũ . Quart⁹,eſt patiẽtia martyrij.Mat.v.Beati qui perſecutionẽ patiunſ propter iuſtitiã,quoniã ipſorũ eſt regnũ celorũ.Quintus eſt indigẽtia apoſtolicalis.Mat.v.Beati pauperes ſpiritu,quoniã ipſorũ eſt regnũ celorum.Sextus,diligẽtia ſpiritualis in his q tenet facere ſecũdũ ſuũ ſtatũ,ſi eſt religioſus uel clericus.Mat.vj. Primũ queri te regnũ dei,& iuſtitiã eius,& hec oĩa adijcientur uobis.Ecce fructus quos deus uult de uinea populi ſui.Nõ cõtentaſ de folijs q̃ Iudei ſibi dabãt catãdo Pſalmos, & ꝓphetias diſtincte,& ſpacioſe,ſed nõ dabãt ſibi fructũ deuotionis,nec bonorum operũ.Ideo ipſe Mat.xv.Popl⁹ hic labijs me honorat,cor autẽ eorũ longe eſt a me.Sine cauſa colunt me.Sic multi clerici modo dãt deo folia,ſed nullũ fructum meritorũ,nec uirtutũ,nec bonorũ operum,nec penitẽtie,nec deuotionis. Idem de religioſis qui ſibi dãt folia promiſsionis uotorũ,ſed nõ dãt ſibi fructũ, quia opere nihil ſeruant.Itẽ de predicatoribus qui dant deo folia pulchrorum uerborũ,ſed nõ dant ſibi fructũ bone uite.Idem dñi,& rectores cõitatũ qui dãt deo folia iuramẽtorũ ꝙ ſeruabunt iuſtitie fructũ,ſed nõ dant ſibi fructum operis,

tis,imo faciũt totũ oppoſitũ. Idẽ de illis qui in matrimonio ꝓmittũt ſibi mutuã fidem &c.Ecce pulchra folia,ſed nõ dãt fructum obſeruãdo,imo ducũt concubinas,Idẽ de illis qui quãdo ſunt in pericu lo dant deo folia uotorũ,ſed poſtq̃ ſunt extra pericula,nõ dant ſibi fructũ operis cõplendo uota.Idẽ de iuriſtis q preſentant pulchra folia uerborum, ſed nõ dant fructũ iuſtitie.Idẽ põt dici de quo libet ſtatu.Signum eſt reprobationis, & condẽnationis,ſicut de Iudeis.Ideo legitur Mat.xxj.ꝙ cum xp̃s ſemel ueniret in Hieruſalẽ,queſiuit fructũ in ficulnea, & non inuenit niſi folia,& maledixit ei di. Nunquã naſcaſ ex te fructus in ſempiternum,& arefacta eſt cõtinuo ficulnea.Figura fuit,quia nõ uult de⁹,ut nos faciamus ſolũ folia,ſed fructũ.Ideo dicit.Io. xv.Ego poſui uos.ſ.in uinea xp̃i,ut eatis,& fructũ afferatis &c.Dico ſecũdo ꝙ ſanctũ euãgeliũ declarat de Iudeis durã cõdẽnationẽ.ſ.ꝙ mitteret eos in infernum cõdemnatos.Poſtquã xp̃s fecit eos cõcedere ꝙ erant iuſte reprobati,dixit eis,Nunq̃ legiſtis in ſcripturis.ps.cxvij. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes, hic factus eſt in caput anguli? A dño factum eſt iſtud,& eſt mirabile in oculis noſtris. Ideo dico uobis,quia auferet a uobis regnum dei,& dabitur genti faciẽti fructũ eius.Et qui ceciderit ſuper lapidẽ iſtum, cõfringetur.Super quẽ uero ceciderit, conteret eũ.Pro cuius declaratione literali ſciendũ,ſecũdũ ꝙ dicũt gloſe, quod quãdo templũ Salomonis edificabatur, lapides parabãtur extra ciuitatẽ Hieruſalem,intantũ ꝙ in ciuitate Hieruſalẽ nõ fuit auditus ictus axie uel martelli.Et dũ edificarent parietes templi,inuentus eſt unus pulcher lapis,& qñ uolebãt ipſum ponere,uel erat nimis altus uel nimis baſſus,propter quod fuit a magiſtris reprobatus,ſed finaliter dicti magiſtri indiguerũt uno lapide in angulo ad ligandũ opus,tunc ille lapis fuit ad hoc optimus. De quo magiſtri admirantes dixerũt,A domino factũ eſt iſtud.Dictus lapis figurabat xp̃m de quo Dauid prophetãdo dixit,Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes hic &c.ps.cxvij.Modo uideamus qs ſit ille lapis.Sciendum ꝙ in ſacra ſcriptura Chriſtus dicitur lapis angularis.Eſa. xxviij.Et loquitur propheta in perſona dei patris,Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidẽ probatũ angularẽ ꝑtioſum: Qui crediderit non feſtinet.ſed j.Pet.ij. habetur,nõ cõfundeſ.Itẽ Dañ.ij:Abſciſſus eſt de mõte lapis ſine manibus. No. de monte,ideſt,de dignitate xp̃i,ſeu uirginitate uirginis Marie, ſine manibus, ideſt,ſine homine.Itẽ j.Pet.ij.Chriſt⁹ dicitur lapis uiuus ab hominib⁹ quidẽ reprobatus,a deo autẽ electus,& honoratus.Reprobatus autẽ a magiſtris,& edificatoribus tẽpli,ideſt,a principib⁹ Iudeorum qui debebãt edificare populũ uerbo doctrine,& exẽplo uite.Qui multoties reprobauerũt xp̃m.Primo reprobauerũt ei⁹ uitã ſanctiſsimã dicẽdo,Ecce homo uorax,& potator uini,publicanorum,& peccatorũ amic⁹.Mat.xj.Secũdo ei⁹ miracula dicẽdo,Hic nõ eijcit demonia niſi in nomine Beelzebub principe demoniorũ.Mat.xij.Tertio ei⁹ gen⁹,dicẽdo,Vnde huic ſapiẽtia hec,& uirtutes. Nõne hic eſt fabri filius? Nõne mater ei⁹ dicit Maria,& fratres eius Iacobus,& Ioſeph,& Symõ & Iudas,& ſorores ei⁹ nõne oẽs apud nos ſunt? Vñ ergo huic oĩa iſta? Mat.xiij.Quarto,ei⁹ doctrinã,dicẽdo,Demoniũ habet,& inſanit,qd eũ auditis.Io.x.Quinto eius ſanctitatẽ,dicendo,Nos ſcimus,quia hic homo peccator eſt.Io.ix.Sexto,ei⁹ famã,dicẽtes,Nõne bene dicimus nos,qa Samaritan⁹ es tu? Io.viij.Septimo,eius dñiũ corã Pylato. di.Nõ habemus regẽ niſi ceſarẽ.Io.xix. Ecce hic lapis a magiſtris reprobat⁹,ſed finaliter in angulo uenit, optime duos parietes cõiungẽs,ſcilicet Iudeorum,& gẽtiliũ,ibi cõſiſtebat totus mũdus,qa hi duo cõiũcti ſunt,& cõiungent ante diẽ iudicij ad lapidẽ angularẽ xp̃m,qñ receperunt,& recipiẽt fidẽ catholicam.Ecce quare dixit Chriſtus eis,Nũquid legiſtis &c.Qui ceciderit ſup lapidẽ iſtũ cõfringetur,ſuper quem uero lapis ceciderit,

conteret eū. Sup lapidē.i.xp̄m cadit homo q̄n peccat mortaliter,& cōfringitur nostra saluatio,q̄ cōsistit in duob⁹ finali ter &principalr.s.in uera credētia & deuota obediētia,& unū sine alio non saluat hoiem.Bitumē cōiūgens est gr̄a dei. j.Corint.xv.Gr̄a dei sum id q̄ sum.Qui peccat aūt mortalr,gr̄am dei perdit,siue bitumē,& diuidit & cōfrigit hō,sed adhuc p̄t cōsolidarī ut scyphus argēti,ideo Dauid,Cū ceciderit nō collidet.i.nō teret.Rō,quia dn̄s supponit manū suā.p̄s. xxxvj.s.ipsum susciptēdo in fide & obediētia.Cadit xp̄s super hoiem in iudicio pōdere rigoris iustitie.Tūc pct̄or conteret ad instar pulueris &c,s.in operib⁹ & in p̄sona.In operibus,q̄n peccator cadit sup lapidē peccādo mortaliter,tūc eius merita & bona opa mortificant.Sed q̄n reintegrat & solidatur per pn̄iam,bona opa & merita reuiuiscūt.Sed in iudicio q̄n lapis cadit super peccatorē,totū conterit,etiā si haberet tot merita quot habet Maria,oīa p̄det,& nullū refrigeriū habebit ex ipsis,imo magis cruciabitur, q̄n uidebit q̄ illa bona nō p̄ūt sibi ualere,& q̄ tūc sunt sibi perdita,tūc totus cō teret in dolorib⁹ & penis.Secūdo,conterit quantū ad p̄sonā & in potētijs aīe, quia intellectus est plenus ignorantia & nō scit aliquid nisi penas.Memoria est plena doloribus.Voluntas est plena obstinatione.Sensus etiā corporalis uisus uidendo formas horribiles demonum. Auditus,blasphemiarū clamores.Olfactus fetoribus plenus.Tactus penarum. De ista contritione autoritas,Cōfundātur qui me p̄sequuntur,& nō confundar ego,paueant illi & non paueā ego.Induc super eos diē afflictionis,& duplici cōtritiōe cōtere eos dn̄e deus nr̄.Hier. xvij. Tertio,sanctū euangeliū declarat de Iudeis eorū stultam excecationē,qa cū esset deus & creator prophetarum & angelorū,ipsi habebant ipsum solū sicut prophetā,cū tamē uiderent quotidie signa magna & mirabilia que faciebat,& pfectionem uite sue,excellētiam doctrinarum celestiū,nec uolebat aliqd huius mundi,nec honores,nec dignitates,nisi honorē dei & saluationē aīarū,& ipsi ut ceci reputabant ipsum prophetam,unde Mat.xvj.quesiuit xp̄s a discipulis dicēs. Quem dicunt hoīes esse filium hoīs? At illi dixerunt, Alij Ioannē baptistam,alij autem Heliam,alij uero Hieremiam,aut unum ex prophetis.De hoc dicit tertia pars euangelij hodierni.Cum audissent principes sacerdotum &pharisei parabolas eius,cognouerūt q̄ de ipsis diceret, & querentes eum tenere,timuerunt turbas,quia sicut prophetam eum habebāt. & ideo Luce.vij.Propheta magnus surrexit in nobis &c.

Sabbato post.ij.do.in.xl. Sermo.ij.

PAter illius misericordia motus est.Luce.xvj. In nulla sacra scriptura ueteris & noui testamēti ostenditur ita clare dulcedo diuine mīe erga peccatores qui reuertuntur ad deū per penitētiam,sicut in euangelio hodierno,de quo erit sermo noster.Sed primo salutet uirgo Maria &c. Pater illius &c.In hoc sermone uolo tenere modum iuristarū,q q̄n uolūt legere uel disputare,primo ponūt legem in terminis.Deinde determināt difficultates & subtilitates, secūdū q̄ requrit materia.Sic faciā in p̄nti sermone.Primo,ponā in terminis casum legis imperatoris Iesu xp̄i.Secūdo,ponā determinationes pape Iesu.Casus est iste,Volēs Christus declarare & oīndere nobis dulcedinem infinite mīe erga peccatores penitētes, dixit,q̄ erat quidam homo qui habebat duos filios &c.Dicat historia sancti euāgelij.Ecce hic casus in summa.Ex quo sequitur ista cōclusio q̄ deus cum magno gaudio recipit peccatorem,q̄n redit ad ipsum p pn̄iam.Modo p̄ctemus subtilitates,& tria possunt hic punctari.

Primum est de auersione peccatoris criminosa.

Secundum est de conuersione penitentis uirtuosa.

Tertium est de miseratione creatoris copiosa.

De tertio

De tertio p̄ctamēto dicit thema,Pater illius mīa motus est.Primū ergo punctamētū est de auersione pct̄oris criminosa,q̄n hō peccādo auertit & recedit a deo.In quo p̄ctamēto sunt quinq; notāda.Primū quia pater dedit filio substātiā que ad eū ptinebat.Secundū,quia filius adolescētior peregre profectus est. Tertium,quia dissipauit substātiā suam uiuendo luxuriose.Quartū,quia abijt & adhesit uni ciuiū regionis illius.Quintum,cepit egere & moriebat fame.Primo ergo dicit,q̄ pater diuisit duobus filijs substātiā suā,adolescētiori dās suam ptē ad eius petitionē.Sic xp̄s pater oīb⁹ hoībus dat liberū arbitriū faciēdi bonū & malum.Nullus dicat si est malus,quia sciebat deus,quia suum scire non cogit aliquē,sicut nec meum uidere cogit aliquē esse hic,sic scire dei nō cogit aliquē ad faciendū bonū,uel malū,nec hoc uel illud,imo quēlibet dimittit in libertate arbitrij. Primo,in intellectu ad credendū uel discredendū illud q̄ sibi placet. Secūdo in memoria ad memorādū dei beneficia,ad sibi regratiandū,uel ad memorandū iniurias receptas ad uindicandum. Tertio,in uoluntate ad desiderandum bonū uel malum.Item in corde ad cogitandū bona uel mala,ad diligendū proximū uel odiēdum.Itē in ore ad deū laudandum uel blasphemandū,ad dicēdum uerum uel falsum.Itē in auribus ad audiēdum diuina uel uana uel mundana.In oculis ad uidēdum bona uel uana & ad malum inclinantia.In gutture ad comedēdum uel ieiunandū.In manibus ad dādū uel furādum.Omnia mēbra dimittit in libertate arbitrij.Et totum corpus ad faciēdum bonū uel malū,penitētiam uel delectationes &c.Ecce quare diuisit illis bona.s.potētias intellectuales anime,& potētias sensitiuas corporis,quia oīa dimittit in libertate arbitrij. Autoritas,Eccli.xv.Deus ab initio cōstituit hoiem,& reliquit eum in manu cōsilij sui.Adiecit mādata & precepta.Si uoluēris mandata cōseruare cōseruabūt te. Nota in manu cōsilij sui.glo.interli.in libertate arbitrij,adiecit mandata & precepta,que stricte loquēdo differūt,quia mādata sunt instructiōes quas deus dat nobis ad faciēdū bona,sicut sunt precepta affirmatiua,ut,Memēto ut diē sabbati sanctifices.Honora p̄rem tuū & matrē.Precepta aūt sunt fortiora,sicut sunt precepta negatiua q̄ obligāt ad semp & pro semp,quia in nullo casu licet facere oppositū,sicut recurrere ad diuinos,nec falsum iurare &c.in nullo casu est licitū. Mandata aūt affirmatiua obligāt ad semper,sed nō pro semp,qa licitū est in die dn̄ico pugnare cōtra inimicos & huiusmodi.Itē si parentes apostatauerunt a fide,filius nō tenetur honorare parentes ipsos.Secūdus punctus dicit q̄ fili⁹ adolescentior peregre profectus est in regionem longinquā. Ecce hic mala uita & peruersa peccatoris,quādo male utit bonis sibi datis a deo,corde male cogitando,& peccatis consentiēdo,ore male loquēdo,& opere male uiuēdo.Sic eū homo elongatur a deo & a celesti ciuitate.Si dicatur,quō p̄t homo elongari a deo cū sit ubiq; & replet oīa,sicut claritas solis implet totū aerem,& ferrū igni tū est plenū igne,& pannus tinctus colore?Rn̄sio,q̄ non intelligatis q̄ peccator elōgatur a deo p distantiā localem,quia hoc est impossibile,alioquin annihilaretur,cū deus sit causa omniū rerū in fieri & in conseruari,sed elongatur a deo p distantiam,uel differētiam formalē,sicut ille qui cū sole eēt, & cooperiret se, elongaretur a sole,nō localiter,sed priuaretur solis illuminatione.Ita ille qui peccat mortaliter,ponit supra se unum impedimētum q̄ impedit ne claritas diuine gratie tāgat ipsum,ita q̄ peccatum est quoddā obstaculum,&c.Iō dicitur de Augustino,Inuenit se Augustinus lōge esse a deo,nō p distantiam localem uel corporalē,sed in regione dissimilitudinis.Et sic intelligitur illud Prouer.xv. Lōge est deus ab impijs.Itē illud p̄s.Lōge a peccatoribus salus.Tertius p̄ctus dicit q̄ dissipauit bona sua,siue substantiam suam uiuendo luxuriose. Ex isto

textu habetur q̄ quilibet q̄ peccat mortaliter, perdit oīa bona & merita que cō gregauit. Vnde si qs haberet oīa merita ꝓphetarū, Apostolorū &c. & si peccaret mortaliter, statim pderet oīa illa & nihil remaneret sibi. Ex pct̄o aūt ueniali non perdunt merita, sed pditur feruor deuotionis. Sed peccatum mortale ad instar mortis oīa mortificat, que nihil dimittit, sed in morte homo oīa dimittit, etiam si esset dñs totius mundi, sic pct̄m mortale aufert homini oīa merita. Eccli. ix. Qui in uno peccauerit multa bona pdet, qa nō solū pduntur uirtutes contrarie, sed etiā oīa alia. Verbi gratia, Si peccas p superbiā, non credas solum pdere merita que acquisiuisti p humilitatem, sed etiā alia. Ratio, quia oīa merita in gratia dei fundātur, qua perdita, omnia merita pduntur, quia destructo fundamento cadit totum edificium. Ideo Iaco. ij. Quicunq; totā legē seruauerit offendat autem in uno, factus est oīm reus, quia scissa radice arbor moritur, idem de radice gratie. Quartus punctus dicit, Et abijt & adhesit uni ciuium regionis illius, & misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Hic ciuis est diabolus que est ciuis ciuitatis inferni, & mittit peccatorē custodire porcos ideſt, uitia & peccata que fetida sunt, & immunda ut porci, quia qui peccat mortaliter recipit diabolum in dominum, & si non expresse, tamē de facto. Si dicatur, Si seruus est diaboli, ergo perdit liberum arbitrium &c. Respōsio, q̄ non perdit ipsum, sed tenet ligatum in se. Verbi gratia, Secūdum finem quem homo peccādo intendit, peccat de necessitate, nō de necessitate absoluta, sed conditionata, ut si homo ponat in corde suo quod habeat honores tēporales, necesse est ut faciat plura peccata, scilicet necessitate cōditionata. Et sic intelligitur uerbum Christi, Veh mūdo ab scandalis, necesse est enim ut ueniant scandala. Matth. xviij. Isto modo peccator dicitur seruus diaboli, non necessitate absoluta, sed uolūtaria. ad Ro. vj. An nescitis, quoniā cui exhibitis uos seruos ad obediendum, serui estis eius? Quintus dicit, & cepit egere, scilicet ꝓ spiritualibus bonis, & moriebatur fame. Si dicat, ego uideo q̄ peccatores nō egēt, imo magis abundant &c. Dico imo egēt & moriuntur fame, quia honores huius mundi nō satiant esurientē, imo faciūt magis esurire. Idē de diuitijs, quoniam esuriēs non satiatur quātūcunq; aperit os ad uentū. Item quid sunt honores papales uel regales, & sic de alijs, nisi uentus? De uento nullus potest satiari. Ideo illi qui sitiūt dignitatē, quādo habēt illā quam desiderāt, statim desiderāt aliam, quia nō est illis saturitas. Idem de esurie diuitiarum, quia non transeunt illo ubi est fames, scilicet in cor, sed in bursam. Item gulosus semper famescit, antequā comedit famescit escas, post prandium famescit, ante prandiū &c. Itē luxuriosus famescit, quia delectationes carnales non satiāt. Sola gratia satiat hominē, qui habet gratiam dei non esurit, nec sitit honores, nec diuitias, nec delitias porcorum. Ideo Christus, Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, nō sitiet in eternum. Ioan. iiij. Patet auersio peccatoris. Secunda ergo difficultas casus legis xp̄i est de cōuersione penitētis uirtuosa, in qua sunt alia quinq; notanda necessaria in cōuersione pct̄oris. Primum ibi, In se reuersus. Secundū quanti mercenarij. Tertio, surgā, & ibo ad patrem. Quarto, pater peccaui. Quinto, fac me sicut unū &c. Quantū ad primū ibo. Ille aūt in se reuersus. Ecce hic peccati cognitio, hoc est primū opus necessarium uolenti redire ad deū ut cognoscat pct̄a sua. uer bi gratia, qñ religiosus ad se conuersus dicit, O miser tot anni sunt q̄ sum in religione & nō seruaui regulam. Hoc dicit postquā in se est reuersus cognoscendo peccata sua, qñ aūt cogitat de mundo de delectationibus &c. Item de clerico ad se reuerso dicēte, O miser tot anni sunt q̄ sum sacerdos, & uixi ut laicus. Idem de laico dicente, O miser solo nomine sum Christianus. Ecce quare dicit in se reuersus, quia hic incipit bona uita. Idē

Dauid

Dauid, Postquā peccauit cū Bersabea p luxuriā, & occidit Uriā, in se reuersus dixit, Miserere mei deus secundū magnā miam tuam. Et inter alias rōnes quas allegauit, dixit, Amplius laua me ab iniquitate mea, & a pct̄o meo mūda me. Quoniā iniquitatē &c. ps. l. Secūdū ibi, Quāti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autē hic fame pereo, Ecce hic peccatorū contritio. Quid ualeret peccatorū cognitio sine cōtritione? nihil, sed postq̄ pct̄or cognoscit peccata & cogitat q̄ est filius tā boni patris. s. xp̄i, & tā bone matris, scilicet ecclesie, & quod seruitores sunt in domo patris, q̄bus ipse ꝓuidet de gratia sua. Et ego miser hic fame pereo, ꝓpter hoc dicit Ezechias, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Esa. xxxviij. Tertio, surgam & ibo ad patrem meū. Ecce hic boni propositi assumptio, scilicet obediēdi & seruiēdi deo & non diabolo. Modicum enim ualet pct̄orum cōtritio, nisi hō recipiat firmum propositum nō redeūdi ad peccata, Iō cōfessor debet petere a cōfitēte, Habetis uolūtatē & ꝓpositū abstinēdi a peccatis? Si dicit non, non est absoluēdus, ergo surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. ad Eph. v. Nota illuminabit te xp̄s, uerbum est trāsitiuum & actiuum. Nota q̄ xp̄s deus illuminat aliquos, sed nō illuminat eis, ꝓut est datiui casus, & dicit acquisitionē & utilitatem, qa multi sunt illuminati ad utilitatē alio rū, qui nō sunt illuminati ad utilitatē ꝓpriā. Quarto, dicit, Pater peccaui. Ecce hic oris cōfessio, qa cōtritio sola nō sufficit si nō habet opportunitatē cōfitēdi, alias sufficeret, iō post cōtritionē necessaria est oris cōfessio, qa camera nō dicitur mūda quousq; immūdicie proijcian tur extra de camera. Idē de camera conscietie. j. Io. j. Si confiteamur pct̄a nra, fidelis & iustus est deus, ut remittat nobis pct̄a nra, & emūdet nos ab iniqtate nra. Quinto, fac me sicut unū de mercenarijs tuis. Ecce hic penitētie iniunctio & acceptatio qñ pct̄or ad instar mercenarij acceptat onus penitētie. No. quō cōfessor debet esse discretus in dādo penitentiā, ut secūdū plagā pct̄i det medicinā penitentie. Sic si peccauit p superbiā, det sibi penitētiā humilis oronis & deuote. Nota qd est deuota oratio. Sic eīm humiliat cor superbū. Si p auaritiā, penitentia medicinalis est eleemosyna uel restitutio. Si p luxuriā, ieiunia. Sed aliq miseri cōfessores dare nesciunt aliā penitētiam, nisi missas, ad instar medici de cepa rubea q̄ apponebat cuilibet morbo. Cōfessor aūt est medicus aīe, iō debet dare medicinā secūdū plagā peccati. Eccli. iij. Iudiciū patris. i. confessoris, audite filij, & sic facite ut salui sitis. Tertius pūctus principalis est remissio creatoris copiosa, in quo sunt alia quinq; notanda & ostensiua diuine mīe. Primum ibi, Et occurrēs pater eius amplexat est eū. Secundū ibi, Cito proferte stolā primam & induite illū. Tertiū ibi, Date anulū in manū eius, & calciamēta in pedes eius. Quartū ibi, Adducite uitulum saginatum. Quintum ibi, Epulemur, quia hic filius meus. Primo dicit q̄ occurrēs pater filio ad eū cōuertenti amplexatus est eum. Ecce hic culparū remissio. De hoc dicit thema, Pater illius mīa motus est. q. d. Tu merebaris furcā inferni, sed parco tibi & remitto tibi oēs culpas. Ecce hic mīa dei maxīa. Simile, si aliquis occideret filios regis, & peccaret cum regina, sed post recognoscēs culpam suā ueniret ad regē & peteret ueniā, si rex parceret sibi, & amplexaretur eū & oscularet eū, reputaretur fatuus. Maiora peccata remittit Christus rex penitenti, qui dicitur misericors, quia quando uidet uenire ad se peccatorem penitentem de peccatis, statim occurrit ei amplexans & osculans eum, omnes culpas sibi remittēdo. Eze. xviij. Si impius egerit penitentiā ab oībus peccatis suis, que operatus est, fecerit q; iudiciū & iustitiam, uita uiuet & nō morietur. Oīm iniquitatum quas operatus est non recordabor. Secundo dicit, Proferte stolam primam & induite illum. Ecce hic pristine gratie restitutio.

Ecce

Ecce magna mia xpi, qui nō ſolū remittit culpas, ſed etiā reſtituit ſibi gratiā priſtinā, ueſtiēdo animam ueſte gratie qua fuerat nudata. Ideo dicit ipſemet, Ieſ. iij. Vulgo dicitur. i. uulgariter dicit de meretrice, Si dimiſerit uir uxorē ſuā, & recedēs ab eo duxerit uirū alterū, nūquid reuertetur ad eā ultra? Nūquid nō polluta erit, & cōtaminata mulier illa? Tu aūt fornicata es cū amatoribus multis, tamē reuertere ad me dicit dūs, & ſuſcipiā te. Lupanaria ſunt peccata mortalia, & quādo anima eſt induta ueſte gratie poteſt cātare, & dicere, Gaudēs gaudebo in domino, & exultabit aīa mea in deo meo. Quia induit me ueſtimentis ſalutis, & indumēto iuſtitie circūdedit me, quaſi ſpō ſum decoratū corona. Eſa. lxj. Nota ueſtimētis ſalutis. Nā ueſtimenta ſalutis ſunt habitus uirtutū theologicaliū, & moraliū, ſiue cardinaliū, & ſeptē dona ſpiritus ſancti, omnia iſta reſtituit dominus peniteti. Indumentū iuſtitie eſt gratia diuina ſiue charitas habitualis. Tertio dicit, Date anulū in manu eius. Ecce hic precedē tiū meritorū reſtitutio, quia modicū eſſet reſtituere habitū uirtutū, niſi etiā reſtitueret & merita que perdidit ex peccatis, que quidē merita ſunt in duplici differētia. ſ. operationū exteriorū, que per anulū ſignantur, & affectionū interiorū que per calciamēta intelligūtur. Dicunt hic doctores theologie, q̄ bona opera facta in gratia ſunt uiua, ſed quādo homo peccat mortaliter, illa bona perduntur peccatori, & reſeruātur in theſauro dei, & dicūtur mortificata. Sed q̄ peccator redit ad gratiā, ſibi reſtituunt, ſed opera bona de genere facta ī ſtatu peccati mortalis, mortua ſunt, & illa nō reſtituūtur, quia nunquā fuerūt meritoria. Tamē in ſtatu peccati mortalis nō ſunt dimittēda bona opera, quia licet nō ſint meritoria glorie, tamē ualent ad oīa alia bona habēda. Mat. xxv. Omni habenti. ſ. gratiā, dabitur. ſ. abundantia meritorū precedentiū, & abundabit. Et aūt qui nō habet, ſcilicet gratiā, & quod uidetur habere, ſcil. bona opera de genere auferetur ab eo. Quarto, adducite uitulū ſaginatū. Ecce hic euchariſtie cōmunio, ex quo de⁹ remiſit culpas penitēti, & reſtituit ſibi gratiā, & merita, reſtat comedere uitulū ſaginatū, ſcilicet corpus Chriſti. Mat. xxvj. Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meū. Quinto epulari, & gaudere oportebat. Ecce hic celeſtis curie cōgratulatio, quia magnū feſtū fit in celo de uno peccatore ad dūm per penitētiā redeūte, qa angeli, & ſancti tripudiant, & gaudēt. Michael ducit unā choreā, aliā Gabriel, aliā Abraā cū patriarchis &c. Luc. xv. Gaudiū eſt angelis dei in celo ſuper uno peccatore penitentiā agente. Ideo dicit, Gaudere & letari oportet, quia filius meus frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus eſt &c. Patet ergo miſericordia creatoris copioſa. ergo pater illius miſericordia motus eſt.

Dūica iij. in quadrageſima. Sermo j.

Fortis armatus cuſtodit atrium ſuum. Lu. xj. Iuxta motiuū thematis, in preſenti ſermone intēdo predicare de bello cāpali & generali, quod populus habet cum demonibus in iſto ſacro tēpore quadrageſime. Sed primo ſalutetur uirgo Maria &c. Fortis armatus &c. Pro cuius uerbi declaratiōe, & materie predicāde introductione, uos debetis cogitare, q̄ hoc ſanctū tēpus quadrageſime eſt quaſi que dā platea, ſiue cāpus belli in quo fideles Chriſtiani faciūt bellum generale cōtra demones, & contra tentationes eorū. Et dico bellū generale, quia licet perſone deuote omni tēpore uite ſue ſint in bello cōtra demones, cōtradicēdo eorū tētationibus, & peccatis, tamen illud bellū eſt ſingulare, ſiue particulare. Sed modo eſt bellū generale totius populi xp̄iani. Ideo ſicut milites, quādo intrāt bellū animātur, & cōfortātur dicēdo, Sitis fortes &c. Sic ſacra ſcriptura cōfortans nos dicit, Cōfortamini in dño, & in potētia uirtutis eius, & induite uos armaturam dei, ut poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli, quoniā nō eſt nobis colluctatio ad uerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principes, & ptātes, aduerſus mundi rectores tenebrarū harū, contra ſpiritualia nequitie in celeſtibus. Propterea accipite armaturam dei, ut poſsitis reſiſtere in die malo, & in oīb⁹ perfecti ſtare. Eph. vj. Nota quomodo principes tenebrarū ſunt potētes, malicioſi & deceptiui. Ideo ſancta mater eccleſia armat nos de trib⁹ armis ualde nobis neceſſarijs in hoc prelio. Primo de ſcuto ad cuſtodiendū corpus, quia in hoc prelio ſagitte currunt hincinde. Hoc ſcutū eſt ieiuniū corporale, quod cuſtodit totū corpus. Hoc ſcuto armauit nos ſancta mater eccleſia domi nica prima. xl. Exēplo xp̄i, qui ieiunauit &c. Autoritas, Scuto circundabit te ueritas eius. in ſo. xc. Secundo, armauit nos in capite pileo ferreo, ſiue galea que eſt oratio ſpiritualis, que conſiſtit in capite p̄cipaliter, dūica ſecūda xl. exēplo oratiōis Canauee. In ſancto euāgelio hodie armat nos armis ſuaſiuis. ſ. lācea q̄ eſt cōfeſsio ſacr̄alis qua demones uulnerātur. Hac lācea nos armat exēplo huius muti de quo loquitur euāgeliū, cuius lingua tenebatur a demone ligata, ſed xp̄s ſoluit eā. Erat Ieſus eijciens demoniū, & illud erat mutū. ſ. effectiue, & cū eieciſſet demoniū, locutus eſt mutus. Ecce ordinatio matris eccleſie facta. ſ. armis de ieiunio corporali, de oratione ſpirituali, de cōfeſsione ſacramentali. Hoc modo populus xp̄ianus optime armatus intrat p̄liū cāpale, & poteſt bene cuſtodire ſuam plateā. ſ. ſanctā quadrageſimā. Hoc dicit thema propoſitū. Fortis armatus. ſ. populus xp̄ianus, cuſtodit atriū ſuū. Cogitāti mihi q̄o poſſem uobis hoc bellū declarare, occurrit mihi motiuū Vegetij de re militari, qui dicit q̄ in bello regali bene ordinato, & regulato ſunt ſeptem differentie pugnatorū. ſ. exploratores, baliſtarij, tubicines, uexilliferi, equeſtres, pedeſtres, & uectores. Oēs iſtas differētias pugnatorū inuenio in bello populi Chriſtiani. Cuius caput, & rex eſt Chriſtus cō tra demones, quorū rex eſt lucifer. Ideo modo quādo declarabo dictas ſeptē differētias. quilibet uideat de ſe in quo gradu ſeu differentia eſt, quia niſi ſit in aliqua iſtarū ſeptē differentiarū non eſt de parte regis Chriſti, ſed eſt de parte regis demonū. ſ. luciferi. ideo auiſetis &c. Prima differētia pugnatorū que eſt in bello regali, eſt illorū qui dicūtur exploratores, qui equitant uelociter, iſti diſcooperiunt cogitationes ſeu inſidias inimicorū currēdo, & diſcurrēdo montes, colles, ualles, & torrētes ad uidendum ſi eſt ibi aliqua tela, ſiue cogitatio inimicorū. Etiā in bello regis xp̄i ſunt curſores, & exploratores. Hi ſunt perſone contēplatiue que ſpiritu diſcurrūt mōtes contēplando celū empyreū, gloriā dei, ordinationes angelorū, beatitudinē quā de⁹ promittit ſuis, & ſic inflamātur ad bellandū. Deinde deſcendūt ad torrentē inferni, contēplando penā dānatorū, duram, aſperā, & eternā. Deinde diſcurrūt ad caput mūdi cōtēplando creationē, & principiū mundi, q̄o deus de nihilo cuncta creauit, & ſic attendūt diuinā potentiā. Deinde diſcurrunt uſq; ad finē mundi contēplando finē mundi, diē iudicij terribilē, & diuinā iuſtitiā. Deinde diſcurrūt ad dextrū contēplādo proſperitates huius mūdi, & nident q̄ nō ſunt niſi funes, & laquei, & ideo ipſas deſpiciūt. Deinde ad ſiniſtrū, aduerſitates huius mūdi patiēter ſuſtinēdo, conſiderando q̄ ſunt meritorie ſi ſumātur patienter. Deinde contēplando diuinā prouidentiā, qualiter totū mundū gubernat & regit, & q̄uidet omnibus creaturis. Deinde cōtemplādo mōtes tentationis demonū, quando diabolus facit, & capit literatos per ſuperbiā, diuites per auaritiā, pauperes per impatientiā &c. Qui in iſto ſancto tēpore ſic contēplātur, ſunt in primo gradu, ſeu differētia pugnatorū. de quibus dicit propheta, Qui ſperant in dño mutabūt fortitudinē, aſſumēt pēnas ſicut aquile, currēt, & nō laborabūt, ambulabūt, & nō deficient. Eſa. xl. Nota qui ſperāt in dño. ſ. contēplatiui, magis ſperant in dño quā in alio quocūq;, mutabūt fortitudinem, quia cōtemplatiui fortitudinē corporalem

le mutāt in fortitudinē ſpiritualem, quia quanto ſunt debilioris corporis, melius contēplantur, ſic mutatur fortitudo corporalis in fortitudinē ſpiritus. Tertio, aſſument pēnas ſicut aquile q̄ uolāt altius ceteris auib⁹. Due pēne ſunt lectio & auditio, q̄m legēdo, & audiēdo perſona uenit ad contēplādū, iſtis pēnis ſpūs eleuat in celū, & deſcendit ad infernū. Quarto, dicit, currēt & nō laborabūt, currēt a capite mūdi uſq; ad finē contēplando initiū, & finē mundi. Quinto dicit, ambulabūt, & nō deficiēt, ſecus de multis q ambulāt per mūdum corporaliter peregrinādo, qui deficiūt grauiter peccādo. Sed q ambulāt ſpiritu nō deficiēt. Nota q̄ homines aliq uadūt ad peregrinatiō bonī, & redeūt mali, & multe uirgines uadūt ad ſanctū Iacobū, que redeūt meretrices, ut patuit in anno iubileo de eūtibus Romā, & dormientibus in paleis. Itē de duabus uiduis Valētie eūtibus ad ſanctū Iacobū. Sed qui ambulāt ſpiritu eundo Bethleē, contēplando partū uirginis, deinde Ieruſalē nō deficient peccando. Iſto modo eadē die ire poteſtis Romā, Ieruſalē, & ad ſanctū Iacobū. Ideo Apoſtolus cōcordās cū propheta dicit, Spiritu ambulate, nō corpore, & deſideria carnis nō perficietis. ad Gal. v. Multū noceret pſonis deuotis ire corporaliter. Secū dus gradus, uel differentia pugnatorum in bello regis, ſunt baliſtarij, qui ſunt neceſſarij ad dānificādū inimicos, ut ait Vegetius de re militari antequā ſe miſceāt. Sic in bello Chriſti, & populi Chriſtiani baliſtarij ſagittātes ſunt actiui in operibus mīe. Nā quodlibet opus mīe eſt ſagitta uenenata qua uulneratur hoſtis cru deliter, ideo q modo facit eleemoſynas, ſagittat diabolū crudeliť. Nota q̄ō in baliſta ſunt tria. ſ. lignū rectū, arcus & chorda. Sic hec tria ſunt neceſſaria in eleemoſyna ſi debeat eſſe meritoria. Primo lignū rectū. i. intentio recta, ut ſcilicet eleemoſyna fiat propter honorem dei, & cōſolationē proximi, & nō propter uanā gloriā, ideo Chriſtus dixit, Te autē facīēte eleemoſynā, neſciat ſiniſtra tua. i. intētio uane glorie, uel hypocriſis, quid faciat dextera tua. i. intētio recta. Mat. vj. Secūdo, neceſſarius eſt arcus curu⁹. i. cō paſsio cordis erga proximū pauperē, ſic cogitādo, Iſte eſt pauper, ego ſum dives, ego ſum indutus, iſte nudus, ſum ſanus, iſte infirmus, ego habeo domū, iſte non habet, & ſic cogitādo miſerias pauperū, & dicendo, ita poſſet mihi accidere, cor inclinatur ad cōpatiēdū, & ad dandū, unde in eleemoſyna nō requiritur ſolū recta intentio, ſed etiā cordis cōpaſsio, ita faciebat ille ſanctus Iob. xxx. Flebā quondā ſuper eo qui afflictus erat, & cōpatiebatur anima mea pauperi. Chorda uero qua ſagitta impellitur eſt preceptū dei, de mīa di. Mīam uolo, & nō ſacrificium. Mat. ix. & Oſee. vj. Cōtra hoc faciūt multi uſurarij, qui magis uolūt ſacrificiū, ſcilicet capellarū &c. quam miſericordiam ſc. reſtitutionis, & eleemoſynarū. Deus tamē dicit oppoſitū, Mīam uolo, & non ſacrificiū. Et tu baliſtarie uide cui das eleemoſynā, nō ribaldis, nō hiſtrionibus, ſed indigētibus. Talis ſagitta eleemoſyne uulnerat diabolū. Dauid, Sagitte potētis, id eſt diuitis, acute, quia penetrant oīa arma diaboli, cū carbonibus deſolatorijs, id eſt ardētibus dando eleemoſynā. Et diabolus clamat dicēs, Heu mihi. ps. cxix. Tertia differentia pugnatorū in bello regis ſunt tubicines. Num. x. legitur q̄ deus precepit Moyſi, quod quādo populus intraret bellum, q̄ faceret duas tubas argēteas ductiles, quibus cōuocare poſſet multitudinē, q̄ neceſſarie ſunt in bello. Ratio, quia multū mouēt corda & ſanguinē hominū, & equorum, & animant ad prelū. Sic in bello regis xp̄i, & populi xp̄iani tubicines ſunt predicatores. ſ. oēs illi qui habēt officiū predicādi. Nota q̄ō tēpore Moyſi homines armorū erāt. vj. c. milia. & deus fecit ſolū facere duas tubas, q̄a p̄dicatores debent ſolū habere duas tubas, ſcilicet nouū, & uet⁹ teſtamentū, & argenteas, propter puritatē predicationis, quia nō debet fieri intentione praua. Dauid, Eloquia domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum &c. Nota q̄ō tuba eſt diuiſa per partes diuerſas, uel diſtinctiones, & etiā partes ſunt cōiuncte, & colligate diuerſimode, ſic predicatio debet eſſe nō homilia, quia non faceret ita gratū ſonū, ſed debet eſſe diuiſa, per partes diſtinctionis cōiunctas, & colligatas in bona ordinatione. ideo Dauid ps. lxv. in perſona predicatoris dicebat deo, Reddam tibi uota mea, que diſtinxerunt labia mea. Vota ſunt ſtudia ſancta, que gratis debent reddi. Secundo, tuba in principio eſt ſtricta in ore, & in fine lata, ſeu ampla. Sic predicator debet ſe reſtringere, quātum ad materiam, ut ſit omnibus utilis, dimiſſis his que impediunt predicationē, ſed ampla & lata debet eſſe predicatio, quia toti populo eſt facienda, ideo dicit ſcriptura ſacra predicatori, Bibe aquam de ciſterna tua, & fluēta putei tui. deriuētur fontes tui, foras, & in plateis aquas tuas diuide. Prouerb. v. Ciſterna dicitur ſcriptura ueteris teſtamenti continens in ſe aquam mortuam, quia nō dat uitā. Fluēta putei ſunt ſcriptura noui teſtamenti. Tertio, tuba non debet tangi ſōlo ore, ſed etiam manibus. Sic predicator quod alijs predicat ore ipſe manibus tangat, id eſt opere faciat. Si predicat alijs uirtutē humilitatis, quod ipſe nō ſit ſuperbus. Si mīam, & liberalitatem, quod ipſe nō ſit auarus. Si caſtitatē quod ipſe nō ſit luxurioſus &c. Ita faciebat ille magnus predicator Apoſtolus Paulus quādo dixit, Nō audeo aliquid loqui eorū, que per me non efficit Chriſtus, in uerbo, & factis. ad Ro. xv. Cuilibet ergo predicatori, dicit dominus, Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocē tuā, annuncia populo meo ſcelera eorū, & domui Iacob peccata eorum. Eſa. lviij. Quarta differentia pugnatorū ſunt uexilliferi, qui ſunt neceſſarij, ut quilibet ſciat ubi ſit capitaneus ſuus. ideo Num. ij. precepit deus quod eſſent tot uexilla quot erant capitanei, quando ibant ad bellū. Sic in bello regis Chriſti, & populi Chriſtiani uexilliferi ſunt penitentes, & abſtinentiā facientes. Vexillū Chriſti eſt penitentia, quod habuit in tota uita ſua, intantū quod reputabatur a Iudeis. l. annorum, cum non haberet niſi. xxxiij. propter penitentiā. Ioannis. viij. Ideo qui modo dimittunt uanitates ornamentorum, caudarum & manicarum, quod eſt uexillū diaboli, & uadunt hom̄i liter, tales portant uexillū Chriſti. Quilibet talis poteſt dicere cū Apoſtolo, Ego ſtigmata domini Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Gal. vj. Hoc ſignum petebat Dauid di. Fac mecū ſignū in bonū, ut uideant qui oderunt me, & cōfundantur, q̄m tu dñe adiuuiſti me, & cōſolat⁹ es me. ps. lxxxv. Nota ſignū. ſ. humilitatis, quia ego ſui ſuperbus, & ſic de alijs. Nota cōtra mulieres ſe ornātes, que ponūt ſibi ſignū diaboli. Dauid, Poſuerūt ſigna ſua. ſ. diaboli ſigna, & nō cognouerūt, ſcilicet nūc q̄ eſſent ſigna diaboli, ſicut in exitu ſupple cognoſcēt, q̄ña exibit de corpe, qa tūc oēs ille uanitates apparebūt in facie aīe. Ideo dimittatis ipſas modo, & tenete conſiliū Apoſtoli. ij. Cor. iiij. Sēper mortificationē Ieſu xp̄i in corpore nr̄o circūferētes, ut & uita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris. Quinta differētia pugnatorū ſunt equeſtres. ſ. homines equorū p tranſuerſum ad diſsipandū p̄liū inimicorū uenientiū totaliter cōpacti. Sic in bello xp̄i inuicem cōpacti milites ſunt uirgines. Ratio, qa ſicut ſe habet miles ad equum, ſic ſe habet ſpiritus, uel aīa erga corpus, qa ſpiritus eſt miles cuius corpus eſt equus. Autoritas. Equi eorū. i. hominū, caro nō ſpiritus. Eſa. xxxj. Sicut ergo militibus, q bene uolūt regere equū ſuū, ſunt duo neceſſaria. ſ. frenū, & calcaria, ita hō q bene uult regere corp⁹ ſuū indiget freno. ſ. abſtinētie cibi, & potus, ꝓpterea ad hoc abſtinemus modo ieiunādo &c. Equis frena in ora mittimus ad cōſentiēdū nobis, & omne corpus illorū circūferimus. Iac. iij. & loquitur de corporibus, qa Apoſtoli nō ibāt equitādo. Calcaria ſunt amor ſaluationis de pede dextro, & timor dānationis de pede ſiniſtro. Ideo ſi equus. i. corpus ſit nimis piger ad bene operādū, debet pungi calcari dextro, dicendo, Si modo facis &c.

quieſces

quiesces in gloria, uel siniſtro dicendo, Si non facis pniam in hoc mũdo, facies in inferno. Qui timetis dñm credite illi, & nõ euacuabit merces uestra. Ecce de siniſtro pede. ibidẽ, Qui timetis dñm diligite illũ. Ecce de pede dextro. Eccl'. ij. Perſone ergo uirgines uadũt equitãdo, quia nunq̃ ceciderunt de equo corporis per luxuriã in immũdiciã uolũtariã. Sed paucas uirgines habet xp̃s in ſuo bello. Vbi eſt religioſ', uirgo, uel ſacerdos &c. Nota de diabolo dicente ſe non exiturum de corpore cuiuſdã, niſi dicerentur tres miſſe a tribus presbyteris uirginibus. Apo. iij. Habes pauca noĩa in Sardis q̃d interpretat' pulchritudo principat'. Nota, tres ſunt gradus pulchritudinis. Primus eſt caſtitas cõiugalis. Secũdus cõtinẽtia uidualis. Tertius puritas uirginalis. Beda, Bona eſt caſtitas coniugalis, melior cõtinẽtia uidualis, optima puritas uirginalis. Iõ xp̃s plãgendo dicit, Habes pauca noĩa in Sardis. i. pulchritudine principatus. Apoc. xix. Vidi celũ apertũ, & ecce equus albus, & q ſedebat ſup eũ uocabat' fidelis & uerax, & cũ iuſtitia iudicat & pugnat. Oculi autẽ eius ſicut flãma ignis, & in capite eius diademata multa, habẽs nomẽ ſcriptũ q̃d nemo nouit niſi ipſe, & ueſtitus erat ueſte aſperſa ſanguine, & uocabatur nomẽ eius uerbũ Dei. Et exercitus q ſunt in celo ſequebãtur eũ in equis albis, ueſtiti biſſino albo & mundo, & de ore eius ꝓcedit gladius ab utraq; pte acutus, ut in ipſo percutiat gẽtes &c. Tẽpore carnali eſt celũ clauſum ꝓpter peccata, ſed mõ aperit' ꝓpter penitẽtiã. Et ecce equus albus. i. corpus xp̃i. Nota fidelis. ſ. cõplens q̃d ꝓmittit, & uerax attẽdẽs q̃d minat'. & exercitus, ideſt eccleſia ſequebat' eũ. Sexta differẽtia pugnatorum ſunt pedeſtres, qui uadunt cũ magno labore cum ſcuto & lancea. Sic etiã in bello xp̃i & populi xp̃iani pedeſtres ſunt perſone cõtinẽtes q̃ ceciderunt de equo, quia perdita uirginitas non põt recuperari. Ideo oportet ire pedeſtrem. Secus de bello regali qñ miles cadit de equo, poteſt iterũ equitare &c. Sed xp̃s nunq̃ fecit nec faciet, imo nec poteſt facere, quia implicat cõtradictionem. ſ. q̃d guſtauerit &c. & ꝙ uirgo que fuit corrupta, nõ fuerit corrupta, ut dicit ſanctus Tho. j. parte. q. xxv. artic. iiij. Addit tñ idem ſanctus Tho. in eodem articulo in ſolutione ad tertium, ꝙ oẽm corruptionem mentis & corporis Deus auferre poteſt a muliere corrupta. Hoc tñ ab eo remoueri non poterit q̃d' corrupta fuerit, q̃d' & per beatũ Hieronymũ confirmat', qui dicit, ꝙ cũ Deus oĩa poſsit, non poteſt facere de corrupta nõ corruptam. i. q̃d' corrupta nõ fuerit, quare & ſi ignoſcat penitenti, tamẽ nõ uult coronare corruptam. ergo qui cadit de quo faciat bellum pedeſtre faciendo penitentiam. iuxta illud ad Ephe. Accipite amaturam Dei. ſ. penitẽtiam, ut poſsitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lumbos ueſtros in ueritate & induti loricam iuſtitie, & calciati pedes in preparatione euangelij pacis. In omnibus ſumẽtes ſcutum fidei in quo poſsitis oĩa tela nequiſſimi ignea extinguere &c. Nota hic quõ coniugati debẽt uiuere faciẽdo ſibi fidelitatẽ, nutriẽdo proles, & quõ uidue que nullũ habẽt impedimentũ quin poſſent facere penitẽtiã. Septima differẽtia pugnatorũ eſt illorũ qui ſunt uectores, qui portant uictualia arma & medicinas. Sic in bello xp̃i uectores ſunt prelati eccleſie & eccleſiaſtici qui habent curã animarum, qui portant arma. Ideo ſi aliquis in bello perdit ſcutum ieiunij, eccleſiaſtici debent ſibi dare ſcutum animãdo ipſum ad ieiunãdum uerbo & exemplo. Idem de pileo ferreo orationis, & de lancea confeſsionis. Item portant medicinas ſacramentorum, unde uulnerato ex ſuperbia apponant ſtupam humilitatis. Idem de alijs, reuertimini ad prelium. Itẽ portant uictualia, ſcilicet cibum & potum. ſ. corpus & ſanguinem Chriſti, & dant debilibus & cõfeſsis. Quibus dicit xp̃s, Paſcite eum qui in uobis eſt gregẽ Dei. j. Pet. v. Ecce quare dicit thema, Fortis armatus. ſ. populus xp̃ianus cuſtodit atrũ ſuum

ſuum, ſcilicet bonam uitam & penitentiam. Et iſto modo faciendo habebitis coronam in paradiſo. Ecce ergo bellum noſtrum ordinatum, & quõ poterimus confidere de uictoria. Deo gratias.

Dñica. iij. quadrageſime. Sermo. ij.

EXtollens uocem quedam mulier de turba. Luce. xj. Verbũ iſtud ad literam intelligitur de quadam muliere deuota xp̃o Ieſu. Sed ego uolo aliter declarare uerbũ iſtud, faciam duos tractatus. Primus ſ. que eſt uox iſta quã mulier leuauit. Secundus quõ leuauit uocẽ iſtam. Iſta mulier eſt eccleſia. Et probo per rationem quia omnia naturalia que habet mulier habet eccleſia, uidelicet concipere, parere, lactare &c. Primo habet officiũ concipiendi pueros de ſponſo ſuo qui eſt Ieſus xp̃s. Et quis eſt uẽter eccleſie? eſt fons baptiſmatis. Et ſic concipitur in utero & ex eo naſcitur. Secundum officium eſt nutrire. Eccleſia nutrit xp̃ianos. Vnde Paulus in perſona eccleſie, Tanq̃ paruulis in xp̃o lac uobis potũ dedi, nõ eſcam j. Corin. iij. Sancta mater eccleſia habet duas mammillas, dextera eſt nouum teſtamentum, ſiniſtra eſt antiquum, & cum iſtis nutrit xp̃ianos bonis doctrinis. Secundus tractatus, quõ hec mulier leuauit uocem. Dico ꝙ hoc fecit in collatione eccleſiaſticorum ſacramentorum. Nam in quolibet ſacramento eccleſie eſt neceſſaria uox uerbalis, alʒ non eſſet ſacramentũ. De hoc habemus prophetiã. ps. xxviij. Vox domini ſuper aquas &c. ubi ponit ſeptem uicibus uox domini. Vbi notat ſeptem ſacramenta eccleſiaſtica.

Primum eſt baptiſmus, uox domini ſuper aquas.

Secundum eſt cõfirmatio, uox domini in uirtute.

Tertium eſt euchariſtia, uox domini in magnificentia.

Quartum eſt penitentia, uox domini confringentis cedros.

Quintum eſt matrimonium, uox domini intercidentis flammam &c.

Sextum eſt extrema unctio, uox domini concutientis deſertum &c.

Septimũ eſt ordo, uox dñi preparantis ceruos &c. Ecce ſeptem ſacramenta. Sicut eñ in xp̃o ſunt uerbũ patris eternum, & materia corporis, ſic in quolibet ſacramẽto ſunt duo, uerbũ. ſ. & materia. unde Aug. Accedit uerbũ ad elemẽtũ, & fit ſacramẽtũ. Vnde Dauid dicebat, ꝙ uox dñi debet uenire ſuper aquas, & iterũ in magnificẽtia &c. Prima uox eſt, Vox dñi ſuper aquas, ecce baptiſmus. uox dñi eſt forma. ſ. ego baptizo te in noĩe patris & filij &c. Nec aliquid diminuendũ neq; addendũ, nec mutandũ eſt uoci que de celo & a xp̃o portata eſt. Ergo mulieres que baptizãt bene attẽdere debẽt, quia periculũ eſt. Nota exẽplũ de quodã magiſtro in theologia, qui cũ predicaſſet & deſcẽdiſſet de cathedra, uenit quedã mulier ad eũ & accepit manũ illius, & oſculãdo dicebat, Benedicta dies in qua baptizaui uos in nomine ſcẽ trinitatis & beate Marie & oĩm angelorũ. O dixit ille magiſter, ego nõ ſum baptizatus, & fecit ſe baptizari. Ideo nõ mutetis uocẽ iſtã quã docuit ſuos diſcipulos xp̃s dicẽs, Euntes in mundũ uniuerſum, docete oẽs gẽtes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Matt. ulti. Nota quare dicit, Vox domini ſup aquas, & non dicit ante aquas nec poſt aquas. Attẽdãt hic presbyteri q̃d' uox ſit ſuper aquas, uidelicet ꝙ nõ proferãt uocẽ uerborũ forme anteq̃ infundat' aqua, ſed ſimul proferẽdo uerba ſacramentalia aqua debet infundi, uel baptizandus immergi, quia ſi primo dicant' uerba & poſt infundatur aqua, tunc erit uox dñi ante aquas. Et cõuerſo, ſi primo infundat' aqua & poſt dicant' uerba, tunc erit uox dñi poſt aquas. Tñ eſt uerũ ſacramẽtum ſi prius uel poſterius fiat. ſed tantũ poſſet tardari uel anticipari ꝙ nihil ualeret, quia uerba & aqua debẽt eſſe ſimul iuncta. Vnde ſicut ſi aĩa hominis ſit ab una parte, & corpus ab alia, nõ eſt homo. Ita ſi dicantur uerba baptiſmi ante uel poſt, eſt periculũ. Ideo materia. ſ. aqua &

forma. ſ. uerba debent iungi, ut ſit uerus baptiſmus. unde xp̃s, Ioā. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu &c. nō dicit ex aquis, uox dñi ſuper aquas in plurali. Nam certum eſt qđ baptiſmus non poteſt dari niſi in una ſpecie aque. ſ. naturali, quia nō pōt dari in aqua artificiali, ſicut in aqua ardēti uel roſacea. quare ergo dicit hic ſuper aquas. Itē forma nō eſt niſi una, ergo nec materia. Vnde, Cōfiteor unū baptiſma. Rñſio. Due ſunt rōnes. Vna eſt literalis, alia moralis. Literalis eſt quia fuerūt aliqui heretici, qui dixerunt q̄ baptiſmus non ualebat niſi in aqua fluuij Iordanis. Ideo Dauid ad oſtēdendū q̄ nō ſolū in aquis fluminis pōt fieri baptiſmus, ſed etiā in omnibus aqs naturalibus, dicit aquas in plurali. Cui cōcordat Beda dicēs, Venit Chriſtus ad aquas, ut tactu ſue mūdiſsime carnis uirtutē regenerationis tribueret aquis oībus. ſ. aquis naturalibus. Secūdarō quare dicit ſuper aquas multas, quia ſunt ibi ſ. in baptiſmo ſeptem riui maiores quā aque de toto mūdo, que ſunt ſeptē dona ſpiritusſanēti. Nota dona, & his lauatur aīa, & aqua naturalis lauat exterius. Ideo Dauid ad declarandum iſtas aquas dicit, Vox dñi ſuper aquas. i. dona ſpiritusſanēti. Secundo dicit, Vox dñi in uirtute. Ecce ſacramentū confirmationis. & nō poteſt dari niſi per epm. Ideo eſt queſtio in iure & in theologia, Vtrum papa poſſet dare autoritatē ſimplici ſacerdoti ad miniſtrandū iſtud ſacramentū, & concordant q̄ nō niſi epis. Vox iſtius ſacramenti eſt qñ eps dicit, Cōſigno te ſigno ſancte crucis, cōfirmo te chriſmate ſalutis, in noīe patris & filij & ſpiritusſanēti amē. Ideo dicit, Vox dñi in uirtute, quia iſtud ſacramentū cōfirmationis cōtinet quinq; uirtutes. Prima eſt qđ confirmatus ſit fortis in fide. Vnde tpe antixp̄i, ſimpliciter baptizati & nō confirmati cadent abnegādo fidē xp̄i, cōfirmati uero ſtabūt firmi & ſtabiles cōtra antixp̄m puguando, dicendo antixp̄o, uade ribalde uolo tenere firmā fidem xp̄i. Iſtā conſtātiam nō habebūt nō confirmati. Secūda uirtus huius ſacramēti eſt q̄ dat gratiam Dei nō ficte uenientibus, & non obſtinatis, & ſi recipiat hoc ſacramētū in gratia augmentatur recipiendo, & ſi nō habet nouiter, ſibi datur in remiſsionē peccatorum. Tertia uirtus quia dat unū ſignū qđ eſt indelebile, & uocat character, qui indelebiliter in anima manet. Quarta uirtus eſt, quia cōfirmatus erit in altiori honore in paradiſo q̄ nō cōfirmatus. Sicut in curia regis magis honorantur milites q̄ rutheri, ſic in curia regis xp̄i magis honorant confirmati q̄ alij. Et ideo exiſtētes in paradiſo dicēt, O ille eſt cōfirmatus & nō ille, & hoc cognoſcent in ſigno. Sicut eñ miles cognoſcitur per aliqđ ſignū ab alijs non militibus, ſic cōfirmati a non cōfirmatis. Quinta uirtus, quia habet duas coronas, baptizati uero tantum unam. Ecce uox dñi in uirtute. Et de iſta uirtute dicit Sapiens, Hec eſt uirtus Dei que uocatur magna. Ideo ſi non eſtis cōfirmati, faciatis uos confirmari, & habebitis ſupradictos quinq; effectus. Et de iſto loquitur Io. Apoc. vij. Vidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentē ſignū Dei uiui, & clamauit uoce magna quatuor angelis quibus datum eſt nocere terre & mari dicēs. Nolite nocere terre & mari neq; arboribus, quoaduſq; ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum &c. Nota alterum angelū, non ſimpliciter dicit angelum, & hiceps dicitur alter angelus, quia notat ſimilitudinem ut bonus frater predicator dicitur alter Dñicus, ſic bonus epiſcopus tenens uitā angelicā dicitur alter angelus. Et ſequitur habentē ſignū Dei uiui, quia epi debēt ſignare populū Dei per loca ubi tranſeunt, ſed ſignāter portant ſignum Dei uiui in cōfirmatione. Ideo dicit, Signemus ſeruos Dei in frōtibus eorū. Nota in frontibus in plurali, quia eps ſignat extra, & ſpiritusſanctus ſignat intra in anima. Ideo non dicit ſignabo, ſed ſignem*. Tertia uox eſt, Vox dñi in magnificentia. Ecce ſacramē tum altaris. uox dñi eſt forma conſecrationis. Nota modū quē debet tenere ſacerdos

cerdos qñ uult conſecrare, debet enim tenere hoſtiam baſſam duplici ratione. Prima ne gētes adorent ante cōſecrationem, quia ſic eſſent idololatre. Secunda quia ſecūdū cōmunē opinionē xp̄s fuit crucifixus in terra plana. Nota in magnificentia, quia licet fuerit magnificentia in incarnatione ad uerbū uirginis qñ dicit, Ecce ancilla dñi &c. filius Dei deſcēdit in uterū ſuum, maius tñ qđ Deus fecit ſiue qđ faciet eſt, q̄ Deus homo factus eſt, perfectionē dans ſuis operibus. Dic ſimilitudinē de forma ſpherica que nō eſt perfecta quouſq; finis iungat principio. Sic cū homo fuit unitus Deo ſuo principio, tūc homo fuit Deus, & Deus homo, & tūc ibi pfecta ſunt opa. Sic ĩmo excellētior eſt magnificētia in cōſecratione in pluribus q̄ in incarnatione. Primo, ſicut ad uerbū uirginis celū ſe aperuit, & filius Dei deſcēdit in uirginis uētrē, ſic ad uocē ſacerdotis aperit celū, & filius Dei uenit in hoſtiā. unde Greg. in quarto dialogorū, & habet de cōſe. di. ij. Quid ſit ſanguis. uerſi. Quis. ubi ſic dicitur, Quis enim fideliū dubiū habere poſſit in ipſa immolatiōis hora, ad ſacerdotis uocem celos aperiri, atq; in illo Ieſū xp̄i myſterio angelicos choros adeſſe, & ſumma imis ſociari, unūq; ex inuiſibilibus atq; uiſibilibus fieri. Sed quia habemus lippos oculos ex peccatis, nō uidemus angelos cū xp̄o exiſtētes in altari, licet multi ſancti eos uiderūt. Dic cuius uite debet eſſe ſacerdos, ut habeat extra de ui. & ho. cleri. in multis capitulis. Secūda excellētia q̄ filius Dei deſcēdit in utero uirginis ſolus, ſed in altare non. Item uirgo ſemel aperuit celū claue lingue, ſed ſacerdos in qualibet miſſa. Itē in lingua uirginis ad inſtar clauis fecit octo reuolutiones. ſ. dicendo octo uerba anteq̄ Deus deſcēdit in uterum ſuū, ſed ſacerdos facit tñ quinq;. Itē in uterū uirginis deſcēdit mortalis & paſsibilis, ſed in hoſtiā per oppoſitū. De iſta excellētia dicit Dauid, Confeſsio & magnificentia opus eius & iuſtitia eius manet &c. Memoriā fecit mirabiliū ſuorū miſericors & miſerator dñs, eſcam dedit timētibus ſe. p̄s. cx. Nota, ad literā loquit de iſto ſacramēto. Nota cōfeſsio. ſ. ſacramētalis, debet preire magnificentiā, ideſt ſacramētū, uel in dānationē aīe ſiue celebrat, ſi eſt ſibi cōſcius alicuius peccati mortalis, & copia adſit cōfeſſoris. de quo uide ſanctū Tho. & alios doctores in. iiij. diſt. xvij. Nota eſcam dedit dñs timētibus ſe, ſcilicet nomē ſuū. No. memoriā fecit mirabiliū ſuorū, quia eſt mirabile qđ fecit Deus & quod faciet &c. Quarta eſt, Vox dñi cōfringētis cedros. Ecce ſacramētū penitētie de monte altiſsimo Libani, qa cedri ſunt peccata facta in altiſsimo mōte ſuperbie, quia oīa peccata reducūtur ad mōtem ſuperbie. unde auaricia eſt ſuperbia. ſ. nolle obedire ordinationi Dei & eccleſie, nō cōfiteri, nec ſatiſſacere, & ſic de alijs. Itē dedit & ordinauit regulā quomodo debemus nos regere in diuitijs, de bono iure recipere neceſsitatē, & nō ſuperfluitatem, iniuſta reſtituere. Sed auarus nō uult ſe humiliare & conformare huic ordinationi. Sed dicit, O ego eſſem pauper ſi darē amore Dei, & reſtituerē iniuſte acqſita uel retēta. ego non faciā. Ecce qūo reſiſtit ordinationi diuine. Ideo auaritia radicata eſt in mōte Libani. i. ſuperbie, qa ſuperbia eſt nō uelle ſe humiliare ad faciendum uoluntatem Dei. Idem de luxuria. Iam Deus dedit regulam quomodo gentes debēt uti illo opere. ſ. in matrimonio tantum. ſed dicit luxurioſus, quare etiam nō extra matrimonium poſſum uti actu illo. Ecce qūo non uult ſubijci uoluntati diuine. Ideo luxuria eſt radicata in monte ſuperbie. Idē de alijs peccatis. unde, Initium oīs peccati eſt ſuperbia. Eccli. x. Sequitur, Qui tenuerit illā, adimplebitur maledictis, qa maledicti ſunt a Deo, & ſubuertet eum in finem. De iſto ſacramento penitentie dicit, Vox dñi cōfringētis cedros peccatorum mortaliū, q̄tū ad culpas, qñ confeſſor abſoluit dicens, Abſoluo te a peccatis, tunc cōfringit cedros peccatorū, niſi malitia peccatoris obſtet. Et concordat Aps Hebre. iiij.

dicens, Viuus est sermo dei, & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionē anime, & spūs. Nullus homo cū oībus gladijs huiꝰ mūdi posset scindere unū cedrum peccati mortalis, sed uerbū dei, idest, absolutio sacramentalis, ego te absoluo a peccatis tuis. Quinta uox est, uox dñi interciden tis flāmā ignis. Ecce sacrāmētū matrimonij. Nota quo ex quo Adā peccauit quilibet habet intus unā bursam ignitam que dicitur cōcupiscibilitas, uel mala inclinatio q̄ est ignis luxurie. Iste ignis nō flammescit quousq; homo fuerit perfectꝰ, & tūc tentat de luxuria. Mirū, qa aqua baptismi extinguit ignē inferni, sed nō pōt extinguere ignē luxurie in hoīe. O tam fortis ignis nec unq̄ extinctꝰ fuit nisi in xpo, & in beata uirgine totaſr. De quo dicit scriptura, Iob. xxxj. Ignis est usq; ad perditionē deuorās, & oia eradicās genimina uel germina. Nota eradicās oia germina meritorū, qñ flāmescit, sed per sacramentū mrimonij hec flāma interciditur. Dic quo matrimoniū fit per uocē dñi. s. per uerba de presenti. Vnde p matrimoniū intercidit flāma luxurie, nō tñ extinguit. Dic quare matrimoniū dicit sacrāmētū? qa representat xpi incarnationē. Vñ sicut diuinitas, & humanitas ī unitate psone, sic etiā uir & uxor in una carne cōiunguntur &c. Nota q̄ nō sunt iā duo sed una caro. s. in ꝓcreatiōe prolis. Vnde iste ignis pōt facere flāmā in uirū, & uxorem sine peccato, seruādo debitas circūstātias, & cōditiōes, & quilibet istorum pōt dicere, A flāma ignis non sum estuatus. Eccles. ult. Sed nō curabam de alia muliere, & nec ego de alio uiro. Ecce uox dñi intercidētis flāmā ignis. Sexta uox est, Vox dñi cōcutiētis desertum. Ecce sacramentū ordinis, qa sicut in deserto sunt bestie siluestres, sic in mundo sunt peccatores, & sicut qñ scindunt magne arbores in deserto cōmouetur desertum, & facit magnū sonū in terra, & in nemore, sic in ordinibus cōmouetur tota xpianitas ieiunādo p tres dies quatuor tēporum. Ideo ut deus faciat illos quos assumit ad sacros ordines dignos. Dic q̄ sunt septē ordines. Primus ordo est ostiariatꝰ, & qui est in illo ordine debet custodire portas. Secūdus lectoratꝰ, qui ergo est in tali ordine debet legere lectiones in choro. Tertius est exorcista tus, cōstitutus in tali esse debet cōiurator demonū expellēdo demones a corporibus. Quartus ordo est acholytatus, debēt ergo acholyti ponere cādelas ante altare, & portare. Et isti qui habēt istos paruos ordines possunt recipere uxores. Maiores ordines sunt. s. subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus, & in quolibet ordine tam de maioribus quā de minoribus datur character indelebilis. Et cōmouebit dñs desertum cades. s. sanctā xpianitatem, quia illi qui nō sunt de xpianitate nō possunt recipere ordines. Et qui ordinati sunt possunt dicere, Vt sine timore de manu inimicorū nostrorū liberati seruiamus illi. In sanctitate, & iustitia corā ipso omnibus diebus nostris. Luc. j. Nota liberati. s. de deserto mūdi, posuisti nos in horto ecclesie sancte tue. Ideo dicit, Vox dñi cōcutiētis desertū. Septimo uox est, Vox dñi preparātis ceruos. Ecce sacramētū extreme unctionis quod ꝓparat ceruos. Dic quo inter alia aialia plus saltat ceruus &c. sic anima ab ore corporis saltat ad celū. Anime autē dicunt cerui, qa preparāde sunt ad saltādū per unctionē. Ideo dicit, uox dñi preparantis ceruos. Ista uox est forma huius sacramēti que procedit ab ore sacerdotis, Sacerdotes ungendo infirmum dicunt uocē dñi, uidelicet, Per istā unctionē, & suā pijssimā misericordiam indulgeat tibi dñs quicquid peccasti per uisum, uel per aliū sensum, tangēdo partem &c. & que tangi honeste possunt omnes alie partes includuntur in corpore. Cū enim corpus ungit, peccata obligata, uel alie iclinatiōes peccatorū q̄ poterant saltū impedire remittunt. De hoc Dauid dicit, Qui perfecit pedes meos tanq̄ ceruorū, & super excelsa statuens me. ps. xviij. Nota qui perfecit per hoc sacramētum &c. sed hoc sacramentū nō debet

debet dari nisi in articulo mortis, & nisi petatur, & ideo debet peti in cōmunione, & tūc potest dari, posito casu q̄ perdat intellectū, uel etiam usum omnium sensuum ex quo anima stat in corpore. Ecce quare dicit thema, Extollens uocē quedam mulier &c.

Feria ij. post oculi. Sermo j.

QVāta audiuimus facta in Capharnaū, fac & hic in patria tua. Luc. iiij. Hoc uerbum dat mihi motiuū predicandi, & declarādi uobis opera principalia que fecit Christus in hoc mūdo. Sed primo salutetur uirgo Maria. Quāta audiuimus facta in Capharnaum &c. Pro intellectu istius uerbi, sciendū q̄ Christus in pueritia sua fuit nutritꝰ in ciuitate Nazareth, postq̄ redijt de fuga Egypti quousq; fuit xxix. annorū, & ab hominibus reputabatur sanctus homo, sed nō predicabat nec faciebat ibi miracula. Et quia tantū fuit ibi moratꝰ, ideo fuit dictus Iesus de Nazareth. Mat. ij. Veniens. s. de Egypto habitauit in ciuitate que uocat Nazareth, ut adimpleretur quod dictū est per prophetas, quoniā Nazareus uocabit. Postq̄ autē fuerat. xxx. annorū, & uoluit incipere predicare, & miracula facere, uolēs se ostendere uerū deū, & hominē, recessit de Nazareth, & uenit in ciuitatē Capharnaum, & ibi incepit predicare, & miracula facere, illuminare cecos, surdos audire, mutos loqui, claudos ambulare, mortuos resurgere &c. Et omnis populꝰ suspēsus erat audiēs illū. Luc. xix. Neq; mirum audire uerba ab ore dei incarnati. Relicta ciuitate Nazareth uenit, & habitauit in ciuitate Capharnaū maritima, & incepit predicare. Et exijt fama hec, scilicet predicationis, & miraculorū in uniuersam terrā. Mat. ix. Quod audiētes alli de ciuitate Nazareth reputabant se a xpo esse despectos, qa ibi nihil horū fecerat, ideo erāt cōtra eū indignati. Dein de Christus predicando redijt in Nazareth. Ad quē uenerunt rectores ciuitatis dicētes sibi, Quanta, idest, ualde magna audiuimus facta &c. Patet thema ad literam. Sed modo uolo ipsum spiritualiter pertractare. Xps ī ciuitate extranea. s. in patria Iudeorū qui noluerūt ipsum recipere, ut dñm. iuxta illud Ioā. j. In propria uenit, & sui eū nō receperūt. s. tanq̄ deū, & saluatorē mūdi, imo se alienauerūt ab eo, multa fecit miracula. Sed terra xpianorū est terra propria xpi, qa ipsum recipit per uerā credētiā, & deuotā obediētiā. Ideo deuoti xpiani pūt deo dicere, Quāta audiuimus facta in Capharnaū. i. in terra Iudeorū, fac & hic in patria tua, scilicet in Christianitate per imitationē.

Nota septē opera principalia que fecit Christus in patria aliena, scilicet in patria Iudeorum.

Primum fuit humilis incarnatio.
Pauper conuersatio.
Certa predicatio.
Dura passio.
Pia descensio.
Vera resurrectio.
Et alta ascensio.

De his possumus dicere xpo, Quāta audiuimꝰ &c. Ideo dñe fac & hic in patria tua per moralē imitationē. Primū opus notabile, & mirabile quod fecit xps in terra Iudeorū pro nostra redēptiōe, fuit humilis incarnatio. Maxime si uultis attendere ad istā speculationē, deus fecit decē gradus creaturarū spiritualiū &c. Quādo ergo dicit filius dei fuit incarnatus, sic intelligit q̄ descēdit & humiliauit se infra decē gradus creaturarū spiritualium, & corporaliū. Ideo maius opus quod deus unq̄ fecit, uel faciet, fuit q̄ deus fieret homo, & homo fieret deus. De isto opere dicit Apostolus, Qui cum in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo, sed semetipm exinaniuit formā serui accipiens, & habitu inuētus, ut homo. Phil. ij. Not. rapinā, id est, usurpationē. Ecce hic humilis incarnatio. Ideo dñe, Quāta audiuimus facta &c. fac & hic. s. in nobis, ut des in cordibus nostris. s. humilitatis uirtutē, ut humiliemur a pompis, uanitatibus &c. exēplo Christi. Quādo ergo aliquis dñs pre

latus uel dña humiliat, dimittendo pom pam uel uanū ornatū &c. Ecce hic opus incarnationis xpi moraliter quod facit inter nos, iuxta suam doctrinā dicentis, Matthei. xj. Discite a me. Dñe, & quā lectionem? Respondit, Quia mitis sum, & humilis corde. Dñe, & qd habebimus ex hoc? Ideo dicit, Et inuenietis requiē aīabus uestris. No. q̄ in paradiso nullus inueniet domū ad quiescēdum, nisi in hoc mūdo ipsam edificet. No. cōtra illos qui in hoc mūdo edificāt magna edificia, & possessiones &c. & nō curāt edificare in celo, nec unā paruā cellā. Quidā in partibus Mosselle qui plures uiuēs edificauerat domos, in āgone suo statim moriturus cōquestus est dicēs, O inquit plures edificaui domos, utinā paruulā uel unā cellulā edificassem in celis. Modus edificādi in celo est nō expēdere in mūdo omnia in uanitatibus, sed expēdere unam partē in operib⁹ misericordie. Verbi gratia, Si habetis quinq; florenos in redditibus, expēdite quatuor in necessitatibus uestris, & unū in operib⁹ misericordie. Hoc modo edificabitis domū in paradiso ad quiescendū post hāc uitā. Dic q̄o a deo oībus homīb⁹ statutū est semel mori quātū ad corpus, & post hoc iudiciū quātū ad animā. Heb. ix. Et quādo ille qui nihil edificat in alio mūdo, moritur, misera illa aīa dure repellitur a xpo, & mittitur ad hospitiū miserorū. s. ad infernū. Sed illi qui edificauerūt cum gaudio recipiunt a xpo leta facie. Ecce quare dicit, & inuenietis requiē aīabus uestris, scilicet post mortē corporis. Et concordat Apostolus dicēs in persona bonorū, Scimus quoniā si terrestris dom⁹ nostra hui⁹ habitatiōis dissoluat, q̄ edificationē a deo habemus, domū nō manufactā, sed eternā in celis. ij. ad Cor. v. Secūdū op⁹ mirabile factū a xpo in Iudea, fuit pauper cōuersatio, intantū q̄ nunq̄ fuit aliquis ita pauper, qa secūdū q̄ dicūt euāgeliste, nunq̄ portabat pecunias uel escas. Sed ibat predicādo de uilla in uillam. Et post sermonē, respexit si aliquis inuitaret eum ad prandiū dicens, Magister ex quo dedisti nobis bonū prandiū spūale &c. alias habebat duo remedia. Vnū tpe messis, de quo ponitur Matth. xij. ubi dicit, Abijt Iesus per sata sabbato, discipuli aūt eius esuriētes ceperūt uellere spicas. Aliud quia ibat Bethaniā ad domum Marthe. Idē si nō inuitabatur ad dormiendū, alias ibat cū discipulis suis in desertū. Ecce hic pauperrima cōuersatio. De hoc dicit ipsemet Matt. viij. Vulpes foueas habēt, & uolucres celi nidos, filius autē hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ideo dñe quanta audiuimus &c. fac & hic in patria tua. Quia nō possumus seruare tantam paupertatē, ut nos audiuimus, expellat a nobis peccatum auaritie, ut simus pauperes de pecunia de malo iniusto, & nihil habeamus p̄ rapinā, usurā, uel furtū uel symoniā, nec per calumniā, tūc xps similitudinarie, & moraliter pauper cōuersatur inter nos. Iuxta illud. ij. ad Cor. viij. Scitis gratiam dñi nostri Iesu xpi, quoniā propter uos egenus factus est cū esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis, & uos ditaret. Sed singulariter cauetis a diuitijs de bonis iniuste acquisitis, qa nunq̄ habent bonū finē, imo ad instar pomi corrupti se habēt, quod corrūpit alia poma. Ideo qui uult cōseruare pecunias, respiciat album florenū, uel denariū, si est ibi uermis rapine, usure &c. dicat, Noli animā meā xpi sanguine redemptā, & sanctissime trinitatis increate imagine insignitam, pro trāsitorijs diuitijs eternis obligare incendijs. Benedictus qui pōt dicere deo gratias, quia nihil habeo male in iuste acquisitū. sic eritis diuites. Ideo dicit xps, Videte & cauete ab omni auaritia. Lu. xij. Tertiū opus fuit certa predicatio, qa ipsemet deus incarnat⁹ ore proprio reuelauit, & predicauit secreta fidei ad cognoscēdū illā magnā Christi humilitatē. Nota similitudine de rege qui preconizaret ordinationes sui cōsilij, ut maior fides adhiberetur. Idē de Christo in consilio secreto sancte trinitatis fuerūt ordinata secreta fidei catholice. Et licet haberet angelos, & prophetas quos poterat

terat mittere ad preconizandū, tamē ipse equitauit, scilicet in equo correctionis sue, & cū tuba predicationis publicauit secreta fidei. s. doctrinā euāgelicam, ut gentes melius crederēt, & ueritatē fidei sine dubio tenerēt, quia oēs alij fuerūt peccatores. j. Io. j. Si dixerimus quoniā peccatū nō habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis nō est. Sol⁹ xps fuit sine pcto, q nec falli, nec fallere, nec peccare, nec errare potuit, ideo absq; oī dubio tenēde sunt ueritates fidei catholice. Secus si aliquis alius a xpo publicaret, posset aliquis dubitare, quia teste Io. Io. j. & j. Ioā. iij. Deū nemo uidit unquā. Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Ideo dicit Apostolus ij. Ti. j. Scio cui credidi, & cert⁹ sum. Ideo domine q̄ta audiuimus &c. fac etiā hic in patria tua. No. optimū cōsilium beati Hiero. dicētis, q̄ quolibet die debemus dicere, Credo. i. mane & sero, & isto modo cor cōfirmatur in fide catholica. alias perditur paulatim. Ideo nos ecclesiastici mane, & sero dicimus. s. in matutinis, prima, & cōpletorio, Credo iuxta ordinationē ecclesie. Ideo Apostolus Ro. x. Si confitearis in ore tuo dñm Iesum, & in corde tuo credideris q̄ deus suscitauit illum a mortuis, saluus eris. Quartum opus mirabile a Christo factum in Iudea, fuit dure passionis, scilicet in cruce. Nota, quia sciebat, & uidebat q̄ totū genus humanū erat condemnatū, & sentētiatū ad furcam inferni, cui Christus compatiens dixit deo patri, Ego solus suspēdar in ligno crucis, ne aliquis mihi credens, & obediēs, de cetero suspendat in furca inferni. Ecce ratio sue dure passiōis. Auctoritas, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo. j. Pet. iij. Ac si filius regis uellet suspendi pro latronibus liberādis. O inestimabilis amor, si filius dei iustus, & sine peccato pro iniustis, & peccatoribus. Ergo domine fac, & hic in patria tua, ut scilicet nos crucifigamur, nō realiter ut Christus, sed moraliter, scilicet clauo confessionis in manu dextra, quia confessio ducit hominem de sinistra, scilicet culpe, ad dexteram gratie. Clauo penitentie in sinistra, & clauo bonorum operū in pedibus. Ideo scriptura, Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs. ad Gal. v. Quintum opus fuit pia siue sancta descensio, scilicet, anime ad limbum sanctorum patrum, ac si rex iret persona liter ad captionem pro liberatione captiuorū, quibus ipse misericorditer parceret, cum tamē posset mittere Michaelem, uel alium. Ecce opus singulare de quo Zacharie. ix. Tu uero in sanguine testamenti tui emisisti uictos tuos de lacu in quo nō est aqua. Domine, fac etiā hic in patria tua. Nota quomodo Christus uoluit descendere ad sanctos qui erant in limbo, qui erant patres Christi secundum humanitatem, ipsos honorando, & exemplum nobis dando honorandi parentes in hoc mundo, & descendēdi ad eos, si sunt in purgatorio per suffragia, complendo testamenta, qui statim sentiunt refrigerium. Autoritas, Qui secundum spiritum sunt, que sunt spiritus sentiunt. Roma. viij. Alias conqueruntur, & petunt iustitiam. Ideo dicit scriptura. ij. Macha. xij. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut &c. Sextum opus mirabile fuit uera resurrectio, scilicet in die pasche quando anima de limbo rediit ad corp⁹, & resurrexit de sepulchro. Dic quomodo in passione humanitas fuit diuisa, sed non diuinitas. Ad hoc declarandū nota similitudinem de pomo, quo diuiso in duas partes non diuiditur odor. Vel nota similitudinem in splēdore de cryſtallo. Sic cogitate quod Christi humanitas sit, ut petia de cryſtallo plena diuinitate ex coniunctione personali, qua diuisa, splendor diuinitatis remansit cum utraq; parte, scilicet cū corpore in sepulchro, & cū aīa in limbo, p̄pter q̄ utrūq; habebat posse in infinitū resurgendi. Ideo Christus, Ioā. x. Nemo tollit animā meam a me. s. me inuito, sed ego pono eam a meipso, & potestatem

habeo ponẽdi aĩam meam,& poteſtatẽ habeo iterũ ſumendi eã.Ideo dñe quãta audiuimus &c. fac etiam hic in patria tua,ut.ſ.corpus noſtrum & anima reſurgãt. Moraliter.Corp⁹ autem peccatoris iacet mortuũ in ſepulchro peccati mortalis,& anima in inferno ſepulta.i.condẽnata,ſed reſurgunt uirtute diuina qñ aĩa dimittit peccatũ ſuperbie uel auaritie uel luxurie &c.Tunc corpus recipit aĩam qñ eius imperio humiliatur,& faeit opera miſericordie. Autoritas,Qũo Chriſtus ſurrexit a mortuis,p gloriã patris,ita & nos in nouitate uite ambulemus.ad Ro.vj.Septimũ opus & cõpletiuum aliorum fuit alta aſcenſio,qñ coram uirgine matre Apoſtolis & diſcipulis aſcẽdit in celũ.Io.xvj.Exiui a patre,& ueni in mundũ,& iterum relinquo mundum & uado ad patrem.Domine,fac & hic ĩ patria tua.Dic quomodo bis in die debemus aſcendere in celum,non corpore,quia uſq; ad diem iudicij corpus non poteſt aſcẽdere in celum,ſed ſpiritu.ſ.mane & ſero orãdo,quia oratio eſt aſcenſus mentis in deum,ut dicit Damaſcenus. Dic modũ orandi ad inſtar illius q uult ſupplicare pape uel regi,cui ſunt tria neceſſaria.Primo,ut camera ſibi aperiatur.Secũdo,eſt ſibi neceſſariũ ut exhibeat reuerẽtiam regi.Tertio,ut dicat ſuam ſupplicationem.Si crux Chriſti clauis eſt paradiſi ut dicit Rabanus,que aperit portam camere Chriſti.Oñde modũ ſignandi,uel extende manus in modum crucis,ut Moyſes faciebat &ſacerdos in miſſa.Deinde ingreſſo ſpiritu,capite diſcooperto etiam genibus flexis ponat ſe ad pedes Ieſu xpi.ſ.cogitando cũ quo loquit homo.Deinde preſenta tuã ſupplicationem.ſ.orationem. Idẽ dicẽdum cũ quis orat deũ aut uirginẽ &c.Dic cõtra illos qui orãt,ſe induendo & calciãdo.Ideo Apoſtolus.j.Corin.xiiij.Si orẽ lingua,ſpiritus meus orat,mens autem mea ſine fructu eſt. Qui ſubdit, Quid ergo eſt?Orabo ſpiritu, orabo & mente,pſallam ſpiritu,pſallam& mente.Exẽplum pulchrum,uide de oratione primo li.Apo.xij.ca.de comite Campanie qui diſpoſuit ſe oraturum.

Feria.ij.poſt oculi. Sermo.ij.

IRanſiens per mediũ illorum ibat.Luce.iiij.Sanctum euangeliũ hodiernũ declarat nobis unam pulchrã defenſionem quã fecit xps cõtra unã malam cõcluſionẽ uel reprehẽſionẽ quã fecerũt ſibi Iudei ciuitatis Nazareth.Pro quo ſciẽdum q xps in ſua pueritia fuit nutritus in ciuitate Nazareth quouſq; habuit.xxx.annos,ubi nõ predicauit,nec miracula fecit,ſed uiuebat inter eos multũ deuote,utens ut dicũt doctores literales,arte ſeu officio Ioſeph.Et qa in Nazareth fuit nutrit⁹ & tm moratus,iõ uocaf Ieſus de Nazareth. Mat.xij.Veniẽs.ſ.de Egypto habitauit ĩ ciuitate Nazareth,poſt baptiſmũ quẽ a Ioã.ſuſcepit & quadrageſimã quam ieiunauit,iuit Capharnaũ,ibi ĩcepit predicare,& miracula facere.Mat.iiij.Relicta ciuitate Nazareth,uenit & habitauit in ciuitate Capharnaũ maritima.Exinde incepit predicare.Predicatio eñ xpi & miracula diuulgabuntur per totam terrã, & fama uenit in Nazareth. Propter qđ illi de Nazareth erant indignati contra eũ,quia ibi nõ fecerat miracula illa,deinde xps uenit in ciuitatẽ Nazareth,rectores aũt ciuitatis & etiam alij de ciuitate indignati contra xpm dixerunt ſibi, Quare in alijs ciuitatibus faciebat miracula,& non in ciuitate ſua Nazareth,ubi erant tot infirmi?Chriſtus autem defendit ſe tripliciter,ſcilicet,

Per ueram ſapientiam.

Per certam experientiam.

Per firmam patientiam.

De tertio dicit thema, Trãſiẽs &c.Dico primo q xpo reſpondit excuſans ſe per ueram ſapientiã de malicioſa reprehenſione Iudeorum.De hoc in principio euangelij,Dixerunt Phariſei ad Ieſum,Quanta audiuim⁹ facta in Capharnaum,fac & hic in patria tua.Dic qũo qñ uenit Ieſus in Nazareth intrauit ſynagogã,ubi Phariſei cõgregati dixerũt ſibi,Quanta &c.

Rñdit

Rñdit xps p ueram ſapientiã, ſapiẽter dãs rõnẽ dicens, Amen dico uobis,quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. Que quidem reſpõſio eſt magne ſapientie.Declaratur per regulã philoſophie. Quoniã in omni actione naturali nõ ſolũ requiritur uirtus ſeu potẽtia agentis, ſed etiã requirit diſpoſitio materie.Nã actus actiuorum ſunt in patiente prediſpoſito,ut patet de igne cuius uirtus eſt comburere,ſed nõ niſi in materia diſpoſita,quia nõ cõbureret lapides.Ita ĩ miraculis nõ ſolũ requirit potẽtia ſeu uirtus pſone deuote,ſed etiã requirit diſpoſitio in illo qui debet recipere ſanitatẽ, ut ſit bonus & fidelis,& non malitioſus. Cũ ergo xps haberet infinitã potentiam & uirtutẽ ad faciẽdum miracula,adhuc tñ uolebat diſpoſitionẽ in materia.Et qa illi de ciuitate Nazareth,non erant diſpoſiti,qa non habebãt deuotionem ad Chriſtũ,imo deridebãt eũ dicẽtes,Nõne hic eſt filius Ioſeph,& unde huic hec omnia?Et nõ credebant in eum.Ratio, quia uixerat inter eos,& cognoſcebant eũ a pueritia,& patrẽ ei⁹ putatiuũ,& matrem eius,iõ non erãt diſpoſiti.Vnde licet xps haberet potentiã & uirtutẽ infinitã,tñ nõ ſequebaf effectus ex indiſpoſitione materie,ſed illi de ciuitate Capharnaũ habebãt ad xpm magnã deuotionẽ & reuerentiã & honorẽ dicentes, Propheta magn⁹ ſurrexit in nobis.&,qa deus uiſitauit plebem ſuã.Luc.vij.Et ꝓpter fidẽ eorũ & deuotionẽ xps curabat eos.Et propter hoc quãdo dixerũt ſibi, Quanta,ideſt multa,audiuimus.Rñdit, Amen dico uobis.q.d.alia eſt ratio illorum & alia hic,quia hic non creditis,ſed ibi credunt.Mar.vj. Abijt Ieſus in patriã ſuam,& ſequebantur eũ diſcipuli eius. Et non poterat ibi uirtutem ullam facere,niſi q paucos infirmos impoſitis manibus curauit,& mirabaf propter incredulitatẽ eorũ.Nota nõ poterat.ſ.de poteſtate ordinata,qa requirit diſpoſitio. Patet xpi reſpõſio ad literam.Moraliter ſuperhoc,Quanta audiuimus facta &c. Idẽ poſſumus nos dicere Chriſto,Quãta audiuimus facta &c.in terra Iudeorũ infidelium, fac & hic in patria tua.ſ.in xpianitate.Nota hic ſeptẽ opa principalia que fecit xps in Iudea.Vide in precedẽti ſermone breuiter.Vel dic de miraculis illis,ceci uident,claudi ambulant. Mat.xj.prout habes ſupra in tertio ſermone tertie dñice aduentus dñi,qui incipit Renũciate Ioãni.Dico ſecundo,q xps reſpondit defendẽs ſe p certã experiẽtiã quã dedit de ſacra ſcriptura dicẽs, q multi Prophete fuerũt q in patria ſua nõ fecerũt miracula,ſed in alia di.In ueritate dico uobis,multe uidue erant in diebus Helie in Iſrael qñ clauſum eſt celum annis tribus & menſibus ſex,cũ facta eſſet fames magna in omni terra,& ad nullã illarũ miſſus eſt Helias,niſi in Sarepta Sidonie ad uiduam.Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Heliſeo prophe ta.Et nemo eorũ mundatus eſt niſi Naaman Syrus.Patet ergo quõ xps rñdit p certam experientiã.Vbi tangit duas cauſas ſiue hiſtorias,dicantur breuiter.Prima habetur.iij.Reg.xvij.de ꝓpheta Helia qui erat de Iudea,& deus miſit eũ ad uiduam extrancã,ac ſi de Brabantia deus mitteret aliquem ad Coloniam.Secũda hiſtoria habetur.iiij.Regũ.v.de prophe ta Heliſeo qui ſanauit Naaman extraneũ.Ecce quare dicit xps,In ueritate dico uobis &c.Modo patet reſponſio per certam experientiam &c. Moraliter ſi iſtas duas hiſtorias uolumus cogitare, ſiue literaliter, ſiue moraliter, patet q uiduis,orphanis,infirmis,& pſonis miſerabilibus debem⁹ ſubuenire & eas defendere.Et oppoſitum eſt magnũ peccatũ.Et de⁹ facit ſingularem punitionem de illis qui perſequũntur perſonas miſerabiles in hoc mundo & etiam in alio. Ideo Exo.xxij.Vidue & pupillo non nocebitis.Si leſeritis eos uociferabũtur ad me,& ego audiã clamorem eorum.Maxime in iudicio deus puniet tales.Dauid ps lxvij.Turbabuntur a facie eius patris orphanorum & iudicis uiduarum.Chriſtus eſt pater orphanorum & iudex uiduarum.Secũdo,ſubueniendum eſt in-

firmis leprosis &c. Secūda moralitas iuxta intellectū spūalem. Vidue & leproso subueniendū est. Vidua eñ est aīa quam Christus despōsauit in baptismo qui est in celo, cui anime subueniendū est per orationes, missas &c. Iuxta cōsilium Dauid. ps. cxxxj. Viduam eius benedicēs, scilicet de mane, benedicam. s. de sero. Nā sicut corpori dātur due refectiōes, ita & aīe uidue. Pauperes eius saturabo panibus. Pauperes huius aīe sunt potentie, siue quinq; sensus q̄ sunt saturādi panib⁹ orationū, predicationū, sermonum. Leprosus est corpus per luxuriā & gulā. Sanatur aūt p̄ cōfessionē, prout figuratum fuit in curatione Naaman leprosi, iuxta quod precepit xp̄s decem leprosis di. Ite ostendite uos sacer. &c. Luce. xvij. Hec ostensio fit in confessione sacramētali.

Dico tertio, q̄ Christus respōdit per firmam patientiā. Postquā xp̄s respōderat Iudeis per uerā sapientiā, & per certā experientiā, indignati Iudei surrexerūt cōtra xp̄m, & eiecerūt eū extra ciuitatē, & duxerunt illū usq; ad supercilium montis ut precipitarent eum. Ipse autē transiens per mediū illorū ibat. Patientia est necessaria ubi iam uerba nihil ualēt. Hic ostendit Christus excellentiam corporis glorificati, scilicet subtilitatem transiens per mediū illorū ibat, & nō uidebatur. In quo patet patientia de iniurijs sibi factis, quia noluit se uindicare, sed patienter recessit ab eis. Questio, Cū Christus uenit ad saluandum sibi credētes & obedientes, per mortem, quare noluit mori illa morte? Quia si ipse noluisset, ita bene fuissemus saluati & redempti. Ratio, pro nostra instructiōe noluit mori illa morte, dādo nobis exemplum ne moriamur precipitati. Dicatur quomodo diabolus facit homines ascendere in altum montem superbie per honores & dignitates &c. De quo Dauid loquens diabolo dicit, Propt̄ dolos, scilicet tuos posuisti eis, scilicet in imaginem ascendere, deiecisti eos dum alleuiarētur. ps. lxxij. Dic practice, Si religiosus qui stat simpliciter in suo monasterio seruando regulam, obedientiam, paupertatē, & castitatem, & cerimonias sui ordinis, diabolus nihil potest contra eum, imo per uiam planam uadit ad paradisum. Si diabolus ponit in corde suo q̄ ascendat, alias nihil appreciabitur &c. Et paulatim dimittit cerimonias &c. Ecce quare dicit propter dolos. Idem de simplici sacerdote dicente officium suum deuote, nō curat de concubina, quia non sufficiunt redditus. Si diabolus ponit in corde suo ut ascendat, & seruiat dominis &c. Idem de scholaribus simpliciter uiuētibus cū suis officijs, qui uia recta uadunt ad paradisum. Iō dicit diabolus, Ego faciam eū ascēdere &c. No. de uanitate, quia nullus est contētus ut filius sit sicut pater, sed q̄ ascendat, quia notarius non est contentus q̄ filius suus sit notarius, sed iurista. Idem de iurista qui non uult q̄ filius suus sit iurista, sed q̄ sit miles. Dic contra patres dānatos qui dimittunt filijs &c. deiecisti eos. Idē de mulieribus, que q̄n stāt in domo simpliciter nutriunt filias, & seruiunt & obediunt uiris suis. Sed diabolus ponit in corde ut ascendant & dominentur &c. Ideo Christus sciens modum diaboli noluit mori precipitat⁹, ut daret nobis exemplū cauendi a tali morte. Et si sumus tam alte ut Christus, descendamus, ut ipse, humiliādo nos. Iob. xxx. Eleuasti me, & quasi super uentum ponens elisisti me ualide.

Feria. iij. post Oculi. Sermo unicus.

NOn dico tibi septies, sed usq; septuagies septies. Matth. xviij. Sermo noster erit de sancto euāge. hodierno, & continet multas bonas doctrinas morales ab ore xp̄i platas. Sed primo salutet uirgo Maria. Sanctū euangelium cōtinet in summa quinq; doctrinas morales, saluationi nostre multum necessarias & proficuas.

Prima est de fraternali correctione.
Secunda, de spūali iurisdictione.
Tertia, de exaudibili oratione.
Quarta, de acceptabili conuentione.
Quinta, de amicabili remissione.

De quinta

De quinta loquit̄ thema ad ꝓpositū, Non dico tibi &c. Prima doctrina est fraternalis correctio, quō quilibet tenet̄ & obligatur corrigere proximū sūm, quando uidet ipsum errātem & deficientem uel in puncto errādi, homo tenet̄ ipsum corrigere dulciter & fraternaliter, si credit uel sperat q̄ per suā fraternalem correctionem corrigetur & emendabitur, alias melius esset tacere. Ratio hui⁹ correctionis est, quoniā deus nō est contentus q̄ quilibet procuret sibi soli saluationem, sed etiā proximo suo. Null⁹ dicat, quid ad me de tali? sufficit mihi qđ ego non faciam malū, quoniā deus dedit preceptum de dilectione proximi di. Diliges proximū tuum sicut teipsum, & de⁹ mādauit oībus & unicuiq; de proximo suo. Et sic quilibet curam habere debet conseruādi non solū bonū propriū, sed etiā bonū proximi, & nō solū corp⁹ proprium, sed etiam proximi, & non solum aīam propriam, sed etiam animam ꝓximi, & plusquā corpus proprium. Nullus igitur dicat, Quid ad me? Ideo dicit scriptura sacra, Deus mandauit unicuiq; de proximo suo, scilicet corrigendo. Eccl. xvij. De hac fraternali correctione dixit Christus in principio euangelij, Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrē tuum. Si aūt̄ te nō audierit, adhibe tecū unū uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbū. Quod si non audierit eos, dic ecclesie. Si aūt̄ ecclesiā non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. No. quō sunt quatuor cōditiones gentium, siue gradus de quibus de⁹ dat doctrinā, qualiter sunt corrigendi in suo gradu. Quidam sunt simplices & corrigibiles, quidam sunt elati & presumptuosi, quidam sunt duri & proterui, quidam sunt iniqui & malitiosi. Primi libenter suscipiunt correctionem dicendo correctori, Gratias ago, ego cognosco q̄ me maxime diligitis. Et de istis dat nobis Christus doctrinam correctionis di. Si peccauerit in te &c. i. contra te, uel intra te, qa in exponitur pro contra uel intra. Itē qñ scis q̄ ille fecit hoc peccatū, & credis q̄ ex tua fraterna correctione corrigetur, tūc uade & corripe eum dulciter. s. charitatiue & reuerenter. Hoc modo persona simplex & corrigibilis, optime & gratanter recipit correctionem, & sic lucratus eris animam eius secrete inter te & ipsum solum. Et cōcordat Apostolus di. Fratres si preoccupat⁹ fuerit hō i aliquo delicto uos qui spūales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Gal. vj. Secū di sunt elati & presumptuosi, qui nimis presumunt de se. De quibus dicit xp̄s, q̄ ad tales corrigendos debet homo uenire cū testibus di. Si mihi nō creditis petatis a tali & tali qui sunt bone conscientie. Si autē presumptuosus dicit, Ego intelligo & scio ita bene sicut uos & ipsi, & uult se excusare, tunc adhibe unum testē uel duo, scilicet autoritates noui & ueteris testamenti dicendo, quō potestis excusare uos? Ecce quid dicit scriptura sacra. Et hoc est quod Christus dicit ibi, Si aūt̄ te nō audierit ex sua presumptione, adhibe adhuc unū uel duos &c. usq; oē uerbum. Tertij adhuc sunt proteruiores, & peiores quia sunt duri & proterui, habentes spiritū contradictionis, & statim exponunt autoritates dicentes, Melius intelligo ego quā uos. Talibus est alius modus seruandus. s. allegando determinationē ecclesie uel alicui⁹ sancti doctoris. Et sic intelligitur illud uerbum xp̄i, Dic ecclesie, qa alias peccatum occultum nō posset probare. Ideo dicit, Si non audierit eos dic ecclesie. Allega determinationē ecclesie. Quarta conditio personarū est iniquorū & malitiosorum, qui dicūt malū de determinatione ecclesie, & de doctoribus sanctis, de quibus dicit Christus, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Contra tales dicit beatus Ioā. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam. s. ecclesiasticā, non affert, nolite eū recipere in domo, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue cōicat operibus eius malignis. ij. Io. unico no. de operibus malignis. s. despectiue loquendo di.

quid

quid ad me de determinatione ecclesie, uel Pape, uel doctorū. Ecce opera maligna. Secūda doctrina est spiritualis iurisdictionis, quā habēt prelati ecclesiastici, & presbyteri. ibi, Amē dico uobis, quecūq; alligaueritis sup terrā erūt ligata & in celis, & quecūq; solueritis super terrā erūt soluta & in celis. Nota Amē. i. certe. Et loquebat Christus Apostolis, & discipulis tāquā prelatis, & presbyteris, & in pson ipsorū nobis ecclesiasticis. Hec iurisdictio spiritualis singulariter ostēditur, & seruat in cōfessione sacramētali, in qua cōfessor soluit, & ligat. Soluit autē cū absoluit a uinculis peccatorū peccatorē, qa quot peccata habet aīa, tot uinculis est ligata in illo mēbro p qđ peccauit. Dic quo aīa habet oīa mēbra, ut corpus, sed sunt spiritualia. Et si homo peccat iurādo &c. uel proximū diffamādo, aīa ligat in gutture. Idē de alijs. Autoritas, Iniquitates sue capiūt impiū, & funibus peccatorū suorū quisq; constringit. Prouer. v. Ité funes peccatorū circūplexi sunt me. ps. cxviij. Sed quando peccator cōfitetur cū ꝓposito nō redeūdi ad peccata, & absoluitur a cōfessore, solutus est etiā in celo apud dñm. Deinde ligat penitētiā iniūgēdo. Sicut bonus medicus soluit ligamēta infirmis, & imposita sibi medicina ligat iterū, ita facit peccator q soluit ligamēta peccatorū. Deinde ligat pnīa. Hec chorda penitētie debet esse de tribus filis. sc. ieiunij, orationis, & eleemosyne. dicēdo penitēti, faciatis hoc & hoc. Ista sunt que ligāt, & obligāt ipsum in terra, & in celo corā deo ad faciēdum pnīam iniūctā, alias dāpnabit. Ecce quare dicit, Amē dico uobis quecūq; alligaueritis sup terrā. s. in penitētijs iniūctis, erūt ligata & in celis. Hec spiritualis iurisdictio fuit primo commissa beato Petro Apostolo, qñ dixit sibi xps, Tibi dabo claues regni celorū. Mat. xvj. Deinde cōmisit eam oībus Apostolis di. Amē dico &c. Que est istius ratio? dicēdū, ad ostendendu ꝙ ista potestas ecclesiastica est in Papa fontaliter in facto iurisdictiōis spiritualis. Tātum posse habet Papa quātū habuit beatus Petrus Apostolus, licet nō in miraculis faciēdis. Et a Papa descēdit potestas in alios, sicut sentimēta sunt fōtaliter in capite, & ab ipso descēdūt, & deriuant in alia mēbra. Questio hic, Ex quo deus cōmisit suā ptātē presbyteris, quid ꝓpōnit abstinere a peccatis, uel quia nō uult restituere, uel remittere iniuriā, uel petere ueniā ab offenso, uel nō uult recedere a mala societate, & cōfessor exignorātia, uel uerecundia, uel fauore, ne dns, qa est magnus homo, indignef contra ipsum, absoluit eū? De facto est qstio utrū sit absolutus, uel nō, & uidef ꝙ sic. ex quo xps uniuersaliter dixit, Quecūq; solueritis &c. Aliqui doctores tā theologi quā iuriste expediūt se de respōsione aliquid addēdo, ꝙ hoc intelligitur clauē nō errāte. i. cōfessore. Sed aliter ē respōdēdū, & subtilius seruata uniuersalitate quecūq; solueritis &c. Nota super terrā, quare dicit super terrā, magis quā in terra, uel intra terrā? Solutio propter hoc, quoniā qui soluit ex ignorātia, uerecundia, timore, uel amore, nō soluit sup terrā, quia affectionē terrenā ponit sup se, sed soluit infra terrā. Sed si cōfessor soluit super terrā, uniuersaliter uerū est qđ dicit xps, Quecūq; &c. Quod autē sic intelligatur in sacra scriptura, Autoritas Ecclesiastici. lj. Exaltasti super terrā. i. super terrenas affectiones, habitationem meā. Ideo quādo deꝰ cōmisit Apostolis executionē, & post suā resurrectionē declarans eis suā intētionē, & quid uoluit dicere super terrā, dixit, Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata. Io. xx. Nota accipite spiritū sanctū. q. d. in absoluēdo nō moueamini amore, uel timore terrenali, sed affectione spiritus sancti. Sed multi miseri cōfessores ponūt se infra terrā, quia nō respiciūt nisi amorem carnalē, uel ut habeāt pecunias &c. Hāc ptātem nō cōmisit deus hominibus ante suā incarnationē, imo dicebant Iudei, & bene, Quis potest peccata dimittere nisi solus deus? Mar. ij. Sed ex quo deus fecit se hominē, & assumpsit sororē nostrā. sc. humanitatē in tanta cōiunctione, ꝙ iam nō sunt duo, sed una pson, uoluit exaltare homines committens eis posse diuinū, sc. remittere peccata. Ecce ratio quare sacerdotes habēt tantā potestatē. Patet etiā respōsio ad illos qui dicūt, O benedictū tēpus erat antiquitus, quia non oportebat cōfiteri peccata, imo erat maledictū tēpus, quia deus nō fecerat magistros rationales, quia ipse erat ita terribilis, & durus ꝙ neminē absoluebat, ut haberet gloriā. Tertia doctrina est de exaudibili oratione. s. quē modū debem⁹ tenere in nostris orationibus, ut exaudiamur, ibi, Iterū dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super terrā, de omni re quācunq; petierint fiet illis a patre meo, qui in celis est. Hic dātur multe expositiones, sed accipiā illā que magis facit ad intellectū, & cōcordat cū textu. In dicta autoritate ponūtur tres cōditiones. Prima ibi, Si duo ex uobis cōsenserint. Ista duo sunt cor, & lingua que debēt cōsentire. i. cōcordare in oratione, si debet exaudiri, quia nō est dāda lingua deo, & cor mūdo, de mūdanis cogitando. Quia talibus populis dicit xps, Populus hic labijs me honorat, cor autē eorū lōge est a me. Sine causa. i. sine utilitate colūt me. Mat. xv. ideo Apostolus, Si orem lingua, supple tantū, mens mea sine fructu est. j. Cor. xiiij. Cyprianus, Quomodo deus exaudiet orationē tuā, quā tu nō uis audire? Hec ē causa quare multoties nō exaudimur in nostris orationibus, quia ista duo. s. lingua & cor nō concordāt. Petetis & nō accipietis eo quod male petatis. Iac. iiij. Ideo Augu. Psalmis & hymnis cū oratis deū, hoc uersetur in corde, quod profertur in ore, uel sic. Si duo ex uobis cōsenserint. s. iniuriatus, & iniurias, quia licet de qualibet parte sint alij cōplures, tamē ad istos duos potest totū reduci, & nisi isti duo cōsenserint in bona pace, alias oratio eorū nō exauditur a deo, imo quando orāt, deus claudit sibi aures. Autoritas, Etā. j. Cū extēderitis manus uestras, auertā oculos meos a uobis. Et cū multiplicaueritis orationē, nō exaudiā, manus enim uestre sanguine plene sunt. Nō solū ille qui de facto occidit, sed etiā ille qui corde desiderat mortem inimici habet manus plenas sanguine. j. Io. iij. Omnis qui odit fratrē suū homicida est &c. ideo est necessaria cōcordia inter ipsos, ut oratio exaudiat. Mar. xj. Cū stabitis ad orādū dimittite si quid habetis aduersus aliquē, ut pater uester qui in celis est, dimittat uobis peccata uestra. Quod si nō dimiseritis, neq; pater uester qui in celis est, dimittet uobis peccata uestra. Secūdo dicit super terrā s. ꝙ ista cōcordia fiat super terrā, & non sub terra. Sup terrā petūt illi, qui in suis orationibus petūt remissionē peccatorū, gloriam paradisi &c. tales audiuntur. Quodcūq; petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. s. saluationē. Sub terra petūt illi, qui in suis orationibus petunt diuitias, honores &c. quos deus exaudit quādoq;, & quādoq; non. Tertio dicit, De omni re quancunq; petierint fiet illis. sc. illud quod est melius, & utilius, & non dicit, fiet illis illud quod petūt. Sed dicunt glose, & doctores, quod intelligitur sic, fiet illis, supple si petunt rem iustam, fiet illis supple utiliter, & salubriter. Confidenter pete, quia unum de duobus erit, uel accipies quod petis, uel melius quam petis. Quarta doctrina est, de acceptabili cōuentione. s. quando cōuenimus simul, & congregamur qūo poterimus placere deo di. Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorū. Nota in nomine meo. nomē propriū xpi est Iesus. Luc. ij. Vocatū est nomē eius Iesus, alia nomina oīa sunt cognomina. Quādo congregamur pro salute animarū, uel cōmunitatū in nomine Iesu, quod idē est qđ salus, uel saluator. Primo congregamur in officijs diuinis in nomine Iesu. s. pro saluatione animarū, ubi nō sunt nisi duo. s. ecclesia, & laici, uel uiri, & mulieres, uel tres, scilicet chorus dexter & sinister, & illi qui sunt in medio in pulpito, & Iesus est in medio eorū. Secūdo, & cōgregamur in sermone, ubi nō sunt nisi duo. sc.

popu

populus,& predicator,uel tres.sc. eccle-siastici,laici,& ꝑdicator,& xps est in me-dio. Nota ergo qūo predicator debet di ligēter studere,&populus attēte audire. Nota qūo si quis dormit, uel si respicit mulieres,& econuerso,quid dicunt an-geli qui sunt cū xpo in medio. Tertio cō gregamur nos ecclesiastici ad officiū di-uinū. Et quādo dicitur deꝰ in adiutoriū, subito est xps ibi, & chorus inclinat con tra chorū,sc. Christo in medio existēti re uerentiā exhibēdo,ergo reuerēter incli nari debemus. Sed quādo aliquis stat in cōposite in choro, dicit xps & sancti an-geli. Dñe hic nos labijs honorat,cor autē eius lōge est a nobis. Mat.xv. Nota de beato Martino q semper timebat in cho ro,qui interrogatus quare timeret? Re-spōdit qꝓpter xpi pnām. Vnde si epi scopus, uel Papa essēt in choro,qūo sta ret q liber honeste,& cōposite. Nota con tra dissolutiones q̄ fiunt in choro. Quar to cōgregātur etiā dñi,& rectores ciuita tis,uel ille in nomine Iesū, qñ pro bono & utilitate cōitatis cōueniūt, ibi est xps in medio. Nota si est ibi aliquis rector,si ue cōsiliarius nō recte incedēs, sed respi cit carnē,uel sanguinem,uel munera,& nō deū,angeli xpo poterūt dicere, Dñe occidamus istū proditorē. Sed qñ uidēt ipsum incedentē recta intētione pro uti litate cōmunitatis, cōmēdāt ipsum xpo. Idē quādo cōgregātur pro pace, uel cau sa matrimoniali, ibi est xps in medio, si nō mēdosa ibi dicātur. Veritas tamē quā doq; potest taceri, qa non oīs ueritas est dicēda in omni loco. Et possunt dicere, qñ nō mentiūtur, Tu autem in nobis es dñe, & nomē sanctū tuū inuocatū est su-per nos. Ier.xiiij. Quinta doctrina est de amicabili remissione, scilicet remittēdo iniurias sibi adinuicē. Hoc ostendit ibi, Tūc accedēs ad eū Petrus dixit, Domine quoties peccabit in me frater meus,& di mittā ei usq; septies? Dixit ei Iesus. Non dico tibi usq; septies,sed usq; septuagies septies. Mat.xviij. Oēs glo. ordinarie,& expositores dicūt qꝓ septuagies septies, id est, toties quoties, & sic intelligitur. Nota tamē, qꝓ iste numerus septuagies septies potest exponi tripliciter. s. collec-tiue, diuisiue, & multiplicatiue. Collec-tiue exponēdo septuagies septies. i. se-ptuaginta & septē uicibus. Ratio, qa in sacra scriptura numerus septenarius si-gnificat uniuersalitatē perfectā, & totali tatē. Vnde Thob.xij. legit qꝓ dixit ange-lus Raphael Thob. Ego sum angelus Ra phael unus de septē qui stamꝰ ante deū. Vbi dicit glo. unus de uniuersis, quādo ergo septies cōiungitur cū septuaginta, tūc significat uniuersalitatē. Secūdo ex-ponit diuisiue sic septuagies ex una par-te. s. debes remittere, & septies ex alia. s. debes remittere, unde legit Leui.xxv. qꝓ dñs ordinauit Iudeis iubileū de septē in septē annis, ut permitterēt quiescere ter rā, nec seminarēt, nec colligerēt dicens, Sex annis seres agrū tuū, & sex annis pu tabis uineā tuā, colligesq; fructus eius. Septimo autē anno sabbatū erit terre re quietionis dñi. Itē ordinauit aliud iubi-leum. l. annorum, & in illo remittebatur omne debitū dicens, Sanctificabis annū quinquagesimū, & uocabis remissionē cūctis habitatoribus terre. Leuit.xxv. In quo ostēditur, & innuitur nobis duplex modus remissionis. Primus, ut permitta mus quiescere terrā. i. corpus proximi, ne sibi noceamus, uindictam recipiēdo. Secūdus est remittere omne debitum. i. omne odiū, & irā cordis. Tertio, potest exponi multiplicatiue, tūc septuagies sep-ties. i septuaginta uicibus septē q̄ sunt. cccxc. in quo numero innuuntur nobis septuaginta hebdomade, ut habet Dan. ix. Septuaginta hebdomade significāt qꝓ tot anni transire debebāt a Daniele usq; ad Christū. Et ista expositio tāgit causam remissionis, qa sicut xps uirtute passio-nis sue uenit ad remittendū peccata, sic nos exēplo Christi debemus remittere iniurias. Ephe.iiij. Estote benigni inuicē misericordes,& donantes inuicem sicut deus in Christo donauit uobis. Prima ex positio tāgit numerū remissionis, qa se-ptuagies septies. i. toties quoties. Secun da tangit modū, non tangendo corpus.

Tertia tangit causam, quia nos exemplo Christi debemus remittere, & amore sui, ut postea eleuemur,& post gaudium sempiternum. Amen.

Feria iiij. post Oculi. Sermo unicus.



Vare discipuli tui trās-grediūtur traditiones seniorum? Mat.xv. Sermo erit de sctō euāgelio &c. Sanctū euangeliū cō-tinet tres magnas questiones, que fue-runt per xpm disputate, & determinate.

Prima fuit Phariseorum contra Chri-stum,& ista fuit inuectiua,& malicioſa.

Secunda fuit cōtra Iudeos, & ista fuit instructiua. & uirtuosa.

Tertia fuit discipulorum cum Chri-sto,& ista fuit dubitatiua,& timorosa.

De prima questione quam fecerunt Iu-dei contra Christum, dixit them. Quare discipuli tui &c.

Prima cōclusio fuit Phariseorū cōtra Christū. Pro cuius declaratione, sciendū qꝓ Iudei seruabant antiquitus magnā mū diciā exteriorē lauando sepe manus, fa-ciē, pedes, uestimenta, & totū corpus, & uasa, & in hoc faciebāt magnā uim, ut ex tra essent mūdi. Autoritas, Pharisei, & o-mnes Iudei nisi crebro lauerint manus, nō manducant, tenentes traditiones eis traditas ab antiquis. Mar.vij. Sed intꝰ de mundicia anime nō curabāt, imo anima erat immūda, & plena maculis superbie, auaritie, luxurie, iracūdie, & alijs pecca-tis. Ideo dicit eis, Veh uobis Scribe, & Pharisei, hypocrite, qui mūdatis qꝓ defo-ris est calicis, & paropsidis, & intus estis pleni rapina. Matt.xxiij. Sed Christus o-stendebat oppositū discipulis suis, scili-cet, ut seruarent mundiciā interiorē, ne in intellectu haberēt maculā erroris, nec in uoluntate odiū, nec rancorem, nec in memoria desideriū uindicte, nec in cor-de superbiā, nec malā cogitationē, & qꝓ uitarent peccata. De mūditia autē corpo ris ab extra non multū curabant, nec de ablutione manuum, quādo debebāt co-medere, propter quod Iudei inuectiue dixerūt Christo, Quare discipuli tui trās-grediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cū panem man-ducant. Ecce hic questio inuectiua,& ma licioſa, quasi dicerent, Non est culpa di-scipulorū, sed tua qui es immūdus, ideo male nutris discipulos tuos. Quibus re-spondit Christus, excusando discipulos suos de peccato, sed non de rusticitate, Nō quod intrat in os coinquinat homi-nē, sed quod procedit ex ore. Et dixit eis septē peccata in quibus ipsi erāt culpabi les. Et isto modo prima questio fuit di-sputata seu determinata. Moraliter, In hoc defectu Iudeorū sunt modo multi Christiani qui habent magnā curā,& di-ligentiā de mundicia exteriori, se lauā-di,& purificandi manus, faciē, corpus,& non curant de mūdicia interiori,& spiri tuali, scil. animarū, que sunt immūde,& maculate per usurā, rapinas, & furta &c. que nō possunt mūdari nisi aqua restitu tionis. Quia non dimittitur peccatū nisi restituatur ablatū. Regula theologie, & iuris. Itē camisia corporis lauatur quoli-bet mēse, secus de camisia aīe que est cō sciētia. Aug. O homo bona uis habere,& bonus non uis esse. Quid est quod malū uis habere? nihil omnino, nō uxorē, nō filiū, nō tunicā, puto uere, nec caligā. Ro go prepone animam calige tue. Et nota qūo caliga dissuta suitur. Sic anima mise ra dissuta per odiū, rancorē, suitur cū a-more ꝓximi, filo dilectionis, & acu cha-ritatis. Iuxta illud Apostoli. Collo.iij. Su per oīa charitatem habete, quod est uin-culū perfectionis. Itē caliga plena pulue ribus excutitur. Sic anima plena pulueri bus per auaritiam, excutitur per restitu-tionē, & eleemosynā & largitionē. Item caliga immunda lauatur, sic anima lauan da est in fonte baptismatis. Ideo dicebat Christus, Veh uobis Scribe, & Pharisei hypocrite, qui mūdatis quod deforis est calicis, & paropsidis, intus autē estis ple ni rapina, & immundicia. Pharisee ecce mūda prius quod intus est calicis, & pa-ropsidis, ut fiat & id quod deforis est mū dū. Matt.xxiij. Vtinā hec Christi maledi-ctio non tangat uos. Ideo teneatis con-

silium

filiũ Esaie, qui loquit de mũdicia ſpũali in perſona Dei dicens, Lauamini, mũdi eſtote. Esa. j. Secunda queſtio fuit xpi cõtra Iudeos dicentis, Quare & uos trãſgredimini mandata Dei propter traditionẽ ueſtrã? hec queſtio fuit inſtructiua & uirtuoſa. Pro cuius declaratione ſciendũ q̃ Iudei illi cũ quibus diſputabat, erãt maiores & rectores populi & ſacerdotes. Et erant ita auari q̃ faciebant taliter q̃ tota pecunia populi uenit ad manus eorum. Faciebant ordinationes & leges cõtra precepta Dei taliter q̃ oĩa uota, oblationes, ſacrificia, diuitie, primitie, uenerunt ad manus eorũ. propter hoc dicebant populo, q̃ ſicut Deus uale ret plus q̃ omnia alia, ita etiã q̃d̃ ſibi oferunt eſt melius. Ideo ſi aliquis ueſtrum tenet aliquid de malo iniuſto, offerat illud Deo in templo, & non oportet facere aliã reſtitutionem, quia totũ Dei eſt. Quoniã dñi eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuerſi &c. Ideo offerendo ſibi illud datur dño principali. Quoniã ſi aliquid recipitur a ſeruitore alicuius, dãdo illud dño ſuo excuſat &c. Ecce qualis modus dandi pecunias, qui quidem eſt contra preceptum Dei, q̃d̃ precepit expreſſe reſtitutionem. Itẽ ſi filij habebant parẽtes indigẽtes, ſi offerebant Deo in tẽplo illud q̃d̃ debebãt dare ſubueniendo parẽtibus, excuſabãtur, etiã ſi morerent fame, qa Deus eſt principaliter pater. Ecce leges & ordinationes ipſorũ malas, propter q̃d̃ multi non curabãt reſtituere nec parẽtibus ſuccurrere, & ſic frangebant precepta Dei, propter q̃d̃ dixit eis dicẽs, Quare uos trangredimini mandatũ Dei propter traditionem ueſtrã? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrẽ. Et qui maledixerit patri uel matri, morte moriat. Vos autẽ dicitis. i. ad dicẽdũ alios inducitis, Quicunq; dixerit patri aut matri, O pater, o mater, munus quodcũq; eſt oblatũ in tẽplo ex me. i. ex mea deuotione, tibi proderit ad utilitatẽ, magis q̃ ſi darẽ tibi, qa tunc prodeſſet ſoli corpori. Vel tibi proderit. q. d. non, immo ſacrilegus eſſes ſi acciperes q̃d̃ Deo deuoui, ut uidet intelligere Hiero. Et ſic nõ honorificabit patrẽ aut matrẽ, & irritum feciſtis mãdatũ Dei propter traditionẽ ueſtrã. Hypocrite bene prophetauit de uobis Eſa. dicens, Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorũ lõge eſt a me. Sine cauſa colũt me docentes doctrinas & mandata hominũ. Et dixit, Audite & intelligite, Nõ q̃d̃ in os intrat coinquinat hoĩem, ſed q̃d̃ ꝓcedit ex ore hoc coĩquinat hoĩem. Ecce hic queſtio correctiua & uirtuoſa. Illi autẽ non poterãt rñdere. Moraliter habemus hic duas inſtructiones. Prima tãgit aliquos eccleſiaſticos q uolunt oĩa habere ut illi peſsimi Iudei, ſiue per capellanias, ſiue per anniuerſaria, ſiue miſſas &c. querẽtes & tenentes uarios modos ut habeãt pecunias a gentibus, dicẽtes, Date hic eleemoſynas ex quibus remittuntur uobis quadrageſime fracte, & uota, & percuſsiones parentũ, & huiuſmodi, quia papa nõ poſſet abſoluere ſine cõtritione. Quibus põt dici, Quare uos trãſgredimini &c. Secũda inſtructio quã tãgit Deus, eſt queſtio quare xps dimiſsis alijs peccatis in quib⁹ erãt nimis culpabiles Iudei, cũ qbus diſputabat, ſingulariter ipſos reprehendit de peccato cõtra honorẽ parentũ? Reſpõſio, q̃ hoc fecit xps ad exẽplum noſtrũ ad oſtendẽdum quantam uim facit Deus cõtra hos, quia & ſi nõ eſſet preceptũ diuinũ de honore parẽtũ, tñ natura docet q̃ tenemur honorare parẽtes, & eis ſubuenire. unde cogita quot mala ſuſtinuit mater te portando in utero, pariendo, nutriendo, maſticando, mundando &c. Ideo dicit ſcriptura ſancta, Honora patrẽ tuum, & gemitus matris tue ne obliuiſcaris. Memẽto q̃n niſi per illos natus nõ fuiſſes, & retribue illis quomodo & illi tibi. Eccl. vij. Nota hic de Romanis gẽtilibus quomodo antiquitus adorabãt diuerſas imagines, tã hoĩm q̃ iumentorũ, ſed nõ adorabant imagines auium niſi ſolũ de Cyconia, & hoc propter honorẽ quẽ faciunt parẽtibus, quia prouidẽt eis in ſenectute, propter hoc dixerunt Romani, q̃ aliquid

quid haberent diuinitatis, & ideo adorabant imaginẽ cyconie. Nota hic q̃ legit in factis notabilibus Romanorũ, de illa muliere ad mortẽ ſententiata, ut in captione moreretur fame. Ad quã ueniebat filia dãdo ſibi lac &c. Hoc narrat Valerius maxim⁹. Ideo de honore parẽtũ habemus. Ephe. vj. Filij obedite parẽti bus ueſtris in dño. Nota in dño. nõ dicit cõtra dñm. Hoc iuſſum eſt per Moyſen. Honora p̃em tuũ & matrẽ tuã ut bene tibi ſit, ſcilicet in diuitijs tpalibus, & ſis longeuus ſup terrã. ſ. in bona & lõga uita. Exo. xx. Tertia q̃ſtio fuit apoſtolorũ cũ xpo, q̃ fuit q̃ſtio dubitatiua & timorosa dicẽtium, Scis qa Phariſei audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt. Pro cuius declaratione ſciẽdũ q̃ uidẽs xps q̃ phariſei ex ſuis uerbis nõ fuerũt correcti nec emendati, dixit eis, Hypocrite ab hypos quod eſt ſub, & criſis q̃d̃ eſt aurũ. i. ſuper deaurati, bene ꝓphetauit de uobis Eſa. dicẽs, Populus hic labijs me honorat &c. quia ore Deũ laudabãt, ſed ope cõtra Deum faciebãt. Ideo xps, Sine cã colũt me. i. ſine utilitate. Poſtq̃ autẽ uocauit eos hypocritas, indignati ſunt cõtra xp̃m minãdo ſibi mortẽ. propter q̃d̃ Apli dixerũt xp̃o cum timore, Scis quia Iudei audito hoc uerbo &c. Quibus rñdit xps, Omnis plãtatio quã nõ plãtauit pater meus celeſtis eradicabit. Sinite illos, ceci ſunt & duces cecorũ. Cecus autẽ ſi ceco ducatũ preſtet, ambo in foueã cadũt. Tũc dixit Petrus, Ediſſere nobis parabolã iſtã. At ille, Nõ intelligitis, quia omne q̃d̃ intrat in os in uẽtrẽ uadit, & in ſeceſſum emittitur? Que autẽ ꝓcedũt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde exeũt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemie, & hec ſunt que coinquinãt hoĩem. Nõ lotis autem manibus mãducare, non coinquinat hominẽ. No. oĩs plãtatio. antiquitus ſynagoga dicebatur uinea dñi. Eſa. v. ſiue hortus dñi, ſicut modo eccleſia. Prelati erãt arbores magne, populus uero plãte. Tẽpore autẽ xpi, prelati erãt plãtati in ſynagoga, & nõ a Deo, ut Aarõ, ſed a ſymonia, uel a genere, & non p electionẽ, uel ſpecialẽ ꝓuiſionẽ, ſed p intruſionẽ & p ingreſsionẽ ſuã. Ideo dixit xps, Omnis plãtatio &c. eradicabitur &c. eradicitus flatu uenti. ſuerbi xpi dicentis in die iudicij, Diſcedite a me maledicti &c. Mat. xxv. Ideo nõ timeatis eos, ſinite illos, ſi ſcandalizant nõ curetis. Quilibet ergo reſpiciat, qũo eſt plantatus in regimine, utrũ per canonicã electionẽ uel ſpecialẽ ꝓuiſionẽ, qa quib⁹ Papa miſit bullas nobis penitus ignorãtib⁹, tales nõ eradicabunt in die iudicij, quia pater celeſtis plãtauit eos, & in morte tranſplantabit eos in paradiſo. Hiere. xvij. & erit quaſi lignũ quod tranſplantatur ſuper aquas, q̃d̃ ad humorẽ mittit radices ſuas, & nõ timebit cũ uenerit eſtus. Sed de illis q ſunt plantati per ſymoniã, ſiue ratione generis, ſiue precibus armati, dixit xps, Oĩs plantatio quam nõ plantauit pater meus &c. Idẽ eſt dicendũ de dñis tẽporalibus & rectoribus cõitatũ, uillarũ, ciuitatũ &c. ideo quilibet reſpiciat a quo eſt plãtatus, qa oĩs plantatio &c. Et concordat ſcriptura ſacra. Sap. iiij. Adulterine plãtationes nõ dabũt radices altas, & a uẽto cõmouebunt. Adulterina plantatio eſt q̃n uxor dat filium alterius uiro ſuo. Ita ſancta mater eccl̃ia q̃ habet xp̃m in ſponſum, facit p preces & ſymoniam prelatos, q dicunt adulterine plantationes que eradicabuntur finaliter. Nota ceci ſunt &c. Quare uocat eos cecos? Rñdetur, q̃ nõ ex ignorantia literarũ, quia apti erant & ſpeculatiui, ſed uocat eos cecos propter maliciã quã habebãt practice cognoſcẽdo peccata aliorũ & non ſua. Sap. ij. Excecauit em illos malicia eorũ. Nota q̃ſtionẽ ſuper hoc. Si cecus cecũ ducat, eſt hic queſtio, Si ego cõfiteor alicui ceco ignoranti, qui neſcit diſcernere inter lepram & nõ lepram, uel non habet poteſtatẽ abſoluendi, nunquid ex hoc ego ero in periculo cadendi in foueam inferni? Rñſio, q̃ confiteri ignorãti poteſt contingere dupliciter. Vel ſciẽter uel ignorãter. Si homo cõfitetur cõ-

 feſſori

fessori ignorāti ignoranter, quia homo presumit q̄ est aptus, quia est magister in theologia, uel lector, uel prelatus, uel presidens ip̄m habilitat, & forte est ignorās. Dico q̄ in tali casu ipse est excusatus. Sed ipse solus dānabit, quia nō debebat assumere gradum sine scientia. Osee. iiij. Quia tu scientiā repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Nota q̄ tu scīam repulisti, non dicit q̄ scīam nō habuisti, sed q̄ scīam repulisti, q̄ multi sunt ignorantes, sed petunt consiliū, isti non repellūt scīam. Sed illi q̄ sunt ignorantes & non petunt cōsiliū, tales repellūt scīam & damnant. Sed q̄ homo eligit scienter cōfessorē ignorantē, bestiam & cecū, sicut usurarij qui dicūt intra se, Si cōfiteor tali, nimis stricte se haberet. ideo uadam ad talē. Si ergo electiue cecus cecū ducit, ambo cadūt in foueā inferni. No. hic de illo capitaneo armorū infirmo, cui scutifer adduxit bonū cōfessorē. Qui confitebatur solū de uenialib⁹ & de una nuce balistę quā inuenit semel &c. sed frater qui sciebat suam malitiā & malā uitā dixit sibi, Audiui q̄ semel cōbusisti talem uillā, tunc emisit illū cōfessorē, & fecit uocari aliū confessorē simplicē & ignorantē, scilicet de illis cōmunibus quibus oēs uolūt cōfiteri, & inuitauit ad prandiū, & cōfessor ille excusauit peccata illius infirmi. De talibus intelligitur, Si cecus cecum ducat. Vtinā inter uos non sint aliqui qui scienter eligunt confessorē ignorantem, ut sunt usurarij, concubinarij &c. Eligatis bonos & prudentes confessores, quia melius est hic purgare peccata q̄ in inferno, ubi nulla est redemptio &c.

Feria.v. post dn̄icam Oculi. Ser. j.



Rat predicans in synagogis Galilee. Luc. iiij. Sermo noster erit de sancto euangelio &c. Sanctū euangelium hodiernum declarat nobis de dn̄o Iesu xp̄o quatuor magnas & altas excellentias.

Prima est diuina potentia.

Secunda, humana clementia.

Tertia, perfecta sanctitas.

Quarta, extensa charitas.

De quarta, scilicet extensa charitate xp̄i, quia exibat predicādo nō solum in magnis uillis, sed etiā in paruis synagogis. de hoc loquitur thema di. Erat predicās in synagogis Galilee. Prima excellentia xp̄i quam nobis declarat sanctum euangeliū, est diuina potentia, que est facere de creaturis ut sibi placet. Iuxta suum imperiū statim fit, ut ipse precepit. Quoniam si Deus diceret monti, transi hinc, statim esset factum &c. Secus de nobis, quia si uolumus aliquid facere oportet nos laborare, & in tēpore, & cū instrumentis necessarijs, & cū auxilio operari, sed Deus dixit & facta sunt. ps. xxxij. nec indiget instrumentis nec auxilio alicuius, imo quicquid facit per creaturas, p̄ōt p̄ seipsum facere immediate. Hec diuina potentia ostendit in principio euāgelij, ubi legitur q̄ xp̄s imperādo curauit mulierē a febribus. Surgēs Iesus de synagoga intrauit in domū Symonis. Socrus autem Symonis tenebatur magnis febribus, & rogauerūt illū pro ea. Et stās sup illam imperauit febri, & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. In quo ostendit potētia in xp̄o faciens de creaturis. s. de infirmitate & sanitate sicut uult solo imperio uoluntatis. Nota hic duo secreta moralia. Primū cogitando cōditionē infirmitatis, ibi, tenebatur magnis febribus. Secundum, cogitando modū curationis, ibi, imperauit febri. Pro primo not. q̄ hec febris ut dicit glosa moralis, signat peccatū mortale. Rō, quia peccatū mortale habet cōditiones febris. Ratio, q̄n sicut morbus siue infirmitas febris premittit initium. s. frigus anteq̄ ueniat, ita peccatū mortale p̄mittit initium. s. frigus negligentie bonorū operū. Item aufert appetitum comedendi, & deordinat gustū corporis. Hoc idē facit peccatū mortale. Quandiu persona est diligens in bonis operibus iuxta suum statū & cōditionē, Deus p̄seruat ipsam a febre p̄cti mortalis, sed statim q̄n persona dimittit diligentiā & deuotionem,

nem, quia iam non dicit horas distincte, nec facit orationem ut consueuit, sed sic paulatim infrigidatur, statim sequit pec catū mortale. Quod potest practice declarari tā in religiosis q̄ in clericis q̄ etiā laicis. Quādiu eñ religiosus seruat cum diligētia regulā & cerimonias in cibo, potu &c. Deus conseruat ipsum a febre peccati mortalis &c. Sed q̄n miser religiosus modo dimittit unā cerimoniam, modo aliā, dicendo, Vere sufficit mihi seruare uota essentialia, & precepta, q̄a cerimonie nō obligant ad peccatū, ergo nō tenebo, statim cadet in peccatū, quia q̄uis nō obligāt, tñ preseruant a peccato cerimonie, & qui ipsas negligit statim in peccatū cadit. Quoniam si religiosus nō sit cerimoniosior, erit criminosior, uitiosior, luxuriosior &c. Idem de p̄bro q̄n dicit officiū suū cū diligentia, surgit de nocte ad matutinas, dicit missam cū deuotione, & nō pro pecunia &c. Deus custodit ipsum a febre peccati mortalis, sed q̄n incipit infrigidari p negligētiam & indeuotionē, statim sequit febris peccati mortalis. Idē de laicis, q̄diu sunt diligētes in aliquo bono modo uiuēdi recepto. s. orandi, cōfitēdi, communicādi, Deus cōseruat ipsos a febre peccati, sed postq̄ incipiūt frigescere per negligentiā, dicēdo, nunq̄ oportet facere tāta &c. statim sequit febris peccati mortalis. Auctoritas, Ad nimiū calorē transiet ab aq̄s niuiū & usq; ad inferos peccatū illius. Iob. xxiiij. Nota ab aquis niuiū. i. a negligētijs bonorū operū trāsiet, supple peccator ad calorē niuiū. s. peccati mortalis q̄ urit corpus & aīam. Item alia auctoritas, Vnusquisq; tentat a sua cōcupiscētia abstractus. i. separatus. s. a spūalibus & bonis operibus, & illectus. i. impulsus. scilicet ad tpalia. Iac. j. Ergo custodite uos a frigore negligentie & indeuotionis, & cōtinuate bonā uitā inceptā. Quantū ad secundū cogitādo modū curationis. Primo rogauerunt illū pro ea. Secūdo stetit. Tertio imperauit febri. Hunc modū tenet Deus sanando aīas nostras a febribus peccatorū mortaliū per predicationem, in qua fit primo rogatio siue oratio, primo dicēdo, Aue Maria. secundo stat predicator altius, quia tenet locum xp̄i, q̄a nō debet sedere, tertio imperat, q̄a loquit in p̄sona xp̄i. Mat. x. Nō enim uos estis qui loquimini, sed spūs patris uestri qui loquitur in uobis. Ideo habēt autoritatem imperādi, ut gētes dimittāt peccata & cōfiteant &c. Et quādo peccator qui audit sermonē, recipit bonū propositū cauendi a peccatis, tunc infirmus curatur a febre peccati. Vnus a febre superbie, alius a febre auaritie, alius a febre luxurie &c. Autoritas, Incēsa igni & suffossa, ab increpatione uultus tui peribunt. p̄s. lxxix. Pro cuius intellectu sciendū q̄ oīa peccata mortalia sunt septem, q̄ cōmittunt dupliciter, uel ex cōcupiscētia mali, uel ex negligentia boni. Et primo ueniunt septē peccata mortalia quasi incensa igni. s. ex cōcupiscētia ignita. De qua dicit scriptura, Ignis est usq; ad consummationē deuorans. Iob. xxxj. unde superbia, auaritia, luxuria, gula, ira, nō sunt nisi ignis inflāmatio. Alia duo peccata. s. inuidia & acidia dicūtur suffossa i. suffosse, q̄a ueniūt ex negligentia. Qui quātē uult diruere aliquā domū subtus, caueat primo ipsum fundamentum. Sic fundamenta xp̄iani sunt lapides bonorum operum uniti & solidati bitumine charitatis, siue dilectionis, sed peccatum inuidie suffodit & expellit bitumen charitatis, & peccatum acidie diruit lapides bonorum operum. Ecce quare dicit incēsa igni & suffossa. Remedium est ab increpatione uultus tui. s. predicationis peribunt, supple peccata, & sequitur sanitas. Predicatio dicitur uultus Dei. Ratio, quoniā sicut in facie cognoscit persona, ita Deus cognoscitur a nobis in predicatione, quo est unus Deus in essentia, & trinus in p̄sonis. Dauid. p̄s. xxvj. Faciem tuā dn̄e requirā. s. predicationē. Secūda uirtus xp̄i quā declarat nōbis euāgeliū, est humana clementia. Pro cuius intellectu sciendū q̄ Christus erat uerus Deus, & uerus homo. Ideo non semper faciebat opera diuina, ne diceretur solum

deus, nec faciebat semper opera humana, ne diceret solũ homo. Sed aliquãdo simul faciebat opera soli deo propria, ut curare infirmos, etiã aliqua hũanitatis, ut infirmos curare manibus tangendo, ut medicus. Ideo dicit secũda pars euangelij, Cũ sol occidisset, oẽs qui habebãt infirmos uarijs languoribus ducebãt illos ad eum. At ille singulis manus impo nens curabat eos. Nota hic duo secreta. Primũ cogitando modũ curationis istorum infirmorũ diuersum. primo dicit, Omnes qui habebãt infirmos. Et quilibet infirmus dicebat suã infirmitatem. Et xps singulis manus imponẽs, qui solo uerbo poterat simul oẽs sanare, tamẽ singulis manꝰ imponebat dicẽdo, secundum fidẽ, & deuotionẽ tuam fiat tibi. In hoc ostẽdit xps curationẽ nostrã quã ipse facit de peccatis in sacramẽtali cõfessione, ad quã oportet uenire unꝰ post alĩũ, qa si oẽs simul cõfiterent nõ ualeret cõfessio talis. Sed quilibet homo debet dicere suã infirmitatẽ, ideſt, suũ peccatũ quãtũ scit & põt. Nota cõtra illos qui dicũt cõfessori, interrogate me, quia non recordor de aliquo peccato, sed si cõfessor esset auisatꝰ dicẽdo, Quid mihi dicitis de tali uicina uestra? Rẽspõderet sibi nõ solũ peccata mortalia, sed etiã uenialia, & de suis dicit qꝫ nõ recordat. Oportet ergo qꝫ uosmet dicatis peccata prout scitis, & poteritis recordari peccata preterita cogitãdo membra per que homo põt peccare, ſ. per cor, os, manus, oculos aures &c. licet cõfessor sciat, tñ oportet dicere cõfitentẽ personaliter totũ, quia xps iam sciebat infirmitates illorũ, tamẽ ipse uolebat qꝫ ipsimet dicerẽt. Sic cõfiteri nihil aliud est q̃ dicere suã infirmitatem, scilicet dicẽdo, Ego sum superbus, ideſt, uẽtus superbie intrauit ãiam meã. Ideo pater curetis me. Idẽ de alijs peccatis. Tũc cõfessor imponẽs manũ suam, quod est de bene esse, & nõ de necessitate absolutionis, dicit in effectu secundũ tuã fidẽ, & deuotionem sis absolutus de peccatis tuis. Ideo dicit xps cõfessoribꝰ, In nomine meo super egros manus imponent, & bene habebũt. Marci ult. Nota in nomine meo, quia autoritate Christi possunt absoluere, & nõ aliter. Nota quod triplex est gradus penitẽtie, cõtra aliquos cõfessores dicẽtes quod penitẽtie sunt arbitrarie. Quedam sunt ex lege dei mandãte, quedã sunt per ecclesiã ordinate, quedã sunt per cõfessorẽ imposite. Penitẽtie ex lege dei mãdate sunt, ut qui fecit furtũ qꝫ restituat. Ista penitẽtia non est arbitraria, sed de lege dei redde quod debes, nec confessor siue papa põt dispensare. Itẽ si iniuriasti aliquẽ, oportet petere ueniã, quia de lege dei est. Se cũdo, quedam penitẽtie sunt ab ecclesia ordinate. Dicunt aliqui iuriste, & etiam theologi, qꝫ pro quolibet peccato mortali debetur septẽ annis de penitẽtia, alias cõplebit in purgatorio. Sed per penitentiã, & indulgẽtias resecantur. Sed qualitas penitẽdi est arbitraria. Secunda moralitas, cogitãdo tps in quo xps curabat infirmos, ibi, Cũ sol occidisset. In sacra scriptura xps dicitur sol. Ideo dicit ecclesia uirgini Marie. Felix nãq; es sacra uirgo Maria &c. Occasus solis iustitie fuit in cruce in die passionis, qa tunc terra fuit interposita inter ipsum & nos, quãdo anima eius fuit in inferno, & corpus in sepulchro. Cũ ergo sol occidisset, quia est cõclusio omniũ doctorum qꝫ sacramẽtũ penitẽtie sicut cetera, habet uirtutẽ a passiõe xpi. Iõ qñ absoluit peccator debet cogitare qꝫ oĩa uulnera Christi sunt aperta, & sanguis effundit super eũ. Ideo Apostolus Hebr. ix. Sanguis xpi emũdauit cõscientiã nostrã ab operibus mortuis ad seruiẽdum deo uiuẽti. Gen. xxviij. Post solis occubitũ uidit Iacob in somnis scalã, cacumẽ tangebat celũ, pes terrã, angeli ascẽdebãt, & descẽdebãt, & dñm uidit ibi innixũ scale. Hec scala est penitẽtia que tot habet gradꝰ quot sunt opera penitentialia. Hec scala ante occubitũ solis iustitie stabat sub terra, qa habebat pedẽ in inferno, & caput hic in terra per quã descendebãt ad infernũ oẽs qui faciebãt penitẽtiã. Ideo Dauid, Quis est homo qui uiuet, & nõ uidebit mortem,

tem, eruet ãimã suã de manu inferi &c. Psal. lxxxviij. Sed post solis occubitũ, scilicet die ascensionis xps erexit hãc scalã super terrã tenens pedẽ, & caput in celum, & in ascẽsione ascẽdit per ipsam ipse xps cũ suis patribus. Ideo illi qui modo faciũt penitẽtiã, ascendũt in celũ per ipsam. Ideo xps, Penitẽtiam agite appropinquabit enim regnũ celorũ. Matt. iiij. Et dicit qꝫ angeli ascẽdebãt, & descendebant per eã, ad innuẽdũ, qꝫ penitẽtes cõtemplatiui ascendũt ad deũ cõtemplando deũ, & orãdo. Actiui aũt ascẽdũt per opera misericordie ad deũ, & descẽdũt ad subueniendũ proximo per opera misericordie. Et dñs qui stat in capite scale inuitat eos dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos &c. Matt. xj. Ecce quare dicit, Cũ sol occidisset, quoniã ante nullꝰ potuit intrare celũ per penitẽtiam. Tertia uirtus quã ostẽdit sanctũ euãgelium de xpo, est perfecta sanctitas, que cõsistit in uitãdo, & extirpãdo opera diaboli. Quãto enim persona est sanctior, & perfectior, tãto magis sibi displicẽt opera diaboli, & uitat illa. De ista uirtute dicit Euangeliũ, Exibant autem a multis demonia, clamãtia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans nõ sinebat ea loqui, qa sciebant ipsum esse xpm. Ecce hic pfecta sanctitas. Est hic questio, Quare nõ sinebat ea loqui, cũ dicerẽt ueritatẽ? qa forte Iudei credidissent ipsum esse xpm, & saluatorẽ mũdi testimonio demonũ. Respondet triplici rõne. Prima ratio, ne ueris falsa miscerent. Secunda ratio, ne uideretut uelle ab ipsis testimoniũ. quare? quia Pharisei iam dicebãt ipsum in Beelzebub eijcere demonia. Tertia, dando nobis exẽplũ, ne queramus ab eis auxilium in aliquo. Nota hic duas alias rõsiones. Rẽspõsio prima literalis, quare non sinebat ea loqui, quia cõditio est demonis nõ dicere ueritatem, nisi dupliciter, uel coactus per aliquã sanctã personam, uel ut decipiat. Dicit primo aliquã ueritatẽ quã protestat, ut leuius credat, post mẽdacio uel diffamatione complet. Nota hic de corona regis Frãcie, de qua diabolus diffamauit militem mẽdose, quasi ipse destructurus esset regnũ eiꝰ. Ideo de diabolo dicitur. Ioan. viij. In ueritate non stetit. Glo. Aug. Bene fuit in ueritate, quia bonus & sanctus a deo creatus, sed nõ stetit. Quãdo autẽ demones dixerũt xpo, Tu es filius dei &c. xps nõ sinebat ea loqui amplius, ne forte diceret aliquod mendaciũ, quia forte dixissent, Tu es filius dei, sed nõ potes mutare legem Moysi uel similia. ergo nõ sinebat ea loqui. Secunda rẽspõsio est moralis, ut Christus daret nobis exemplum, quia pro nullo bono quãtũcũq; magno, debemus querere consiliũ demonum, nec pro sanitate, nec pro filijs habendis, nec pro re pdita est recurrere ad ipsos. Ideo Christus nõ sinebat ea loqui, & pro tãto bono. ſ. pro conuersione Iudeorũ. Nota hic qũo demones nesciunt oĩa, ut patet de nouẽ electoribus regis existentibus in castro, qũo diabolus nunq̃ potuit scire, quid ibi tractarẽt, licet a multis inuocaretur. Nota quomodo in ueteri lege puniebãtur recurrẽtes ad demones. Leuit. xx. Anima q̃ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponam faciẽ meã contra eã, & interficiam illã de medio populi mei. Nota fornicata fuerit, quoniã sicut mulier que dimisso uiro adheret ribaldo, fornicatur, & est adultera, ita xpianus qui dimisso xpo recurrit ad diuinos. Itẽ nota qũo punieba tur etiã diuinus. Leuit. xx. Vir siue mulier in quibus phytonicus siue diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, sanguis eorũ sit super illos. Quarta uirtus est extensa charitas, de qua dicit thema, Erat predicãs in synagogis Galilee. De hac uirtute dicit euangeliũ, Facta autem die egressus ibat in desertũ locũ, & turbe requirebant eũ, & ueniebant usq; ad ipsum, & detinebãt illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ dei, qtia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis Galilee. Moraliter habent hic doctrinã

predicatores uerbi dei in hoc quod dicit xps, alijs ciuitatibus oportet me euangelizare. Dicit decreta. extra de her. Cũ ex iniuncto. q̃ tantũ est officiũ predicatoris q̃ filius dei nõ uerecũdaretur dicere q̃ ad hoc erat missus. Iam dicta decretalis uocat officiũ predicatiõis precipuũ officium in ecclesia dei. Ideo amore dei uadatis ad predicãdũ diligẽter. Sed modo uidẽ iam cõpletũ illud quod plãgendo dicebat Hieremias Threno. iiij. Paruuli petierũt panẽ, & nõ erat qui frãgeret eis. Panis animarũ est uerbũ dei. Mat the. iiij. Nõ in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod ꝓcedit de ore dei. pauperes Christi petũt panes, & non est qui det eis, non faciebãt sic antiqui sancti, imo legitur de beato Augu. q̃ uerbũ dei predicauit usq; ad suã egritudinem. Nota etiã de Beda ceco ex antiquitate, qui tamẽ ex feruore uolebat predicare, & semel deceptꝰ a ductore suo puero p̃dicauit lapidibus &c. Sed modo dicunt magistri in theologia, uolo quiescere, & male faciũt, qa uiatores nõ debẽt quiescere quousq; sunt in termino. Ideo isti qui mõ quiescũt, laborabunt in inferno. Ideo predicatoribꝰ dicit, Eũtes in mũdũ uniuersum, predicate euãgeliũ. Mar. xvj.

Feria v. Post oculi. Sermo ij.

Socrus Symonis tenebatur magnis febribꝰ. Luc. iiij. In isto sermone uolo declarare oẽs spirituales infirmitates anime peccatorũ. Et dabo medicinas curatiuas, secũdum regulas medicine illius magni Hippocratis. f. xpi. Materia erit utilis, & proficuosa. Sed ut sit deo acceptabilis, & gratiosa, salutetur uirgo gloriosa. Socrꝰ Symonis tenebatur &c. Hoc uerbũ ad literam habetur de quodã miraculo quod fecit xps, secundũ quod recitat beatꝰ Lucas in euangelio hodierno. Dic breuiter historiã euãgelij. Questio literalis quare xps uoluit curare illã mulierẽ imperando, cũ dicit scriptura, q̃ stãs super illã imperauit febri &c. alios enim curauit tangẽdo, quia singulis manus imponẽs curauit illos. Respondetur, q̃ per imperiũ curando ostendit nobis suã diuinitatem. Et per tactũ sanãdo ostẽdit suã ueram humanitatẽ. Secũda questio, quare non sinebat loqui demonia cũ tamẽ dicerẽt ueritatẽ? Respõsio q̃ propter nostrũ exẽplum, ne pro quocũq; bono queramus auxiliũ demonũ, etiã pro restauratione totius mũdi. De infirmitate dicit thema, Socrus autem Symonis &c. patet thema literaliter. Modo iuxta intellectũ allegoricũ, seu moralẽ uidẽda sunt tria, scilicet,

Quid sit socrus Symonis.

Secundo quis est iste Symon.

Tertio que febres sunt iste.

Quantũ ad primũ sciendũ q̃ socrus significat carnẽ aut corpus. Ratio, quia sicut socrus, & nurus male cõiter conueniũt, sed bene discordãt. Sic inter carnẽ, & animã est cõtinua discordia, qa semp unũ opponitur alteri, & semper rixãtur, quia si anima uellet ieiunare, & abstinere, caro uellet comedere, anima uellet orare, caro dormire, & sic de alijs. Ideo Apostolus, Caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Hec enim sibijnuicẽ aduersantur. Gal. v. Quãtũ ad secũdũ, Symon significat spiritũ. Symon autẽ interpretat obediẽs. Sic spiritus rationalis inquãtũ est ad imaginẽ dei, deo obediẽs est, quia secũdũ suam naturã, & conditionẽ spiritualẽ semper uellet cõplacere suo creatori. Vnde Apostolus, Cõdelector legi dei secundũ interiorẽ hominẽ, ideſt, spiritũ. Roma. vij. Sed aliquãdo est inobediẽs deo, & hoc est propter carnẽ. Ideo Apostolus, Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantem legi metis mee, & captiuantẽ me in lege peccati, que est in mẽbris meis. Ibidẽ. Quãtum ad tertiũ, febris in sacra scriptura significat peccatũ mortale. Ratio, qa peccatum mortale habet cõditiones febris. Quoniã sicut febris aufert appetitũ comedendi, & deordinat gustũ corporis, quia cibus dulcis uidẽt amarus, & econuerso, & infirmus appetit cõtraria, & no ciua. Hoc idem facit peccatum mortale. Quãdiu enim persona est sana, que. s. est in grat

in gratia dei, & in bona uita, sentit magnum saporẽ, & dulcedinẽ in cibis aĩe, que sunt oratiões, lectiones, cõtẽplationes, misse, sermones, & hmõi quibꝰ aĩa uiuit, & impinguat. Auto. Nõ in solo pane uiuit homo &c. Mat. iiij. Sed q̃n uenit febris peccati mortalis, seu per consensum, siue per opus factũ est, statim pdit gustũ, nec sentit saporẽ, nec dulcedinem. imo si uult orare statim attediat, & sic de alijs. Aug. Impius nõ sentit dulcedinẽ dei, quia de febre iniquitatis palatum cordis amisit. Cũ ergo dicit thema, Socrus Symonis, ideſt, caro a qua sunt peccata initiatiue, sed sunt in anima subiectiue, tenebat magnꝰ febribus. No. magnis, nõ loquit de peccatis uenialibꝰ sed de mortalibus, nec de febre in singulari sed de febribus in plurali. Dicũt autores medicine q̃ septẽ sunt species febrium corporis. f. cõtinua, quotidiana, tertiana, quartana, ephemera, erratica, & ethica. Sic spiritualiter sunt septẽ febres aĩe significate per has septẽ febres corporis. Ꝓpter quod dicit thema, Socrus Symonis &c. prima dicit cõtinua, qa continue affligit tã de die q̃ de nocte. Hec significat febrẽ cõtinuã aĩe, q̃ est peccatũ auaritie, qa cõtinue affligit auarũ, intãtum q̃ nõ sentit ciborũ dulcedinẽ nec saporẽ, imo q̃n auarꝰ est in mẽsa, & uidet uxorẽ, filias & familiã, bene comedere, dicit intra se. O miser iã destructꝰ sum. ecce iã uxor mea comedit unũ panẽ. Idẽ de alijs. Et sic allegat ꝓ oppositũ liberalis, & gaudet & letat. O comedamus, & bibamus, qa dñs prouidebit nobis. Itẽ auarꝰ q̃n est in ecclesia, ubi orare deberet, & cogitare de alio mundo, tũc ipse cogitat de ferijs, & foro &c. Itẽ de nocte q̃n est in lecto, & deberet dormire, & qescere, semp somniat latrones, si sentit mures, dicit q̃ sunt latrones. Si uidet filiũ curre re, dicit, O miser iã pditus sum, ecce totu lares sunt iã rupti. Ecce q̃o auarus continue affligitur, & q̃o auaritia est febris cõtinua, nullꝰ em̃ est q aliq̃n nõ qescat nisi auarus. Christiani quiescunt in die dñico. Iudei in sabbato. Agareni in die ueneris. Auarus autẽ nunq̃ quiescit. Cũcti dies eius doloribus, & erumnis pleni sunt, nec per noctẽ mẽte quiescit. Ecclesiast. ij. Cõtra hãc febrẽ magnꝰ ille Hypocrates xps ordiauit unũ aphorismum di. Videte, & cauete ab omni auaritia, qa nõ in abũdãtia cuiusq̃ uita eius est ex his q̃ possidet. Lu. xxij. Nota ab omni auaritia ostendit q̃ sunt plures species auaritie. Prima est rapina dñorũ. secũda simonia ecclesiarũ. tertia usura laicorũ. quarta est fraus uẽditorũ. quinta calũnia aduocatorũ. sexta furtũ occultorũ. septima detẽtio inuentorũ, seruorũ, uel bonorũ defunctorũ. Dic de qualibet prout erit expediẽs. Ideo xps optimus medicꝰ dat medicinã curatiuã dicẽs, Videte. Et assignat rationẽ dicẽs, quia nõ in abũdãtia. De supradictis uide autoritates i sermone. ij. ferie. iiij. post primã dominicã qua drageſime. Assumit. Secũda dicitur quotidiana, quia non affligit cõtinue, ut prima, sed quotidie dimittit infirmum, sed post redit. Hec signat aliã febrẽ que est peccatũ gule, quia quotidie infestat hominem licet nõ continue, quia nõ post prandiũ, nec etiã quãdo homo dormit, sed quolibet die de mane stomachus clamat fames, fames. Nota quomodo quidam philosophus uolens ostẽdere quid esset peccatũ gule, intrauit per ciuitatẽ clamãdo, iustitia iustitia. Cum autẽ fuisset corã iudice, qui promisit sibi facere iustitiã, dixit quomodo pater suus dimisit sibi unũ creditorem cui soluit statim eadem die qua pater est mortuus, qui in crastino iterũ petijt debitũ, & iterũ sibi soluit, adhuc petijt debitũ, alias minatur mihi ad mortem. Et quis est ille dixit Iudex, quia ego faciam tibi iustitiam. Philosophus ostendens sibi uentrẽ dixit, Ecce creditorẽ a patre mihi dimissum, cui causam solui millies, & adhuc petit. Respondit Iudex, Amice in eadem damnatione ego sum. Ecce hic febris quotidiana. Dicunt gulosi, Venite, sumamus uinũ, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius, Esa. lvj. & Sa. ij. Vino ptioso, & unguẽto

nos impleamus. Contra hanc ille magnus Galenus xps ordinauit aphorismū dicens, Attēdite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate. Lu. xxj. De cibis solū recipe necessitatē oportet, & cauere a superfluitate. Vñ sicut hō bone cōscientie qñ sibi soluitur ultra debitum, restituit, ita uenter restituit uomitādo, igit uidet habere cōscientiā. Sunt aliqui miseri q cōtinue sunt in tabernis &c. tales minus sunt quā bestie. Ratio, qa ex quo bestia bibit &c. nō bibe ret si papa uel rex inuitaret ipsam. Et tu bestialis hō preter necessitatē sumis, & sic non solū aīa, sed etiā corpus destruis, qa uinū percutit uenas, & sequit tremor mēbrorū, & oculi lacrymātur & nō propter xpi passionē. Iō dicit xps, Attendite &c. Tertia febris dicit tertiana, qa uenit die tertia. Hec significat febrem aīe, que dicit acidia, seu negligētia de operibus pnīe, q die tertia maxime affligit. i. in tertia pte pnīe. Dic quo pnīa cōsistit in tribus ptibus. s. cōtritiōe, cōfessiōe, & satisfactione. Hec tertia ps nimis affligit. Dic quo satisfactio debet fieri deo de peccatis, ut si peccasti p superbiā, pōpā, uanitatem, satisfac deo per humilitatem & sic de alijs. Satisfactio etiā debet fieri proximo de ablatis & dānis restituēdo. Respice deinde si est aliquid de malo iusto, si retinuisti aliquid de ecclesia pro defunctis, de seruitoribus, de usura, & sic de alijs. Hec tria opera penitentialia dicuntur tres dies. Autoritas, Ibimus uiā triū dierum in solitudinem, ut immolemus dño Deo nro. Exo. iij. Et in die tertia. s. satisfactionis febris affligit. Ecce die tertio quādo grauissimus dolor uulnerū est. Gen. xxxiij. Not. hic de magno domino in Longobardia, cui unus sanctus homo reuelauit, quod demones sibi faciebant palatiū in inferno. Contra istud Christus ordinauit medicinam di. Reddite ergo oībus debita, & nemini quicq debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Ro. xiij. Ex ista febre tertiana multi moriuntur morte eterna, quia nolūt restituere, & tamen nō dimittitur peccatū, nisi restituatur ablatū. Regula est theologorū & etiā iuristarū. xiiij. q. vj. Si res dicit ali qui, dimittā in testamento, & heres me restituet, sed hoc nihil ualet. Ratio, quia uos in uita uestra estis in peccato mortali, quia noluistis restituere, iō in alia uita eritis eternaliter in pena. Greg. Ad magnā iustitiam dei pertinet, ut in alio mūdo nō careat supplicio qui in hoc mūdo noluit carere peccato. Quarta dicitur quartana, hec significat febrem aīe, que dicitur superbia triplici rōne. Prima rō est, quia est leonina. Leo aīal superbū & significat psonā supbā, que affligit ad instar leonis de febre supbie. Secūda rō quartana multū durat, ut patet de lucifero, qui adhuc hodie affligit febre supbie, cupiens deo parificari. Sed quia non pōt de facto, tñ in figuris & signis uult ei equari. Item est incurabilis. Auaritia curatur per paupertatē, luxuria p infirmitatē, sed supbia minime. Tertia rō. qa sicut quartana uenit quarta die, sic superbia uenit ex quatuor. s. propter bona corporalia & propter bona spiritualia, & ꝓpter diuitias terrenas & ꝓpter honores mundanos. Quantū ad primum, Iuuenis pulcher & fortis &c. magnā superbiā habet de se. Sed optima medicina contra hoc est cogitare mortē, quo tūc uermes comedent carnes. Quantū ad secūdū, quidā superbiūt de bonis spiritualibus, qa orant, ieiunāt, de quibus uolunt habere uanā gloriā. Remediū cōtra hoc est quando sanctiores nobis peccauerūt & dānati fuerūt. Ideo auisetis, quia non est uestrum, sed dei qui uobis imposuit iocale deuotionis, ut ipsum portetis, iō uideatis ne ipsum perdatis. Quantū ad tertium, quidam superbiunt de diuitijs terrenis. Remedium contra hoc est cogitare quomodo hodie uel cras amittētur omnia. Quantum ad quartum, quidam superbiunt de honore mundano dicendo, Ego sum papa, episcopus, rex, uel miles &c. Remedium cōtra hoc est quo hodie, cras, & cito te oportet reddere cōputum, qualiter dignitatem habuisti, qualiter in ea uixisti, & qualiter peccata

notoria

notoria correxisti. Et Beda, Quatuor sunt species quib⁹ oīs tumor arrogātiū declaratur. Contra hāc dicit medicus noster Christus, Superbiam nunquā in tuo sensu aut in tuo uerbo dominari permittas, in ipsa eīm initiū sumpsit omnis perditio. Thob. iiij. Nota oīs perditio. s. angelorum & hoīm. Quinta febris dicitur ephemera, quia eadem die qua uenit recedit. Dicitur autē ephemera a pisce sic dicto, qui moritur illa eadem die qua nascitur. Hec signat febrem anime que dicitur ira, que eadē die qua nascitur debet mori. Verbi gratia, Si fit tibi aliqua iniuria uerbo uel facto, subito uenit ira in corde, sed eadem die debet mori, scili cet recipiēdo propositum non se uindicādi, quia uindicta est dei. Da mihi uindictam, & ego retribuam dicit dñs. Contra istā Apostolus ordinauit optimā medicinam dicens, Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam uestram, nolite locū dare diabolo. Ephe. iiij. Nota irascimini & nolite peccare, supple recipiendo uindictā. Sol non occidat &c. Patet quo ira debet mori eadē die. Dicatur exēplum q̄ legitur in uitis patrū de illo sancto epo q̄ inuitauit ad prandiū illum eremitā, qui ex aliqua necessitate uenit ad suam ciuitatē. Eps aūt cogitans magnā afflictionem & abstinētiam quam eremita fecit in eremo, fecit bonum prandium. Quod cū coram eremita poneretur, ait epo, pater, parce mihi, quia ex quo istū habitū sumpsi, aliqd mortuum non comedi. Cui respondit eps, Pater, parce mihi, quia ex quo istam cappam sumpsi, sol nō occidit super iracundiā meam. Respōdit eremita, Pater, melior es quā ego. Meliorem uirtutem reputauit patientiam quā abstinentiam. Multi sunt abstinentes, qui non sunt patiētes. Benedictus est ille qui qñ ponit se in lecto potest dicere cum ueritate Deo gratias, quia nō habeo irā in corde meo cōtra aliquē. Itē, nolite locū dare diabolo, quoniā ira est dispositio ut diabolus intret in corpora, ut dicūt demones qñ coniurantur in obsessis. Sexta febris est erratica, sic dicta, qa nullū ordinē seruat. modo uenit una hora, modo alia. Hec significat febrē aīe que dicit luxuria, que nullum ordinem seruat. Luxuriosus eīm non seruat ordinem, non tēpus, nō personā, nō modum, imo uadit luxuriosus erratice, sicut ille qui errauit dicēdo, O maior delectatio esset cū illa, scilicet cū moniali, uel legitima &c. uel tali modo. Quoniā cōcupiscentia carnalis infinita est, nec habet terminum. Ideo dicit scriptura sancta de luxuriosis, Semetipsos tradiderunt impudicitie in operationē oīs immundicie. Eph. iiij. Nota tradiderunt impudicitie, scilicet cogitando, loquendo, audiendo, respiciēdo, tangēdo. De illa materia in operationē oīs immū dicie. Contra istam dicit nobis medicus noster Apostolus ad Thessal. iiij. Hec est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos a fornicatione, & sciat unusquisq; uestrum uas suū possidere in sanctificatione, nō in passione desiderij, sicut & gentes que ignorāt deū. Quilibet sit content⁹ de uxore sua iuuene, uel antiqua, turpi uel pulchra, ac si in mundo non esset alia mulier. Cauete ergo ab ista febre erratica, que tot occidit morte eterna. Septima febris est ethica, que consistit intus in ossibus & mēbris. Hec signat febrē aīe que dicit inuidia. Quoniam sicut febris ethica que est in membris radicata consumit humidū radicale quod dat uitam corpori, & sic hō morit, sic etiam inuidia cōsumit humidum radicale scilicet charitatem que dat uitam aīe. Vita carniū sanitas cordis, putredo ossium inuidia. Prouer. xiiij. Not. q̄ cor dicitur sanum qñ diligit oēm creaturam humanā uniuersaliter, & gaudet de bono alterius. Inuidia est putredo ossiū. i. uirtutum, quoniā sicut ossa sustinēt corpus, ita uirtutes sustinent animam. Ideo Christ⁹ medic⁹ noster dans nobis aphorismū dicit per apostolū Petrū, Deponētes omnem malitiam & omnem dolū, & simulationes & inuidias, sicut modo geniti infantes, lac supple charitatis cōcupiscite. j. Pet. ij.

Feria.vj.post Oculi. Sermo unicus.

SCimus, quia hic est uere saluator mūdi. Io. iiij. Istud sanctū euangeliū cōtinet unam pulchram historiam, in qua continentur tres magne disputationes inter Christum & alias personas.

Prima fuit inter Christum & mulierē Samaritanam,

Secunda fuit Samaritane cū Christo.

Tertia fuit cum Christo & discipulis. Et q̄libet disputatio habet optimā q̄stionē. Cōclusio prime disputatiōis fuit, Domine uideo q̄ ꝓpheta es tu. Cōclusio secūde disputatiōis est q̄ xp̄s est Messias. Cōclusio tertie disputationis est thema, qa saluator mūdi. Quantum ad primam disputationē, que fuit cum Samaritana sciendū, q̄ hec fuit benigna, qa xp̄s incepit. Vnde dū xp̄s iret de uilla in uillā p̄sonaliter predicādo, uenit iuxta Samariā, magnā ciuitatē plus q̄ Parisius, & iuxta illā ciuitatē erat fons altus, & dicebatur fons, qa aqua uiua scaturiebat, & puteus, qa ꝓfunda, & xp̄s fessus & totus fatigatus ex itinere, posuit se sup̄ fontē i ore, ut facies sua bn̄dicta respiceret sup̄ fontē, ut aere recenti refrigeraret. Discipuli aūt & Ap̄li interim ueniūt ad ciuitatē ad emendū panē & cibū. Et cū xp̄s sic esset solus ad fontē, & hora erat sexta, uenit mulier de ciuitate Samaria haurire aquā, & inuenit ibi xp̄m, quē nō salutauit, cognoscēs in uestibus q̄ Iude⁹ esset, nō em̄ loquebant Iudei Samaritanis, sicut nec nos xp̄iani cū infidelibus Sarracenis &c. & xp̄s incepit disputationē di. Mulier, da mihi bibere. Que respiciens cū toruo oculo dixit, & incepit arguere cōtra xp̄m di. Q̄mo tu Iude⁹ cū sis, bibere a me poscis q̄ sum mulier Samaritana? bn̄ scis q̄ Iudei nō coutūtur Samaritanis, certe non dabo tibi bibere. Et xp̄s replicauit di. O mulier, si scires donum dei, & qs est qui dicit, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquā uiuā. Nota donū dei datū humano generi. Hoc donū est fili⁹ dei datū i incarnatione, de quo Esa. ix. Filius datus est nobis. Ecce donū datū in nr̄am redēptionē. Et mulier arguens xp̄m dicebat, Dn̄e nec in quo haurias aquā habes, & pute⁹ altus est, unde ergo habes aquā uiuā? Et nunquid tu maior es patre nr̄o Iacob q̄ dedit nobis puteū, & ipse ex eo bibit & filij eius & pecora ei⁹? R̄ndit xp̄s, Mulier non intelligis de qua aqua ego loquor, qa non est de ista. Quia oīs qui bibit ex hac aqua sitiet iterū. Qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei, non sitiet in eternū, sed aqua quā dabo ei, fiet i eo fons aque saliētis in uitam eternā, & uitā eternā habebit. Tanta fuit uirtus uerborū xp̄i, q̄ mulier inclinata ei iam compuncta in corde cū humilitate & reuerētia dixit, Dn̄e, da mihi hanc aquā ut non sitiā, neq; ueniā huc haurire. Tūc xp̄s respondit, Tu uis de ista aqua? Respondit mulier, Ita dn̄e. Vade ergo ad ciuitatem & uoca uirū tuū. Que rn̄dit, Virū nō habeo. Et xp̄s, Bene dixisti qa uirū non habes. Quinq; enim uiros habuisti, & hūc quē iam habes nō est uir tuus, sed unus ruffianus & ribaldus est, & tu cōcubina sua es. Et dixit sibi oīa noīa uirorū suorū & genus, & cuius officij erant. Talis uocabatur sic, & habebat tale officiū, & mortus est tali morte, & sic de alijs, sed iste quē nunc habes non est uir tuus, sed un⁹ ribaldus, & ribalda sua tu es. Et tunc illa incepit clamare, O dn̄e dn̄e, clare uideo q̄ propheta es tu, & scis oīa q̄ feci. q.d. Parce mihi qa priusuocaui te Iudeū. Cōclusio prime disputationis. Nota pri⁹ uocauit eum Iudeū, & post dn̄m prophetam. Ecce prima disputatio xp̄i cum muliere ad literam. Modo moraliter intremus secreta moralia ꝓ nobis. In ista disputatione sunt sex secreta moralia, ad q̄ per q̄stiones intrabo. Prima, que est hec mulier Samaritana, & qd significat? Responsio q̄ quelibet p̄sona xp̄iana peccatrix significatur p istam Samaritanā duplici rōne, & ponuntur in euang. Primo quia quolibet die pluries ueniebat ad aquam, nec satiabat. Talis est cōditio peccatricis, quia quotidie uadit ad aquam prosperitatū tēporaliū, nec saturat, tanta est cupiditas. Verbi gīa, Si sacerdos habet simplex beneficiū, conat, ut possit habere maius, nec satiat. Ecce cōditio aque bonorū tpalium que nō satiāt, qa nō intrāt illuc ubi est sitis. Nā sitis habēdi bona tpalia. s. terras, possessiones, aurū, argentum &c. ista bona temporalia nō intrant intus in cor. Si enim posses habere unum plaustrum auri liquefacti, non satiaret te. Sed sicut famelicus nō satiatur ex aspectu escarum que sunt in mensa, quia esuries est in stomacho, & ideo nisi intrēt, nō auferent esuriem neq; sitim, sic est de esurie bonorum temporalium. Ideo quanto homo plus habet, plus sitit & cupit, qa non intrāt in corde. Autoritas, Eccls. v. Auarus nō implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructū. s. satietatis, nō capiet ex eis &c. Et sic directe placita & delicie huius mundi sunt ad instar febricitantis, qui uritur siti, & datur sibi gutta aque in lingua cum pluma. Idē de delitijs luxurie, auaritie &c. Ideo ubicūq; caro in temporalibus querit refectionem, inuenit defectionē. Nā cor hominis est plus quā celum, & nō potest satiari nisi a deo, quem celi capere non poterant, sed tamē cor hominis semper retinet gratiam, & tūc satiatur homo, ideo Christus, Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in eternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aque saliētis in uitam eternam. Ex aqua scilicet gratie & sua presentia. Vnde cōclusio est theologie, q̄ gratia gratum faciens, secum habet, & affert presentiam dei. Et isto signo potest cognosci si homo est in gratia dei, quando aliquis nō desiderat inducentia ad peccatum. Nota saliētis in uitam eternam. Qualis saltus est ille quem facit anima, quādo de ore saltat in celum subito? Cogita si homo saltaret de terra ad celum. O qualis saltus esset si ultra altius iam plus, quanto plus adhuc usq; ad celum. Secūdū secretum, Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. Hora autem erat quasi

sexta. Quare Iesus fuit magis fessus illa hora ex itinere quā aliqs Apostolorum, cū tū sustineat totum mūdum & omnes creaturas. Ratio, sciatis bone gentes, q̄ nunquā fuit aliquis homo ita delicatus in sua complexione sicut xp̄s, inquātum homo. Ratio, quia nos sumus concepti & geniti ex uilissima materia & corrupta, ideo habemus cōplexionē rudē ad sustinendum labores, sed corpus xp̄i a spiritusancto formatū fuit non de uilissima materia, sed de purissimis guttis sanguinis uirginis Marie, ideo erat magis delicatus, uel qa ieiunabat quotidie, & uigilabat pnoctans in oratione. Luce. vj. & laborabat predicādo qualibet die. Et de ista delicatura dicitur Esa. liij. Brachium domini cui reuelatum est? Et ascēdet sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, & nō est species ei neq; decor. Et uidimus eum & non erat aspectus. Et desiderauimus eū desp̄ctū & nouissimū uirorū, uirū dolorū & sciētem infirmitatem. Et quasi absconditus uultus ei⁹ & despectus, unde nec reputauimus eū. Vere languores nr̄os ipse tulit, & dolores nr̄os ipse portauit. Et nos reputauimus eū quasi leprosum & pcussum a deo & humiliatū. Ipse aūt uulneratus est ꝓpter iniquitates nostras, attrit⁹ est ꝓpter scelera nostra. Disciplina pacis nr̄e sup̄ eum, & liuore eius sanati sum⁹. Omnes nos quasi oues errauim⁹, unusquisq; in uiā suā declinauit, & posuit dominus in eo iniquitatē oīm nostrū. Brachium domini p quod oīa operatus est deus pater, est xp̄s inquātum deus. Ioan. j. Oīa per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et loquens de humanitate dixit, Ascendet sicut uirgultum, & sicut radix de terra sitienti. Virgultū dicit uirgula parua & delicata, que nascitur in pede aliarum arborum magnarum, uel que nascitur in terra sitienti, ubi non est aqua que est ualde delicata & tenuis. Patet igitur ratio quare Christus fuit fessus magis quam Apostoli. Si dicatur, nunquid poterat se sustinere? Responsio quod imo, sed non dedisset nobis exemplum

exemplū laborādi in bonis operibus, ut habeamus patientiā quādo fatigamur, & laſſamur, ut Chriſtus, & quādo ex predicatione, uel ieiunio, uel alias laſſamur, exēplo Chriſti cōſolemur, & recipiam⁹ patientiā. Ideo Apoſtolus, In oībus exhibeam⁹ noſmetipſos, ſicut dei miniſtros. In multa patiētia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribꝫ, in uigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſciētia, in lōganimitate, in ſuauitate, in ſpiritu ſancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei &c. ij. Corint. vj. Tertiū ſecretū eſt, quare Apoſtoli ipſum dimiſerūt ſolū? quia nullus remāſit cum eo. dicit textus, Diſcipuli eius abierūt in ciuitatē, ut cibos emerēt, & dimiſerūt eū ſolū in deſerto, quia puteus ille erat longe a ciuitate Samarie. Reſpōſio quare dimiſerūt eū ſolū, quia fuit ordinatio xpi, ut omnes abirēt, ideo ut ſaluaret illā mulierē, quia ſi aliquis diſcipul⁹ ibi fuiſſet, mulier fuiſſet impedita, nec potuiſſet loqui cū Chriſto, ideo ordinauit, ut omnes irēt in ciuitatē, ut emerent neceſſaria. In quo moraliter inſtruimur, & habemus exemplū, ꝙ ſicut Chriſtus in incarnatione dimiſit ſocietatē angelorū milia miliū. Iob. xxv. Nunquid eſt numerus militū eius? & pro ſaluatione noſtra dimiſit illos. Idē pro ſaluatione illius mulieris Samaritane dimiſit ſocietatē apoſtolorū, ſic nos ſocietatē amicorū filiorū uxoris &c. Itē ipſemet dicit, Omnis qui reliquerit domū, uel fratres, aut ſorores, aut patrē, aut matrē, aut uxorē, aut filios, aut agros, propter nomē meū, centuplū accipiet, & uitā eternā poſsidebit. Matt. xix. Nota, ꝓpter nomē meū, quod eſt Ieſus, quod interpretatur ſaluator. Propter nomē meum, id eſt, pro ſaluatione alicuius anime, ut religioſus dimittēs patriā ratione predicatiōis. Idē de ſacerdote, uel ſeculari a mundo recedēte centuplū accipiet &c. Aut uxorē, aut filios. Queſtio eſt, nūquid uir poteſt dimittere uxorem propter xpm, & ſaluationē alicuius aie, uel ſue, uel ſuorū? Reſpōſio, ꝙ uir nō poteſt dimittere uxorē quā iā habet, niſi cō ueniūt ambo in ingreſſum religionis, & ſi alter remaneret in mūdo, tenetur uiuere cōtinēter. Idē pater nō debet dimittere filios niſi ſint bene ꝓuiſi in neceſſarijs, & ſint bene inſtructi, edocti, & ſatis annoſi. Idē de filijs qui nō debēt dimittere parētes, pauperes, ſenes, ſecus ꝙ nō indigēt. Secūdo, dimittitur uxor, nō quā qs habet, ſed quā poſſet habere, & filios quos poſſet habere, ſed amore xpi dimittit totū, & ſic intelligitur autoritas iſta. Quartū ſecretum ſiue quarta queſtio in hoc oſtēditur, cū mulier dicit, Quō tu Iudeus cū ſis &c. In quo cognouit mulier Chriſtū eſſe Iudeū? Reſpōſio, ꝙ ſimiliter cognouit eū in loquela, ſicut fuit cognitus beatus Petrus in nocte paſsionis. Vere tu ex illis es, nā & loquela tua manifeſtū te facit, quia Galileus es. Mat. xxvj. Moraliter, ſic cognoſcitur qlibet de qua patria eſt. Sūt enim due patrie cōtrarie, ſ. paradiſus, & infernus, & in qualibet loquūtur diuerſimode. Linguagiū paradiſi eſt illud de quo ps. Beati qui habitāt in domo tua dñe, in ſecula ſeculorū laudabūt te. ps. lxxxiiij. Quādo ergo religioſus, uel ſacerdos, uel ſecularis libēter laudat deū, ſignū eſt, ꝙ eſt de illis de paradiſo. Nā & loquela tua manifeſtū te facit. Secus quādo cū tedio cōfuſibiliter, & irreuerenter, & indeuote induēdo ſe dicit officiū, uel oratiōes. Eſt eīm magnū ſignū p̄deſtinatiōis deū delectabiliter laudare. Linguagiū inferni eſt illud de quo Ioā. Apoc. xvj. Eſtuauerūt hoīes eſtu magno, ſcilicet cū ardore, & blaſphemauerūt nomē dei habētis poteſtatē ſuper has plagas, neq; egerūt penitētiam, ut darēt illi gloriā. Quādo ergo aliquis iurat, renegat, blaſphemat &c. ſignū eſt ꝙ eſt burgēſis, & ciuis inferni, unde tu ex illis es &c. Vnde manifeſtū ſignū eſt preſcientie, & dānationis iurare, renegare &c. Quintū ſecretū, que eſt aqua illa de qua Chriſtus dicit, Omnis qui biberit &c. Hec eſt gratia ſpiritualis que extīguit ardorē ſuperbie in ſuperbis, auaritie in auaris, luxurie in luxurioſis &c. ſicut aqua naturalis extinguit ardorē corporis, & talis non uult aliquid inordinate, nec querit ardēter dignitates, officia &c. ſicut faciūt illi qui adhuc habēt febrē ſuperbie, auaritie &c. quia mūda aqua gratie dei extinguit in illis ardorē, imo dicūt tales qui habēt gratiā cū Apoſtolo. j. Tim. vj. Habentes alimenta, & ueſtes quibus tegamur, his contenti ſimus. Nō dicit delectamenta, & quibus ornemur &c. & hoc facit gratia dei, ſiue aqua gratie ſaliētis in uitā eternā. O qualis ſaltus. Ecce quare dixit, Qui biberit ex aqua quā ego dabo, non ſitiet in eternū, ſcilicet iſta rēporalia cū ardore peccati. De iſta gratia Rom. vj. Gratia dei uita eterna. i. per gratiā dei habet quis uitā eternā. Sextū ſecretū ſiue ſexta queſtio. Cum Chriſtus dixit, Vade uoca uirū tuū, Quare Chriſtus dixit, Vade uoca &c. cū Chriſtus ſciret, ꝙ non haberet uirū? Reſpōſio, ꝙ Chriſtus tenuit iſtū modū loquēdi, ut ſic illa mulier diceret ueritatē ore ꝓprio ꝙ nō habebat uirū. Moraliter. Quinq; uiros habuiſti, & ille quē iam habes nō eſt tuus uir. Sic quelibet perſona habet quinq; uiros, qñ peccat ex fragilitate, uel ex ignorātia, & finaliter recipit ruffianū diabolū. Quīq; uiri ſunt quīq; ſenſus naturales, ſiue corporales, quia ſicut uir gubernat domū, ſic hi quinq; ſenſus gubernāt corpus in peccatis que fiūt ex fragilitate, ut Petrus quādo negauit pre timore Chriſtū. Sed quādo peccāt iā ex cōſuetudine, & malicia, a diabolo regūtur tanquā a ruffiano, & lenone. De quibus Apoſtolus, Reſipiſcāt a diaboli laqis a quo captiui tenent ad ipſius uolūtatē. ij. Tim. ij. Itē dicit beatus Pau. ij. ad Tim. iij. Hoc autē ſcio, quia in nouiſsimis diebus inſtabūt tēpora periculoſa, & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parētibus nō obediētes, ingrati &c. Secūda diſputatio fuit Samaritane cū Chriſto, audacia ipſa incepit, Et ad intelligendū iſtā diſputationē, ſciatis, quod inter Iudeos, & Samaritanos erat antiqua queſtio ubi deberēt orare, in Ieruſalem, an ibi iuxta montē Garizim. Iudei dicebāt ꝙ in Ieruſalē, quia ſic precepit deus. Samaritani uero dicebāt quod in illo mōte, quia ibi patres eorū Abraam, Iſaac & Iacob adorauerunt. Videns autē Samaritana Chriſtū eſſe prophetā, qui dixit ſibi ſua ſecreta, cogitauit, O iſte dicit ueritatē tibi. Et propter ſecretum iſtius queſtionis, & ad determinationē incepit queſtionem dicens, Patres noſtri in hoc monte adorauerūt, & uos dicitis, quia Hieroſolymis eſt locus ubi adorare oportet. Quid dicis tu de iſta queſtione, ex quo es ꝓpheta? Et Chriſtus reſpōdens innuit in ſua reſponſione duas opiniones. Prima, ꝙ erat uerior opinio Iudeorū, quia licet ibi patres adorauerūt, tamē mutatus eſt locus orādi. Secunda opinio, ꝙ in omni loco poteſt adorari, quia ubiq; eſt deus. Tūc reſpondit Chriſtus, Mulier crede mihi, quia uenit hora, ꝙ neq; in monte hoc, neq; in Hieroſolymis adorabitis patrē. Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudeis eſt. Sed uenit hora, ſcilicet in nouo teſtamēto, & nūc eſt, quādo ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, & ueritate. Nā & pater tales querit qui adorent eū. Spiritus eſt deus, & eos qui adorāt eū, in ſpiritu, & ueritate oportet adorare. Ita ꝙ Chriſtus determinauit queſtionē cōtra Samaritanā. Dicit ei mulier, Scio ꝙ Meſſias uenit qui dicitur Chriſtus. Cū ergo uenerit ille, nobis nuntiabit omnia. Nota dicit ipſa, Meſsias uenit. q.d. non credo tibi. Reſpōdit Chriſtus, Ego ſum qui loquor tecū. Nō inuenitur in euāgelijs, ꝙ Chriſtus ita clare ſe diceret eſſe Chriſtū ſaluatorem mundi ſicut hic. Et ſubito mulier illuminata, dimiſſa hydria currēdo iuit ad ciuitatē, clamādo, & dicendo, & uocando gentes, O bone gētes uenite, & uidete hominē qui dixit mihi oīa quecūq; feci, nunquid ipſe eſt xps? Exierūt ergo de ciuitate, & uenerūt ad xpm. In hac queſtione ſunt tria ſecreta. Primū eſt, Spiritus eſt deus, quid eſt adorare in ſpiritu, & ueritate. Ad hoc intelligendū nota, ꝙ eſt regula philoſophie, ꝙ ueritas eſt adequatio rei ad intellectū, uerbi gratia,

tia, quãdo ſpiritus cogitat infinitã Chriſti ſanctitatẽ, & puritatẽ, & ex alia parte cogitat grauiſſima peccata que ipſe homo fecit, tunc quãdo geſtus corporis ad extra correſpõdet cũ ſpiritu dicens, Dñe nõ ſum dignus te reſpicere. Vah tot peccata feci cõtra uolũtatẽ ueſtrã, & ſanctitatẽ &c. Et ab extra inclinatur, humilitatẽ oſtẽdẽdo ab extra, tũc cõcordat cũ ſpiritu in corde. Sed quãdo cor eſt in taberna, & corpus inclinat, nõ eſt ueritas. Iſto modo publican⁹ orauit deũ in ſpiritu, & ueritate dicẽs, Deus propitius eſto mihi peccatori &c. Iſta ratiõe dicit modo. Humiliate capita ueſtra deo, quaſi dicat eccleſia, nõ eſtis digni ipſum reſpicere. Iſta etiã ratiõe tegunt in quadrageſima imagines, quaſi dicat, nõ ſumus digni reſpicere iſtas imagines. Secũdo, adorat deus in ſpiritu, & ueritate. Primo, ſpiritu cogitãdo ſuã dominationẽ, quo creauit corpus & aiam, & oĩa ſunt ſua. Secus de alijs dñijs. Secũdo, adorãdus eſt in ueritate, duo genua flectẽdo ſibi, dñis tẽporalib⁹ ſolũ miniſtrũ, & prelatis dextrũ. Iſto modo dicim⁹, Flectamus genua, & nõ dicit genu. Leuate, ſcilicet ſpiritũ in altũ. Ideo qñ uultis facere orationẽ, prius debetis orare in ſpiritu, cogitãdo cũ quo debetis loqui, deinde in ueritate per reuerentiam corporis ab extra. Ecce quare dicit xps, Pater querit tales qui adorẽt eum in ſpiritu, & ueritate. Et cõcordat ſcriptura dicẽs, Viuo ego dicit dñs, qñ mihi flectetur omne genu. Ro. xiiij. Tertio, adorat de⁹ in ſpiritu, & ueritate. Primo, ſpiritu, cogitãdo ſuã eternitatẽ, & ex alia parte principiũ noſtrũ utiliſſimũ, quia de terra facti, & finẽ, quia moriemur. Et ueritate proſternẽdo ſe in terra, q.d. in terrã reuerſus ſum, & moriar, & deus eſt in ſua eternitate. Hoc ſignificatur in ſua paſſione qñ dicit, emiſit ſpiritum. Ibi quilibet Chriſtian⁹ proſtratur. Ideo Dauid dicit, Venite adoremus, & procidamus ante deũ, ploremus coram dño qui fecit nos. ps. xciiij. Quarto, adoratur deus in ſpiritu, cogitãdo dei liberalitatẽ qui dat oĩa bona temporalia, & ſpiritualia, & ab alia parte noſtras immunditias, & neceſsitates. Et ueritate. Ideo leuamus manus noſtras, dextrã pro bonis ſpiritualibus, ſiniſtrã pro bonis tẽporalibus. Quintus modus adorãdi deum in ſpiritu cogitando mĩam dei, quia cũ eſſemus ſentẽtiati ad furcã inferni, fili⁹ dei fuit ita miſericors, q̃ dicit patri, Pater benedicte ego nolo ſolus ſuſpẽdi pro toto populo. Et ex alia parte cogitãdo peccata pro quibus data eſt ſnĩa, & ueritate, qñ crux fit in pectore dicẽdo, Miſericordia dñi plena eſt terra ex paſsiõe ueſtra. Ideo Paulus, Mihi abſit gloriari niſi in cruce dñi noſtri Ieſu xpi. Gal. ulti. Sextus modus adorãdi in ſpiritu tundendo pectus, cogitãdo dei infinitã immenſitatẽ, & cogitãdo offenſam factã ſibi ex peccatis. Ideo percutitur cor quinq; digitis, ſicut habemus quinq; modos peccãdi. ſci. cogitatione, locutione, opere, omiſsione, & obſtinatione, quia iſtis modis offenditur de . Secundũ ſecretũ cũ dicit, Reliquit hydriã &c. quare dimiſit ad literã? ut feſtinãtius iret ad ciuitatẽ currendo. Sed ſpiritualiter hydria erat ſocietas mala mulieris, que eĩ impediebat curſum, ideo dimiſit. Sic ſunt multi qui ſocietate, & familiaritate, & amore aliquarũ perſonarũ impediũtur a curſu padiſi. Dic de quolibet ſtatu. Ideo mulier reliquit hydriã ſuã, id eſt, malã ſocietatẽ. Ideo poeta, Que nocitura tenes &c. Tertiũ ſecretũ, cũ dicitur quod iuit ad ciuitatẽ clamãdo, Venite oſtendã uobis hominẽ &c. Vnde nõ fuit cõtenta de ſua conuerſione, ſed uoluit conuertere proximos, quia totã ciuitatẽ conuertit. Hic inſtruimur, q̃ nullus debet eſſe contentus de ſua conuerſione, ſed debet ire ad conuertendum proximum, ut bona mulier, & deuota dulciter conuertere uirum ſuum ribaldum, & econuerſo, frater fratrem, uicinus uicinum, ſeruus dominum, magiſter diſcipulum, domina ancillam. Eccl. xvij. Deus mandauit unicuiq; de proximo. Itẽ. Apoc. vl. Spiritus & ſponſa dicunt, ueni. Et qui audit dicat ueni. Et qui ſitit ueniat, & bibat. Et qui uult accipiat aquã uite gratis. Nota quõ ſpiri

ſpirituſſanctus dicit homini, Veni ad paradiſum &c. Tertia diſputatio fuit inter Chriſtum, & apoſtolos humiliter, quia dixerunt rabbi manduca, & poſuerunt aliquã menſam. Chriſtus autẽ noluit comedere, ſed reſpondit dicens, Ego cibũ habeo manducare, quẽ uos neſcitis. Dicit euangeliſta, q̃ diſcipuli dixerũt adinuicẽ. ſ. inter ſe. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Chriſtus autẽ declarans de quo cibo loq̃batur ait, Meus cibus eſt, ut faciã uolũtatẽ eius qui miſit me, ut perficiã opus eius &c. Hec dicebat ꝓpter gẽtes, que ueniebant de ciuitate, & quãdo uidit gentes cogitauit, oportet me predicare, quia nõ dixit nolo comedere cibũ, ſed dixit, Habeo aliũ cibũ mãducare. ſcil. uerbũ dei, quia nõ in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Mat. iiij. Nota quod ieiuno ſtomacho debet fieri ſermo, exẽplo Chriſti, & predicauit illis de ciuitate. O quo dulciter, & remanſit ibi duobus diebus, & crediderũt ſibi, intantũ quod dicebant mulieri, quia nõ propter tuã loquelã credimus, ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quia ipſe eſt uere ſaluator mũdi, ſic enim illuminauit nos. Ecce ergo cõcluſio huius diſputationis. Moraliter cibus Chriſti eſt facere uoluntatẽ dei patris. Ideo faciamus uoluntatẽ, & dabimus ei comedere, quia multũ placet ſibi iſte cibus. Vult cibum a prelatis quod intrent per portã non per ſymoniam. Secundo, poſtquam erunt intus quod plus curent de animabus quã de redditibus. Deinde uiuant de redditibus, & diuidant pauperibus, & dent bonũ exemplũ, & bonã doctrinã. De iſto cibo ſatiatur deus. De dominis etiã temporalibus uult cibum. ſ. q̃ miniſtrent iuſtitiã, tam paruo quam magno, tam pauperibus quam diuitibus, & non differãt iuſtitiã propter pecuniã, & fauorẽ, non faciant rapinas, ſed contenti ſint de redditibus proprijs, ſeruent populũ in pace. In religioſis uult quatuor cibos, & de illis uult refici Chriſt⁹, ſcilicet paupertatẽ apoſtolicã, caſtitatẽ euangelicã, obedientiã generalẽ, obſeruantiam cerimonialem. Et de ſacerdotibus uult tres cibos. ſ. deuote officiari, digne celebrare, honeſte cõuerſari. j. Ti. iiij. Oportet illũ teſtimoniũ habere bonũ ab his, qui foris ſunt, ut non in opprobriũ incidat. De laicis uult duos cibos, & ſufficit, ſcilicet articulos fidei, & obſeruãtiã preceptorũ dei. Et finaliter dicet uobis in iudicio illud. Matth. xxv. Venite benedicti patris mei &c. ſcil. de cibis ſupradictis, & ſic ſemper eritis cum Chriſto in menſa glorie, de qua ipſe dixit, Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, ut edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Luc. xxij.

Sabbato poſt Oculi.

Sermo unicus.

VAde, & iam amplius noli peccare. Scribitur hoc originaliter Ioã. viij. recitatiue in euãgelio hodierno. Vnde iſtud ſanctum euangelium continet determinationem unius malitioſe queſtionis, & calumnioſe, que facta fuit per Iudeos Chriſto, ut poſſent ipſum capere in uerbis, & accuſare eum tanquam fractorem legis. Dic euangelium de iuuene mulierem maritata, que commiſit adulterium credens peccatum eſſe occultũ, ſed diabolus qui eam fecit peccare, diſcooperuit, & fuit inuenta in adulterio, & ſtatim Iudei, & Phariſei inimici Chriſti, duxerunt eam ad Chriſtum actu in populo predicantem. Cui dixerunt coram populo, Magiſter, mulier hec modo deprehenſa eſt in adulterio, in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? ecce queſtio malitioſa, ad quam Chriſtus, qui eſt ſapientia eterna, reſpondit tripliciter.

Prima reſponſio fuit realis.

Secunda realis, & uocalis.

Tertia fuit uocalis tantum.

Et de tertia loquitur noſtrum thema cũ dicit, Vade, & iam amplius &c. Et in his tribus conſiſtit totum euangelium, &

noſter

noſter ſermo. Primo ergo xps dedit eis rnſionem realem facto tm, non uerbis. Nam ſciens xps q malitioſe dixerũt ſibi, Tu ergo qd dicis? cogitãtes ex una parte xpi pietatẽ & miam, & q non daret ſententiã mortis cõtra mulierem ex dulcedine cordis, licet placeat ſibi quando dñi & iudices faciũt iuſtitiã, tñ ipſe in primo aduẽtu nõ uenit iudicare neq; cõdẽnare, ſed peccatores ſaluare. Io.iij. Nõ enim miſit Deus filiũ ſuũ in mundũ, ut iudicet mundũ, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. Et ex alia parte dicebant, Si ipſe defendit malas mulieres populus qui audit ipſum habebit odio, quia ſunt zelotypi de ſuis uxoribus, & nos habebimus occaſionẽ cõtra ipſum, qa facit contra legẽ. Ecce queſtio uenenoſa. Ad quã xps rndit facto nõ uerbo, qa Ieſus inclinãs ſe deorſum digito ſcribebat in terrã. Et in his uerbis ſex cõprehẽdũtur rnſiones. Prima dũ dixit Ieſus. Nam Ieſus eſt uerbũ eternũ Dei patris, & nõ eſt uerbũ trãſitoriũ ſicut noſtrũ, qd̃ ꝓferr in ore, & illud uerbũ Deus pater ſcripſit in pargameno uirgineo. ſ. in uentre uirginis Marie, quia uerbũ caro factũ eſt. Io.j. Et ideo dicitur, Dixit dñs ad me, ſume tibi librũ grandẽ, & ſcribe in eo &c. Eſa.viij. Liber eſt uirgo Maria maior celo & terra, de quo dicit beatus Bernñ. O uẽter capacior celo, quia quẽ celi capere nõ poterãt tuo gremio cõtuliſti. Et in hoc libro ſcripſit Deus pater uerbũ eternũ, qñ uirgo cõſenſit angelo dicens, Ecce ancilla dñi, qñ uerbũ aſſumpſit humanitatem ut nos ſaluaret, & non ut condẽnaret. Et ideo filius Dei nõ uenit aĩas perdere ſed ſaluare, ut dicit Lu.ix. Secunda rnſio eſt dũ dixit inclinans ſe, in quib⁹ reprehendit eos. Nã quilibet iudex in cõdẽnãdo ſe debet inclinare. ſ. habendo cõpaſſionẽ de cõdemnatis. Non em debet uelle aliorũ cõdemnationẽ, ſed eorũ ſaluationem, & ideo debet inclinare corpus ſuũ per cõpaſſionẽ. Sicut ille qui uult leuare illũ qui cecidit, inclinat ſe, aliter nõ bene poſſet leuare. Ratio eſt beati Grego. Ideo xps inclinauit. q. d. ſic uos qui eſtis predicatores & ſuperiores, debetis inclinare cõpatiẽdo huic mulieri quã accuſatis & cõfunditis. Tertia reſpõſio eſt ĩ uerbo deorſum, qa Iudices habẽt duo, quia deſurſum habent diuinã poteſtatẽ, ut condẽnare alios, iudicare & abſoluere. Sed deorſum habẽt pctã & uitia, prõptitudinẽ ad mala, quia illa eos ponunt deorſum. Si tu ergo cõdẽnas aliquẽ de adulterio, cogita ſi tu idem feciſti, & ſic deorſum reſpice ad ꝓpria peccata & tũc cõpatiaris illi qui condẽnatur. Idẽ dicimus de furto & homicidio, q illi Iudei erãt multũ in illo pctõ inuoluti. & ideo uoluit xps q ipſi cogitarent de peccatis ſuis, ergo inclinauit deorſum &c. Quarta rnſio eſt in digito, quia ſcribebat digito, fodiẽdo in puluere, & fecit ſulcos in dice, ad demonſtrandũ q cõdẽnatio nõ debet ſic fieri ſummarie, ſed cũ bono ꝓceſſu, & q bene inqrat an uerum eſt crimẽ de quo accuſat, & uiſis & examinatis bene teſtibus, & ſecundũ acta & probata. Itẽ de ꝓſonis teſtiũ, & de tpe, loco & die iuxta uerbũ dñi ad Moyſen dicẽtis, Que re ſollicite & diligẽter, rei ueritate perſpecta, ſi inueneris certũ eſſe qd̃ dicitur, & abominationẽ ope ꝓpetratã, ſtãtim p cuties. Deute.xiij. Et iſti nõ tenebãt modũ iſtũ. Ideo xps in hoc ipos reprehẽdit. Quinta rnſio, qa ſcribebat in terrã, ad ſignãdũ q ſentẽtia mortis nõ debet dari ſic ſummarie, ſed in ſcriptis & cũ debito ꝓceſſu. Et ideo cõcordat ſanctus Iob di. Scribis em cõtra me amaritudines, & cõſumere me uis pctis adoleſcentie mee. Iob.xiij. qa in terra. Nã Hieremias etiã uult illud reducere ad memoriã dicens, Dñe oẽs q te derelinquũt cõfundent, recedentes a te in terra ſcribentur. Hiere.xvij. Sexta reſpõſio, ſcribebat ergo in terra, nõ in celo. Nam ibi noĩa iuſtorum ſcribunt. Et ideo dicit, Gaudete & exultate, qa noĩa ueſtra ſcripta ſunt in celis. Lu.x. Sed peccatores ſcribunt in inferno, ergo ſcripſit in terra, uolẽs eis reducere ad memoriã uerbũ Hieremie, Dñe oẽs q te derelinquũt in terra ſcribẽtur. Rõ, qa dereliquerũt uenã aquarũ uiuẽtium

tiũ dñm, qa ſicut p aqueductũ aqua uenit de fonte, ſic p xpm aqueductũ uenit aqua gr̃e Dei. De illo fonte dicit Eccli.j. Fons ſapiẽtie uerbũ Dei in excelſis. Patet ergo rnſio prima que fuit ſolũ facto. Sed moraliter uideamus. Nã dicitur in euãgelio q in aurora xps uenit in montẽ oliueti, & ꝑdicauit populo. Sic faciamus nos quotidie dũ ſumus hic in iſta uita. Nã uenim⁹ ad montẽ oliueti, hoc eſt ad miſſam, qa mõs eſt. Nã miſſa eſt altiꝰ opus contẽplationis qd̃ poſsit eſſe, & iõ presbyter tenet manꝰ eleuatas, quaſi ad montẽ uolãdo. Et iõ dicit, Surſum corda, dicit ppls, Iã habemꝰ ad dñm. Quare dicit Oliueti? eo qa ibi eſt multũ oleũ. Et ideo in miſſa abundãtia xpi magis in nos influit & abundat, & ſicut xps de mane ibat illuc, ſic nos & totus populus. Et ſicut nos primo dicimus miſſam, ſic ipſe dicebat miſſam, & poſt miſſam predicabat. Et ideo iſte eſt nr̃ modus ut uidetis quotidie, qm̃ plus ualet unus ſermo poſt miſſam, q̃ tres ante miſſam. Et ideo Apli tenuerunt iſtum modũ. Nam iſta eſt uita Apoſtolica. Et talem uitã tenebat uirgo Maria, & ſancta Maria Magdalena cum alijs ſororibus, & iſtã teneatis. Ideo ſanctus Paulus dicit, An experimentũ q̃ritis eius q in me loquit xps, q in uobis nõ infirmat, ſed potẽs eſt in uobis. ij. ad Corĩ. xiij. Ecce ergo hic primã moralitatẽ, qa habetis cõſolationẽ uos & ego, tenẽdo & ſeruando modũ & uitã xpi. Secũda q̃ſtio moralis eſt, quare hec mulier debebat lapidari, & qd iſta mulier ſignificat? Et dico q iſta mulier ſignificat aĩam peccatricẽ humanã, q̃ dereliquit maritũ ſuũ xpm, & acceſsit p pctm ad aliũ nõ maritũ. ſ. diabolum, qa q̃libet aĩa in baptiſmo eſt deſpõſata xpo. Et ideo ſicut ſi unꝰ rex cui multe mulieres magni generis offerrentur, & tũ ipſe duceret filiam alicuius agricole pauperis, & illã deſpõſaret, magnũ honorẽ ei faceret. Ita eſt in nobis, quia rex celi Ieſus xps eſt amator anime cuiuſlibet xpiani, q̃ eſt filia agricole, qa oẽs ſumꝰ filij Ade q erat agricola, & hoc propter pulchritudinẽ eiꝰ, quia ſi tu uideres unam aĩam ſine turpitudine & macula pctĩ, trãſires ſic mille annis q nunq̃ uelles comedere nec bibere. Et ideo dicitur, Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt ueſtigia gregum tuorũ, & paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtorũ. Canti.j. Et hanc aĩam cuiuſlibet xpiani ſibi xps deſpõſauit in baptiſmo. Oſee.ij. dicitur, Spõſabo te mihi in ſempiternũ, & ſponſabo te mihi ĩ iuſtitia & iudicio, & in miſeratiõnibus. Et ſpõſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego dñs. Et dicit ter ſpõſabo, qa tria fiunt in baptiſmo. Catechiſmus qui ſignificat inſtrnctionẽ. Secũdo fit exorciſmus. Tertio baptiſmus q ſignificat miam, quia uoluit deſponſari aĩe. Nã dicitur, Nuſq̃ em angelos apprehendit, ſed ſemẽ Abrae apprehẽdit. ad Heb. ij. Et ideo bñ debet eſſe fidelis talis anima. Sicut filia talis agricole multũ peccaret ſi eſſet infidelis ſuo marito, acceden do hincinde per lupanaria, ſic etiam qñ homo peccat dimittit ſponſum ſuum, & adulterat cũ diabolo. uerbi gratia, Si tu te das peccato ſuperbie, uadis ad infernũ cũ uno diabolo qui uocat Leuiathã qui tentat de peccato ſuperbie, & dimittis xpm qui eſt humilis & fuit. Itẽ ſi tendit aĩa ad lupanar auaritie, ſi eſt homo auarus faciendo uſuras, uadit cũ uno de mone. ſ. mãmona qui tentat de peccato auaritie. Itẽ ſi de peccato luxurie, tunc uadit cũ uno demone q uocatur Aſmodeus, qui tentat de peccato luxurie. Item de inuidia, & uocat iſte Beelzebub. Nã iſte tentat de peccato inuidie. Si per gulam, ad beelphegor. Si per iram recedas a patientia & a xpo, uadis ad baalberith. Si per acidiã, uadis ad unũ qui uocatur Aſtaroth. Et ideo dicit, Tu fornicata es cum amatoribus multis. Hiere.iij. Adultera ſecũdũ legẽ debebat lapidari. Quid ergo mereretur talis homo niſi ſecundũ legẽ, ut lapidetur? Nam lapidatus multis uulneribus percutitur. Ita punit in omnibus anima dãnata, quia angeli & oẽs ſancti & elementa lapidant eã dicẽtes, Dãnetur. Ideo dicitur Sap.v. Accipiet arma

turā zelus illius,& armabit creaturā ad ultionē inimicorū &c. & pugnabit cum illo orbis terrarū cōtra insensatos. Caueat ergo quilibet sicut quelibet mulier esset confusa si dimitteret uirū suum,& ita est de aīa. Et ecce primam partē, que est realis xp̄i rn̄sio. Secūda rn̄sio fuit realis & uocalis cōiunctim re & uerbo. Nā cū dicit, Cum ergo perseuerarēt interrogātes, erexit se,& dixit eis, Qui sine peccato est uestrū, primus in illā lapidē mittat. Et iterū inclinās se scribebat in terrā. Audiētes autē hec unus post aliū exibāt incipientes a senioribus, & remāsit sol⁹ Iesus & mulier in medio stās. Nota dicitur q̄ cū xp̄s staret sic inclinatus, Iudei nō erāt cōtenti de eius rn̄sione, & uolebant q̄ uerbo diceret, ut possent eū accusare,& perseuerabāt interrogantes,& tūc surrexit xp̄s & dixit eis, Vos dicitis q̄ ista mulier cōmisit adulteriū, & in posterū dicitis q̄ debet lapidari,& nullis q̄ dicam quid mihi uidet faciendū? R̄nderūt ita. Tunc dixit Iesus, Dico ergo q̄ quis uestrū qui est sine peccato mittat primū lapidē. Et iterū inclinauit se & scripsit. Et quid scripsit? R̄ñsio, Opiniones sunt, sed melio⁹ uidet dicendū q̄ scripserit illud quod dixerat uerbo. s. qui sine peccato est. Et ita habemus nos in una antiphona que hodie dicitur ad Benedictus. Inclinauit se Iesus, & scribebat in terrā, Qui sine peccato est uestrū, primus in illā lapidē mittat. In qua scriptura uirtute diuina quilibet eorū uidit clare omnia sua peccata que unq̄ fecerat, ut dicit glosa ordinaria, & ex uerecūdia recedebāt unus post alium, timētes ne populus uideret peccata eorū, & lapidarentur ibi. ideo inclinato capite recedebāt, & xp̄s remānsit solus cum muliere & populo,& cū discipulis suis in medio stās. Ecce ergo rn̄sionē Iesu xp̄i factam re & uerbo. Sed modo uideamus hic moraliter, qd significat q̄ xp̄s bis se inclinauit,& in prima inclinatione non ostendit peccata Iudeis, sed bene in secūda inclinatione. Queritur ergo circa hoc quid significāt iste due inclinationes? Et rn̄deo q̄ iste due inclinationes significant duos aduētus. Et primus est qn̄ fuit incarnatus. Secūdus est, uel erit in die iudicij. Et inter hos duos aduentus est magna differētia. In primo nō reuelabat hoībus nisi peccata notoria,& illa reprehēdebat dicēs, Ve uobis Scribe & Pharisei hypocrite. Mat. xxiij. Et de ista prima inclinatione dicitur in p̄s. xvij. Inclinauit celos & descēdit,& caligo sub pedibus eius. Et istī celi quos inclinauit signāt duas altitudines celestes. Et prima fuit, inclinādo se de eternitate ad incarnationē assumendo tpalitatem, quia accepit initium usq̄ ad terminū sue passionis. s. spaciū. xxxiij. annorū. Itē inclinauit suā infinitatē, qa in uno uētre unius puelle fuit cōclusus, & hoc in die incarnatiōis qn̄ uirgo Maria dixit, Ecce ancilla dn̄i, fiat mihi secūdum uerbum tuū. Lu. j. Itē alia sua altitudo est impassibilitas, quā inclinauit, nā habebat frigus, calorem,& sentiebat dolores & multa alia. Itē inclinauit habitationem celestē ad infima. s. a presepe, & sic de multis alijs. & isto modo inclinauit celos, & ideo dicitur, Et caligo sub pedibus eius. Caligo signat peccata hominū. Et ideo sicut in prima inclinatione nulli Iudeorum reuelauit sua peccata, ita etiā nec in primo aduentu. Sed in secunda inclinatione reuelabit eis peccata,& significat secundū aduentū. i. diē iudicij, quia tūc nō occultabit, sed manifestabit omnia pc̄ta. Ad modū illius qui ponit in scala ad portā ecclesie cū charta in fronte,& quilibet potest legere crimina que fecit. Sic tunc in iudicio unus homo uidebit bona & mala oīm que fecerūt,& hoc ut ab oībus approbetur sententia iudicis premiationis uel punitionis, ut dicit doctor sanctus in quarto scripti. di. xliij. art. v. q. ij. &. iij. uide ibidem multa pulchra de hoc, quia nisi homo sciat merita uel demerita nō potest approbare sn̄iam iudicis. Apoc. xx. Iudicū sedit & libri aperti sunt, & iudicati sunt mortui ex his que scripta sunt in libris secundū opera eorū. Et tunc multi qui apparent boni, apparebunt tunc mali. Die de

de quolibet statu. Nam tunc qn̄ boni respicient malos dicent, Ille uidebatur bonus homo & misericors, & secrete faciebat usuras. Apparebat castus & honestus, & erat luxuriosus & inhonestus. Itē faciebat tanta bona, & ista omnia faciebat p hypocrisim & uanā gloriā,& sic de alijs. Nā ibi apparebunt oīa. Vnde. j. Corī. iiij. Veniet dn̄s qui illuminabit abscōdita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordiū. Et de ista inclinatione loquitur Dauid. p̄s. cxliij. Dn̄e inclina celos tuos & descēde, tāge montes & fumigabūt. Fulgura corrusca tionē,& dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos &c. dicit celos, & hoc ꝓpter celestes qui oēs descendēt in iudicio cū xp̄o. Et dicit, tāge montes. Quia in die iudicij nō solū ciuitates, uille, castra,& domos, imo etiā mōtes urent. Et ideo noīat mōtes, quia sunt fortiores in hoc mūdo,& ita infumigabunt sicut stupa prope ignē &c. & significant notitiā quā quis habebit de peccato alterius. Emitte sagittas. i. reprehēsiones,& cōturbabis eos, quia cōfundētur. Ecce ergo hic duos aduētus Iesu xp̄i. Et si forte aliquis uellet dicere, & non erit aliq̄d remediū q̄ peccata sic nō uideantur? Dico q̄ sic. Et dabo tibi unū uelū q̄d habet quatuor angulos,& si illud uis accipere, oīa pc̄ta tua erūt tecta & secreta, intantū q̄ nullū pc̄m apparebit in cōfusionē tuā. Et noīatur pn̄ia. Et primus angulus est, ut habeat cōtritionē & dolorē de pc̄is. Secūdus ut habeat uoluntatem nō redeundi. Tertius est cōfessio, ut q̄d magis turpe est pc̄m melius dicat. Quartus est, ut teneat pn̄iam cōfessoris. Et qui istud uelū habebūt, eorū pc̄a non apparebūt, nec uidebunt in uerecūdiam illa die. Probatur in p̄s. Beati quorū remisse sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Remisse. s. in cōfessione, & erūt tecta, & si istud uelū hic in isto mūdo non habetis, in alio seculo non habebitis remissionē. ecce ergo hic responsionem uerbalē & realem. Tertia responsio fuit uocalis tm̄, cum dicitur in Euangelio, Erigens autē se Iesus, dixit mulieri. Mulier ubi sunt qui te accusabant? Nemo te cōdēnauit? Que dixit, Nemo dn̄e. Dixit ei Iesus, Nec ego te condēnabo. Vade & amplius noli peccare. cū illi ergo abijssent remansit mulier sola corā Iesu xp̄o s. de accusantibus. Nam bene populus erat ibi,& tūc xp̄s dixit, Mulier ubi sunt qui te accusabant? & tunc dixit, nec ego te cōdēnabo, sed amplius noli peccare, quasi uellet dicere, tu fuisti decepta per diabolū & propriā fragilitatē, iā ego remitto tibi pc̄m, noli peccare amplius, ista mulier ut uidetis, fuit primo in periculo mortis,& fuit liberata per xp̄m. Secūdo erat in periculo mariti, & timebat ne forte occideretur ab eo,& possumus pie credere q̄ Iesus xp̄s dixit sibi, q̄ ipse poneret in corde uiri ipsius ne faceret sibi dānū aut malū aliq̄d. Tertio, timebat de uicinis ne diffamarēt eā, & quia xp̄s hoc modo soluit in p̄sentia populi, etiā ab hoc eam liberauit. & ecce rep̄sionē uerbo tantū. Moraliter queritur hic cū xp̄s absoluit istam,& non dixerit nisi ua de & amplius noli peccare,& non dedit sibi penitentiam, quare hoc fecit? Nam posset dicere aliquis q̄ confessores post absolutionem non debent dare penitentiam. Responsio, confessores dant duplicem penitentiam. Prima est contra pc̄ā preterita tāquam medicinam curatiuā, ut si peccator peccauit per superbiam, dant sibi in penitentiam humilem orationē. Si per auaritiā, dāt sibi restitutionē,& sic de alijs. Alia est penitentia pro peccatis futuris tanq̄ medicina preseruatiua, dicendo peccatori si uelit abstinere a pc̄is, & si sic absoluendus est pc̄or, & hanc pn̄iam dedit xp̄s mulieri di. Vade & iam amp. no. pec. Sed quare nō dedit ei primam pn̄iam pro pc̄o preterito tanq̄ curatiuam? R̄ñsio, propter duo. Primo propter uniuersalem potentiā, quia potētia Iesu est magna nec cōparant illi cōfessores etiā pape. Nā papa pōt absoluere a pena & culpa & sine penitentia, sed alij non possunt. & si hoc potest facere papa qui est mortalis, quanto plus ergo papa Iesus. Secunda est ex clara xp̄i scie-

scientia qui uidit cōfusionē factā mulieri tam magnā, & in tali loco, quā sumpsit patienter cū magna cōtritione. Ideo Iesus xps noluit sibi dare aliā penitētiam. Sed nos nō habemus istā scientiam nec potestiā. Ideo dat nobis alia penitētia, & ideo cōfessor debet dicere, Facite ergo fructus dignos penitētie, & ne ceperitis dicere, patrē habemus Abrahā, qa potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrae. Iam enim securis ad radicē arboris posita est &c. Luc. iij. & dico q fructꝰ penitētie est in triplici gradu. Nā quidā sunt precepti a lege, & in his talibus nō est medium, quia in ablatis tenetur quis restituere, & in hoc cōfessor non potest dispensare, ut in factis. est autē furtū ut dicit sanctus Tho. ij. ij. q. lxvj. art. iij. usurpatio bonorum alterius, uel cōtractatio cōtra uolūtatē dñi, & ideo nō solū accipere est furtū, sed etiā cōtractare, & ideo qa primū accepisti, furtū fecisti, & quia secūdo cōtractas, iterū furtum cōmittis. Restitue ergo rem furatā, & tunc remittetur tibi peccatū. Nā nō dimittitur peccatum nisi restituat ablatū. de regulis iu. lib. vj. & si forte non habeas unde restituas, sufficit tibi q habeas uolūtatē restituendi, sed in habēte est peccatū mortale. Vendas itaq; de bonis tuis, etiā si habes dimittere de honore tuo, alias si haberes totā mūdi cōtritionē, & non restitueres, ueniā nō haberes, nisi dñs rē tibi prolongaret, uel remitteret ad tui petitionē, uel reuelationē, & si nō fuerit reuelatū, uadat cōfessor ad illud petendū. Dico ergo q iste fructus penitentie iam est preceptus a lege, nec Papa pōt in hoc dispensare. Alius est fructus per ecclesiā ordinatus. s. q quis annuatim semel confiteat in quadragesima. Si autē nō confitearis, peccas. & ideo si displiceat tibi peccasse, & proponis cōfiteri suo tempore, scilicet quadragesime, extra peccatū es, & lucraris indulgētias, & est stilus curie, q quis nō sis cōfessus, si intra decem dies cōfitearis, lucraris indulgentias, & ideo est cōsiliū, & bonū, ut cōfitearis frequenter, licet nō tenearis nisi in quadragesima. Tertius fructus est quē dat confessor, & iste est arbitrarius quo ad qualitatem, quia pōt esse uel ieiuniū, uel oratio, uel aliquid huiusmodi. Facite ergo fructus dignos penitentie, & uade iam amplius noli peccare, quod fuit thema.

Dñica iiij. in quadragesima. Ser. j.

COlligite que superauerunt fragmenta. Io. vj. & officialiter in euangelio hodierno. Vnde hoc sanctum euāgeliū hodiernū de quo predicaturus sum, facit mētionē cuiusdā solēnis cōuiuij quod in deserto fecit Papa Iesus xps, & dicitur magnū respectu faciētis. s. xpi. Secūdo, respectu uitatorū, quia Apostoli, & multi alij. Tertio, respectu eius de quo comederunt. Quarto, respectu multitudinis. Nos tamen nō fuimus digni esse in illo conuiuio, ut comederemus de illis magnis panibus, & integris, quia licet diu sit q illud cōuiuiū est celebratū, tamē adhuc remanent fragmēta in historia euangelij, ergo dicit xps, Colligite &c. Ita dicit magni dñi seruitoribus post prādiū. & hoc dicit thema, Colligite que &c. Nā postq nō fuistis in prādio illo, perquiratis mēsam, & ista mensa est historia euangelij siue euāgelicalis. Colligamus ergo, & incipiamus ab uno capite mense ad aliud, & reperiemus sex fragmenta.

Primū est obseruantia penitētialis.
Secundū est prudētia intellectualis.
Tertium est ordinatio regularis.
Quartū est cōfidentia diuinalis.
Quintū est misericordia liberalis.
Sextum est beniuolentia uirtualis.

Primo ergo tāgit obseruātia penitentialis. s. facere penitentiā pro peccatis in capite mēse, ideſt, historie euāgelij, ibi cū dicitur, Abijt Iesus trans mare Galilee, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna, quia uidebāt signa q faciebat sup his qui infirmabant. Subijt ergo in mōtē Iesus, & sedebat ibi cū discipulis suis, erat autē proximum pascha dies festus Iudeorū. Videamus utrū reperiemꝰ aliquod fragmētū panis bonū. Nā dicit q tēpore quo Iesus predicabat in terra promissionis, iuit de ciuitate in ciuitatē, de uilla in uillā, & per castra, & loca, & etiā interdum per mare, & plurima turba sequebat eū, & hoc pluribus rōnibus, & prima ratio est, ꝓpter charitatem spiritualē, & hec est melior. Secūda propter deuotionē Iesu xpi, & uerborū eiꝰ, & nō est mirū. Nā illa uerba exibant de ore dei incarnati cum magno sapore in corda hominū. Alij sequebantur eū propter necessitatē corporalem, ut infirmi, quia curabat eos uerbo, & tactu sicut sibi placebat, & istā tertiā rōnē tenet textus ibi, sequebat eū &c. Alij sequebantur eū propter curiositatē mundanā solū, ut uideret miracula que faciebat. Alij ꝓpter malignitatem diabolicā, ut Pharisei, ut si aliquod uerbū posset in eo reprehēdi, & ideo sequebat eum multitudo magna. & dicit textus, q erāt quinq; milia. Verum dicit sanctus Mattheus, masculi, & sic nō cōprehendebātur mulieres neq; minores & pueri, & ideo poterant esse x. uel xx. milia, & de his facit mentionē sanctū euāgeliū qui erāt. xx. annorū, & ultra. qa illi solū numerabant, & sic numerabant in ueteri testamēto, secūdū quod habet Num. j. ij. & iij. c. Et Iesus xps sedit in mōte. Sed uideamꝰ utrū reperiemus aliqd fructū pro nobis, & certe sic. Nā si discooperiamus mappas mēse, reperiemꝰ obseruantiā penitētialē seu penitētiā, quoniā dicit euāgelium, q Iesus xps trāsiuit mare, & post quieuit in monte. Nā mare significat penitentiā, qa dicit mare ab amaritudine, quasi amarū. Et hoc est penitētia, cuiꝰ opera sunt oīa amara. Et primum in penitētia est cōtritio. Et illa est amara, patet quia nihil aliud est q̄ dolor de peccatis preteritis. Secūdū in penitētia est ꝓpositū habere amplius nō peccandi, & hoc est amarū, qa est cōtra tuā malam cōsuetudinē. Tertiū est cōfessio q̄ est amara. Nā amarū est tibi q cōfessor qui te habebat ꝓ bono, uideat & cognoscat tuā uerecūdiā, & infamiā. Quartum est afflictio, sicut est ieiunare, ciliciū portare, uerberare se cū disciplinis, & similia, & nō dormire in lecto. Nam oīa ista sunt amara. Itē in orātiōe. Nā sicut ille q est in tormētis habet manꝰ eleuatas, lapis attrahit corpꝰ uersus terrā, ita in oratione. Nā corpus est lapis, ut habet Sap. ix. Corpꝰ em̄ quod corrūpit aggrauat animā, & tetrena ihabitatio deprimit sensum multa cogitātē &c. Itē dare eleemosynā, durū & amarū est, dādo paupibꝰ, & restitutionem facere de malis ablatis, parcere inimicis remittēdo iniurias amarū est. Sed cōicare quod est ultimum dulce est, sed ꝓpter memoriā passionis xpi uidet amarū. Ideo dixit deꝰ, Cū esset agnꝰ comedēdus, q comederent eū cū lactucis agrestibꝰ. Exod. xij. Concordat sanctus Paulꝰ dicēs, Quotiescunq; manducabitis panē hūc, & calicē bibetis, mortem dñi annūciabitis &c. j. Cor. xj. Mare ergo significat penitētiā. & dicit Esa. in Cantico, domine si sic uiuitur, & in talibus uita spiritus mei, corripies me, & uiuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amarissima &c. Esa. xxxviij. Amara est quo ad cor. s. quo ad contritionē, amarior quo ad os. s. per cōfessionē, amarissima quo ad corpus. s. quo ad satisfactionē faciēdam. Ecce ergo mare. Sed illi qui trāseūt mare cū xpo obtinēt ascēdere ad montē, ideſt, ad celum, & aliter nō possumus ascēdere nisi per penitentiā. Videatis ergo fructū penitētie. Et iō Dauid in ps. Dñi est terra. ibi, Quis ascēdet in mōtē dñi, aut qs stabit in loco sancto eiꝰ? Rñdet, Innocens manibꝰ, & mundo corde &c. Istud ipse Dauid querebat a suis doctoribus, & rabinis, sed rñdere nescierūt, sed spiritus sanctus rñdit di. Innocens. Et dicit aliquis innocens tribus modis. Primus modus est per eleemosynam. Secūdus, per restitutionē accepto rum. Tertius, per petitionē uenie. Et illi qui sic faciūt, sunt innocētes manibꝰ, & mūdo corde. Et etiā ꝓpter alias tres causas dicunt innocētes. Prima est propter cōtritionē. Secūda est per satisfactionē. Tertia est per remissionē. Ecce hoc est primū fragmētū. s. penitētialis obseruātia. Et de ista locutꝰ fuit dñs Iesus xps dicens,

cens, Penitẽtiam agite, appropinquabit enim regnũ celorũ. Mat. iiij. Et iſtud fruſtum reſeruetis, quia aliã uiã nõ habetis ad mõtẽ aſcẽdẽdi. Venio ad ſecũdã partem in qua reperiꝝ ſecundũ fruſtũ. ſ. prudẽtia intellectualis. Et hoc cũ dicit, Cum ſubleuaſſet oculos Ieſus, & uidiſſet, quia multitudo maxima uenit ad eũ, dixit ad Philippũ, Vnde ememus panes, ut mãducent hi? Hoc autẽ dicebat tẽtans eũ. Ipſe enim ſciebat quid eſſet factur⁹. Rñdit ei Philippus, Ducẽtorum denariorũ panes nõ ſufficiũt eis, ut unuſquiſq; modicum quid accipiat. Cũ xps ergo ſediſſet ſubleuans oculos, qa iam tenebat eos uerſus terrã. Et dicit circa hoc glo. ꝙ tenere oculos ſic humiles, eſt ſignum ſapiẽtie, & nõ habebat illos uolãtes, matris ſue ſumendo exemplũ. de qua ſcriptura Cant. iiij. loquitur di. Quam pulchra es amica mea, q̃ pulchra es, oculi tui colũbarũ abſque eo quod intrinſecus latet. Et dicit bis pulchra, qa nunq̃ uana cogitauit, nec etiã in corpore peccauit, & in hoc ſimpliciter erat laudabilis, qa habebat oculos colũbe q̃ ſemp habet eos depreſſos. Nã alie aues multe habẽt oculos ad rapinam inclinatos, & iſti ſunt qui reſpiciũt hinc, & inde, & ad feneſtras, & hoc eſt ſignũ rapine, tenete ergo oculos colũbe. Et de hoc ſpiritus ſanctus laudat uirginẽ Mariã dicẽs, abſq; eo quod int⁹ latet, id eſt, humilitate. Et ſubleuauit oculos Ieſus, & uidit maximã multitudinẽ. Et primo dixit magnã. ideo quia quinq; milia, ſed numerãdo a. xx. annis & ſupra eſt maxima, & dixit Philippo, Vñ emem⁹ panes &c. Quare ergo plus qſiuit a Philippo q̃ ab altero? Dicunt circa hoc doctores, ꝙ ideo quia ille inter alios Apoſtolos erat ſimplicior, ut bene patuit in eius rñſiõe groſſa, qa dixit, Ducẽtorũ &c. q. d. nõ eſt remediũ, quia ſi dixiſſet, Dñe uos q̃ creaſtis ſydera, & uniuerſa, uos poteſtis adhibere remediũ, tũc fuiſſet ſubtilis. Et circa hoc eſt aliud fruſtũ panis, quod dicit prudẽtia intellectual. Nã Ieſus xps, q̃ eſt eterna ſapiẽtia, qſiuit cõſiliũ a Philippo, eũ tamen ipſe eſſet ſimplex, & hebes, ut p locũ a maiori argueremus, quia ſi xps petebat cõſilium ab hebete quo nõ indigebat, ꝙ nec nos uereamur cõſiliũ petere pro ueritate inq̃rẽda, etiã a ſimplicibus. Nã alias ſuperbia eſſet ex qua multa ſequunt dãna. Exẽplũ, Nã quot male ſentiẽtie in mũdo dant propter uerecũdiã, qa nõ petũt cõſiliũ ab antiquioribus. Item etiã multi ſunt aduocati qui q̃ incipiũt aliquã queſtionem, primo debẽt uidere utrũ eſt iuſta an nõ, & q̃rere ſup hoc cõſiliũ, ſed nõ curãt, ſed faciũt ꝙ poſtea in fine poſt multa dãna cõueniũt partes cõpromittẽdo, & cõponũt ſe, exigẽtes tamen ſemper pecunias ab eis uiq; ad illud tẽpus, & magnũ tñ de hoc habẽt peccatũ. Ita eſt in notarijs qui ꝓpter uerba impertinentia inſtrumẽti faciũt cauſam perdere, & hoc multoties fit ꝓpter non petere cõſiliũ, & tenẽtur de dãno dato. Itẽ multi ſunt religioſi qui habẽt predicare, & exeũtes de ſtudio philoſophie incipiũt theologiã, & ꝓpter uerecundiam nõ ſunt auſi petere cõſiliũ, & dicũt multos errores, & incõueniẽtia in ſermonibus ſuis, & uerba impropria, & ſcãdaloſa. Semel quidã religioſus erat predicaturus de trinitate, & uoluit predicare per queſtiones, & formauit primo argumẽta cõtraria ueritati in prima parte ſermonis bene triginta rõnes. Alij uidentes, & audiẽtes ꝙ prima pars fuerat ita magna, recedebãt ꝓpter fatigationẽ, & ipſi remanebãt in illo errore, & hoc ſibi cõtingebat ꝓpter nõ petere conſiliũ. Itẽ multoties in cõfeſſorib⁹ qui in multis ſacramentis errãt ꝓpter nõ petere cõſiliũ, & neſciũt quo debẽt abſoluere de excõica tione minori, & quo de maiori. Similiter cõtingit in medico nõ intelligẽte bene radicem infirmitatis, & homines ſic pereũt, quia nõ petijt cõſiliũ propter uerecundiã, & ponit magnum pondus anime ſue, multa enim ueniũt propter non petere conſiliũ. Ideo Ieſus xps ab hebetiori uoluit petere cõſiliũ iuxta dictum, Interroga patrẽ tuũ, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi. Deut. xxxij. Interrogandi nõ ſolũ maiores, imo etiã minores. Vnde ſemel cõtigit, ut quidam magiſter magnus in theologia nõ poterat intelligere unũ punctũ ſacre ſcripture, & propter hoc ieiunabat, & orabat, & nõ potuit optatũ habere intellectũ dubij quouſq; humiliauit ſe, & uellet ire ad aliũ cauſa informationis, tũc enim angelus apparuit ſibi, & eũ plene de dubio inſtruxit. Ideo ſanctus Iob dicit circa hoc, Interroga iumẽta, & docebũt te, & uolatilia celi, & indicabũt tibi. Loquere terre, & rñdebit tibi, & narrabũt piſces maris. Iob. xij. Et hic nominat quatuor cõditiões perſonarũ, dicẽs iumẽta. Iſte ſunt perſone actiue. Aues uero ſunt perſone cõtẽplatiue. Tertia uero cõditio ſunt agricole. Piſces oẽs xpiani q̃ de aquis baptiſmi ſunt educti. Et iõ quandocũq; re uelas dicta tua ꝓpter humilitatem alicui homini, tũc deus te illuminabit, & ſcies illud de quo dubitabas. Ecce hic ergo ſe cũdũ fruſtũ. ſ. prudẽtia intellectualis. Se quit tertiũ fruſtũ ĩ quo ſtat ordinatio regularis. ut. ſ. quilibet ſeruet regulã, & ordinẽ uiuẽdi. Et hoc oſtenditur in tertia parte euãgelij, cũ dicit, Dicit ei unus ex diſcipulis eius Andreas frater Symonis Petri. Eſt puer unus hic, qui habet quinque panes ordeaceos, & duos piſces, ſed hec quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Ieſus, facite homines diſcũbere. Erat autẽ fenum multũ in loco. Diſcubuerũt ergo uiri numero, quaſi qnq; milia. Vide cũ Philipp⁹ reſpõdiſſet, Andreas dixit, Hic in ſocietate eſt puer qui habet quinque panes ordeaceos, & duos piſces, Sed qd hoc erit inter tãtos? quaſi dicat, dimittamus pro nobis. Sed Ieſus xps uocauit, ut omnes diſcũberẽt, & fuerũt bene. v. milia qui ſederunt. Et hoc declarat ſanctus Marcus. vj. c. qui dicit ꝙ ſederũt per centenos, & quinquagenos, ſcilicet quia ad unã partẽ homines maiores, & ad aliam partem minores, & fuerũt ordinati per centenos in longũ, & ſedebant ſuper fenum, ut poſſent trãſire modo ſulcorũ, & per trãſuerſum erãt quinquaginta, & ita de mulieribus, & minoribus, & iſto modo fuerunt ordinati iuxta illud, Que a deo ſunt, ordinata ſunt. Itaq; qui reſiſtit poteſtati dei, ordinatiõi reſiſtit. Qui autem reſiſtũt, ipſi ſibi damnationẽ acquirũt. ad Ro. xiij. Sed queritur quare Ieſus noluit, ut comederẽt donec fuerũt ordinati, cũ tamẽ in ordinatione multã moram fecerũt? Reſpõſio, ꝙ hoc eſt fruſtũ abſconſum infra mappas, & eſt ordinatio regularis, qa ſi uolumus ꝙ deus prouideat cõmunitati, oportet ꝙ ſit ordinata. Et ita de omni monaſterio religioſorũ, de omni capitulo, & collegio, etiã quilibet in domo ſua ſit bene ordinat⁹. Exẽplũ ſi rectores alicuius uniuerſitatis tempore ſiccitatis uolũt ꝙ deus det eis pluuiã ſuo loco, & tẽpore, ordinẽt ciuitatem, locũ, uel uillã, ut nõ ſtent leproſi cũ alijs ſanis, nec meretrices ſtent cũ bonis mulieribus, nec Iudei cũ xpianis. Itẽ ꝙ nemo audeat diebus dominicis, & feſtis laborare. Et ſic poſtquã hoc eſt ordinatum, tũc deus prouidebit illis. Itẽ que eſt ratio quare plures cõuentus religioſorũ moriũtur, & pereunt fame? quia inter eos nõ eſt ordinatio que conſiſtit in paupertate, caſtitate, obedientia, & in alijs cerimonijs. Ita dicamus de capellanis, quia in ordine ſuo dicere deberent matutinas, & alias horas canonicas, & de uote orare. Nã quilibet ſcit ſuũ ordinẽ. Nõ ꝙ ſemel oret in aurora, & ſemel genibus flexis, & ſemel nõ, ſed accipiendo horas per ordinẽ, nõ accipiẽdo interualum, nec induendo ſe. Nã benedictus eſt qui uitã habet ordinatam iuxta uerbum, Omnia honeſte, & ſecundũ ordinẽ fiant in uobis. j. Cor. xiiij. Benedict⁹ eſt ergo Chriſtianus, religioſus, presbyter, uel alius qui totũ tps tenet ordinatũ, & iſtis prouidet deus. Et habetis fruſtũ bonum quod eſt ordinatio regularis. Quartum fruſtum eſt cõfidentia diuinalis, ſcilicet in omnibus neceſsitatibus, & periculis confidere de deo, quia licet amici, & parentes deficiant in pecunia, tamen deus nõ deficit in neceſſarijs. Et hoc fruſtũ inuenit in mẽſa, ideſt, ĩ euãgelio ibi, Accepit ergo Ieſus panes, & cũ gratias egiſſet diſtribuit diſcũbentib⁹, ſiſr & ex piſcib⁹

quãtũ uolebãt Nam qñ Ieſus xps hoies uidit ordinatos,accepit panes & piſces, & renẽdo in manib⁹,& oculis ad celum eleuatis,tũc bñdixit,& dedit diſcipulis, & diſcipuli dederũt oĩbus,intãtũ ꝙ oẽs ſaturati fuerũt,& ſemp uictus multiplicabantur.Et hoc fuit factũ tribus modis. Primo,inter man⁹ xpi frangẽtis.Secundo mõ creſcebat in gremijs Apſtorũ miniſtrãtiũ.Tertio,inter dẽtes comedentium.Ecce ergo qũo multiplicati ſunt,& ſaturati fuerũt.De quo ſapore,dico uobis ꝙ nullus panis fuit ita ſuauis & ſapidus.Quoniã regula eſt in theologia,qđ qcqd Ieſus faciebat miraculoſe, preualebat ei ꝙ fiebat ꝑter naturã.Ita cũ reſtituebat uiſum,uel dando ſanitatẽ,& qñ fecit de aqua uinũ in nuptijs architriclini.& forte quereret aliqs an aliqd biberunt.Nã certũ eſt ꝙ itinerãtes & feſi ſi multũ comedũt & nõ bibunt,magna eſt paſsio & pena.Sed euãgelũ nullã facit mentionẽ de potione.Habemus tũ dicere ne prãdiũ uideat imperfectũ,quia dei perfecta ſunt opera.Deut.xxxij.ꝙ biberunt,& quod illi panes & piſces fuerunt ſi nul cibus & potus.Nã nõ legit ꝙ eſſet ibi unum neq; fons.Nec uidet rõ ꝙ habuiſſent ire ad fontem,quia tũc eſſet ibi inordinatio. Quod autẽ panes & piſces erant ſimul cibus & potus,trahit ex duobus paſsibus biblie.ſ.Exo.xvij.& Nume. xx.ubi dicit,ꝙ filij Iſrael habebãt in deſerto quid comederẽt,ſed nõ quid biberent,quare ipſi murmurabãt cõtra Moyſen. Qui orauit deum & deus dixit ſibi ꝙ cum baculo percuteret ſaxum ſeu rupe, & fecit,& exiuit flumen aque uiue.Iſta petra erat xps.j.ad Corin.x.& ſignificauit quod petra.i.Chriſtus daret eis ad bibendum.Sic etiã de pane & piſce exibat liquor qui refocillabat comedentes.Nã ſi de petra,in qua nullus liquor erat, exibat aqua,quanto ergo plus de pane. Et hoc fuit figura comunicandi,& tamẽ dicunt laici, Vos clerici decipitis nos, quia datis nobis duntaxat corpus Chriſti,ſed non datis nobis de ſanguine.Sed nõ eſt uerum, imo damus uobis de ſanguine,quia in hoſtia conſecrata eſt ibi totum corpus ex ui uerborum,& totus ſanguis ex cõcomitantia reali.Vñ antiquitus dabaĩ etiã de ſanguine.Et quia ex quo ſequebanĩ multa pericula.Nã multi ruſtici cum magnis barbis cõicantes, faciebãt ꝙ aliquid in barba remanebat, & per cõſequẽs plura alia pericula.Ideo fuit mutatum.Nam in corpore eſt ſanguis,ideo dicitur Ioan.vj.Qui mãducat meã carnem,& bibit meũ ſanguinẽ &c. accipiendo & pro etiam.Nam uiua caro eſt corpus uiuũ,& ideo nõ ſine ſanguine.Et hoc fruſtum eſt confidẽtia diuina. Sed tunc Apli quaſi deſperabãt,eo quia nõ poterãt hoĩbus prouidere.Sed Chriſtus uoluit aliter prouidere.ſ.mõ inuſitato,ad dandũ intelligendum ꝙ in nullo caſu ſiccitatis,nec in alio modo deſperemus de deo,ſed ꝙ habeamus bonam cõfidentiã,& nõ teneamus modũ aliorũ ruſticorum q dicunt,ſi nõ pluit nõ habebimus iſto anno blada. Sed iſti nõ habẽt bonam intentionẽ,nec cõfidentiam de deo.Nã deus põt dare nõ ſolũ frumẽta in campis,imo etiã in horreis.Idẽ de uino.Idem de alijs.Et ſic interdũ nõ cõcedit propter diffidentiã noſtrã.Et circa iſtã materiã audiatis parabolã,Nã ſemel contigit quod in ciuitate Valentie blada erant duabus palmis ſuper terram,& uenit ſiccitas nimia & crudelis,& non creſcebant,& fiebant inceſſanter proceſsiones cum multis letanijs,& nũquã pluit. Et tẽpore meſsium gentes collegerunt blada ita parua,& nunquã tãtũ frumentum habuerũt.Nã ſpice erant meli⁹ granate quã unquã prius,licet habuerũt parum de palea,& ideo ſi nos ſequeremur xpm ut illi,prouideret nobis ſicut & illis.Petatis ergo pluuiam,ut ſibi placet, quia aliter põt prouidere abſq; pluuia, prouidet ſemper animalibus,& placeret deo quod nos diceremus de eo ſicut dicit filius paruulus de patre ſuo.Nam ſi interrogas puerum, Quid comedes hodie? Dicet ipſe,Pater meus habet curam. Et ſi dicis ſibi, Poſt iſtam neſtem quis dabit tibi aliam? Reſpondet, Pater me⁹ prouido

prouidebit. Iſtum modum uellet deus habere de nobis, ꝙ haberemus de eo ta lẽ cõfidẽtiam,ſicut filius habet de patre naturali.Sed nos minus confidimus de deo quam de uno Iudeo uel Sarraceno, qa ſi tu habes aliquod inſtrumentũ manu alicuius notarij ſcriptũ,in quo cõtineaĩ ꝙ talis Iudeus ſit tibi obligatus in uiginti uel triginta florenis,& dicĩ tibi, Vnde habebitis frumẽtũ iſto anno? Rñdetis,Ecce talis eſt mihi obligatus,de illo emo,& non cõfidis de deo,iniuriam facis eis,qa chartã fecit tibi deus p notariũ fide dignũ ſanctũ Lucã cũ dicit,Primũ querite regnũ dei & iuſtitiã eius,& hec oĩa adijcienĩ uobis.Et nolite ſolliciti eſſe &c.Mat.vj.Cõfidatis ergo de deo ſicut de pre,& queratis honorẽ ſuum & iuſtitiã.i.pniam & cõfidentiã.Ecce ergo fruſtum panis.ſ.diuina cõfidentia.Et iõ uoluit mõ inſolito xps prouidere. Quintum fruſtũ eſt liberalis mĩa erga pauperes largiter ſe habere,& hoc tangitur cũ dicit,Vt autẽ impleti ſunt,uſq; ibi,manducauerũt.Nã uidẽs Ieſus ꝙ iã comedetant,dixit Apoſtolis ꝙ quererẽt uaſa aliqua cum quibus colligerent fragmẽta, dãs diuitibus exemplum ꝙ nullũ panis fruſtum ponaĩ in armario,ſed deſ pauperibus,& non dent canibus,nec gallinis,nec alijs animalibus.Et Apoſtoli ſic inquirẽdo inuenerũt duodecim cophinos,& quilibet ex Apoſtolis habuit unũ & collegerunt panes,& alij de comedẽtibus abiconderunt panem,& hoc propter bonum ſaporem uiatici,& nolebãt deponere,ſed Apoſtoli querebant & petebant cum magna diligentia. Deinde dico uobis,ꝙ ſi ego fuiſſem in illo conuiuio, ꝙ penes me retinuiſſem etiam unum fruſtum.& collegerũt duodecim cophinos,& in hoc demonſtratur miſericordia Ieſu xpi liberalis,& ideo dicit Lu.xj.Verũtamen quod ſupeſt date eleemoſynã,& ecce oĩa munda ſunt uobis. Semel Ieſus xps fuit inuitatus in domo cuiuſdã diuitis,& ipſe diues amore xpi inuitauit alios diuites,& Chriſtus dixit illis,Date quod ſupereſt,& omnia mũda ſunt uobis.Nã tante uirtutis eſt eleemoſyna ꝙ mundat peccata.Et dixit qđ ſupereſt,& non dixit quod neceſſe eſt. Sed quero quid ſignificãt quinq; panes? Rñdet Beda,ꝙ quinq; panes ſignificant quinq; libros Moyſi.ſ.in quibus erat tota prouiſio Iudeorũ,ſicut in quinq; panibus illius turbe,& dicunt ordeacei.Nã ordeũ extra eſt aſperum,intus eſt album & dulce,ita erat in illis.Et ideo dicit Ieſus xps,Scrutamini ſcripturas in quibus uos putatis uitam eternam habere,& ille ſunt que teſtimonium perhibent de me.Ioan.v.Queratis ergo bene,& non ſolum corticem,quia aſper eſt,ſed etiã ad farinam.i. medullam intrate. Et iſti duo piſces ſignificant duo.ſ.doctrinam prophetarũ & pſalmorum,& ideo Chriſtus dicit,Quoniam neceſſe eſt impleri omnia que ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me.Luce vl.Et iſti panes & piſces erant integri quouſq; uenit Chriſtus,qui fregit & dedit Apoſtolis quando aperuit illis ſenſum ut intelligerent ſcripturas.Luc.vl.Superſunt duodecim cophini pro nobis,qa articuli fidei ſunt.xij.Et qlibet Apoſtolus ſumpſit ſuum cophinum.Nam quilibet fecit unum articulũ in ſymbolo.Primus articulus,Credo ĩ deum patrem omnipotẽtem,creatorem celi & terre &c.Sed ibi quãdo dicit,ſanctorũ cõionem,intelligatis.i.ſacramentorum,& iſti articuli nõ pereunt ſimpliciter,dicunt tũ perire,qñ Chriſtianus habet bene in corde,ſed nõ in ore,quia tunc modico ad modicũ peribunt.Et ſi uultis hoc melius uidere,põnã unam candelã accẽſam in aliqua lucerna in qua non ſit aliquod ſpiramẽ,clarum eſt ꝙ modico ad modicũ extingue tur,ita eſt de fide.Nam cor hoĩs eſt lucerna,& fides eſt candela,quia in ps.dicitur,Illuminas lucernam meam domine &c.& qñ uenis ad demõſtrationẽ & titubationẽ,incidis in hereſim.Quid eſt ergo faciendum? Dico uobis ꝙ in quolibet mane,cum es indutus & caligatus flexis genib⁹ dicas ſemel,Credo in deũ, & idem de ſero antequã ſis in lecto & cũ

ꝓtestatione dicẽdo,tũc respirat candela & lumen conseruat.Et cũ uenerit prodi tor ille antichristus,tũc stabis firmus,& ante ꝓmitteres te frustari,antequam sibi cõsentires.Ista ergo mia liberalis est necessaria alijs & nobis, qm̃ aĩe sue debet quilibet misereri,& hoc est quintũ frustum.s.misericordia liberalis.Sextũ frustum est beniuolentia uirtualis,cũ dicitur ibi,Illi ergo hoĩes cũ uidissent ꝙ fecerat signũ Iesus dicebant,Quia hic est uere propheta q uenturus est in mũdũ.s. facere gratias, recognoscendo bñficia. Ita semp post comestionem &c.& ante prandium debetis gras agere deo.Et iõ ipse ante accipiẽs panes bñdixit.Nã xps ante introitũ mense semp faciebat uersum ex psalmista,Oculi oĩm in te sperãt dñe,& tu das escam illorum in tẽpore opportuno.Aperis tu manum tuam &c. Quia esca corporalis fuit uenenata per diabolũ,& iõ debet poni medicina seu tyriaca cõtra uenenũ,saltẽ ad minus dicẽdo,Iesus,si aliã orationẽ propter tuã gulositatẽ non potes facere,nec dicere, & ĩ fine similiter deũ laudare debes.Vidi in ptibus Lõgobardie ꝙ in quodam hoĩe erãt bene quingẽti diaboli,& quesiui cũr intrauerũt,& plures respõdebãt dicẽtes,ꝙ comedẽdo uel bibẽdo,& nõ faciendo orationẽ uel signũ sancte crucis.Et circa hoc refert beatus Greg.in primo dialogorũ,ꝙ in quodã monasterio monacharum in horto erãt lactuce multe,& una ipsarũ monacharũ desiderio momordit in unã illarũ & non dicit Iesus,& sic comedẽdo intrauit diabolus in corꝑ ipsius.Et diabolꝰ iste cõiurabat per unũ sanctum hoĩem,& dicebat,Dimittas me,ego non habeo culpam,quia eram supra lactucã,& ipsa comedẽdo posuit me intra suũ corpus.Et ideo prouidit nobis xps dãdo nobis exemplum qñ eleuauit oculos ad celum & dixit,Oculi oĩm in te sperant dñe &c.in ps.cxliiij. Exaltabo.Idem in fine prandij uel cene. Nã dicit sanctus Mattheus,ꝙ in die cene hymno dcto exierunt ipꝰ in mõtem oliuarũ,& tunc dixerũt,Memoriã fecit mirabiliũ suorũ,misericors & miserator dñs,escã dedit timentibus se &c.Et iõte neatis istã regulã,ut cognoscatis dei beneficia.Et iõ dicit.j.ad Ti.iiij.Cibos deꝰ creauit ad percipiendũ cũ gratiarũ actione fidelibus & his q cognouerũt ueritatẽ, qa oĩs creatura dei bona est,& nihil reijciẽdũ ꝙ cũ gratiarũ actione percipit.Sanctificat eĩm ꝑ uerbum dei & orationem. Ecce ergo hic sextũ frustum,& ideo colligite postquã non fuistis in illo prãdio.

Dominica Letare. Sermo.ij.

HAbet quinq; panes ordeaceos, & duos pisces.Io.vj.Quilibet dominus siue paterfamilias tenetur de iure naturali,pontificali,& etiã imperiali suis seruitoribꝰ & domesticis sufficienter prouidere.j. Ti.v.Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet,fidem negauit & est infideli deterior &c.Summus itaq; paterfamilias dominus Iesus, qui non uenit legem soluere,sed adimplere,sufficientem imo reuera superabundantem fecit prouisionẽ pro suis seruitoribꝰ & domesticis.Nam habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces qui sufficiunt abundantissime,ut in euangelio hodierno mystice designatur.

Primus est corporalis.
Secundus est penitentialis.
Tertius sacramentalis.
Quartus doctrinalis.
Quintus celestialis.

De quibꝰ dicit thema,Habet quinq; panes &c.Iuxta intellectũ allegoricum.De primo pane corporali quo intelligit oĩs humanus uictus,ordaceus est propter asperitatem exteriorẽ.s.in acquirendo. Gen.iij.In sudore uultus tui uescẽris pane tuo,donec reuertaris in terrã de qua sumptus es.Hũc merenẽ ueri seruitores dei qui.s.faciũt uolũtatẽ dei obedientes mãdatis eiꝰ.Quare petimus in oratione dñica,Fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra.Panẽ &c.Dic exẽplũ de sutore & cõpatre.De secundo.Panis pnialis est qui ex uili materia.s.ex peccatorum recordatio

cordatiõe cõficit,ordaceus qdẽ & asper propter dolorẽ cõtritionis,ordeaceꝰ & asper ex rubore confessionis,ex labore satisfactionis. Dic exemplũ de muliere dãnata ex rubore cõfessionis.ps.xlj.Fuerunt mihi lacryme mee panes die ac nocte.Ezec.iiij. Quasi subcinericiũ & ordeaceum panẽ comedes.De tertio.Panis sacramẽtalis quidẽ ex purissima materia confectus fuit in utero uirginali ꝑ spũ sanctũ,imo secũdũ theologiã in celo genitus,in utero uirginis fermẽtatꝰ, in patibulo crucis excoctus,in mensa altaris appositus,in speciebus reconditus, ordeaceus dicit propter asperã passionis memoriã.j.Cor.xj.Quotiescũq; mãducabitis panem hunc,& calicẽ bibetis, mortẽ dñi annũciabitis.i.representabitis donec ueniat.Io.vj.Hic est panis qui de celo descẽdit,qui mãducat hũc panẽ uiuet ineternũ.De quarto.Panis doctrinalis confectus ex autoritatibus diuine scripture,ordeaceus ꝓpter austeritatem correctionis & dure reprehensionis in pctõres.Eccli.xxj.Verbũ sapiens quodcũq; audierit scius laudabit & ad se adijciet,audiuit luxuriosus & displicebit illi & proijciet illud post dorsum suũ.Similiter de alijs uitiosis.Sed tñ dicit Matth. iiij.Non in solo pane uiuit hõ,sed in oĩ uerbo ꝙ procedit de ore dei.De quinto.Panis celestis hic est ex beatitudinibus & dotibus glorie confectus,ordeaceus dicit propter tribulationes,qm̃ per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnũ dei.Act.xiiij.Sed tñ btũs q mãducat panẽ in regno dei.Luce.xiiij.Duo pisces sunt exempla sanctorũ martyrum & cõfessorũ,quibꝰ quasi cõdimẽto predicti panes ordeacei comestibiles reduntur.No.de illo uiro nobilissimo,q factus religiosus dicebat ꝙ iuuẽcule mulieres nõ sinebant ipsum dormire hora matutinarũ.Ideo Heb.vl.Memẽtote ꝓpositorũ uorum qui uobis locuti sunt uerbũ dei,quorũ intuẽtes exitũ conuersationis imitamini fidẽ.Greg.Si exempla sanctorum recolimus,nihil tã graue est ꝙ equo animo non sustineamus.Et precipue cum quis recordatur de passione Christi.Nota exemplum de illo qui uoluit exire ordinẽ propter panis asperitatem.Cui Christus apparens intinxit uulneribus,& sic reuocatus ex memoria passionis Christi mansit.

Feria.ij.post Letare. Sermo unicus.

IPse sciebat quid esset in homine.Textualiter. Io.ij.& recitatiue in euãg. isto monstrant nobis tres excellentie Iesu Christi.

Prima est posse copiosum.
Secunda est uelle pium.
Tertia est scire luminosum.

Ideo loquit thema,Ipse sciebat &c.De tertia dicit thema,quia xps habet clare scientiam oĩm creaturarũ,& etiã cognoscit secreta cordium.De prima ergo pte est dicendum in xpo Iesu posse copiosum & incõprehensibile,cuius respectu nullũ est posse hoĩm pape,nec regis,nec imperatoris. Nã horũ posse in uno puncto indiuisibili consistit,qm̃ istorũ posse aut est preteritũ,aut futurũ,aut presens. Si forte loquaris de preterito,iam nihil est de futuro,qa regnabo tot annis,uel ero papa,qa nõ põt gaudere,qa nõdum est & cõsistit in fortuna.Veniamus ergo ad mediũ ꝙ est presens.Nã dicit philophus ꝙ de tẽpore nõ habemus nisi nũc, & sic in puncto indiuisibili cõsistit.Sed posse dei est copiosum,sine principio & sine fine,& totum simul in sua eternitate consistens est.Ideo dicit,Potestas eiꝰ potestas eterna que nõ auferet,& regnũ eius quod nõ corrumpet.Dan.vij.Istud ergo posse ostenditur in euangelio hodierno in principio dum dicit,Prope erat pascha Iudeorum,& ascendit Iesus Hierosolymam,& inuenit in templo uẽdentes oues & boues& columbas,& nũmularios sedentes.Et cum fecisset quasi flagellũ de funiculis oẽs eiecit de tẽplo. Oues quoq; & boues & nummulariorum euertit es,& mẽsas subuertit,& his qui uendebant columbas dixit,Auferte ista hinc,& nolite facere domum patris mei domum negociationis.Recordati uero

uero sunt discipuli eius, quia scriptū est, Zelus domus tue comedit me. Nota dicit S. Io. ꝙ quādo appropīquabat pascha Iudeorū, Iesus Christus ascēdebat de Galilea in Ierusalē, & introiuit in templū. i. in atriū templi, & ibi quidā tenebant boues ad uendendū, alij oues, alij qui uendebant alia animalia, & etiā erant ibi nūmularij, qui mutuabāt pecunias indigentibus, & ideo ibi tenebātur, ut possent emi propter oblationē faciendā in festo, ut possent cambire, uel mutuo accipere, ne aliqui posset se excusare de sacrificio faciēdo, & credebāt de hoc seruire deo. Et Iesus intrās illud atriū, & uidēs illud quasi persona aliquātulū turbata, se mouit, & sumpsit funiculos, & hīc & ide pcussit. Et mirū est, ꝙ sibi nō resistebant, sed dicit Hiero. ꝙ de uultu Iesu xp̄i procedebat coruscās radius, quo oēs timore magno fugerūt, & ꝙ Christus oīa proiecit in terrā, intantū ꝙ discipuli de hoc mirabantur, quia ipse semper fuit passus iniurias, & nūquā aliquē percusserat. Sed fuerūt recordati uerbi Dauid. ps. lxviij. ſ. Saluū me fac. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris mee. Et sequitur, quoniam zelus domus tue comedit me Et cōcordat ad hoc sanctus Paulus ad Heb. ij. Nā Iudei dicebant fratres Christi, licet euāgelista non alleget nisi illa uerba, quia omnes ueniebāt de Abraā. Et ad Heb. ij. Nō confunditur eos uocare fratres, dicēs, Nuntiabo nomē tuū fratribus meis. Et ex cadē matre nō ex Maria, sed ex ecclesia. i. synagoga, & ideo dicit xps, Extrane⁹ factus sum fratribus meis, quia illos percutiebat. Nam zelus domus &c. Et dicit, comedit, sicut cōmuniter dicitur tristitia comedit me, & ille zelus q̄si mouit, & turbauit xp̄m. Et in hoc ostēditur posse copiosum. Hoc patet per questionē istā qū queritur. Cur principes templi, & alij Christo pauperi, & iuueni nō restiterūt, quia fuit in principio predicationis? Respōsio, ut uerificaretur prophetia Mardochei di. Domine de⁹ rex omnipotēs in ditione tua cū cta sunt posita, & nō est qui possit resiste re tue uolūtati. Dūs enim uniuersorū tu es &c. Hester. xiij. Et ecce hic intellectū literalē. Sed nūc intremus secreta euāgelij per tres questiōes. Et prima est literalis. Nā certū est ꝙ in illo populo Iudeorū alia maiora erāt peccata his que in tēplo fiebāt, & tū legit ꝙ nō facto, sed uerbo correxit eos de alijs peccatis, q̄re hic fecit correctionē facto? Respōsio, ad ostēdēdum quātū displicet deo tēplū esse ad prophana deditum, & illicita, sicut est qū aliqui ueniūt ad loquēdū in ecclesia forte de uanitatibus, & de alijs peccatis grauioribus cū aliquibus mulierib⁹, uel alijs psonis de matrimonio pro re illicita. Itē etiā interdū quādo faciūt nuptias si pluit, uel aliter tripudiant in ecclesia, maledictū est hmōi matrimonium, sicut de illis qui ibi faciūt forū. Itē de illis qui dū fit officiū uadūt per ecclesiā respiciēdo mulieres, & faciēdo alias uanitates. Et circa istā materiā dicit magister historiarū scholasticarū, quia tēpore Iulij Cesaris, Pōpeius & Cesar de Imperio cōtendebāt, & Pōpeius semper fuit uictor. Iste Pōpeius cōtigit ꝙ uenit Ierusalē que erat subiecta Romanis, & nō sufficiebant stabularia, & firmauit in atrio templi equos, nō in tēplo, & ideo ista ratiōe semper fuit uictus, nec fuit Imperator, ergo quia nō dedit honorē tēplo dei. Et si ergo iste tm̄ fuit punit⁹, quāto ergo magis de xp̄ianis predicta faciētibus? Ideo dicitur, Si quis ergo tēplū dei uiolauerit, disperdet illū de⁹. Tēplū enim dei sanctū est. j. ad Cor. iij. Et dixit disperdet. i. diuersimode pdet filios, filias, honores, famā, & pecunias, & ergo manibus puniuit istos. Et ideo in introitu ecclesie semper apponitur aqua benedicta, ut nos aspergamus, qa cū timore debemus intrare. Ideo Dauid in ps. v. sc. Verba mea. Introibo in domū tuā, adorabo ad tēplum sanctū tuū in timore tuo. Et hic est finis de prima questione. Secūda questio est, cū ibi alia nēderentur, que est ratio ꝙ sōlū facit mētionē de bobus, & ouibus, & colūbis, & de nummularijs, cū de capris etiam fit sacrificiū? Certe non sine causa.

Nam

Nam secretū est, & allegoricū. Et respōdendo dico, ꝙ quatuor sunt peccata clericorū, que fiūt in tēplo, que significant per ista animalia, que peccata deus grauiter puniet. Et primo dixit boues. Nā boues hic significant magnas dignitates, & prelationes. Nam tūc uenduntur boues cū iste dignitates pecunijs, uel precibus magnorū, uel presentationibus dātur aliquibus, & nō ꝓpter deū pure. Oues autē signant beneficia simplicia que uenditur, cū dātur pecunijs, ut. s. uel aliter. Colūbe in quibus plus est. Nā ad similitudinē illius apparuit spiritus sanctus, signant sacramenta cū dantur pecunijs accepti, tūc dicuntur uēdi columbe in tēplo, ut si uicarius, uel curatus nō uult dare baptismū, nisi dētur pecunie, uel si nō apponant tot candelas cū denarijs. Item in confessionibus qū dantur denarij. Itē in sacramēto cōmunionis si uult aliquis cōmunicare. Et dicit uicarius ob reuerētiā dei ponatis denarios in candelis, etiā uēduntur colūbe. Itē in missa, & in oīb⁹ sacramentis. Ecce quare de his fit hic mētio. Nūmularij qui sunt mercatores denariorū, hi sunt in ecclesia dei usurarij. sc. ecclesiastici qui dāt pecunias Iudeis, ut respondeāt de illis, & istorū es Christus effudit, & subuertit mēsas, quia bona istorū, cū ueniet Christus ad iudiciū, oēs isti predicti nummularij ejciētur foras. Et ideo dicitur, Nō erit mercator ultra in domo dei exercituum in die illa. Zach. xiiij. in fine. Tertia questio est, si teneri hec animalia, & pecunias in tēplo est tā magnū peccatū, quid tūc si aliquis eligit sepulturā in ecclesia, ut corp⁹ suū mortuum sit in ecclesia sepultum, est ne peccatū uel meritū, utrū iuuat animam, uel nō? bona est questio. Respōdeo, qd̄ quedam sunt persone sancte, & perfecte que nō intrant purgatoriū, sed recta uia uadunt ad paradisum, alie sunt persone que recte uadunt ad infernū, alie mediocre que uadunt ad purgatoriū. De primis dico, quod sepultura in ecclesia multū eis prodest, non ut crescat eis gloria essentialis, sed accidentalis. Nā cum aīa uidet sic honorari corpus eius, gaudet, quia cōcordat cū gloria anime iā corpus in pūti aliquo modo. Et uidete magnū miraculū. Nā erat quidā in paradiso, & apparuit cuidā amico suo, & dixit sibi, Facias mihi tantū placitū, ut qualibet hebdomada scopes meū monumentū, & orabo pro te. Ecce ergo plus gaudet si est in ecclesia. Et simile legitur de sancto Bartholomeo, qui apparuit cuidā, rogans, ut colligeret ossa sua. Si uero loquamur de dānatis, dico quod est eis magna pena, & hoc dupliciter. Vno modo propter presumptionē quā habuerunt, cū essent male uite, & elegerunt ibi sepulturam. Alio modo, quia iā uident se esse in carcere inferni, & corpus ita honorari, dicit dānatus, O miser corpus putridū sic honoratur, & gloriatur, & anima tā acriter torquetur. Si autē loquamur de his qui sunt medij, id est, de his qui sunt in purgatorio prodest, & nocet diuersimode, quia si eligant intentione uanitatis, multum nocet eis, & torquentur multū in purgatorio, sed multū prodest si faciūt ꝓpter deuotionē, ut parentes, & amici eorū dū eorū sepulchrū uidebūt, recordēt de eis, & rogēt pro eis. Et isto mō ꝓdest, intātū ꝙ si duo istorū sunt eq̄ boni, maius commodū habet q̄ est sepult⁹ in eccl'ia bona intētiōe. Nā dicit S. Aug. Sepultura hec est monitoria orādi ꝓ eo, & ideo dicitur monumētū. i. monēs mētē. Et ideo dicit in psona defunctorū in purgatorio existētiū, Memor esto iudicij mei, sic erit & tuū, mihi heri, & tibi hodie. Eccl'. xxxviij. Heri appellat totū tps preteritū. Et ecce primā ptē sermonis. Venio ad secūdā ptem q̄ est, uelle piū Iesu xp̄i, qa de se nō uult dānationē aiarū, sed cōuersionē peccatoris, & ꝙ infideles ueniāt ad ueram notitiā fidei, & ergo uoluit mori, ut nos saluaret. Et iō dicit, Hoc em̄ bonū est & acceptū corā saluatore nr̄o deo, q oēs homines uult saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire. Vnus em̄ de⁹ est, & unus mediator dei, & hoīm hō xps Iesus, q dedit redēptionē semetipm̄ ꝓ oībus. j. ad Ti. ij. Est ergo piū uelle. Et oñdit in secūda par

da parte euāgelij ibi cū dicit, Rñderūt ergo Iudei, & dixerūt ei, Quod signū ostē dis nobis, quia hec facis? Rñdit Iesus, & dixit eis, Soluite tēplū hoc, & in trib⁹ die bus excitabo illud. Dixerūt ergo Iudei, Quadraginta sex annis edificatū est tem plū hoc, & in tribus diebus excitabis illud? Ille autē dicebat de tēplo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, qa hoc dicebat de corpe suo, & crediderūt scripture & sermoni quē dixit Iesus &c. Dicaf quo illi q fuerūt expulsi a xp̄o de tēplo, q tñ fuerūt de maioribus, sicut mō canonici, conquesti fuerūt principib⁹ Iudeorū, & sacerdotibus q accesserūt ad xp̄m. Et isti dixerūt xp̄o, ꝙ signū oñdis nobis, qa hec facis. q.d. qa hoc Mesie uēturo cōuenit, nō tibi q es unus paup, ꝙ ergo signū ostēdis, ꝙ sis Mesias? Ēt tūc Iesus rñdens dixit, Soluite tēplū hoc, & in triduo exci tabo illud. Et Iudei intellexerūt de tēplo materiali, sed secūdū Ioā. ipse dicebat de tēplo sui corporis, ꝙ est tēplū diuinitatis, ut habef ad Colf. ij. Nā dixit text⁹ ibi dē, ꝙ in ipso habitat oīs plenitudo diuinitatis. Nā Apostoli tūc ꝓba xp̄i nō intel lexerūt, sed bene post resurrectionē. Sed circa istā partē sunt uidēda aliqua secreta, & multa, & pulchra alia. Et primo uideamus stultitias Iudeorū. Nā Iesus xp̄s uelle habuit piū, eo ꝙ oēs uoluit saluos fieri, & tñ illi de qb⁹ scriptura dixit, Ablatus est pp̄s meus gratis. Esa. lij. dixerunt xp̄o, ꝙ signū ostēdis? o stulta interrogatio, qa iā eis ostēderat. xv. signa ꝙ ipse erat uerus Mesias, sed oīm fuerūt obliti. Et primū fuit sue cōceptionis, & quādo ẏgo Maria despōsari debuit, & nolebat sumere uirū, & sacerdōs templi rogabat deum, qd esset de ista ẏgine. Et dixit illi deus, ꝙ despōsaret, & ꝙ spōsus eius esset de genere Dauid, & ꝙ quilibet ueniret cū baculo arido, & ille cuius baculus flo reret, ꝙ ille esset spōsus suus, & illud uenit ad Ioseph. Et tūc fuit cōpleta illa pro phetia, Egredief uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet, & requiescet super eū spiritus dñi, & spiritus sapiētie, & intellectus, spiritus cōsilij & fortitudi nis, spiritus sciētie & pietatis, & replebit eū spiritu timoris dñi. Esa. xj. Et istud si gnū fuit notū oībus existētibus in Ieru salem. Nōne ergo erant ignorates Iudei querētes signū a xp̄o, qa debebāt scire si gnū factū in despōsatione matris sue? o stulti. Secūdū signū fuit in natiuitate, qa in media nocte natus fuit, & nox fuit cla ra, & refulgēs que erat obscura, ut dies, & oēs uiderūt claritatē noctis. Et tūc fuit cōpleta prophetia illius, Populus qui am bulabat in tenebris uidit lucē magnā, ha bitātibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Sequitur, Paruulus natus est nobis, & filius dat⁹ est nobis. Esa. ix. Ter tiū signū fuit qñ uirgo Maria absēdit fi liū suū in p̄sepio, & uidētibus illis, bos & asinus adorauerūt eū. Iuxta uerbum, Co gnouit bos possessorē suū, & asinus p̄sepe dñi sui, Israel autē me non cognouit. Esa. j. & Aba. iij. secūdū. lxx. interpretes. In medio duū aīaliū cognoscēris. Quar tū signū fuit qñ angelus eadem nocte ap paruit pastoribus di. Annūcio uobis gau diū magnū, ꝙ erit omni populo, qa nat⁹ est hodie saluator mūdi. Lu. ij. Quintū si gnū fuit qñ eadē nocte multitudo cele stis exercitus pastoribus annunciādo, & cātādo dixit, Gloria in excelsis deo, & in ter. &c. Istud signū fuit manifestū oībus. Sextū signū fuit qñ uenerunt reges ma gi, & apparuit eis stella ꝙ nō solum illi, imo oēs uiderūt eā uerā stellā ꝓprijs o culis. Septimū signū fuit qñ uirgo Maria Iesum in tēplo p̄sentauit Simeoni, & lo quebatur oībus ibi existētibus dicendo, Nūc dimittis seruū tuum dñe &c. Lu. ij. Octauū signū fuit qñ Iesus xp̄s in etate. xij. annorū disputabat cū doctoribus, & senioribus tēpli, & fuit oībus notoriū. Nonū signū fuit baptismus Iesu xp̄i. Nā apertis celis uenit uox de celo dic. Tu es filius melius dilectus &c. Lu. iij. Decimū signū fuit qñ. b. Io. bap. dixit, Nō sum ego Mesias, sed dixit de xp̄o, Ecce agn⁹ dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Io. j. Un decimū signū fuit qñ ipse incepit predi care celestes doctrinas. Nā Moyses pre dicauit

dicauit solum terrena, ipse uero celestia. Duodecimū signū fuit qñ ipse dedit exē plū sancte uite sue irreprehēsibilis. Tre decimū signū fuit, qñ ipse fecit miraculū tā magnū in nuptijs architriclini. Quar tūdecimū signū fuit, quādo in tali die fe cit ipse tā magnū miraculum. Nā oēs fu giebāt, & nō audebāt eū respicere. Quin tūdecimū, & ultimū fuit, qa uidebāt oēs ꝓphetias in hoc esse cōpletas. Erat ergo stultū querere signum, & ideo dixit alibi xp̄s, Gnatio mala, & adultera signū q̄rit, & signū nō dabit ei nisi signū Ione ꝓphe te. Sicut enim fuit Ionas in uētre ceti tri bus diebus, & tribus noctibus, sic erit fi lius hois in corde terre tribus diebus, & tribus noctib⁹ &c. Mat. xij. Et ideo respō dit, Soluite tēplū hoc. Ecce ergo quo fue rūt stulti, qa nō dixit diruite, sed soluite. Et dixit, excitabo, & non dicit edificabo. Et clarū est, ꝙ tēplo corporali, uel mate riali non congruit excitare, nec soluere. Sed aīa ligaf corpori magis quā aqua ui no, & qd̄ mixtū est, nō est aqua neq; ui nū, quia secūdū Philosophū, mixtū neu trū est miscibiliū. Sed in homine aīa, & corpus ligātur essentialiter, ut nūquā an te mortē possint disligari, nūc nisi essēt ceci uidissent, quare dicebat, & dicit, sol uite, nō imperādo, licet uerbū sit impe ratiui modi, sed quasi permittēdo, ut da ret licētiā, & posse. Nā alias non potuis sent, & ideo qa ipse erat Imperator, ideo dixit imperatiue. Et ideo dicif Io. x. Ne mo tollet aīam a me, sed ego pono eā a meipso. Potestatē habeo ponēdi eam, & potestatē habeo iterū sumēdi eā, & ideo dicit, Excitabo, & non dicit edificabo, tñ qa ceci erāt iuxta dictū Sapientis. Sap. ij. Et excecauit illos malicia eorū, ideo di xerunt ꝙ signū &c. Aliud secretū est hic in eo ꝙ dixerūt Iudei, plus quā quadra ginta sex annis illud tēplū fuit edificatū, ut habef. j. Esd. vj. quia primo fuit funda mētum positū, sed postea fuit prohibitū usq; ad regē Darij, & fuerūt quadragīta anni. Et sic uolebāt facere argumentū, ꝙ nō posset reedificari illud tēplū in tā bre uitēpore. Ipsi loquebant de tēplo mate riali, & uerū fuit, quia illud quadraginta sex annis fuit edificatū. Potest tamē illud dictū etiā uerificari de corpore xp̄i, cui⁹ fundamētū fuit corpus uirginis Marie, ꝙ fuit positū in die cōceptionis sue, qui stetit nouē mēsibus in utero matris, ꝙ tē pus potest cōputari pro uno anno. Et qñ fuit in xiiij. anno concepit xp̄m, & in xv. peperit, ita ꝙ a positione huius funda mēti usq; ad natiuitatē xp̄i sunt. xvj. an ni, & ab illis. xvj. annis usq; ad illud tēp⁹ quo xp̄s incepit predicare, fluxerūt. xxx. anni, quia xp̄s fuit xxx. annorū qñ ince pit predicare. mō. xxx. anni & xvj. faciūt. xlvj. & sic uerificatur illud dictū de xp̄o. Moraliter tamē etiā est notādum ꝙ hoc uerbū soluite est uerbū xp̄i, & istud dicit cōfessoribus. Vbi sciēdū ꝙ qlibet homo quādiu stat in peccato mortali est habita tio demonis, si non uult penitere. Vnde dicif de Maria Magdalena Mar. vl. ꝙ eie cit ab ea dñs. vij. demones, nō ꝙ ipsa es set demoniaca, sed ꝙ habebat septē pec cata mortalia, sed qa qlibet demō corre spōdet uni peccato, ideo habitabāt in ea septē demones. Habetis ergo hic regulā qa peccator est habitatio demōis, sed qñ hō habet contritionē pro peccatis, & ꝓ positū nō redeūdi ad uitia, demō fugit, & tūc hō efficit tēplū, & habitatio dei, iu xta uerbū Apī, Nescitis, quia templū dei estis uos, & spiritus dei habitat in uobis? j. Cor. iij. Quādo ergo peccator est cum cōtritione, & proposito nō redeundi ad peccatū, tū est tēplū dei, & ideo dicit xp̄s confessoribus, Soluite templū hoc, quia quodcūq; solueritis super terrā, erit so lutū & in celis. Et cū solueritis, post tri duū excitabo illud. s. tribus operibus pe nitentie. Et primus dies est afflictio cor poris. Secūdus est oratio spiritualis. Ter tius est eleemosyna fraternalis. Et ecce hic tres quibus excitatur iuxta uerbū ꝓ phete, Venite & reẏtamur ad dominū, quia ipse cepit, & sanabit nos, percutiet & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies, in tertia die suscitabit nos, & ui uemus in conspectu eius. Osee. vj. Per cutiet nos, scilicet, per contritionem.

Et

Et ecce hic secundā partē. ueniamus ad tertiā partē in qua ostendit scire luminosum Iesu xpi, cū dicit in themate, Ipse sciebat qd esset in hoīe. Vnde uos scire potestis faciem hoīs, sed cor hoīs solus Deus scit. Et ideo dicit p ꝓphetiā, Prauū est cor hoīs & inscrutabile. Quis cognoscet illud? ego dns scrutās corda, & probans renes, q̄ do unicuiq; iuxta uiā suā. Hiere. xvij. Et hoc ostendit in Euang. ibi cū di. Cū esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in noīe eius, uidentes signa eius q̄ faciebat. Ipse autē Iesus nō credebat semetipsum eis, eo qd ipse nosset eos, & quia opus ei nō erat ut quis testimonium perhiberet de hoīe, ipse em sciebat quid esset in hoīe. Io. ij. Et dicit ibi euangelista, q̄ multi crediderūt in noīe eius, nō dicit q̄ credidērūt ei, sed in noīe eius qd est Iesus. i. saluator. Ipse tñ non credebat semetipsum eis, quia sciebat quid esset in hoīe. Et hic sunt notāde due doctrine, prima est realis que tāgit nos religiosos & ecclīasticos, quia dī q̄ xps nolebat se credere illis. i. cōicare. Et cā fuit, ne despiceret ab eis. Nā ipse sic habebat passiones corporales sicut nos habem⁹. Et qa forte dixissent, Ille bibit & comedit sicut nos, & despexissent eū, iō se noluit ipsis cōicare. Et iā alij Iudei dixerunt, Ecce homo uorax & potator uini, Mat. xj. & istos defectus sumpsit amore nostri, & ideo nolebat credere seipsum eis, ecce ergo hoc nobis clericis exēplū, quia ne scādalizemus laicos, debemus nos ab eis subtrahere, ut nō cōicemus nos multū laicis. Debemus ergo esse sicut imagines. Nam si tu stas procul, apparent pulchre imagines, sed si appropinquas, uidēt alique uirgule & macule, & tunc despiciuntur, & ita cauete uos clerici ne multū cōicetis cū laicis, ne uideāt maculas in uobis, quia nimia familiaritas parit cōtemptū. Et audiatis parabolā ad hoc, In Auinioē erat quidā religiosus & bene deuotus, cōtigit qd ipse erat inuitatus ad prādiū per quēdā burgensem bene amicū suum multis precibus, & cū nollet acceptare, rogauit priorē ut sibi concederet licentiā, & cōcessit, & ali⁹ burgēsis ibidē fuit inuitatus, & religiosus qui forte ieiunauerat ad triduū in pane & aqua, comedebat fortiter, & impleuit bene uentrem de gallinis & de bono uino albo & rubeo. Itē in cena, postea dicit burgēsis alter cōuicino suo qñ fratres recesserunt, quid faciēt isti fratres nunc, quia ego si haberē uxorem meā ad latus raperent eā, & fuit scandalizatus in comestione illius religiosi. & forte frater ille nec uenialiter peccauerat. Sitis ergo ut imagines, quia Iesus nō credebat seipsum Iudeis. Et ideo dicitur. ij. Cori. vj. Exite de medio eorum & separamini dicit dns, & immundū ne tetigeritis, & ego recipiā uos, & ego ero uobis in patrē, & uos eritis mihi in filios. Secunda doctrina tāgit laicos, nā secundo dixit euangelista q̄ non credebat se illis qui credebant in noīe eius, & non dixit qui credebant ei, quia talis credentia potest esse sine gra, sed xps se cōicat illis qui credūt in ipm. s. per fidē formatā, p bonā uitam, p gratiam, qñ cōicant in festo Pasche, tūc illis hoc qui modo credunt, debet tradi xps, alias melius esset comedere ferrū ignitum. Ideo Apostolus dicit, Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim māducat indigne, iudicium sibi māducat & bibit. prime Corin. xj. ubi glosa Ambro. dicit, Ita punitet indigne cōicans, ac si ꝓprijs manibus xpm occidisset. Si uos ergo estis bene parati, cōmunicabit se uobis hic p gratiam, & in futuro per gloriam.

Feria. iij. post Letare. Sermo unicus.

DE turba multi crediderunt in eum. Io. vij. Sermo noster erit de sancto euangelio, quia in isto sancto tempore non inuenio meliores materias ad honorē Dei & edificationē ppi. Sed primo salutet uirgo Maria. Totū sanctū euāgeliū est quedā excusatio quā fecit xps de aliqbus crimi nibus & pctis sibi a Iudeis falsē impositis & maliciose obiectis, qui se excusauit.

Primum

Primum crimen erat de infidelitate.
Secundum crimen erat de uanitate.
Tertium erat de fractione sabbati.
Quartum fuit de falsitate.

De quibus xps se humiliter excusauit p nostra instructione. Ex qua excusatione multi crediderunt in eum.

Primū crimen & graue pctū qd ei Iudei maliciose imposuerūt, erat infidelitatis. Dicebāt enim q̄ xps erat infidelis Deo. Ratio, qa miles qui cū inimico sui regis & dñi habet sua colloquia & secreta & sibi fauet multum, talis est infidelis regi suo & dño suo. Sic dicebāt Iudei de xpo, dicētes, q̄ loquebatur cum diabolo inimico Dei, qui ostendebat sibi oīa que predicabat & docebat, quia sciebant q̄ xps nō didicerat in aliquo studio huius mūdi, immo semp fuit in domo Ioseph quē putabant esse patrem suū, quē iuuabat de arte carpētaria. Ideo qñ audiebāt sua miracula & altissimas predicationes & disputationes quibus nō poterāt contradicere, nec rndere, dicebāt, pro certo ipse habet diabolū familiarē, cum tamē deberent dicere pro certo ille homo est illuminatus a Deo, & spiritussanctus loq tur in ore eius. Melius cognoscebat ipm Esa. qui dicebat, Requiescet super eum spūs dñi. Esa. xj. Et proditores Iudei, Scribe & Pharisei attribuebāt diabolo dicētes, Demoniū habet & insanit. quid eum uultis audire? Ioā. x. Sed ab isto falso crimine & infamia se excusauit humiliter & benigniter, ut ostēditur in principio euāgelij. Iam die festo mediāte ascendit Iesus in tēplū & docebat. Et mirabantur Iudei dicētes, Quomodo hic literas scit, cū nunq̄ didicerit? Rndit Iesus, Mea doctrina nō est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uolūtatē eius facere, cognoscet de doctrina utrū ex Deo sit, an ego a meipso loquar. Nota festo mediā te. Hoc festū erat tabernaculorū qd in mense septēbri fiebat, & durabat septem diebus. Cū ergo dicit, die festo mediāte loquitur de quarta die que est in medio septem dierū, quia noluit ascendere in prima die, quia illa die dabāt se gule ad comedendū & bibendū. Idē in septima, & tūc nō erant apti nec dispositi ad recipiēdum doctrinā xpi, sed in medio. s. in quarta die ascēdit, & incepit predicare, de quo Iudei mirabātur sicut uos modo miraremini si aliquis faber lignarius uel let uobis predicare dicētes, Quomodo hic literas scit, cū non didicerit? sine dubio ipse habet diabolū familiarē. Xps autem humiliter se excusando dixit, Mea doctrina nō est mea, sed eius q̄ misit me. Videt q̄ hic sit cōtradictio cū dicit, Mea doctrina nō est mea. sed sic intelligitur, Mea doctrina. s. ministerialiter non est mea. s. originaliter siue principaliter, sed patris ac si fistula diceret, Sonus me⁹ nō est meus, sed sonantis magistri. Ideo xps dixit predicatoribus, Non enim uos estis q̄ loquimini &c. Mat. x. Hoc modo xps dicebat de se, Mea doctrina. s. ministerialiter nō est mea. s. principaliter, sed eius qui misit me. s. Dei patris. Ideo uos multū erratis, & grauiter peccatis ipsam doctrinā diabolo attribuēdo. Si quis uoluerit uoluntatē eius facere, hic cognoscet an doctrina mea ex Deo sit. Nā qui uiuūt moraliter, bene statim cognoscūt ueritatē. Secus de peccatorib⁹. Quoniā sicut febricitāti dulcia uidentur amara, sic etiam peccatoribus. Vnde Augu. Impius non sentit dulcedinē Dei, quia de febre iniquitatis palatum cordis amisit. Omnis peccator est febricitans. Iō xpi doctrina dulcissima uidetur sibi amara. Quoniā superbus non inuenit saporem in doctrina xpi, que inducit & precipit humilitatem & mansuetudinem. Idem de auaro & luxurioso. Sed q̄ uiuūt moraliter, bene inueniūt in ea magnū saporē dulcedinis & consolationis, quia cōfortat cor & illuminat mentē. ideo dicebat Dauid, Quam dulcia faucibus meis eloqa tua dñe super mel ori meo. ps. cxviij. Ecce quomodo xps excusauit se humiliter & benigne. Nota hic moraliter qūo hic habetur responsio ad questionē quā faciunt multi infideles dicentes, Si nos essemus certi q̄ fides xpiana esset bona, libēter eam reciperemus, si Deus nobis

Universidad de Deusto Biblioteca

reuelaret, quia alias nō tenemur credere uobis. Quare ergo dānabunt? R. espō sio. Quoniā si uellēt bene uiuere moraliter, q̄ nō essent superbi, auari, & luxuriosi &c. sed orarent deuote dicentes, Illumina oculos meos &c. statim Deus ipsos illuminaret, q̄n tanta est cōueniētia fidei xp̄iane cū intellectu, q̄ si intellectus non sit impeditus per malā uitam, statim adheret fidei xp̄iane. Vnde in Valentia fuit unus magnus rabbi qui bene uixerat, & q̄n audierat quinq; sermones, statim illuminatus fuit & baptizatus cū multis &c. Idē esset de omnibus infidelibus. Ecce quare dixit xp̄s. Si quis uoluerit uoluntatē Dei facere. s. cauēdo a peccatis uiuere bene, hic cognoscet ueritatem. Sed quia Iudei erant peccatores & male uite, ideo non erant dispositi. Sed heu quomodo infideles peccatores & male uite & indispositi ueniēt ad fidem xp̄i, cū xp̄iani peccatores mali & uitiosi propter pcta perdāt fidē, & quia q̄n xp̄ianus dat se uitijs & pctis, statim perdit fidē formatā & infideles scandalizant ꝓpter eorū malā uitā. Et qui scandalizauerit unū ex his pusillis, expedit ei ut suspēdatur mola asinaria in collo eius & demergatur in ꝓfundo maris. Matt. xviij. ideo usurarij in illo pcto inueterati non habent fidē imo dicunt intra se, & quid scit homo de alio mūdo? Idē dicūt uindicatiui & luxuriosi, quia abijciūt bonā conscientiā ut dicit Ap̄s, Habens fidem & bonā conscientiā quā quidā abijcientes circa fidem naufragauerūt. i. negauerūt. j. Ti. j. Not. similitudinē de illa naue q̄ trahit paruam barchā, quā si homo repellit, cadit in mare, & submergit. Sic nauis magna ad nauigandū ad celū est fides xp̄iana que trahit paruā barchā, idest cōscientiā bonam. Sicut illi q̄ nauigant mare nō possunt exire mare, nec accipere terrā nisi cū parua barcha. Sic xp̄ianus cū naue fidei nō potest intrare, nec capere celū nisi cū barcha bone conscientie, quā si repellit per pctū, submergetur in inferno. Ideo Ap̄s, Curent bonis operibus preesse q̄ credūt Deo, hec sunt bona & utilia hominibus. ad Ti. iij. Secūdum crimen Iudeis xp̄o impositū falsie & malitiose erat uanitatis, dicentes, q̄ quicquid xp̄s faciebat totū faciebat propter uanā gl̄iam, uidētes eius uitā singulare, quia nolebat habere ꝓpriā domū, nec aliquid mūdi, sed ibat predicādo de uilla in uillā, nec ducebat uxorem, cū tñ sancti patriarche habuerūt uxores & filios. Itē quia ducebat secū magnā multitudinē hoīm, & uidebant q̄ pp̄s sibi faciebat magnum honorem, & q̄ qualibet die predicabat, q̄d nullus unq̄ fecerat. Ideo dicebāt Pharisei, q̄ hoc totū factū suū esset ex uana gl̄ia dicendo, Nūquid tu maior es patre nr̄o Abraā, quem teipsum facis? Io. viij. Tñ Abraā nō tenuit istos modos quos tu tenes ex tua uanita te & uana gl̄ia. Rūdit xp̄s excusando se, humiliter & benigne, dicens, Quia a semetipso loquit, gl̄iam ꝓpriā querit, qui autē querit gl̄iam eius q̄ misit illū, hic uerax est & iniustitia in illo nō est. q. d. uos iudicatis secundū faciem, q̄d facere nō debetis. sed iustū iudiciū iudicate. Nota q̄ a semetipso loquit, scilicet nō missus a Deo, sed ipsemet inuenit nouū modum uiuēdi inconsuetū, ille nō q̄rit gloriam Dei, sed gl̄iam ꝓpriā, quia q̄n quis sine Dei reuelatione expresse uult inuenire nouū modū uiuendi, ut uideat & appareat, hec est uanitas & uana gl̄ia, nec pōt diu durare. Iuxta illud Iob. xx. Gaudium hypocrite ad instar pūcti, sed illud quod est a Deo durat. ergo subiūxit xp̄s, Nōne Moyses dedit uobis legē que nō est ab homine, sed a Deo? Et nunquid Moyses ducebat ī societate sexcēta millia hoīm, & nō propter uanam gloriā, & dicitis q̄ ego facio ex uana gl̄ia. Idē de alijs operibus que fecit Moyses, quasi uellet xp̄s dicere, Si opera Moysi nō attribuunt uane gl̄ie, nec uanitati, eo q̄ erat nuncius dei, quare attribuitis opera mea uanitati? Nolite iudicare secundū faciē. i. secūdum apparentiā exteriorem. Moraliter hic nota q̄ de operibus dubijs q̄ possunt fieri bona intētione uel mala, q̄n interpretantur in malū, hoc est iudicare secū

dum faciē. Sicut si sacerdos solus cū sola in ecclesia loqueretur, iam hoc iudicare in malū peccatū esset, eo q̄ bene & male fieri posset, de hoc uide latius in. ij. ij. sancti Thome. q. lx. arti. iij &. iiij. &. xj. q. iij. Absit. Sed quando opus est de se malum omnino, nec potest fieri bona intētione, ut furtum, homicidium, adulteriū hoc potest homo iudicare, & in malum interpretari. Nota hic exēplum in uitis patrum de illo sancto eremita, qui iudicauit in corde & condēnauit hominem de mane comedentem in die ieiunij, & post angelus dn̄i cum gladio euaginato prohibuit eum ne posset ingredi cellam suā donec penitētiam egisset super suo peccato. Ideo Ap̄s. j. Cor. iiij. Nolite ante tp̄s iudicare quousq; ueniat dn̄s, qui illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordium. Tertiū crimen fuit de fractione sabbati, eo q̄ in sabbato curabat infirmos, illuminabat ceros, & sic de alijs. Dicebant ergo, Nō est hic homo a Deo qui sabbatū non custodit. Io. ix. De quo xp̄s excusando se dulciter reprehendit eos, dicens, Quid me queritis interficere? Rūdit turba & dixit, Demoniū habes, quis te querit interficere? Rūdit Ieſus & dixit eis, Vnū opus feci & oēs miramini. Propterea dedit uobis Moyses circūcisionē, non quia ex Moyse est, sed ex pr̄ibus. Et in sabbato circūciditis hominē. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, ut nō soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totū hoīem sanum feci in sabbato. q. d. magis laboriosum opus est circuncisio q̄ infirmorū curatio. Et tñ circūcisio nō frangit sabbatum. Et mihi indignamini quia totū hoīem sanū feci in sabbato. Ex isto textu trahitur regula theologie, q̄ quandocunq; curabat xp̄s aliquē in corpore, etiā curabat ipsum in aīa. s. a pctis. ideo totū hoīem sanū feci. s. in corpore & in aīa, q̄ sunt ptes principales. Ideo Deut. xxxij. Dei perfecta sunt opa. Moraliter, sabbatū. i. quies. Io sabbatū expiationis uel requietionis est dies dn̄ica, & etiam aliud festū celebre. In quibus debemus quiescere ab omni negotio tpali. Ratio, qa xp̄s tali die quieuit in corpe & anima gloriosa, post negotia laboris operū nr̄e redēptionis. Io dixit sibi uirgo Maria in die resurrectionis, Fili usq; hodie ego quieui in die sabbato q̄d figurabat quietē Dei a cessatione operū creationis, sed de cetero quiescā in dn̄ica in memoriā & representationē quietis uestre gl̄iose resurrectionis. Ideo q̄ in die dn̄ica non quiescit in hoc mūdo, nec quiescet unq̄ in paradiso. Idē de festis sanctorum qui quiescunt in gl̄ia, in quorū festiuitatib⁹ debemus quiescere, ut Deus oīonibus sanctorū det nobis quietē guerrarū mortalitatū, siccitatū, sterilitatū, terremotus &c. & gl̄ie eterne in corpe & aīa. De hoc autoritas, Si auerteris a sabbato pedem tuū facere uolūtatē tuā in die sct̄o meo, & uocaueris sabbatū delicatū, & sanctū dn̄i gl̄iosum, & glorificaueris eū dū non facis uias tuas, & nō inueniē uolūtas tua ut loquaris sermonē tuū, tūc delectaberis sup dn̄o, & sustollā te sup altitudines terre & cibabo te hereditate Iacob p̄ris tui. Os enim dn̄i locutū est. Esa. lviij. In qua autoritate ponuntur quinq; modi quiescendi ab bene seruandū quietē festi. Primus ibi, Si auerteris a sabbato pedē tuū. s. non ambulando in die festo ꝓ aliqua re tpali, sed bn̄ licet ambulare pro re spūali, scilicet ꝓ missa, uel sermone audiendo. Secūdus ibi, Facere uolūtatem tuā in die sancto meo, si auerteris facere uoluntatē tuā. s. ne pecces in die sancto meo, qa uoluntas inclinat ad malū & ad pctū, q̄d maxime fit ī die festo, q̄n sunt multi q̄ p totā hebdomadā sunt occupati, & uiuūt bn̄, & sine pctō, sed in die festo quidā uadūt ad ludū palme, quidā ad tabernā, quidam ad lupanar, & tñ minus peccarēt arando agrum. Idē de mulieribus que intra hebdomadā curant de domo, de familia, de filijs, & sic de alijs. Sed in die festo tunc peccant ornādo se &c. Tertius ibi, Et uocaueris sabbatum delicatum, & sanctum dn̄i gloriosum. Non enim sufficit abstinere se a labore & a peccatis, sed debet diē festū sanctificare,

scilicet dare eleemosynā, uenire ad missā, & sermonē audire, orare &c. Quartus est, Et glorificaueris eū, dū non facis uias tuas, idest, opera tua secūdū officiū quod habes. Si es sutor nō facies sotulares. Quintus ibi, Et nō loquaris sermonem &c. Quod dupliciter intelligit. Primo, qa null⁹ debet loq in ecclesia dū sit officiū &c. Ideo est bonū suere os in ingressū ecclesie. Etiā mulieres q̄ de tota hebdomada se nō uidēt, qñ conueniūt, tūc in ecclesia se interrogant. Quo uales, qd facitis &c. Item de uestre uel pāno &c. uñ meli⁹ esset dormire in domo. Secūdo intelligitur ne loquaris sermonē tuū. s. iudicando ꝓximū. Sunt multi q in die festo nesciūt se occupare in operib⁹ spūalibus post prandiū, sed stāt in porta, aut sedent iudicando, & obloquēdo de transeuntibus, de religiosis, de clericis, de mulierib⁹ dicēdo, Iā cognoscit in pede qualis est mulier ista. De his dicit David, Aduersum me loquebant qui sedebant in porta. Sed posses querere illi qui seruant bene festa qd sunt habituri? Rñdet ꝓpheta, Tunc delectaberis sup dño, quia q bene custodit festa, uiuit lete, & sustollā te &c. dādo uitā eternā, & cibabo te hereditate Iacob dādo bona. Quantum crimē fuit falsitatis, dicendo ꝙ non esset rex messias, & quod ipse false faciebat se regē messiā. Io. vij. Quidā dicebāt quia bonus est, quia predicabat bona. Alij nō, sed seducit turbas cū sua eloquentia. Vnde cum xp̄s se excusabat de tertio crimine quidā dicebāt adinuicē, Nōne iste est quem Iudei uolūt occidere? ecce palā loquit, & nihil ei dicūt. Nūquid uere cognouerunt principes, quia hic est xp̄s? Sed hūc scimus uñ sit, xp̄s aūt cū uenerit nemo scit uñ sit. Xp̄s autē excusando se clamauit di. Et me scitis, & uñ sim scitis. Et a meipso nō ueni, sed est uerus qui misit me quem uos nescitis, sed ego scio eū. Et si dixero, nescio eū, ero similis uobis mēdax. Sed scio eū, quia ab ipso sum, & ipse me misit. Querebāt ergo eū cōprehendere, & nemo misit in illū manus, quia nondū uenerat hora eius.

Nota me scitis. s. inquātū erat homo, qz inquantū homo, sciebāt uñ erat, quia de Bethleē natus, & mater eius Maria. Sed inquantū deus, nesciebāt uñ esset. Et hec uerba eo dicēte, de turba multi crediderūt in eū, nō de maioribus sed de simplicibus. Moraliter, qñ dicit quod de turba multi crediderūt in eū, diceret aliquis, & nūquid maiores erāt aptiores ex sciētia acquisita, ut crederēt in xp̄m? Rñdio. Quidā illuminātur a sole quidā non illuminātur, quia tenēt fenestras clausas. Sic quādo maiores sunt indeuoti tenēt portā clausam, ideo radius diuine gratie non intrat, quia inflantur ex scientia. Vnde. j. Cor. viij. Sciētia inflat, sed simplices qui sine presumptione audiūt uerbū dei, & tenēt portam intellectus apertam sunt aptiores ad illuminationē. Ideo radius diuine gratie intrat in eos, & illuminat eos. Ideo xp̄s dicit, Io. ix. in iudicium ego in hūc mundū ueni, ut qui nō uidēt uideant, & qui uident ceci fiant. Cui dixerunt Pharisei, Nunquid & nos ceci sumus? Dixit eis, Si ceci essetis peccatū nō haberetis. Nunc uero, quia dicitis, uidemus, peccatū uestrū manet. Nota nō uidentes, scilicet ignorantes, & simplices uideant, & qui uidēt, scilicet per intellectum naturalē, & scientiā acquisitā, ceci fiant. Oremus ergo nos deū, ut talē credulitatē nobis cōcedat, per quam ad regnū celorū posimus peruenire. Amen.

Feria iiij. post Letare. Sermo unicus.

PRocidens adorauit eū. Ioann. ix. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno quod continet unum magnū, & pulchrū miraculū quod fecit Christus de illuminatione cuiusdā ceci a natiuitate, sed primo saluteē uirgo Maria &c. Totū sctū euangelium consistit in tribus punctis.

Primum est operatio miraculosa.

Secundū est impugnatio malicios̄a.

Tertium est approbatio gratios̄a.

Et de isto tertio qñ cecus a xp̄o illuminatus approbauit miraculum adorando Christum, dicit thema, Procidens adorauit eū, ecce approbatio gratios̄a. Primū quod ostēditur in sancto euangelio est operatio miraculosa, de qua dicit euāgelium, Preteriens Iesus. s. exiens de tēplo uidit hominē cecum a natiuitate qui stabat ibi mendicās, & cognoscebat ab omnibus, quē xp̄s uidit. gl. Chrysostomi, idest, attētē respexit, ex cuius aspectu Apostoli sumpserūt occasionē, & motiuū interrogādi xp̄m dicētes, rabbi qs pecca ut hic aut parētes eius, ut cecus nascere tur? Nō querebāt an illa pena ueniret ex peccato, quia hoc supponebāt, sed querebant pro quo peccato. Videtur ꝙ Apostoli essēt de opinione amicorum Iob, qui dicebant ꝙ oīa mala, & infirmitates eueniūt homini ex peccatis, cuius oppositū dicebat Iob, Nō peccaui, & in amaritudinibus morat oculus meus. Iob xvij. Christus uolēs Apostolos extrahere de illa opinione rūdit di. Neq; hic peccauit neq; parētes eius, sed ut manifestentur opera dei in illo. Nota ꝙ xp̄s non negat simpliciter, quin filij patiātur aliquando ex peccatis parentū, maxime in corpore quod habēt a parētibus, imo dicit beat⁹ Hiero. ꝙ peccata secreta parentum que cōmittunt in cameris, manifestātur multoties in punitionibus filiorū. Exod. xx. Ego sum dñs deus tuus fortis, & Zelotes, uisitans iniquitatē patrū in filios in tertiam, & quartā generationē. Iterē Esa. xiiij. Preparate filios eius occisioni in iniquitate patrū eorū. Eze. xviij. Filij⁹ nō portabit iniquitatē patris, & hoc q̄tū ad aīam. Sed pene, q̄tū ad corp⁹, qa de⁹ nūquā punit aīmā filij directe ex pcto patris tantū. Vnde dicit ibidē, Ecce omnes anime mee sunt, ut anima patris, ita & filij mea est. Anima q̄ peccauerit ipsa morietur. Ezec. xviij. Sed iste cecus non ex peccato parētū nec suis cecus natus est, sed ut manifestentur opera dei in illo. Nota opera in plurali numero. Nā quādo infans innocēs patitur, quatuor opera dei manifestātur. Primo, manifestatur opus iustitie. Dicūt doctores theologi, ꝙ primi parentes fuerūt formati in iustitia originali, & licet corpus sit passibile naturaliter, tamē deus dederat istā gratiam Ade, quia quādiu ipse fuisset obediens deo, & corpus obediret etiā anime, & ꝙ corpus nō pateret aliquod malum, sed quia Adam fuit inobediēs deo, propter hoc corpus perdidit gratiā, & remānsit in sua miseria, & passibilitate. Quā do ergo uidebitis infantē aliquod malū patientē, ibi manifestat diuina iustitia, quia ex peccato Ade corpora patiuntur iuste. Ideo Dauid, & iustitia illi⁹ in filios filiorū &c. Ideo in isto ceco fuit defect⁹ alicuius principij nature, ut opus diuine iustitie in ipso manifestaretur. Secūdo, in infante patiēte manifestatur opus diuine misericordie, quia uitat peccata, unde quādiu hic cecus caruit uisu, multa peccata uitauit que cōmittuntur oculis, & erat humilis, & merebatur ex patientia. Ideo Abacuch, iij. Cū iratus fueris, misericordie recordaberis. Tertio, manifestatur opus penitētie, qa qñ peccator uidet ꝙ ille qui est innocēs patit, dicit intra se, O miser quid erit de me? Quarto, manifestat opus gratie dei quā do deus uult illū curare miraculose. Sic Christus curauit hūc cecum miraculose, Ideo dicit, Me oportet opari opera eius qui misit me donec dies est. Hic Christ⁹ uocat suā presentiā solē, qui facit diē clara, & suā absentiā per mortē corporalem uocat noctē, dicit glo. me oportet operari. s. miraculose opera eius qui misit me. s. patris, donec dies est, idest, quādiu sum patris. Venit nox, scilicet mortis & passionis mee quādo nemo potest operari. s. miraculose, & post mortē xp̄i precibus sanctorū Apostolorū xp̄s faciebat miracula. Ideo Dauid, Confitemini dño dñorū, quoniā in seculū misericordia eius. Nota quo xp̄s curādo cecum illum seruabat septem cerimonias. Prima quia respexit eū attente. secūda fuit Apostolorum interrogatio. tertia expuit Christus in terrā. quarta fecit lutū ex sputo. quinta liniuit super oculos ei⁹. sexta misit ipsum ad natatoriā Syloe. septima fuit lauatio ī dicta natatoria. Quare tot cerimonias, & circunstantias uoluit ser-

uare, cum solo imperio potuisset illum illuminare, sicut legitur de quodam ceco. Luc. xviij. cui dixit Christus, Quid tibi uis faciã? Rñdit cecus, Dñe ut uideã. Dixit illi Iesus, Respice, & statim uidit. Quare ergo in isto tenuit tot cerimonias? Respõsio, ꝙ xps taliter uoluit illuminare cecum illũ, ut daret exẽplũ cuilibet peccatori ceco qualiter debet illuminari. Nota quo quilibet in peccato mortali existẽs est cecus, qa nõ uidet periculum in quo est casurus subito in foueam inferni. Itẽ qa modo cadit hic de peccato in peccatũ. Vnde de peccatorib⁹ dicit ꝓpheta, Ambulabũt ut ceci, qa dño peccauerũt. Sophonie. j. ideo ad illuminãdũ peccatorẽ necessarie sunt predicte ceremonie a xpo seruate in illuminatione illius ceci. Prima, uidit Iesus, ideſt, attente respexit. Ecce hic peccatorũ cognitio q̃ uenit ex xpi aspectu, ut patuit in Petro, q̃ nocte passionis negauit xpm ter, nec recognoscebat peccatũ suum quousq; xps eũ respexit. Luc. xxij. Cõuersus Iesus respexit Petrũ. Et recordat⁹ est Petrus uerbi dñi sicut dixerat, Priusq̃ Gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Ecce quo aspect⁹ xpi est necessarius ad cognitionẽ peccatorũ. Ideo petebat Dauid, Respice in me, & miserere mei, quia unicus & pauper sum ego. ps. xxiiij. nota unicus, ideſt, sol⁹ a quo recessit deus quiante peccatũ fuit cũ eo. Secũda circunstãtia fuit Apostolorũ interrogatio. Rabbi &c. In quo ostẽdit peccatorum cõtritio, q̃ nõ est nisi cordis interrogatio siue disputatio, quare peccator ex cõtritione dicit intra se, O miser qd feci, tot peccata cõmisi, quid erit de anima mea, tot bona amisi &c. nota hic similitudinẽ de illo mercatore qui in nundinis emit uasa de lauro pro auro, & oculos piscium pro margaritis, pro quib⁹ dedit totum quod habebat. Qui ostendit merces suas amicis suis, qui dicebãt quo fuit deceptus, & ꝙ illud nihil ualebat, q̃ nõ desperauit, quia sperabat de patre suo diuite, sed reprehẽdebat se dicens, O miser quare nõ petebã cõsiliũ, ita stulte feci facta mea. Sic sunt etiã multi hodie stulti mercatores in mundo, qui credũt emere uasa aurea, scilicet honores, dignitates, que tamẽ nihil ualẽt. Itẽ delectationes carnales credũt esse margaritas, sed quãdo illuminant a dño, & uidẽt se decepti tũc sperãt in xpo sicut in patre diuite. Patet ergo quo cõtritio nõ est nisi q̃stio increpatiua suijpsi⁹. Ideo Iob xiiij. in persona peccatoris dicit, Quãtas habeo iniquitates, & peccata, scelera mea atque delicta ostende mihi. Vbi ponit quatuor differẽtias peccatorũ. Prima est iniquitates, ideſt, non equitates, q̃ sunt peccata q̃ fiũt cõtra ꝓximũ, & tũ de⁹ uult ꝙ simꝰ equales in dilectione. Secunda est ibi, & peccata, que sunt de factis q̃ fiũt cõtra ꝓpriũ corp⁹, ut luxuria, gula, acidia. Ideo peccata dicuntur, quasi pecudũ acta. Tertia ibi, scelera, que sunt scelera q̃ fiũt directe cõtra deum, ut blasphemia. Quarta ibi, & delicta que sunt de factis q̃ fiũt cõtra aiam, ut superbia, auaritia, ira, & inuidia. Ideo dilecta, quasi derelicta, qa his defectibus aia misera derelinquit. Ecce quare dicit, quãtas &c. Tertia circũstantia quare xps expuit in terrã. Ecce hic oris cõfessio q̃ nõ est nisi peccata abijcere, & stomachũ aie a pctis purgare. Et in hoc ostẽdit modus cõfitẽdi quo peccator debet ire flexis genib⁹ corã cõfessore, & ibi expuere, & ꝓijcere istas immundicias de pctis fetidis faciendo sibi uim ad expellendum pctã. Ecce quare xps expuit in terrã. Dic cõtra illos q̃ expuũt super altare q̃ appodiati cõfitenti, ibi cõfessor cũ sit iudex debet sedere. Quidã aũt expuũt, nec in terrã, nec in altaria, sed in faciẽ cõfessoris ipsum respiciẽdo, quod malũ est ꝓpter duo. Primo ꝓpter uerecũdiã peccatoris. Secũdo ꝓpter periculum cõfessoris respicientis in facie pulchre mulieris &c. Ideo dicitur peccatoribus, Si cõfiteamur pcta nostra, fidelis & iustus est deus, ut remittat nobis pcta nostra, & emũdet nos ab omni iniquitate. j. Io. j. Quarta fecit lutũ ex sputo. Ecce hic penitẽtie iniunctio, qa prudẽs cõfessor debet miscere sputũ peccatoris cũ terra, ideſt,

ideſt, cognoscere grauitatem peccatorum, ut iuxta cõditionem, & qualitatem persone, & quantitatem peccatorũ sciat proportionare penitentiam quam peccator posset facere. Deut. xxv. Pro mẽsura peccati, erit & plagarũ mod⁹. Itẽ dicit de pctorib⁹, q̃tũ glorificauit se peccator, & in delitijs fuit, tãtũ date illi tormẽtũ, & luctũ. Apoc. xviij. Quinta liniuit oculos ei⁹, nõ dicit puniuit, sed liniuit. s. dupliciter, in quo ostẽdit dulcis admonitio, quã debet facere cõfessor. s. liniẽdo oculos aie peccatoris, ipsum ad penitentiã inducẽdo, qa melius est hic facere penitentiã q̃ in alio mũdo. Iõ debet dicere cõfessor peccatori, Quodcũq; facere potest man⁹ tua instãter opare, qa nec op⁹, nec ratio, nec sapiẽtia, nec scientia erũt apud inferos. Eccle. ix. Sexta est, Vade, & lauare in natatoria Syloe. Ecce hic penitẽtie assumpte cõtinuatio. s. de die i diẽ, de hebdomada in hebdomadã &c. quousq; mutet sibi p aliũ cõfessorẽ, alias nisi penitẽtia teneat peccator dãnat. ideo dicit, In ptes uade seculi sancti cũ uiuis, & dãtibus cõfessionẽ deo. Nõ demoreris in errore impiorũ, ante mortẽ cõfitere. A mortuo, quasi nihil perit cõfessio. Cõfiteberis uiuẽs, uiuus & sãn⁹ cõfiteberis, & laudabis deũ, & glorificaberis in misse rationibus eius. Eccle. xvij. seculi sancti, ideſt, penitẽtiales partes seculi damnati sunt peccata. Septia cerimonia est. Abijt & lauit, & uidit. Syloe interpretatur missus. Ecce hic eucharistie cõio. Ex quo peccator fecit sex opa predicta debet ire ad natatoriã Syloe, ideſt, ad ecclesiã xpi, qui est missus a patre, ideo a xpo missio dicit missã in qua lauant aie, & natãt contemplando ꝓfunditatẽ sacramenti. Isto modo peccator cecus illuminat iuxta illud j. Reg. xiiij. Videtis q̃ oculi mei illuminati sunt de melle isto. s. de corpore xpi dulcissimo. Secũdus punctus euãgelij est de malitiosa impugnatione. Quatuor impugnationes seu examinatiões fecerũt Iudei de illuminatione ceci. Prima fuit uiciorũ, secũda Phariseorũ. Tertia fuit parentũ. Quarta fuit principum. Quãtũ ad primũ notandũ, ꝙ postq̃ uicini uiderũt ipsum q̃ fuerat cecus uenientem sine ductore, & sine baculo, & ꝙ uidebat clare, dixerũt ad inuicẽ, Nõne hic est qui sedebat, & mendicabat? alij dicebant ꝙ hic est, alij ꝙ nõ, sed similis ei est. Ipse autẽ dicebat, quia ego sum. Quãtũ ad secundã que fuit Phariseorum, qui audito facto interrogauerũt ipsum quo ui disset. Qui narrauit eis totũ modũ di. Ille homo qui dicitur Iesus, fecit lutum ex sputo, & unxit oculos meos, & dixit mihi, uade ad natatoria Syloe, & lauare. Et abij, & laui, & uidi. ideo duxerũt eum ad Phariseos. Erat autẽ sabbatũ. Quibus dixit similiter. Tunc Phariſei dixerunt de xpo, Nõ est hic homo a Deo qui sabbatũ nõ custodit. Alij dicebãt, quo põt homo peccator hec signa facere? & schisma erat inter eos. Tertia examinatio fuit parentũ, quibus dixerũt Phariſei, Est hic filius uester quẽ dicitis, quia cecus est natus? Quomodo ergo nũc uidet? Qui responderũt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cecus natus est, quo autẽ uideat nescimus, ipsum interrogate, etatẽ habet, ipse de se loquatur. Hoc autẽ dicebant, quia timebãt Iudeos, quia parẽtes propter sententiã excõmunicatiõis quã posuerunt Iudei, non fuerunt ausi dicere quis eum illuminauerat, & fuit completum signum quod dederat Esa. xxxv. Veniet Deus, & tunc aperientur oculi cecorum. Quarta impugnatio fuit principum legis, ad quos fuit ductus cecus illuminatus. Qui dixerunt sibi, Da gloriam Deo, ideſt, non dicas quod ille homo te illuminauit, qa peccator est. Qui respondit, Si peccator est nescio. Vnum scio, qa cũcecus essem uideo. Dixerũt ergo, Quid fecit tibi? dixi uobis &c. Nunquid uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ei, & dixerunt, Tu discipulus eius scis, nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locut⁹ est deus, hunc autem nescimus unde sit. Quibus ille, In hoc enim mirabile est, qa nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Scimus aũt, qa pctores deus nõ exaudit, sed

si qs dei cultor est & uolūtatē eius facit, hūc exaudit. Rñderunt, In pctis natus es totus & tu doces nos, & eiecerūt eū foras excōicando ip̄m. Hic cecus illuminatus fuit sanctus hō uocatus sanctus Cedonius, q cū Maria Magdalena, Martha, & Lazaro uenit ad ꝓuinciam Marsilie &c. Moraliter hic cecus a xp̄o illuminatus signat pctōrē a xp̄o illuminatū, reducēdo ip̄m p pniam de tenebris pctōrum ad claritatē & lumē gr̄e. Qui impugnat & examinat a quatuor. Primo a uicinis. Dic qñ religiosus uel sacerdos, uir siue mulier cōuertit ad deū, statim uicini & alij ip̄m impugnāt truffando, deridēdo, intātū q ia cōpletū est dictū ipsi⁹ Dauid, Facti sum⁹ opprobrium uicinis nr̄is. ps. lxxviij. Sunt iā multi q isto tp̄e nō audēt incipe bonā uitam, quib⁹ dicit xp̄s cōso lādo, Beati eritis cū uos oderint hoīes. Lu. vj. Secūdo impugnat a phariseis. i. ab inclinationibus carnis que diuidūt nos a deo. Gal. v. caro concu. aduer. spm̄. Vel a phariseis. i. a demonibus qui sunt diuisi a deo, a paradiso, & a nobis q nos impugnāt tentando, mō de fide, mō de auaritia, luxuria &c. ut retrahāt hoīem a bona uita incepta, sed pctōr debet se fortiter tenere, & gaudēter recipe tales tētatiōes. Iac. j. Omne gaudiū existimate fratres mei cū in tētationes uarias incideritis, sciētes q ꝓbatio fidei uestre patiētiam operat, patientia aūt opus perfectū habeat ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Greg. illos tentare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Aug. Noli existimare te absq; tentatione uiuere, nam si una caueris, aliā expecta, si autem dixeris te nō habere tentationem, tūc fortius tentaris. Tertia tentatio a parētibus. i. ab infirmitatibus, doloribus &c. quas habem⁹ a parentib⁹ nostris. s. Adam & Eua, qa qñ hō non uincit derisionib⁹ & tētationib⁹ demonū, post ueniunt infirmitates, dolores, & huiusmodi qbus compellimur ire ad deū, iō Dauid, Multiplicate sunt infirmitates eorū, postea accelerauerunt. s. ire ad deum. ps. xv. unde Gre. Mala que nos hic premunt, ad deum ire cōpellūt. ij. Cor̄. xij. Libēter gloriabor in infirmitatib⁹ meis ut inhabitet in me uirtus xp̄i. Quarta impugnatio est a principibus. i. a dñis tpalibus, qui uolūt bona habere tpalia deuotarū p̄sonarū. Prima impugnatio tangit famā, dicendo hypocrita &c. secunda tāgit aīam, tertia corpus, quarta bona tēporalia, quia qñ p̄sona uult bñ uiuere, & seruire deo, statim ueniūt qōnes, iitigia, cōtra bona quousq; repellit ab eis. Ideo est necessaria patientia. ij. Timo. iij. Oēs qui pie uolūt uiuere in xp̄o, persecutionē patiētur. Vel dic, q ꝓ quarta impugnatio est a principibus. i. demonibus qui tentant &c. ut. s. Ideo Ap̄s Ephe. ulti. Cōfortamini in dño, & in potentia uirtutis ei⁹. Induite armaturā dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, qñ non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principes & ptātes &c. Tertius punctus est de approbatione miraculi gratiosa, de qua dicit thema, Procidēs ado. eum. Postquā autem predictus cecus illuminat⁹ fuit a Iudeis eiectus & excōicatus, nullus audebat eū recipere in domo, nec etiā parētes, nec loqui cum ipso, nec dare sibi lumen, nec aliud, qui intra se dixit, O miser si possem inuenire illū sanctū ꝓphetā Iesum qui me illuminauit, ad minus essem de societate sua. xp̄s aūt sciens suā tribulationē & suum bonum desideriū uenit ei obuiam dicēs, Tu credis in filium dei? Qui rñdit dicēs, Quis est dñe ut credam in eū? Dixit ei Iesus, Et uidisti eū, & qui loquit tecum ipse est. At ille, Credo dñe & procidēs adorauit eū. Quem xp̄s recepit in suā societatem. Qui potuit dicere cum Dauid, Pater me⁹ & mater mea dereliquerunt me, dominus aūt assumpsit me. Moraliter habem⁹ hic doctrinā, qa sicut iste nō dubitauit recedere ab infidelibus ut esset de societate xp̄i, sic nec nos. Nota hic contra mercatores, qui faciunt societatem cum infidelibus, cōtra quos dicit scriptura sancta, Nolite iugū. i. societatē ducere cū infidelibus. ij. Corin. vj. Questio quā faciunt Agareni, qa ip̄si

ip̄si tenēt & possident terrā sanctā, ideo nō sunt extirpandi &c. Rñsio, uerum est quia deus uult q ꝓ illa terra potius possideatur ab Agarenis quā a xp̄ianis. Ratio, ad maiorē cōfusionē Agarenorū & excusationē xp̄ianorū, qa antiquit⁹ Agareni erāt xp̄iani, qui fuerūt decepti a Sergio & Machometo, q tenent q ꝓ xp̄s non fuit de⁹, & qñ xp̄iani ex deuotiōe uadūt illuc, ipsi ostendunt xp̄ianis locū in quo xp̄s illuminauit cecū, & suscitauit mortuū &c. q quidē miracula nō p̄nt fieri nisi a solo deo. Itē dicūt q ꝓ nō debent baptizari in nōie trinitatis, tū ibi ostēdunt locū ubi xp̄s fuit baptizatus, & tota trinitas fuit ostēsa quam ipsi negāt. Item non credūt sacramētū altaris, cū ibi ostēdant locū ubi xp̄s fecit cenā, & instituit hoc sacramētū. Item nō credūt xp̄m passum fuisse, mortuū, nec sepultū, tū ibi ostendunt xp̄ianis locum passionis, mortis, & sanctū sepulchrū ad eorū cōfusionē, qa ostēdūt q ꝓ ipsi nō credūt. Iō dicit Dauid i p̄sona populi xp̄iani, Fac mecū signum in bonū ut uideāt q me oderūt. s. Agareni, & cōfundant̄ &c. Secūdo Agareni tenēt illā p̄riam ad excusationē xp̄ianorū. Qñ null⁹ potest se excusare de peccatis. Eccl̄s. vij. Nō est hō iustus super terrā q faciat bonum, & non peccet. Et xp̄s non uult qd⁹ Christiani faciant pctā & mala in illa sancta terra. Si dicatur, quare ergo sustinet q ꝓ Agareni faciant ibi peccata? Rñdeo, quia non tantū sibi displicet sicut de Christianis. Sicut rex qui sustinet q ꝓ canes in camera sua faciāt aliquā immūdiciā, q ꝓ nō sustineret de filijs uel militibus. Sic illa terra sancta est camera dei, ubi permittit q ꝓ canes faciāt immundicias peccatorum, sed non permittit de filijs. s. xp̄anis. unde illa tota patria fuit iā xp̄ianorum, sed qa ibi faciebāt peccata, ideo dixit deus, foras, foras. Item dixit Christus, Lu. xxj. Hierusalem calcabitur a gentibus. Tertio, Agareni tenēt illam terram ad consolationē Christianorum, quoniā p hoc innuitur q ꝓ illa patria non est finis Christianorum, sicut fuit Iudeorum. Sed patria celestis est finis Christianorum nobis acquisita merito passionis Christi, ideo Apostolus Heb. ulti. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ad quam nos perducat Iesus &c.

Feria. v. post Letare. Sermo unicus.

DEus uisitauit plebem suam. Luc. vij. Sermo erit de sancto euang. Et habebimus multas bonas doctrinas &c. Sed primo salutet uirgo Maria. Deus uisitauit &c. In p̄nti sermone uolo seruare modū iuristarū, q primo ponunt casum legis. Deinde mouēt qōnes, & faciūt determinatiōes, & hūc modū tenet Gratianus in secūda parte decreti, sic faciam modo in schola Christi. Primo ponā casum legis diuine, siue decretalis euangelice. Dicatur historia euangelij ad literam. Sed in isto casu legis notaui tres questiones.

Primam in principio.

Secundam in medio.

Tertiam in fine pro nostra bona informatione & instructione.

Primo quare Christus uoluit suscitare illum iuuenē publice coram omni populo? Ratio huius questionis est, qa legitur Mat. ix. ꝓ qñ uoluit suscitare puellā mortuam filiam principis Synagoge, eiecit oēs de camera & suscitauit ipsam secrete &c. Rō, quia dicit Greg. q ꝓ oīs Christi actio nostra fuit instructio. Vnde suscitatio corporalis quam fecit in mortuis, figurabat suscitationem spūalem quā facit xp̄s de peccatoribus per p̄niam. Vnde puella que secrete & in camera iacebat mortua, secrete ipsam suscitauit, ad ostēdendum nobis q ꝓ peccata secreta nō debent publicari, sed secrete p̄nte patre, scilicet cōfessore, & matre, scilicet autoritate ecclesie. Puella. i. aīa que secrete iacet mortua in camera cōscientie, secrete est suscitanda. autoritas, Sedebit solitari⁹ & tacebit, quia leuauit se supra se. Threñ. iij. Not. sedebit. s. quiescendo, a peccatis cessando, qa leuauit se supra se, & nō supra alios publice & notorie peccando, nec alios scandalizando. Verbi gratia, Si


quis in corde suo secrete & superbus, presumptuosus, elatus &c.& extra nihil ostendit,tūc puella.i.anima secrete iacet mortua.Mod⁹ resurgēdi est secrete humiliari p cōtritionē,cōfessionē,& oīonē.Idē de auaro qui secrete facit furtū, usurā &c.sufficit secreta pnīa.s.cōteri & cōfiteri & restituere secrete.Idē de luxurioso qui secrete peccat,sed ad extra nil scit,imo reputatur bonus &c.tali sufficit secreta pnīa,cōteri,confiteri, recedere a mala societate,sic suscitatur secrete de morte culpe ad uitā gre.Idē de inuidia quā tenent secrete in corde,de odio, de mala uoluntate,de rācore,de desiderio uindicte,nō tenet petere ueniam nisi a deo secrete ex quo non constat de mala uolūtate.Ecce quare dicit,sedebit. Sed qa xps inuenit istū iuuenē mortuū publice & notorie,iō publice corā oībus ipsum suscitauit.In quo ostendit xps,qd peccatores publici & notorij per publicam & notoriā pnīam sunt suscitandi de morte culpe ad uitā gre,qa talibus notorie peccatorib⁹ nō sufficit secreta pnīa, imo dicit scriptura sancta,quā bonū est correptū manifestare pnīam,sic eū effugies uoluntariū pctū.Eccli.xx.quā bonū imo est necessariū manifestare penitentiā,qa non sufficit supbo, uano & pōposo notorio & publico,p faciat secretā pnīam,sed notā,p deponat ornamenta uana,corā & manicas,caudas, ut illi q de hoc fuerūt scandalizati bene edificent di.O benedictus deus & qūo est bene reductus talis homo. Idem de usurario notorio,q publice mutuat decem pro duodecim, uel uēdit minus ꝓpter denarios promptos,uel uendit plus propter denarios speratos,& sic de alijs speciebus usure,tali non sufficit secreta pnīa,sed publica ut satisfaciat oībus publice,idem de publicis raptoribus,de notorijs luxuriosis & concubinarijs nō sufficit secrete confiteri,sed publice expellere malam societatē de domo,nec sufficit dicere confessori,de cetero cauebo &c.nolo ipsam expellere de domo,quia iret ad lupanar,qa tunc ipsa se damnaret & uos nō,iō oportet expellere ut scādalizati de mala uita edificentur.Idem de mala uoluntate & inimicitia notoria & publica que totam patriam commouit, quia tali nō sufficit secreta pnīa,sed qd faciat pacem publice cum laude dei & edificatione populi.Regula est gnālis in oībus pctīs,p in secretis sufficit pnīa secreta,sed in notorio requirit pnīa notoria. Secūda questio est sup hoc quod dicit, Accessit & tetigit loculū,hi autem q portabāt steterunt.Certū est p xps solo uerbo imperando poterat istū suscitare, quare ergo accessit & tetigit dicens illis qui ipsum portabant,ut eū deponerent? quia absq; hoc poterat ipsum suscitare. Rñdeo,p Christus fecit hoc ad ostendēdum p si peccator mortu⁹ debet suscitari de morte culpe ad uitam gre,oportet p portatores qui portant eius animam, in inferno ipsum deponāt.Not.p quatuor portant pctōrem ad sepulturam inferni,duo ante & duo retro,primus est mala cōsuetudo,secūdus est mala societas,tertius est uana gloria siue cōfidētia, quartus est falsa spes.Primus portator a parte ante dicit mala cōsuetudo,q multas alas portat ad infernū.Verbi gra,qñ aliquis infirmat,uel si pdit aliqd,uel si sint maleficiati,uel pro filijs habendis, statim recurrūt ad diuinos,& qū de hoc reprehenduntur a cōfessore uel ab alijs, rñdent,cōsuetudo est p est maius pctm quā homicidiū,quia est cōtra preceptū prime tabule.Itē qñ reprehenduntur de iuramento,blasphemia & sic de alijs di. cōsuetudo est.No.modū corrigēdi hoc uitiū,primus cōuenit parentibus nutriēdo filios bene &c.secūdus cuilibet imponendo sibi aliquā penā pro tali peccato &c.tertius cōuenit dominis & rectorib⁹ faciēdo ordinationem cū pena &c.Idē de fractione festiuitatū tenendo feriarum,contractus &c.di.cōsuetudo est, imo contra leges,& contra legem dei, quāto cōsuetudo est longior, tāto peccare est grauius.Item quando reprehenduntur de usura,rñdent consuetudo est mutuare decem ꝓ duodecim &c.Idem dicunt

dicūt illi qui uadūt ad lupanaria,cōsuetudo est.Idē dicūt mulieres qñ reprehēdunt de uanitatib⁹ ornamēto.ū,caudarū,manicarū &c.di.cōsuetudo est p mulieres ornēt se.Idē dicūt religiosi qñ reprehēdunt de esu carniū,de uestibus,de camisia,consuetudo est.O iste portator ducit aīas ad infernū cū quadrigis,quia mala cōsuetudo uertit in naturā.Dicunt philosophi p cōsuetudo est altera natura &c.qa difficile est assueta relinquere. Ideo de malis assuetis dicit scriptura,Si mutare pt Ethiops pellem suā,aut pard⁹ uarietates suas,& uos poteritis bñ facere cū didiceritis malū.Hiet.xiij.Secūd⁹ portator est mala societas.O quot aīe dānant ex mala societate,qñ poma corrupta & putrida corrumpūt oīa alia,sic etiā corrūpit mala societas oēs alios de societate,& oēs simul boni nō pñt corruptū sanare.Et sicut leprosus corrumpit aliū,sic mala mulier corrūpit plures alās mulieres,iō foras proijcianf.Idē de mala psona luxuriosa q est in parrochia,uel in collegio,uel monasterio,uel ecclesia, qñ luxuria est morbus cōtagiosus.Not. hic de illa meretrice secreta q intra annū fecit.lxx.meretrices in quadā ciuitate,iō rectores debēt sup hoc ꝓuidere,& lupanaria particularia extirpare. In lib. de ordine querit Aug.utrum lupanaria pñt sustineri a dñis & rectorib⁹ sine peccato.Dicit p sic,qa sunt in remediū di. Aufer meretrices de mundo,& totum turbabis libidinibus.O quot sunt lenones & meretrices,q dimitterēt peccata, sed non ꝓmittunt lenones,iō dānant ex mala societate.Itē quot cōcubinarij dicētes,qūo dimittā istā quā diligo plusq me &c.ad infernū oēs.Cōtra hanc malā societatē deus ꝓcepit Moysi di.Precipe filijs Israel,ut eijciant de castris omnem leprosum,& qui semine fluit pollutusq; est sup mortuo,tā masculū quā feminam eijcite de castris,ne contaminēt ea cū habitauerint uobiscū.Numeri.v.Vbi precepit tres cōditiones gētiū separari a societate.s.leprosum,& q semine fluit. s.meretrix,& pollutū sup mortuo.s.lenonē.Tertius est uana confidentia.s.de lōga uita,sed stultitia est confidere in incerto.No.quō iuuenes de quocūq; statu tam religiosorū quā clericorū quam etiā laicorū uirorū siue mulierū,si sunt dissoluti,& dicit eis, Quare non seruatis ordinē,uel quare nō facitis pnīam? &c. Rñdēt bñ qñ ero senex faciā,& interim moriunt,& ducunt ad infernū ꝓpter uanā cōfidētiā.O iste portator quot iuuenes ducit ad infernū.Talibus contingit ut mulioni q habebat quatuor mulos bonos,quos uēdidit cōfidēs de quito debiliori cui imposuit totū onus,sed non potuit portare & moriebat &c.Sic qlibet nīm habet quatuor mulos bonos.s. infantiā,pueritiā,adolescētiā,& iuuentutē,quos uēdimus diabolo cōfidentes de senectute peccādo,ad quā si aliqd attingunt habent satis agere p pñt uiuere,& qūo tūc facerēt pnīam? Iō auisetis iuuenes,nō expectet sanus infirmitatem,sed statim incipere debet bñ facere.Iō dicit scriptura sancta,Nō tardes conuerti ad dñm,& ne differas de die in diē.Subito enim ueniet ira illi⁹,& tpe uindicte disperdet te.Eccli.v.Nota crastinantes,qbus accidit ut falconi impinguato q nō uult uenire ad dñm ipsum uocantem,& dñs mittit lapidem post eū,& eū occidit,& proijcit in sterquilinio.Sic dñs noster Iesus xps uocat nos dicēs,Venite ad me oēs,p uiam pnīe,& crastinans dicit, Cras uadā,& sic de alijs.De quo iratus dñs mittit lapidē mortis,& proijcitur in sterquilinīū inferni.Ideo dicit,Nō tardes conuerti &c.Quartus portator est falsa spes quam habēt peccatores de misericordia dei,dicētes,quia deus est misericors,qui pepercit latroni,Magdalene &c.ita p de misericordia dei faciunt instrumētum ad peccandū libere.Dicūt sancti doctores p hec non est spes,sed presumptio uana & falsa,& est pctm contra spm sanctū.Peccator qui penitet de peccatis,conteritur,confitetur, proponit non redire,talis potest sperare & cōfidere de misericordia dei qd dimittet sibi sua peccata,qa multū est misericors

erga

erga penitẽtes, sed impenitẽtes, quotidie addunt mala malis, & peccata peccatis, nec dolẽt de peccatis, nec uolũt restituere, nec remittere iniurias, nõ oportet ipsos cõfidere, nec sperare de dei misericordia, quoniã sicut est misericors penitẽtibus, ita est rigorosus impenitẽtibus, intantũ q̃ si uirgo Maria, oẽs angeli, & oẽs sancti orarẽt pro uno peccatore impenitente, nihil a xp̃o obtinerent. O iste portator quot animas ducit ad infernũ sepeliendas. Ideo dicit scriptura, Ne dicas, miseratio dñi magna est, multitudinis peccatorũ meorũ miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo cito approximant, & in peccatores respicit ira illius. Eccl. v. Et ideo dicit Papa in bullis indulgẽtiarũ, q̃ possũt absolui a peccatis &c. nisi de illis que cõmiserũt ex cõfidentia illi⁹ bulle. Idẽ de alijs qui peccãt sub spe diuine mĩe. Ecce quare precepit xp̃s portatoribus, ut ipsum deponerẽt, antequã suscitaret eũ. Ephe. v. Surge qui dormis, exurge a mortuis, & illuminabit te xp̃s. Tertia q̃ est super hoc q̃ dicit the. De⁹ uisitauit plebẽ suã, q̃rit de qua uisitatione loquitur thema? quoniã in sacra scriptura inueniũtur tres notabiles uisitationes dei in hoc mundo, prima est p̃terita, secũda presens, tertia futura. Prima fuit de mĩa copiosa, secũda fuit de gratia uiruosa, tertia fiet de iustitia rigorosa. Prĩa fuit in xp̃i incarnatione, tũc uenit, & uisitauit istũ mũdũ illuminãdo ipsum, fructificãdo in operibus spiritualibus ad instar solis, q̃ illuminat, calefacit, & fructificat. Sic de xp̃o q̃ dicitur sol iustitie. Malachie. iiij. Vobis timẽtibus nomẽ meũ orieẽt sol iustitie. Vnde etiã dicit ỹgini Marie, Felix nãq; es sacra &c. Hic sol iustificauit, & illuminauit mũdũ radio sue p̃dicatiõis in fide catholica, calefecit in charitate, & fecit fructificare meritorie. De ista uisitatione autoritas, Visitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent. Lu. j. De ista dicit thema, De⁹ uisitauit plebẽ suã. Secũda uisitatio est p̃sens quolibet die ĩ sacramẽto altaris, in quo uenit ita realiter sicut uenit in utero matris. Hec uisitatio est ad instar medici, qui uenit ad uisitãdũ hospitale infirmorũ ad curãdum eos, sic xp̃s in hospitale huius mundi in quo sunt multi infirmi, uenit. Quidã infirmãtur in capite per superbiã &c. Ideo uenit xp̃s medicus de studio paradisi ad ad uisitãdũ, practicãdũ, & ad sanandũ animas infirmas. Hãc uisitationem petebat Dauid di. Memento nostri dñe in beneplacito populi tui, uisita nos in salutari tuo. p̃s. cv. De ista p̃t dici thema de presenti, deus uisitauit plebẽ suã. Tertia uisitatio erit de iustitia rigorosa. s. i. die iudicij, ad instar regis qui uenit ad uisitandũ populũ suũ in ciuitatẽ inordinatã, rebellẽ, cũ magno exercitu gẽtiũ armatorũ ad exaltandũ bonos, & ad humiliandũ malos. De ista uisitatione dicit ꝓpheta, In die illa uisitabit dñs in gladio suo duro, grandi, & forti. Esai. xxvij. Nota in die illa. s. iudicij uniuersalis, uisitabit dñs in gladio suo quẽ portabit nõ in manu, sed in ore. Vnde de ore eius ꝓcedit gladius ab utraq; parte acutus, ut in ipso p̃cutiat gentes. Apoca. xix. Nota ex utraq; parte acutus, quia scindet corpus, & animã. Modo quãdo homo moritur in iudicio particulari solũ. perdit animã, sed tũc scidet utrãq; partẽ hoĩs tã aĩam q̃ corp⁹, ad dexterã scindet, q̃ dabit sentẽtiã probonis, dicẽs, Venite &c. Mat. xxv. Ad sinistram quando dicet malis, Discedite &c. No. in gladio suo duro, quantũ ad sentẽtiã malorũ, grandi quantũ ad sentẽtiam bonorũ, & forti quãtũ ad durationẽ glorie siue pene. Vel duro, scil. cõtra Iudeos qui habẽt prophetias, & non credunt, & grãdi, scil. contra Agarenos qui sunt in magna multitudine, & forti cõtra malos Christianos. De ista uisitatione potest dici de futuro, Deus uisitabit.

Feria vj. post Letare. Sermo unicus.



Oce magna clamauit, Lazare ueni foras. Ioã. xj. Hodie legitur euangeliũ de suscitatione Lazari a Christo facta. De hoc erit sermo noster. Sed prĩo salutetur ỹgo Maria &c. Voce magna &c. Sanctũ euangeliũ hodiernum breuiter continet tres causas mirabiles de suscitatione Lazari.

Prima causa humanitus retractiua.

Secunda causa meritalis inductiua.

Tertia causa principaliter effectiua.

Et de ista tertia dicit them. Voce magna clamauit. s. Iesus imperando, dicẽs, Lazare ueni foras. Prima causa humanitus retractiua, ne. s. xp̃s faceret istam suscitationẽ Lazari, fuit timor apostolorũ q̃ timebãt ne lapidarẽtur in Ierusalẽ, & dissuadebãt xp̃o ne iret Bethaniã ubi Lazarus erat mortuus que est prope Ierusalẽ. Dic quõ terra ꝓmissionis erat diuisa in tres prouincias. s. in ꝓuinciã Iudee, Galilee, & Samarie. Et in prouincia Iudee Christus habebat multos inimicos, & multoties uoluerũt eũ interficere, eo q̃ reprehẽdebat peccata notoria, & uitia Phariseorũ, principũ, & sacerdotũ, & quando probabat suam diuinitatẽ. Sed quia nondum uenerat hora passionis sue, nec erat tali morte moritur⁹, ideo recessit de prouincia Iudee, & ueniebat ad prouinciã Galilee ubi diligebat, & iterum Lazarus obijt in prouincia Iudee, propter q̃ dicit xp̃s apostolis, Eam⁹ iterũ in Iudeã. De quo apostoli timẽtes dixerunt xp̃o, Rabbi, nũc Iudei querebant te lapidare, & iterũ uadis illuc? Ecce hic causa humanitus retractiua, sed indirecte, qa humanũ est timere mortẽ carnalẽ. Tũc xp̃s dixit eis q̃o Lazarus eorum amicus erat mortuus, ideo uolebat illuc ire. Et cõtra timorẽ illorũ dixit eis, Nonne. xij. hore sunt diei? Si dicatur, & q̃o est hoc ad ꝓpositũ? Dico q̃ multũ bene, & secũdum quatuor intellectus sacre scripture. Primo secũdũ intellectũ literalẽ, quãdo dixit xp̃s ista uerba erat eqnoxiũ uernale, qa fuit passus. xxv. martij, & eadẽ die fuerat cõceptus. xv. die ante suã passionem xp̃s dixit ista uerba, Nõne. xij. &c. & tũc ad literam dies habebat. xij. horas, quasi uellet dicere xp̃s apostolis, Vos debetis cogitare q̃ rãcor, siue mala uolũtas Iudeorũ cõtra me iã est mutata, quia sicut dies, & tẽpus mutat de hora in horã, ita etiã cor hoĩs mutatur, quoniã ergo iam trãsiuerũt, nõ solum. xij. hore, sed plures dies. ideo &c. Hoc dixit xp̃s reprehendẽdo malã opinionẽ quã habebant de Iudeis, quoniã de ꝓximo semper debet hõ presumere in meliorẽ partẽ, iuxta illud. Lu. vj. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Secũda expositio, Nõne. xij. &c. est allegoricalis quãdo dictũ, uel factũ exponit de hoc q̃ debet hõ credere, secundũ istã expositionẽ xp̃s dicit dies. Nota, q̃n sicut mane, & uespere faciũt unũ diẽ, Iuxta illud Geñ. j. Factũ est uespere, & mane dies unus. Sic deus & hõ faciunt unã personã xp̃i. Mane quod est principium, sic etiã diuinitas est principiũ omniũ rerũ. Ego sum principiũ qui & loquor uobis. Io. viij. xp̃s autẽ uespere, & finis oĩm fuit in quãtũ hõ. Quoniã deus fecit prĩa die lumẽ, secũda firmamẽtũ, tertia planetas, quarta solẽ, & stellas, quinta aues, & pisces, sexta iumẽta, septĩa fecit hoĩem. Quãdo ergo filius dei recepit humanitatẽ, tũ factũ est uespere, & mane dies unus. i. deus & hõ facta est una p̃sona. Vnde cãtat eccl'ia, Qui mane iũctũ uesperi, diẽ uocari p̃cipis. De isto dicebat Dauid deo patri, Ordinatiõe tua p̃seuerat dies. Hec dies habet. xij. horas. s. xij. apl̃os. Lu. vj. Cũ dies factus esset. s. xp̃s, uocauit discipulos suos, & elegit. xij. ex ipsis, quos apl̃os nominauit. Hora prima fuit. s. Petrus, & sic de alijs, ut ibidẽ patet in textu, q̃n ergo dixit, Nõne. xij. hore. i. xij. Apostoli sunt diei. i. xp̃i. q. d. sicut hore nõ dimittũt diem. s. naturalẽ, nec dies horas, imo hore sequunt diẽ inseparabiliter, sic nec uos debetis me dimittere, nec ego uos, qn uos defendã, sicut fecit in nocte passionis, q̃n dixit Iudeis, si me q̃ritis sinite hos abire. Ioã. xviij. Ecce dies. i. qũo defendit horas. Ideo dixit patri, P̃ quos dedisti mihi, nõ p̃didi ex eis quẽquã. Io. xviij. Tertia expositio est tropologica. i. moralis secũdũ istã expositionẽ dies clara est pnĩa. Rõ, qa culpa dicit nox obscura, ita gratia ad quã uenit hõmo per penitẽtiã dicitur dies. De hoc autoritas, Nox precessit, dies autẽ appropinquauit, ad

Ro.

Ro.xiij. Hec dies habet.xij. horas.ſc.xij. opera penitẽtialia. Prima hora eſt peccatorũ cognitio, quaſi hora.j. qa tũc incipit claritas diei, & gẽtes ſe mutuo cognoſcũt, ſic in peccatorũ cognitione homo ſeipſum cognoſcit. ſecũda eſt cordis cõtritio. tertia emẽdandi propoſitio. quarta occaſionũ uitiatio. quinta oris cõfeſſio. ſexta corporis afflictio. ſeptima ſpiritualis oratio. octaua eleemoſynarũ largitio. nona debitorũ reſtitutio. decima iniuriarum remiſsio. xj. fame reparatio. xij. euchariſtie cõio. De iſta ergo die & horis dicit Chriſtus Apoſtolis in euãgelio, None xij. hore ſunt diei. ſ. pnĩe quas uos tenetis, ſeruatis & facitis? Ideo non oportet uos timere de morte. quare ſubdit, Si qs ambulauerit ĩ die nõ offendit: qa lucẽ mũdi uidet. Si aũt ambulauerit in nocte, offendit, qa lux. ſ. gr̃e nõ eſt in eo &c. Quarta expoſitio eſt anagogicalis, ab ana quod eſt ſurſum, & goge ductio quaſi ſurſum ductio, qñ dictũ uel factũ exponit de ſperando. Et ſecundũ iſtã expoſitionem dies clara eſt gloria celeſtis. Ratio, qa ibi nõ ẽ nox nec tenebre, nec obſcuritas ignorãtie, immo qñ anima intrat paradiſum, ſtatim Deus oſtendit ſibi unũ librũ in quo clareſcit & uidet oĩa. Hic liber uite eſt Chriſtus q habet duas chartas. ſ. diuinitatis & humanitatis. De iſto die glorie autoritas in po. lxxxiij. Melior eſt dies una in atriis tuis, ſup milia. Ex quo ſeqtur talis cõcluſio, ꝙ nullus ſanctus põt ſtare ĩ paradiſo niſi per unũ diẽ. Hæc uita noſtra habet multos dies propter interpoſitionẽ noctis, ſed in paradiſo nulla nox eſt, ſed ſemper eſt dies clariſsima illuminata ſole iuſtitie. Hæc dies habet.xij. horas. i. xij. beatitudines. ſ. quatuor anime, quatuor corporis, & quatuor cõpoſiti. Prima beatitudo anime eſt ſapientia diuinorũ. ſecũda, ſcientia creaturarũ. tertia, memoria preteritorũ. quarta, letitia uniuerſorũ. Prima beatitudo corporis eſt impaſsibilitas. ſecũda claritas. tertia ſubtilitas. quarta agilitas. Prima beatitudo cõpoſiti, ſiue uite beate eſt concordia generalis. ſecunda abũdantia uniuerſalis. tertia plena ſatietas. quarta certa perpetuitas. Erit dies una que nota eſt domino. Zacha. xiiij. Vel ſi uis iuxta ſecundam expoſitionẽ allegoricã, dic ꝙ dies clara eſt fides catholica, qñ eſt ſine errore, dubitatione & falſa opinione, de quo Apoſtolus ad Ro.xiij. Nox p̃ceſsit. ſ. erroris, tenebrarũ & falſarũ opinionũ, dies autẽ appropinquauit. ſ. fidei catholice. Hec dies habet. xij. horas. ſcil. xij. articulos fidei ſecundũ numerum. xij. Apoſtolorum qui omnes ſunt in Credo in Deũ. Prima hora eſt de mundi creatione ibi, Credo in Deũ patrem omnipotentem &c. Iſtam horã neſciuerunt philoſophi qui poſuerũt mundum ab eterno. Secũda de filij Dei eterna generatione, ibi, Et in Ieſum Chriſtũ filium eius unicũ dominum noſtrũ, qui generat a patre ut radius a ſole &c. Tertia de filij Dei incarnatione ibi, Qui cõceptus eſt de ſpiritu ſancto, natus ex Maria uirgine, ad inſtar radij ſolis per fenestram uitreã tranſeuntis quam non rumpit. Quarta de Chriſti paſsione, ibi, Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus, ne aliqui ſibi credentes & obedientes paterentur in furca inferni. Quinta de ſanctorũ patrũ liberatione, ibi, Deſcẽdit ad inferos. ſ. ad liberandum ſanctos patres. Sexta de Chriſti reſurrectione, ibi, Tertia die reſurrexit a mortuis. Septima de eius mirabili aſcenſione, ibi, Aſcendit ad celos ſedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Octaua de eius ad iudicium aduẽtu, ibi, Inde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos. id eſt bonos & malos. Inde uenturus. ſ. a dextera Dei patris. Nona de ſpirituſſancti ſpiratione, qui procedit a patre & filio ſicut calor a ſole & radio, ibi, Credo in ſpiritumſanctũ. Decima de uniuerſali eccleſie autoritate quam oportet credere, quia eccleſia uniuerſalis errare nõ põt in his que fidei ſunt, dicẽte Chriſto Petro, Ego rogaui pro te Petre ut non deficiat fides tua. Luce. xxij. Hoc non dicit Chriſtus Petro, inquãtum perſona erat particularis: ſed inquantũ erat papa perſona

perſona cõmunis ibi, Credo in ſanctam eccleſiã catholicã. i. uniuerſalẽ. Vndecima eſt de ſacramentorũ ſanctificatione, quibus ſacramẽtis anima ſanctificat, ibi, Sãctorũ ſcilicet ſacramẽrorũ cõmunionem, remiſsionem peccatorũ. Duodecima eſt de uniuerſali oĩm reſurrectione, ibi, Carnis reſurrectionẽ & uitã eternã. amẽ. Qñ ergo Chriſtus dicit Apoſtolis, None. xij. hore ſunt diei. q. d. quid timetis uos mortẽ tẽporalẽ cũ ſitis fortes in fide? Secus de illis q moriuntur ſine fide & in errore. Ideo dicit Chriſtus, Qui ambulat in die. i. fide nõ offẽdit. ſ. cadendo in infernũ. Ecce qũo fuit remediũ cõtra caudã retractiuã. Detur hominibus consiliũ ꝙ dicãt quolibet die Credo, & uoſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi uos probate. ij. Cor. ul. Secũda cauſa fuit meritalis & inductiua, hec fuit charitas, ſiue dilectio quã Chriſtus habebat ad Lazarũ diſcipulũ ſuũ & ad Mariã & Marthã ſorores eius, & econuerſo. Ideo traxerunt eũ ad inſtar candele fumãtis, q̃ trahit ad ſe lumen alterius candele propinque: & hoc naturaliter: qa corda eorũ erãt ut lucerna fumãs: ideo traxerũt illud lumen. De quo Ioã. j. Erat lux uera q̃ illu. omnẽ hoĩnẽ uenientem in hunc mundum &c. Ecce hec eſt cauſa inductiua de qua Euange. ſic dicit, Venit itaq; Ieſus in Bethaniam, & inuenit eũ quatuor dies iã in monumẽto habentẽ, uſq; &, turbauit ſeipſum, & infremuit ſpiritu. Sic faciũt hoĩes, & turbauit ſe: ſcilicet oſtẽdendo triſtitiã in facie & fleuit, nõ ſolũ ex compaſsione Marie & Marthe: ſed etiã ſuſcitatione ipſius Lazari quẽ educturus erat de ſtatu impeccabilitatis in quo erat, ad ſtatũ peccabilitatis, qñ in Chriſti paſsione etiã peccauit, qa perdidit fidẽ de Chriſto. Ecce cauſa inductiua q̃ dicit meritalis, qa dilectio Lazari & ſororũ eius ad Chriſtũ erat meritoria. Moraliter notãdum eſt hic ꝙ in iſtis uerbis cũ dicit, Diligebat Ieſus Marthã & ſororẽ eius Mariã & Lazarũ, inſinuat ꝙ tria genera p̃ſonarũ diliguntur a Chriſto per iſta ſignificata. Primo, p̃ſone pure cõtinẽtes. ſecũdo, p̃ſone digne penitẽtes. tertio, p̃ſone iuſte p̃ſidẽtes. Prio Chriſtus diligit p̃ſonas pure cõtinentes, qđ oſtendit ibi, Diligebat Ieſus Marthã, que ſemp fuit uirgo pura & cõtinẽs. Sũt tñ hic notãdi tres gradus cõtinẽtie. Primus eſt cõiugalis q eſt inter uirũ & uxorẽ ſeruãtes modũ & fidelitatẽ ſibiinuicem. ideo dicit Paulꝰ, Honorabile cõnubiũ in oĩbus, ſeruãdo modum, & thorus immaculatus. ſ. ſeruãdo fidẽ. Fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. ad He. ul. Secũdꝰ gradus ẽ cõtinẽtie uidualis, & iſta eſt melior qñ cauet uidua ab illo actu, qa Deus non uult niſi inter uirũ & uxorẽ. unde Apoſtolus, Hec ẽ uolũtas Dei ſanctificatio uſa, ut abſtineatis uos a fornicatiõe. j. The. iiij. Tertiꝰ gradus ẽ puritas uirginalis. & ẽ melior aliis q̃ eſt nũ quã ſenſiſſe illud opus nec corde deſiderãdo, nec ore loquẽdo, nec ope tangẽdo &c. Et in iſto gradu erat Martha. iõ tñ diligebat a Chriſto. De his tribus gradibus dicit Beda, Bona ẽ caſtitas cõiugalis, melior cõtinentia uidualis, ſed optima puritas uirginalis. Secũdo dñs diligit p̃ſonas penitẽtes, qđ oñdit ibi, Diligebat Ieſus Mariã Magdalenã q̃ fuit penitens, quã dñs Chriſtus dilexit magis poſt penitẽtiã q̃ ante, iuxta parabolã. Lu. xv. Quis ex uobis hõ q habet cẽtũ oues, & ſi p̃dide rit unã ex illis, nõne dimittit. xcix. ĩ deſerto & uadit ad illã q̃ perierat, donec inueniat eã? Et cũ inuenerit eã ponit ĩ humeros ſuos gaudẽs, & ueniẽs domũ cõuocat amicos & uicinos ſuos di. illis, Congratulamini mihi, qa ĩueni ouẽ q̃ pierat. Dico uobis, ꝙ ita gaudiũ erit ĩ celo ſup uno pctõr̃e pnĩam agẽte &c. No. ipoſuit humeris, & hoc qñ in humeris portabat crucẽ, tũc factus ẽ principatus ſup humerũ eius. Eſa. ix. Tertio, diligit Deus p̃ſonas iuſte p̃ſidentes, qđ oñdit ibi, Diligebat Ieſus Lazarũ q fuit p̃ſidẽs & dñs tertie ptis ciuitatis Hieruſalẽ. Dic qũo dñi & p̃lati diliguñt a dño qñ intrãt p portã. Secũdo, qñ uiuũt honeſte poſt q̃ ſunt intus, & curãt plus de aĩabꝰ q̃ de redditibꝰ. Tertio qñ diuidunt redditus in tres partes. ſ. ꝓ ſe, ꝓ familia, ꝓ egenis, tales ſunt

iuſte

iuste presidentes, secus de illis qui non intrat per portã, sed saltat p rapinã & simoniã. Dñi aute tpales solũ pcipiendo iustitiã & dando eleemosynam possunt saluari, qm̃ in iudicio nõ q̃ret xp̃s a dñis tpalibus an dixerunt horas, si ieiunauerunt, sed q̃ret ab eis si fecerũt iustitiã de criminosis, si cõseruauerũt populũ in pace, si correxerunt pc̃ã notoria. Sed multis dñis accidit ut stulto q cooperuit se de scuto, nõ tũ ab illa parte unde sagittabat, sed ab alia. Sic multi dñi ponũt scutũ deuotiõis sibi, sed nõ in illa parte uñ ueniũt sagitte reprehẽsionis. Qui dicũt horas, audiũt missas multas, sed nõ curãt de iustitia & pace, nec de correctione peccatorũ, cũ tũ a xp̃o sint de hoc reprehẽsiui. De dilectione ad bonos dños, Autoritas, Cor meũ diligit pricipes. Iudic. v. Tertia causa suscitationis Lazari principaliter effectiua fuit xp̃i potestas & autoritas, eius preceptũ & imperiũ, de quo thema, Voce magna clamauit, Lazare ueni foras. Dic historiã euãge. ab illo, Iesus uenit ad monumẽtũ quod erat spelũca, & lapis superpositꝰ erat &c. usq; in finẽ. In hac suscitatione Lazari xp̃s seruabat quinq; cerimonias. Prima fuit qm̃ fecit aperiri sepulchrũ di. Tollite lapidẽ, cui dixit Martha. Dñe iã fetet, quatriduanꝰ est, totaliter scatet uermibus. Ad quam xp̃s dixit, Nõne dixi tibi, si credideris ui debis mirabilia Dei? Secũda cerimonia qm̃ Iesus eleuauit oculos uersus celũ, & dixit, Pater gratias ago tibi qm̃ audisti me. Ego aute sciebã, qa semp me audis, sed ꝓpter ppꝫm q circũstat dixi, ut credant qa tu me misisti. In q̃tum hõ est minor patre iõ orabat, qa in q̃tũ Deus non oportebat. Tertia cerimonia, quia uoce magna clamauit, Lazare ueni foras, & nõ loquebat corpori corrupto, qa nihil audiebat, sed loquebat aĩe in limbo sanctorũ patrũ existẽti, ut creditur, qa sanctꝰ hõ erat, & statim prodijt foras. Quarta cerimonia qm̃ dixit, soluite eũ, qa erat ligatus institis manibꝰ & pedibꝰ, secũdũ moré Iudeorũ. Quinta cerimonia dum dicit, Sinite eũ abire. Multi ergo ex Iudeis qui uiderãt q̃ fecit Iesus, crediderũt in eũ. Quidã autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerũt eis que fecit Iesus. Moraliter in his quinq; cerimonijs ostẽdit xp̃s qualiter suscitandus est peccator de morte culpe ad uitã gratie p pniam. primo monumentum debet aperiri, ibi, Tollite lapidẽ &c. In sacra scriptura corpus pc̃ōris dicit esse monumẽtũ. Ratio, quia ab extra est sepulchrũ & depictũ ad instar monumẽti, sed ab intra est turpe & fetidũ & plenũ corruptiõe, in quo iacet mortua aĩa, ideo dicit xp̃s pc̃ōribus, Veh uobis q similes estis sepulchris dealbatis, q̃ a foris apparẽt hoĩbus speciosa intus aute plena sunt ossibus mortuorũ & oĩ spurcitia Matt. xxiij. Dic hic primo de religiosis q ad extra portãt habitũ honestatis, sed intus pleni sunt oĩ dolo. Itẽ de ꝑsbyteris ad extra portãt suppelliciũ albũ, sed intra est corruptibilitas. Idẽ de laicis tã uiris q̃ mulieribus. Primũ ergo faciendũ si mortuus. s. spũs debet suscitari, est aperire sepulchrũ qđ sit in oris cõfessione, scilicet tollere lapidẽ magnũ & durũ uerecũdie. O quot sunt q nolũt istũ lapidem amouere, nec sepulchrum aperire ad clare cõfitendũ pc̃ã, sed uolũt palliare pc̃ã, ut mulieres. ideo plures dãnant ex hoc. Ecce quare xp̃s dicit, Tollite lapidẽ. Respõdit Martha, Dñe iam fetet, quatriduanus est, peccauit cogitatione, locutione, ope, & omissione, & tãtus exibat fetor ꝙ oẽs claudebãt sibi nasum, n si xp̃s q stabat ac si nihil sentiret. In quo instruuntur cõfessores ꝙ qñ audiũt pc̃ã fetida & grauia, nõ ostẽdant fastidium nec expuendo, nec suspirando, ne peccator uerecũdetur, & nõ audeat dicere pc̃ã, dicẽdo, quid faceret si dicerẽ aliqua pc̃ã maiora? sed debet audire patienter & cooperire facie, & ipm animare ut dicat pc̃ã & nõ uerecũdet, ideo dicit scriptura cõfessori, Deut. xxiij. Nõ abominaberis Idumeũ. i. peccatorem & sanguinolentũ, quia frater tuus est, nec Egyptiũ. i. pc̃ōrem tenebrosum, qa etiã fuisti pc̃ōr. Ideo debemus nos firmiores imbecillitates infirmorũ sustinere, ad Rom. xv. Et de illis q cõfitent peccata corũ clare potest dici illud, Sepulchrum patẽs est guttur eorũ. ps. v. Secũda cerimonia fuit qm̃ xp̃s post apertionẽ sepulchri orauit, in quo ostẽdit ꝙ facta cõfessione cõfessor debet orare dicẽdo, Miserea tui ops Deus &c. Absolutionẽ &c. Dñs Iesus xp̃s &c. & sic cor peccatoris disponit ad cõtritionẽ & ad bonũ ꝓpositũ abstinendi a pc̃is. Iac. v. Confitemini alterutrũ pc̃ã uã, scilicet laici presbyteris, & orate pro inuicem ut saluemini. Tertio, clamauit xp̃s uoce magna, Lazare ueni foras extra monumentũ quantũ ad corpus, & extra infernũ quantum ad aĩam. Sic peccator ad uocem cõfessoris penitẽtiã iniungentis debet exire foras, extra dimittẽdo peccata, quia aliꝫ nõ est absoluendus, & aĩa exit extra infernũ cui obligatur per culpã, si seruat pniam, aliꝫ nõ. Vnde Luc. xiij. Dico uobis, nisi penitentiã habueritis, omnes simul peribitis. Quarta cerimonia, xp̃s dixit, Soluite eũ. Hec locutio fit a confessore qñ absoluit peccatorẽ dicẽdo, Autoritate dñi nostri Iesu xp̃i tibi cõcessa & nobis commissa, ego te absoluo &c. Vnde de hac solutione dicit cõfessoribus, Quodcũq; solueris sup terrã. s. uos cõfessores, erit solutũ & in celis, & quodcunq; ligaueritis sup terrã erit ligatũ & in celis. Mat. xvj. Hec ligatio est iniunctio penitentie. Quinta cerimonia, Sinite eũ abire sic. s. si penitẽs non potest portare magnam penitẽtiã, date ei paruã, quia melius est cũ parua penitẽtia remittere ad purgatorium, q̃ eũ magna ad infernũ, & hoc dicit contra illos cõfessores q nimis magnã penitentiã iniungũt. De quibus dicit Matt. xxiij. Alligãt onera grauia & importabilia humeris hoĩm. Potest etiã aliter intelligi sic, Multi sunt soluti a confessore & a uinculis peccatorũ qui nõ sinũtur abire, ut cõpleãt pniam, qa uir impedit uxorẽ, & ecõuerso, socius socium, & pater filiũ, & ecõuerso. Nullus debet impedire pniam alterius, nisi forte esset preiudicatiua, quibus dixit xp̃s, Veh, qui claditis regnum celorum ante homines, uos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Matt. xxiij.

Sabbato post Letare. Sermo unicus.

NEmo apprehendit eum quia nondum uenerat hora eius. Io. viij. Sanctũ euangeliũ hodiernum cõtinet unã magnã disputationẽ quã habuit xp̃s cum Iudeis, in qua xp̃s posuit uerã cõclusionẽ, cõtra quẽ Iudei arguũt per cõtradictionẽ, explicãt p inuasionẽ uolẽtes xp̃m capere. Sed dicit the. ꝙ nemo apprehendit eũ &c. Dico primo ꝙ in dicta disputatiõe xp̃s posuit unã cõclusionẽ dicẽs corã populo, Ego sum lux mũdi, qui sequitur me nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen uite. Hec cõclusio habet tres partes, secundũ ꝙ xp̃s in dicta cõclusione ponit tres excellẽtias legis euangelice supra legem Mosaicã, scilicet in generalitate, in charitate & utilitate. Prima excellẽtia legis euangelice est in generalitate siue uniuersalitate, qm̃ lex Moysi particularis fuit, quia solũ fuit data particulari & certo populo, scilicet filijs Israel, qa alie gẽtes mũdi nõ obligabant ad dictã legẽ, nec peccabãt non seruãdo illã legẽ. Ratio, quia illa lex fuit solũ data illi populo, ex quo Deus promisit Abrae, Isaac & Iacob, ꝙ Messias in q̃tum homo, descenderet ab eis, & ergo illã generationẽ uoluit priuilegiare, ordinare, instituere & informare. Ideo dedit eis precepta cerimonialia, ut essent bene ordinati erga ꝓximũ, & iudicialia & moralia, ut essent bene dispositi erga Deũ & seipsos. Ideo Dauid dicit, Qui annunciat uerbũ suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Non. uerbũ illud de quo Io. j. Verbũ caro factũ est. & iustitias & iudicia sua Israel. i. populo Iudaico. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, alijs. s. a Iudeis. ps. cxlvij. Ecce hic particularitas illius populi. Sed lex euangelica generalis est & uniuersalis, quia omnibus populis, gentibus & nationibus data est. Nam licet xp̃s in quantum homo, esset nasciturus de illo populo Israel tamen

men ueniebat ad ſaluandū, nō ſolū populum Iudeorū, ſed oēs ſibi obedientes & credētes, intātū q̄ data lege euangelica nullus pōt ſaluus fieri niſi in iſta lege, cū tñ multi ſine lege Moſaica ſaluarent, ut patet de Iob & multis alijs. De hac generalitate legis euangelice dicit Deus pater filio, Parū eſt ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob & feces Iſrael conuertendas. Ecce dedi te in lucē gentiū, ut ſis ſalus mea uſq; ad extremum terre. Eſa.xlix. Hāc excellētiā generalitatis tangit xp̄s cū dixit, Ego ſum lux mūdi, non ſolū unius populi & unius terre, ſcilicet p̄miſsionis, ſed totius mundi. Io.j. Erat lux uerax que illuminat omnem hominem &c. Sed Moyſes poterat dicere, Ego ſum lux huius populi. Secunda excellentia legis euangelice ſupra legem Moyſi eſt claritas. Lex Moyſi obſcura erat, quia nihil oſtendebat clare de Deo, niſi q̄ erat unus Deus, quia hoc etiam philoſophi oſtenderunt naturaliter. Sed de trinitate perſonarum & de incarnatione uerbi & huiuſmodi, obſcure & figuratiue loquebatur. Item de xp̄i paſsione & reſurrectione, quā obſcuritatē figurauit Moyſes. Exod.xxxiiij. Qui Moyſes deſcēdit de mōte portans duas tabulas preceptorū. Vbi dicit textus q̄ facies ipſius Moyſi apparuit cornuta ex duobus radijs luminis, propter q̄d Moyſes habuit uelare faciem ſuā, & facie cooperta Moyſes publicauit legē, ſignificās q̄ totū erat obſcurū & figuratiuum. Ideo dicit Dauid, Nō ſcierūt. ſ. ſecreta ad xp̄i diuinitatē pertinētia, neq; intellexerūt. ſ. ſecreta humanitatis xp̄i, in tenebris ambulāt. p̄s. lxxxj. Sed lex euāgelica clare loquitur, & dixit q̄ ille Deus unus eſt, tres p̄ſone realiter diſtincte j. Io.v. Tres ſunt q̄ dant teſtimonium in celo, pater, uerbū, & ſpiritusſanctus, & hi tres unum ſunt. Item clare dicit q̄ perſona filij fuit incarnata, ad Gal.iiij. dicit Apoſtolus, At ubi uenit plenitudo tēporis, miſit Deus f'liū ſuū factū ex muliere, factum ſub lege, ut eos q̄ ſub lege erāt redimeret. Idē de paſsione, reſurrectione, aſcenſione, & de ſacramento altaris clare dicit. Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Io.vj. De iſta claritate docebat xp̄s in ſecunda parte concluſionis, Qui ſequit me, ſcilicet tenendo legem euangelicā, nō ambulat in tenebris, ſicut populus Iudaicus. Et fuit cōpleta p̄phetia Eſa.ix. Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnā, ſcilicet legis euangelice que illuminat totum mūdū.

Tertia excellentia legis euangelice eſt utilitatis, quam. ſ. dat tenentibus & ſeruantibus eam, q̄a lex Moyſi dabat ſeruantibus eā ſolū utilitatē temporalē & terrenam, q̄a nullam promiſsionē inuenietis in ipſa de gloria paradiſi, ſed oēs promiſsiones ſunt de iſto mundo, ut patet Deut.xxviij. ad longū. & Eſa.j. Si uolueritis, & audieritis me, bona terre comedetis. Sed lex euangelica nē promittit terrena, immo dicit ut deſpiciamus ea, q̄ non curemus de honoribus, diuitijs, nec delitijs, quia nō ſunt niſi fumus, ſed p̄mittit gloriā celeſtem omnibus generibus perſonarū. Primo pueris baptizatis innocētibus, q̄a nondū fecerūt aliquod peccatū di. Sinite paruulos uenire ad me, quia taliū eſt regnū celorū. Matt.xix. Secūdo, adultis ſi uolūt ſeruare obedientiā dicens, Qui facit uoluntatē patris mei, hic intrabit in regnū celorum. Mat.xij. Tertio, peccatoribus qui uolūt facere penitentiā di. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnū celorum. Mat.iiij. Quarto, morientibus pro iuſtitia manutenēda dicens, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, q̄m ipſorum eſt regnum celorū. Mat.v. Quinto, diuitibus ſi uolunt facere opera miſericordie dicens, Beati miſericordes, q̄m ipſi miſericordiam conſequentur &c. Mat.v. Sexto, pauperibus ſi uolunt habere patientiā, dicēs, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnū celorū. Mat.v. Septimo caſte uiuentibus amore xp̄i di. Sunt eunuchi qui caſtrauerūt ſe. ſ. gladio diſcretionis abſcindendo occaſiones peccatorū, familiaritates & opportunitates abſtinendo a delitijs carnalibus cibi & potus & aliorum. Matt.xix. Octauo, omnibus uiuentibus iuſte dicēs, Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. Luce.xij. De hac utilitate dicit Chriſtus in tertia parte concluſionis de illo qui ſeruat legem euangelicam, q̄ habebit lumen uite, ideſt, eterne glorie, de qua Dauid, Quoniā apud te eſt fons uite, ut. ſ. eſſentia diuina que eſt fons uite, & in lumine tuo, ſcilicet legis euāgelice uidebimus lumen, ideſt gloriam. Pſal. xxxv. Populus autem ſimplex gratioſe audiebat & recipiebat doctrinam xp̄i. Sed doctores & Phariſei cū ſpiritu cōtradictionis arguerūt per cōtradictionē cōtra concluſionē xp̄i, dicētes, Tu te ſtimoniū de teipſo perhibes, teſtimoniū tuū nō eſt uerum. Hoc argumentū ſundatur in iudicio humano, in quo nō creditur homini loquēti pro ſe, ſed bene loquenti cōtra ſe, ut q̄ñ reus dicit, Ego occidi eum &c. Tunc iudex dicit, De ore tuo te iudico, ſerue neq̄. Luce.xix. De hoc habetur. ij. Reg. j. ubi legitur de morte Saul qui impegit in enſem &c. Quod uidens quidam, uolēs cōplacere & adulari Dauid, cui Saul inimicabatur, ut haberet ab ipſo aliquid, uenit ad Dauid dicens ſibi q̄ rex Saul erat mortuus. Cui dixit Dauid, Quomodo hoc ſcis? Rñdit ille, quia ego occidi eū. Ad quem Dauid, Quare nō timuiſti mittere manū tuam in xp̄m dñi? Os eñ tuum locutū eſt aduerſum te. Et fecit illum occidere, quia ipſe loquebatur contra ſe, ideo Dauid credidit, & contra eum ſententiam protulit. Sed in iudicio diuino. ſ. confeſsione iudex. ſ. cōfeſſor tenetur credere peccatori loquenti pro ſe & contra, quod non ſit in iudicio humano niſi ſolum loquentibus contra ſe. Ideo doctores illi arguendo contra xp̄m dixerunt, Tu de teipſo teſtimonium perhibes, ſcilicet in iudicio humano, & hoc ideo dixerunt, quia ipſi erant iudices. q. d. Si dixiſſes cōtra te nos credidiſſemus tibi, ſed quia dicis pro te in fauorem tui, ideo teſtimonium non eſt uerum. Ad iſtud argumentum Chriſtus reſpondit probando tripliciter teſtimonium eſſe uerū. Primo, quia ſibi ſoli & nulli alteri pertinebat dare teſtimonium de ſeipſo, quia quando Deus antiquitus mittebat aliquem prophetam, Deus ſecrete apparebat ſibi, dicens quod iret ad talem locum. Quis ergo poteſt de hoc facere teſtimonium niſi ipſemet propheta dicens, Ego ſum nuncius. Sic ſi rex in camera ſua ſecrete faceret aliquem gubernatorem huius ciuitatis, dando ſibi plenam poteſtatem & literam. Quando ergo gubernator teſtificaretur de ſe dicens, Ego ſum gubernator, ecce hic litera regis ſuo ſigillo ſignata, oporteret ſibi credere, & ita fecit Ioannes baptiſta, cui dominus ſecrete commiſit officium predicationis & baptiſmi regis Meſsie, de quo ipſemet dabat teſtimonium de ſe dicēs, Qui miſit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem uideris ſpiritum deſcendentem & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpirituſancto, & ego uidi & teſtimonium perhibui. Ioannis. j. oſtendens literam nuncijs dicēs, Ego uox clamantis in deſerto. Sed quomodo probauit Ioannes q̄ iſta litera eſſet de ſe, & quo ſigillo eſſet ſigillata? Reſpondeo, ex euidentia facti, quia nunquam fuit aliquis qui predicaret in deſerto niſi ipſe. Idem dico de Ieſu Chriſto quē Deus pater miſit ad dandum legem euāgelicam nouam, quam Deus pater ſecrete in aula uteri uirginalis fecit redemptorem & legiſlatorem. De hoc fecerat iam literas & inſtrumenta, ipſos ſcilicet prophetas. Autoritas, Huic omnes prophete teſtimonium perhibent. Act. x. Sigillum eſt uita ſua ſanctiſsima & doctrina altiſsima, & miracula a Dei potentia facta. Ideo oportebat q̄ ipſemet teſtimonium daret, quia nullus aliꝰ hoc ſciebat. Ideo dicebat ipſe, ſi p̄ quia, Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum uerum eſt, q̄a ſcio unde ueni & quo uado. Secundo, probauit xp̄s teſtimonium ſuum uerum eſſe ex malo iudicio ipſorum Iudeorum

qui iudicabant de xpo secūdū carnē. Iudei aūt ex una parte cogitabāt diuinam, & summā excellentiam regis Messie, & potentiā. De hoc Dauid, Et dñabit a mari usq; ad mare, & a flumine usq; ad terminos orbis terrarū. ps. lxxj. Itē Dan. vij. Dedit ei potestatē, honorē & regnū, & omnes populi, & tribus, & lingue seruēt ei. Potestas eius, potestas eterna, que nō auferet, & regnū eius quod nō corrūpetur. Sed hoc intelligit spūaliter de sancti tate, quia xps dicit Pylato, Regnū meum nō est de hoc mūdo. Io. xviij. Et illud regnum intelligit post diē iudicij. Et ex alia parte cogitabāt de xpo cui⁹ fili⁹ erat, quia ut putabāt filius Ioseph, & pauperis uirginis Marie, propter quod Iudei ipm despiciebāt, ideo dixit xps eis, Vos secūdum carnē iudicatis, ego aūt non iudico quēquā secundū carnē. Imo minores secūdū carnem exaltabat in ueteri testa mento, ut patet de Iacob seruo & pastore Labā, & de Moyse pastore ouiū, quē fecit ducē Israel. Item de Dauid pastore qui fuit minimus inter fratres suos, quē exaltauit super omnes fratres suos in regem. j. Reg. xvj. Itē de Amos pastore quē exaltauit in prophetā. Itē de nouo testamento. Quot doctores, & magistri literati erant discipuli sui, & nullū ipsorum exaltauit nisi Petrum piscatorē, quē constituit uicariū suū. Itē de Paulo tam magno persecutore ecclesie quē exaltauit, & fecit fidelē predicatorem. Ecce quare dicit, Vos secūdum carnē iudicatis, ego non iudico quēquā. Et si iudico ego, iudiciū meū uerū est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimoniū perhibet de me qui misit me pater. Ideo Apostolus, Videte uocationem uestram, quia nō multi sapientes secundū carnem, nō multi potētes, nō multi nobiles, sed q̄ stulta sunt mūdi elegit deus, ut cōfundat sapiētes, & infirma mūdi elegit deus, ut cōfundat fortia, & ignobilia mūdi, & cōtemptibilia elegit deus, & ea que nō sunt, scilicet in reputatione. j. Cor. j. Moraliter hic habēt doctrinā iudices, ne iudicēt secūdū carnē, cogitantes q̄ ille est pater uel mater, soror uel frater, & q̄ in suis iudicijs deū habeāt obiectaliter presentē. s. iudicādo iustū iudicium, & uerū. Ideo Dauid dicit, Si uere utiq; iustitiā loquimini, scilicet legēdo uel disputādo, leges uel canones, cōsuetudines, & priuilegia, recte iudicate. s. in opere, ut si iustitia est pro Iudeo, uel Agareno, uel paupere, nō iudicetis p̄ matre, uel patre, uel amico. Ideo de bono iudice dicitur Esa. xj. Nō secūdū uisionem oculorum iudicabit. Ideo dicit rex Iosaphat suis iudicib⁹, Videte quid faciatis. Non enim hominis exercetis iudiciū, sed dñi, & quodcūq; iudicaueritis in uos redūdabit. ij. Paral. xix. Optimā regulam dedit eis. Secūdo, nota moraliter cū dicit, Si iudico, idest, quia iudico ego, iudiciū meū uerū est. Questio utrū in aliquo iudicio pōt esse simul aliqs iudex & testis? Rñsio, q̄ nō in iudicio humano, sed bene in iudicio diuino. quoniā proprium est dei q̄ sit Iudex, & testis, quia scit oīa secreta, & interiora cordiū q̄ in iudicio humano nō iudicantur. Hiere. xxix. Ego sum Iudex & testis, dicit dñs. Modus ponitur Malachie. iij. Ego accedam ad uos in iudicio, supple ut iudex, & ero testis uelox maleficis, adulteris, periuris, & q̄ calūniant mercedē mercenarij, & humiliāt uiduas, & pupillos, & opprimūt peregrinū, nec timuerūt me, dicit dñs exercituū. Vbi ponit septem peccata q̄ cōiter sunt secreta. Primū est maleficorū, idest, diuinorū qui singulariter dicūtur malefici, eo q̄ nocēt toti cōitati in qua sustinentur, & nō corrigūtur, sed cōiter tale peccatū fit secrete, quia timēt inquisitores. Ideo dicit Deus, q̄a ego q̄ totū scio, & uidi, ero testis peccatorū, quia non oportebit facere magnū p̄cessum. Secundum peccatū est adulteriū, quod etiā fit secrete, q̄a nolunt habere testes, sed xps erit Iudex, & testis. Tertiū est periuriū q̄ fit de negotio secreto, q̄n aliter non potest haberi ueritas nisi per iuramētū, cōtra tales Christ⁹ in iudicio erit testis. Quartū est illorū qui calūniant mercedem mercenarij, ideſt, detinēt. Quintū, illorum

illorū qui humiliāt uiduas &c. quia ipse pater orphanorū est, & uiduarū, ergo erit Iudex. Sextū est illorū qui opprimūt peregrinū, ideſt, deuotū qui nō curat de mūdo, sed ut trāseat, & totā suā affectionem habet in celo. Septimū est illorū q̄ nō timēt deū. Hoc peccatū secrete ī cor de cōsistit, sed deus erit Iudex, & testis, q̄ faciet iustitiā de oībus. Tertio, probauit Christus testimoniū suū esse uerū, & Iudei tenebant sibi credere secūdū legem Moysi dicentis, q̄ in ore duorū uel triū testiū stabit omne uerbum, uel testimoniū. Si steterit testis mendax cōtra hominem accusans eū preuaricationis, stabūt ambo quorū causa est ante dñm in conspectu sacerdotū, & iudicum qui fuerint in diebus illis. Deut. xix. Cū ergo duo testimoniū perhibēt de me. s. ego, & pater qui misit me, ideo tenemini mihi credere indubitanter. Testimonium Dei patris patuit in matris sue despōsatione in uirga Ioseph que floruit. Et in natiuitate domini nostri Iesu xpi de nocte q̄ claruit, de angelo qui pastorib⁹ apparuit, de stella que tres Magos p̄duxit. De baptismo Christi in quo uox patris intonuit. Ideo xps dns noster dixit Iudeis, In lege uestra scriptū est, q̄ duorū hoīm testimoniū uerū est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimoniū perhibet de me qui misit me pater. Tertio, Iudei replicabāt per inuasionē dicentes sibi, ubi est pater tuus? Et hoc dixerūt pro tanto, quia Christus dixerat q̄ nō erat solus, sed pater q̄ miserat ipsum erat in eo. Iudei aūt credētes q̄ nō haberet alium patrē nisi Ioseph, inuadēdo eū dixerunt sibi, Vbi est pater tuus, quasi dicāt, habes ipm sub chlamyde? Rñdit xps dicēs, Neque me scitis, neq; patrē meum scitis. Si me sciretis, forsitā, & patrē meū sciretis. Xps inquātū deus nō cognoscebat a Iudeis, q̄a nō credebāt ipm esse Deū, obliuioni tradētes p̄phetas, q̄ dicūt ipm esse Deū. Esa. ix. Fili⁹ dat⁹ est nobis, & factus est principatus super humerū eius, & uocabitur nomē eius admirabilis, consiliarius, De⁹ fortis. Itē Abacuch q̄ uocat ipsum Iesum, ideſt, saluatorē. Ego aūt in dño gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Abacuch. iij. Si nō fuisset Deus, nō potuisset saluare nec seipsum nec alios. Ideo dixit, neq; me scitis, nō solū inquātum sum Deus, sed etiā inquātū homo, quia credebāt ipsum esse genitū ex uiro & muliere. Nota hic quatuor p̄pagationes. Prima fuit sine uiro, & muliere ut Adā. Secunda fuit de uiro sine muliere, ut Eua. Tertia, de uiro, & muliere ut cōmuniter fit. Quarta, de muliere sine uiro, ut gnātio xpi. de qua dicit de⁹ Abrae, Generatiōe autē quarta reuertent huc. s. in paradisum. Gen. xv. Dicūt Iudei ceci, q̄ in quarta gnātione debebāt redire in terrā promissionis. Ecce quare dicit, Si me sciretis, forsitā & patrē meū sciretis. Sed quare dicit forsitan dubitatiue? quia qui cognoscit xpm in hoc mūdo per fidem, etiā ex necessitate cognoscit patrē propter regulā correlatiuorū que ponūt &c. Et in celo qui cognoscit filium cognoscit & patrē. quare dicit forsitan? Rñdeo q̄ cognitio Dei est duplex, una per fidē, alia p̄ gloriā, que si recipiātur uniformiter, nō oportet dicere forsitan, q̄a qui cognoscit xpm per fidē etiā cognoscit patrē. Idē de cognitione glorie. Qui cognoscit filiū in gloria, etiā cognoscit patrē. Sed intelligit, Si me sciretis. s. hic per fidē, forsitā & patrē meū sciretis. s. in alio mūdo per gloriā, quia licet essent mali, tamē poterāt conuerti, multi cognoscūt xpm in hoc mūdo, q̄ tamen nunq̄ cognoscēt patrē in alio mundo per gloriā, p̄pter uertibilitatē liberi arbitrij, quoniā fides sine operibus non saluat hoīem. Iac. ij. Quid proderit fratres mei si fidē dicat quis se habere, opera aūt nō habeat, nunquid poterit fides saluare eū? quasi dicat nō &c. Iudei aūt cōfusi nō poterāt plus arguere, nec rñdere, sed uoluerūt ipsum capere, sed dicit thema q̄ nemo apprehēdit eum. Rō, quia nondum uenerat hora eius, scilicet ordinata a sancta trinitate, licet in nocte passionis dixit, Surgite eamus hinc, q̄a uenit hora. Mat. xxvj. & Lu. xxij. Ecce finis

nis disputatiõis. Moraliter. in hoc q̃ xp̃s seruare uoluit horã ordinatã, ostẽdit nobis xp̃s, ut seruemus tẽpus, & horã ordinatã ad laborãdũ, & quiescendũ. Tẽpus, & hora ordinata ad laborãdũ est feria secũda, tertia, & quarta &c. Tẽpus & hora ordinata ad quiescẽdũ est dñica. Memẽto ut diẽ sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septima aũt die sabbatũ dñi Dei tui est. Non facies omne opus in eo. Exod. xx. Nota, sex diebus operaberis. Dic contra illos qui custodiunt dies Egyptios cõtra preceptũ Dei, sed sex dieb⁹ operaberis. Nota si uis aliũ introitum sermonis dicendo sic, Sanctum euãgelium continet tres doctrinas Christi excellẽtes. Prima est doctrina instructiua alte. Secunda est doctrina responsiua apte. Tertia est doctrina reprehensiua iuste.

Dominica Iudica. Sermo unicus.

QVis ex uobis arguet me de peccato? Ioã. viij. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno huius dominice, & continet unã solennẽ, & strictã disputationẽ que fuit inter xp̃m ex una parte, & principes Iudeorũ, & doctores legis ex alia, sed primo saluteť uirgo Maria. Quis ex uobis &c. Presens dñica dicitur, & intitulatur dominica in passione dñi, non q̃ ista die fuerit passus, sed quia hodie sancta mater ecclesia que per totam quadragesimam preteritã fecit officiũ penitentie, hodie incipit officiũ de passione domini propter duas rationes.

Prima ex parte Christi.

Secunda ex parte nostri.

Quantũ ad primũ, quia hodie Iudei congregati in concilio generali in ciuitate Hierusalẽ determinauerũt, diffinierunt, & concluserunt q̃ Christus moreretur, quia totus mũdus cõuertebatur ad Christum propter magnũ miraculũ q̃d fecerat de suscitatione Lazari quatriduani, fetidi, & corrupti. De quo dicit Augu. q̃ narrabat que uiderat in alio mundo dicens, quod nullus poterat euadere de inferno, nec saluari nisi per Christũ, & narrabat penas dãnatorũ, & gloriã saluatorum, & angelorum que uiderat. propter quod multi Iudei cõuertebãtur ad Christum. Ideo principes, doctores, & maiores tenuerũt cõsiliũ &c. De quo dicit Io. Collegerũt pontifices, & Pharisei concilium aduersus Iesum, & dicebãt, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eũ sic, oẽs credẽt in eum, & uenient Romani, & tollent locũ nostrum, & gentẽ. Vnus autẽ ex ipsis Cayphas nomine ait, Vos nescitis quicquã, nec cogitatis, quia expedit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat &c. Ab illo ergo die cogitauerũt, ut interficerẽt eũ. Ioan. xj. Ideo hodie ecclesia incipit officiũ passionis xpi. Secũda ratio est ex parte nostri. Notandũ q̃ sancta mater ecclesia seruat diuersos, & uarios modos ad prouocãdũ peccatores ad penitẽtiã. In dñica prima prouocat nos ad ieiunãdum exẽplo ieiunij Christi. Dñica secũda, ad orandũ exẽplo mulieris Chananee. Dñica tertia, ad confitendũ exẽplo illius demoniaci. Dñica quarta prouocat nos ad penitentiã amore Christi, ostendẽs nobis qũo Christus reficit, & cõfortat illos qui sunt in defecto penitẽtie. Modo iam nihil aliud restabat ad prouocandũ nos nisi passio Christi, de qua hodie incipit facere officiũ, & ipsam reducit ad memoriã, tam propter bonos, & deuotos qui iam fuerũt confessi, & ieiunauerũt per quinq; hebdomadas preteritas, ut perseueret fortiter in exẽplo xp̃i, quasi dicat, Recogitate eũ q̃ talẽ sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionẽ, ut nõ fatigemini animis uestris deficiẽtes. Heb. xij. sed etiã propter malos, & impenitẽtes, & in deuotos xp̃ianos, qui nondũ fuerũt confessi, nec ieiunauerũt. Quasi diceret mater ecclesia, si exẽpla, & officia preterita non potuerunt uos ad penitentiam prouocare, saltẽ modo attendatis ad minus ad Christi passionẽ, qui pro nobis tanta passus est. In cuius passione petre scisse sunt, & monumẽta aperta sunt. Matthe. xxvij.

xxvij. quãta ergo magis corda carnis indeuotorũ debent scindi per cõtritionẽ. Et monumẽta, idest, corpora aperiri per cõfessionẽ, & resurgere per penitentiã. Ecce rationes quare ista dominica dicit de passiõe dñi. De ista benedicta passione Christi ponũtur, & ostendũtur sex cõclusiones in sancto euãgelio hodierno, que fuerũt disputate in dicta disputatione inter xp̃m, & principes doctores.

Prima conclusio, quod benedicta passio fuit portata per Christum innocenter.

Secunda conclusio, quod hec benedicta passio Christi fuit per Iudeos tractata malignose.

Tertia conclusio, quod fuit despecta enormiter.

Quarta cõclusio, quod fuit nobis ordinata profectuose.

Quinta conclusio, quod fuit patribus sanctis demonstrata figuraliter.

Sexta conclusio, quod fuit a sancta trinitate ordinata singulariter.

In his stat totũ euangeliũ, de his erit sermo noster. Et de prima cõclusione dicit thema, Quis ex uobis &c. Prima conclusio dicit q̃ hec benedicta passio xp̃i fuit per xp̃m portata innocenter, qa sine culpa, & sine peccato suo, quoniã xp̃s semper fuit sine peccato aliquo, non solũ inquãtum Deus, sed etiã inquãtũ homo nunquam peccauit, nec corde cogitãdo, nec ore loquẽdo, nec opere. Esa. liij. &. j. Pe. ij. Peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dol⁹ in ore eius. De hoc dicit euã. Dixit Iesus turbis Iudeorũ &c. s. principibus, doctoribus, & Pharisẽis, & populo, qs ex uobis arguet me de peccato? Volẽs eis ostẽdere eorũ peccatũ eo q̃ sine aliquo crimine, & peccato dederãt sententiã mortis cõtra eũ, quasi dicat, Videamus quare, ex quo peccato, & p̃ quo crimine, si inuenietis in uita mea aliquod peccatũ, uel i doctrina aliq̃d falsum dicatis, hoc modo, nolo mortẽ recusare, sed uolo uobis ostẽdere q̃ nõ morior p̃ aliquo crimine, & respiciebat an surgeret aliqs qui eũ reprehẽderet de aliquo, & nullus surrexit, & fuit cõpleta p̃phetia Hiere. xj. c. Ego, quasi agn⁹ q portaťur ad uictimã innocenter, & Dauid, Captabãt in animã iusti, & sanguinẽ innocentẽ cõdẽnabãt. ps. xciij. Moraliter thema, Quis ex uobis &c. Sic põt dicere qlibet uere penitẽs principibus demonũ, postq̃ habuit cõtritionẽ de peccatis, & fecit cõfessionẽ, & satisfactionem, põt dicere demonib⁹, qs ex uobis &c. O magna cõsolatio est xp̃ianorũ penitẽtiũ. Cõfessio est tãte efficacie q̃ delet, & aufert oĩa peccata de libro, & memoria diaboli. Nota exẽplũ de diabolo qui in corpore obsesso dicebat peccata gentibus. Qui dixit de scutifero militis qui peccabat cũ uxore sua, hic sanctificatus est in stabulo, p̃pter hoc, qa fuit cõfessus stabulario, qa subito nõ poterat habere copiã confessorũ. Si ergo cõfessio facta uni prauo laico fuit tãte uirtutis, q̃ diabol⁹ nõ potuit sibi improperare peccatũ, quãto magis cõfessio sacramentalis facta sacerdoti, ammonet, & delet peccata de memoria diaboli, imo ẽt & Dei. Nõ auderẽ dicere istam cõclusionẽ, nisi qa inueni in textu Biblie, Si impi⁹ egerit pniam ab oĩbus pctis suis q̃ opat⁹ est, & custodierit oĩa pcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iustitiã, oĩm iniqtatũ ei⁹ quas operatus est nõ recordabor. Ezec. xviij. In qua autoritate ponũtur quatuor clausule. Pria, si impi⁹ egerit pniam ab oĩbus pctis suis &c. s. cõterẽdo de pctis. Secunda, & custodierit oĩa pcepta mea. s. p̃ponẽdo nõ redire ad peccata. Tertia, & fecerit iudicium. s. peccata ore cõfitendo. Quarta, & iustitiã. s. penitẽtiã sibi iniunctam seruãdo, oĩm iniquitatũ eius nõ recordabor ad puniẽdũ. Et q̃ ita intelligatur patet Ezech. xxxiij. Oĩa peccata ei⁹ q̃ peccauit, non imputabunť ei, & sic patet pria cõclusio, Quis ex uobis &c. qa nullus ip̃m reprehẽdere potuit. Secũda conclusio dicit, q̃ hec benedicta passio xp̃i fuit a Iudeis tractata malignose, qa propter iudiã q̃ hẽbãt aduersus xp̃m, qa populus seq̃bat xp̃m, & suos sermones, & ipsi despiciebanť. Iõ ipsi ex pura inuidia & malitia tractauerũt mortem eius. Hoc

tangit ibi, cū dicit, Si ẏitatē dico uobis, q̄re nō creditis mihi? ſi ꝓ qa, ſi ẏitatē dico uobis. ſ. q̄ nō poteſtis me reꝓhēdere de pc̄tō, nec in uita, nec in doctrina, nec i cōuerſatiōe, q̄re nō creditis mihi? Nota hic qnq; ẏitates q̄s xp̄s predicauit Iudeis, Pria de credēdis. ſ. de articulis fidei declarādo eis ſecreta trinitatis &c. Secūda ẏitas, de faciendis & ſeruādis, de ẏtutib⁹ theologalib⁹ & moralib⁹, & de opibus mīe & iuſtitie, de meritis acquirendis &c. Tertia, de uitandis & cauēdis uitijs & pc̄tis. ſ. ſupbie, auaritie &c. Quarta de timendis. ſ. penis inferni & purgatorij, de rigore iuſtitie diuine, de iudicio, de dānatione. Quinta ẏitas de ſperādis. ſ. de beatitudinib⁹, de gr̄ia padiſi & gaudijs, iō dicebat, Si ẏitatē dico uobis &c. & nullus rn̄dit ſibi. Tunc xp̄s aſsignauit rōnem quare nō credebāt ſibi de doctrina ſua di. Qui ex deo eſt. ſ. predeſtinatus ad gloriā, uerba dei audit. ſ. credendo & obediēdo, ꝓpterea uos nō auditis, quia ex deo nō eſtis. Ecce rō, Iō uos nō zelo iuſtitie, nec ueritatis tractaſtis mortem meā, ſed ex pura inuidia & malitia. Sciebat em̄ Pilatus q̄ ꝓ inuidiā tradidiſſent eum. Matt. xxvij. Moraliter, q ex deo eſt &c. Vnde unū de ſignis eterne predeſtinationis eſt libenter audire uerbū dei. Nota tres modos audiendi uerbum dei. Nā audiunt quidā maligноſe, quidā negligenter, quidā humiliter. Prīo mō audiūt ipſum preſumptuoſi ad reprehendēdū predicatorem, & talis modus audire uerbū diuinū, non eſt ſignū predeſtinationis, ſed dānationis & reprobationis. Iſto modo principes Iudeorū doctores & phariſei audiebant xp̄m. Ceperūt phariſei & legiſperiti grauiter inſiſtere, inſidiantes ei, q̄rentes capere aliqd ex ore eius ut accuſarent eum. Luce. xj. Melius fuiſſet non audire. Secūdo mō audiunt uerbū dei illi q nō ex deuotione, ſed ex nerecūdia recedēdi de ſermone audiūt uerbū dei, ſed nō corrigunt ſe nec emēdāt, uel q̄n predicat ipſi cogitāt de alio. Ideo non illuminantur in intellectu ad credendū, nec in uolūtate ad ſeruandū, nec talis auditio eſt ſignū predeſtinationis, ſed maledictionis, iuxta illud, Maledictus q facit opus dn̄i negligēter. Hie. xlviij. Tertio mō audiūt uerbū dei illi q cū deuotiōe & attētione audiūt ut illuminent & corrigant etiā ſi ſint magnili terati, qa ſemp reducūt aliqua ad memoriā, de q̄bus Ap̄s, Cū accepiſſetis a nobis ẏbū audit⁹ dei, accepiſtis illud nō ut uerbū hoīm, ſed ſicut eſt uere ẏbū dei. j. Theſſal. ij. Talis modus audiendi uerbū dei, eſt ſignū predeſtinatiōis ad gloriā. Rō, quia q eſt in terra aliena libēter audit noua q̄ dicunt de ſua p̄ria ab illis qui uenerunt. Secus de illis q nō curāt audire, ſignū eſt q̄ nō curant de illa p̄ria. Sic plōne bone & deuote ſunt in hoc mundo tāquā peregrini & extranei, qa in celo hn̄t totū bonū ſuū, parētes, amicos. ſ. p̄riarchas & prophetas, Ap̄los &c. Iō q̄n aliquis p̄dicator qui uenit inde ubi fuit, ſtudēdo & cōtēplando enarrat noua de ciuitate & p̄ria paradiſi, ſignū eſt de illis qui libenter audiūt, q̄ ſunt illi⁹ patrie & ciuitatis amici. Sec⁹ de illis qui nō curāt audire & attēdere, quib⁹ dicit xp̄s, propterea uos nō auditis qa ex deo nō eſtis. ſ. p predeſtinationē, p amorē, p deuotionē & bonā uitā, iō dicit ſcriptura cuilibet, Eſto māſuetus & humilis ad audiēdū ẏbū dei, ut intelligas. Eccl. v. & Iac. j. In māſuetudine ſuſcipite inſitū uerbū, q̄ pōt ſaluare aīas ueſtras. Tertia cōcluſio dicit, q̄ hec benedicta paſsio xp̄i fuit deſpecta enormiter, q̄m illi Iudei ita deſpectiue loquebant de xp̄o, ac ſi loquerētur de uno ribaldo. ſ. uituperādo, ut patet ibi, Rn̄derūt ergo Iudei. ſ. indignati de hoc q̄ xp̄s eis dixerat di. Nōne bn̄ diximus nos, qa Samaritanus es, & demoniū habes? Rn̄dit, Ego demoniū nō habeo, ſed honorifico patrē meum, & uos inhonoraſtis me. Ego aūt nō q̄ro gloriā meā, eſt qui querat & iudicet. Ecce q̄o ip̄m uituperabāt. No. q̄ Samaritanus dicit a ciuitate Samarie, ſicut Cōfluētius a ciuitate Cōfluētie. Et Iudei & Samaritani inimicabant. Et ſicut nos dicimus alicui deſpectiue, o Iudee, ita ipſi dicebant

o Sama

o Samaritane, & ita fuit per eos dictum xp̄o, Nōne bn̄ dicim⁹ qa Samaritan⁹ es. i. renegat⁹, ifidelis, diabolic⁹. No. Samaritanus es tu & demoniū habes. Duas iniurias dixerūt ſibi, rn̄dit xp̄s dulciter, excuſando ſe dicēs, Ego demoniū non habeo, ſed nō excuſauit ſe nō eſſe Samaritanū, imo uidet cōcedere, ſicut ſi dicere tur mihi, Vos eſtis homicida & latro. Ego excuſando me dicerē, ego nō ſum latro. Tacite cōcederē me eſſe homicidā. Idē de xp̄o. dicūt hic glo. q̄ hoc nomē Samaritan⁹ habet malā ſignificationē, qa ſignat hoīem infidelē & hereticū, & ſecūdū hoc Iudei dixerūt xp̄o, Samaritan⁹ es tu, ſed habet bonā interptationē, qa Samaritan⁹ interptat⁹ cuſtos, & i ſacra ſcriptura xp̄s dicit cuſtos. Eſa. xxj. Cuſtos qd de nocte, cuſtos quid de nocte. Dixit cuſtos, uenit mane & nox. No. cuſtos qd de nocte. ſ. culpe, cuſtos quid de nocte. ſ. pene. q. d. libera nos. Dixit cuſtos uenit mane. ſ. mīe, uenit nox. ſ. culpe nr̄e. Ipſe em̄ xp̄s eſt cuſtos uīs qui cuſtodit oīa, angelos, celos, elemēta, hoīes bonos cō ſeruādo, malos ad pn̄iam expectādo, dānatos ad iuſtitiā cōſeruādo, qa alias annihilarent. Iō Dauid, Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatem, frustra uigilat qui cuſtodit eā. Ideo xp̄s non negat ie eſſe Samaritanū, ex quo poterat in bonū interpretari. Moraliter habemus hic doctrinā q̄ uerba ibi facta que p̄nt tā in bonū quam in malū interpretari, ſemp debēt interpretari in partē bonā exēplo xp̄i. Dic exemplū i uitis patrū, ex decreto Gelaſij, liber eſt approbat⁹, de illo ſancto eremita qui iudicauit hoīem comedentem de mane in die ieiunij, qui de hoc fuit grauiter reprehenſus ab angelo enſe euaginato, nec cellā ſuā ingredi potuit donec peniteret pro tali pc̄tō &c. iō xp̄s, Nolite iudicare. ſ. dubia & incerta, & nō iudicabimini. Lu. vj. Glo. Bede in hoc loco, nihil aliud precipi exiſtimo, niſi ut ea facta de quibus dubium eſt quo animo fiant, in meliorē partem interpretemur. Sed xp̄s negauit ſe hr̄e demonium di. ego demonium nō habeo, quia nulla bona ſignificatione, uel interpretatiōe pōt homo habere demonē familiarē. Iō xp̄s ſe excuſauit. Quarta cōcluſio dicit q̄ hec bn̄dicta paſsio xp̄i fuit nobis ordinata, ſiue applicata ꝓfectuoſe, ſeu fructuoſe, quia ipſe uoluit ſuſpēdi in ligno crucis, ne aliquis ſibi credēs & obediēs ſuſpēderet in furca inferni. De hoc ipſemet dicit i euāgelio, Amē amē dico uobis, ſi q̄s ſermonē meū ſeruauerit mortē nō uidebit in eternū. Dixerūt ergo Iudei, Nūc cognoſcimus, quia demoniū habes. Abraā mortu⁹ eſt, & ꝓphete, & tu dicis, ſi q̄s ſermonē meū ſeruauerit, mortē non guſtabit in eternum. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraā qui mortuus eſt & ꝓphete mortui ſunt, quē teipſum facis? Rn̄dit Ieſus, Si ego glorifico meipſum, gr̄ia mea nihil eſt. Eſt pater me⁹ qui glorificat me quē uos dicitis, quia de⁹ ueſter eſt, & nō cognouiſtis eū. Ego aūt noui eū. Et ſi dixero qa nō ſcio eu, ero ſimilis uobis mēdax. Sed ſcio eū, & ſermonē eius ſeruo. Nota, ſeruauerit in corde, in ore, & in opere. In corde p fidem. In ore p cōfeſſionem. ad Ro. x. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autē confeſsio fit ad ſalutē &c. In opere per mādatorum impletionem. ps. Memores ſunt mandatorum ipſius ad faciendum ea. Nota q̄ ſermo xp̄i eſt eius doctrina euāgelica, que ſeruat⁹ dupliciter, primo firmiter credēdo, ſecūdo humiliter obediēdo. ſ. credere articulos fidei ſine dubio & errore & falſa opinione, & obedire eius preceptis ea ſeruando, talis mortem. ſ. dānationis non uidebit in eternum. Chriſtus loquebatur de morte damnationis eterne, & ipſi Iudei intellexerūt de morte corporali, ideo dixerunt ſibi, Nūc cognoſcimus q̄ demonium habes. Abraam mortuus eſt & prophete. Videntes q̄ prima iniuria ſibi nō diſpliceret, ideo illa dimiſſa iterū improperauerūt ſibi aliā, de qua ſe excuſauerat dicētes, Nunc cognoſcimus q̄ demonium habes. Queſtio, q̄o ex iſto textu, Amen amen dico uobis, ſi quis ſermonē &c. habetur q̄ paſsio Chriſti fuit nobis applicata utiliter? Rn̄ſio, q̄ paſsio Chriſti fe

sti fecit nobis duo magna bona. Primum est, qa uirtute passionis xpi remittuntur nobis pcta. Secundū, qa uirtute passionis xpi ianua paradisi fuit nobis apta. Iō nō restat nisi quod ad gloriā uadamus, p passus uirtutū & bonorū operū, quod fit seruando doctrinā xpi. Ideo dicit, Si qs sermonē meū seruauerit. Patet cōclusio & rnsio illorū qui dicunt, Quid prodest mihi passio Christi, si ego habeo facere pniam de peccatis meis? Rnsio, qd pnia non fit ad soluendū pretiū pro pctis, nec ad aperiendum ianuā paradisi, quia iam hoc facit passio xpi, sed pnia fit ad ambulandum illuc. Iuxta illud Dauid, Ibūt de uirtute in uirtutē, uidebit deus deorū. s. angelorū in Sion. ps. lxxxiij. Ideo dicit Christus, Pniam agite, qm̄ appropinquabit uobis regnū celorū. Matth. iiij. No. si uis aliter dicere, qūo passio xpi est nobis utiliter applicata iuxta parabolā illorum duorū amicorum, quorū unus cōmisit furtū, propter qp fuit captus, & ad suspendiū sniatus. Alter uero ex magna dilectione quā ad illū habebat intrauit carcerē & recepit habitum amici sniati, cui tradidit uestes suas & finaliter fuit p amico suspensus, ut ille euaderet. Quid uobis uidetur de isto amico qui uoluit mori pro amico? Hic duo amici sunt xps & hō. Homo uero propter furtū fuit positus in carceribus mūdi, sniatus & condēnatus ad furcā inferni. Sed uenit eius amicus. s. Christus uerus deus & hō, indutus uestе latronis. i. humanitate, q fuit in ligno crucis suspensus, ut latro euaderet a furca īferni. Patet ergo utilitas passionis Christi, quia dns uoluit mori pro seruo, innocēs pro pctōre. j. Pet. iij. Christus semel pro pctis nostris mortuꝰ est, iustus pro iniustis &c. Quinta conclusio qp hec benedicta passio xpi fuit antiquitus sanctis patribus singulariter demonstrata, ibi, Abraam pater uester exultauit ut uideret diem meum, uidit & gauisus est &c. Dixerunt ergo Iudei, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraam uidisti? Dic historiam que legitur. Gen. xxij. quomodo deus dicit Abrae. Tolle filium tuū unigenitū quem diligis Isaac. Nota bene textum, quia Isaac figurabat xpm, q portabat lignū crucis &c. Abrā uero pater Isaac qui portabat ignem & gladium, figurabat deum patrē. De quo dicit Aplus Ro. viij. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illū, qui in una manu portabat ignē charitatis. Vnde Greg. O inestimabilis dilectio charitatis, ut seruū redimeres, filiū tradidisti. In alia uero manu portabat gladium. s. autoritatis occidēdi filiū, quia alias nullus potuisset ipsum occidere. Isaie. liij. Propter scelus populi mei percussi eum, & sicut non fuit mortuus Isaac sed aries, sic non fuit mortuus filius dei secūdum diuinitatē, sed aries. i. Christus secundū humanitatē. Ecce quare xps dicit, Abraam pater uester &c. scilicet propter reuelationem ut uideret diem, uidit. i. intellexit ī figura, quia intelligentia opus est in uisione. Dan. x. diem. s. passionis mee, & gauisus est. Iudei aūt hoc nō intelligētes & uerba xpi calūniantes dixerūt xpo, Quinquaginta annos nondū habes & Abraam uidisti. Sed cū xps esset triginta triū annorū quare dixerūt quinquaginta annos? Rnsio, quia xps ex magnis abstinentijs, iejunijs, uigilijs & laboribus adiudicabat senex, ut dicit glo. &. l. annorū, licet esset solū. xxxiij. annorū. Moraliter, habemus hic exemplum faciēdi pniam & abstinētiam, exemplo Christi, quia qñ rex abstinet & laborat, non debet seruus quiescere. Ideo Apostolus. ij. Corin. iiij. Semp mortificationē ī corpore nostro circūferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semp enī nos qui uiuimus in mortem tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali, ergo mors in nobis operaī &c. & ad Col. iij. dicit Apostolus, Mortificate mēbra uestra q sunt sup terrā. Sexta cōclusio, qp hec bndicta xpi passio fuit a sancta Trinitate ordinata singulariter. s. ut xps moreret, sed non lapidatus, nec gladiatus, nec precipitat⁹, nec aliter nisi crucifixus ī cruce. Hec cōclusio patet ibi, Amen amē dico uobis, antequā Abraā fieret ego sum. Tulerūt ergo lapides Iudei ut iacerent in eū. Iesus autē abscondit se, & exiuit de tēplo. Abscondit se, glo. fecit se inuisibilē Iudeis, sed nō Aplis, nec beate Marie uirgini que erat in isto festo, qd debuit ipa dicere qñ. s. uenerūt Iudei cū lapidibus dicētes moriatur. Ecce hic finis disputationis. Inceperunt p uerba, & paulatim uenerunt ad uerbera, siue ad manus, qñ audierūt ipsum se facientē deū, ibi, Amē amē dico uobis, antequā Abraam fieret ego sum. Vnde ego sum est propriū nomē diuinitatis, quia nullus potest dicere ego sum, nisi abusiue, sicut nullⁱ pōt dici diues de pecunia quā mutuo accepit, qa non est sua. Sic esse nostrum est nobis a deo mutuatum &c. Solus deus pōt dicere ego sum, qui solus habet esse immutabile, hoc intelligētes Iudei tulerunt lapides. Sed quare xps noluit sic mori lapidatus, quia ita bene fuissemus redempti illa morte si uoluisset. Rnsio est duplex, prima est literalis, secūda moralis. Quātū ad primam ratio fuit, quia nō erat ita ordinatum in consistorio Trinitatis qp Christus morereī lapidatus, sed crucifixus, quia erat mors magis despecta. Sap. iij. Morte turpissima condēnemⁿ eum. Quantū ad secundā rōnē moralem, qa per mortē crucis non solum sumus redempti, sed etiā instructi & defensi. Vnde in cruce q̄ habet quatuor brachia, instruimur facere pniam que habet quatuor opa pnialia. ideo Aplis, Qui Christi sunt, carnem suā crucifixerūt cū uitijs & cōcupiscētijs eiⁿ. Gal. v. Item p crucē sumus defensi ab oībus periculis. Gal. ult. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Amen.

Feria. ij. post Iudica. Sermo unicus.

DE spiritu accepturi erant credentes in eum. Ioan. vij. & recitatiue in euangelio hodierno. Vnde sanctum euangeliū hodiernum cōtinet tres altissimas in Christo speculationes.

Prima est exaltatiōis xpi hūanalis.

Secūda ē excecatiōis Iudeorū gnalis.

Tertia est illustratiōis credētiū spūal.

Et de hac tertia loquiī thema, de spū &c. Et primo de exaltatione xpi humana, qa inquātū deus nō indigebat exaltatione. ideo dicit exaltatio xpi hūana, que nobis subtiliter ostendit & intricate in prima pte euāgelij cū dicit, Miserūt principes & pharisei ministros ut apprehēderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicū tps uobiscū sum, & uado ad eū qui me misit. Queretis me & non inuenietis, & ubi ego sum uos nō potestis uenire. Et p declaratione istorū sciēdū est, qp iā Iudei hodie & maiores simul cōclusērūt ut xps crucifigereī, & heri fuit tm̄ hoc cōciliū, iō dicit dnica de passiōe seu passionis. Sed iō adhuc ipsum non accipiebāt, quia timebāt populū, qui ad xpm habebat magnā deuotionem, & hoc propter uitā sanctā & salutē quam eis dabat quotidie, & ppter miracula. Ideo tenuerunt consiliū qp xps caperetur dicentes, Mittamus hoīes pauci ualoris ut interficiatur, & miserūt ministros & sagiones, & uiderunt eū in templo predicantē, & ducti timore non audebāt eū capere. Et ideo fuit cōclusum inter eos, qp expectarent eū donec predicasset. Et xps in sermone cōuertit illos, & post hoc ei nihil fecerunt. Et iō dicit, Miserunt principes & pharisei ministros ut caperent Iesum. Et dum isti audiebant Christū dixit illis. Adhuc modicum tps uobiscum sum. Nā ista uerba attulerunt lucem in cordibus ministrorum ut uidebitis. Hic ergo subtiliter & intricate monstrat Christi exaltatio. Vnde est sciendū, qp inuenit in nouo testamento qd reperimus quatuor exaltationes Iesu Christi humanas, & prima exaltatio est dolorosa, quando fuit eleuatus in cruce. O quātus debebat esse ille dolor, cum eius corpⁿ delicatum attraheretur in cruce, unde cōcludit hic doctor sanctus in tertia parte. q. xlvj. ar. vj. Nullū dolorē martyrū & etiā oīm sanctorū unitum tm̄ fore quantus fuit ille dolor Iesu xpi ī cruce, quia ut dicit beatus

tus

tus Tho.in iij.parte.q.xlvj.art.v.xp̃s passus est oēs passiones nō qdē secūdū speciē, quia ille sibi repugnāt qnq;, ut cōbustio in igne, & submersio in aqua. Sed secūdū genus passus est oēm passionē humanā, & hoc considerari pōt tripliciter. Vno modo ex parte hoīm. Passus est enim aliqd a gētilibus, & Iudeis masculis & feminis, ut patet de ancillis accusantibus Petrū, passus est ēt a principibus, & ministris eorū, & popularibus, secūdū illud ps. Quare fremuerūt gētes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terre, & principes cōuenerūt in unū aduersus dñm, & aduersus xp̃m eius. Passꝰ est etiā a familiaribus, & notis, sicut patet de Iuda eū prodente, & Petro ipsum negāte. Alio mō patet idē ex parte eorū in qbus homo pōt pati. Passus est ēm xp̃s in suis amicis eū deserētibꝰ. In fama per blasphemias cōtra eū prolatas. In honore, & gloria, p irrisiones, & contumelias ei illatas. In rebꝰ, qa uestibꝰ spoliatꝰ est. In aīa p tristitiā, tediū, & timorē. In corpore p uulnera, & flagella. Tertio potest cōsiderari quātū ad corporis mēbra. Passus est enim xp̃s in capite pūgētiū spinarum coronā, in manibus, & pedibus cōfixionē clauorum, in facie alapas, in corpore flagella. Fuit etiā passꝰ secundū omnē sensum corporeū. secūdū tactū quidē, flagellatus, & clauis cōfixus. secundū gustū, felle & aceto potatus. secūdū olfactū, in loco fetido cadauerū mortuorū q dicit Caluarie, appēsus patibulo. secūdū auditū, lacessitus uocibus blasphemātiū, & irridētiū. secūdū uisum, uidēs matrē, & discipulū quē diligebat flētes. Hec Tho.ibidē. & idē art.vj. eiusdē questionis, dicit q̃ dolor xp̃i fuerit maior omnibꝰ doloribus, q̃ patet ex illo qd' dicitur Thren.j. in pſona xp̃i, O uos oēs q trāsitis p uiam attēdite, & uidete si est dolor sicut dolor meus. Ponit tamē ibidē quatuor rationes ,p istius probatione, quas uide ibidem si placet. Et ideo Dauid de hoc in ps. lxxxvij. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuētute mea, exaltatus autē humiliatus sum & cōturbatꝰ. Ibi exaltatus. s. in cruce. Et loqtur ille ps. in pſōna xp̃i. Pauper etiā in exitu uētris uirginalis, & p cōsequēs natus extra domū in uia ponit in pſepe, nec erat ibi ignis cū esset frigus, ut scitis in natiuitate dñi. Et pauper in cōuersatione, qa si aliquis deuotus hō uolebat eū hospitio recipere, sumebat pro eleemosyna, alias exibat p desertum, & ibi lapide sub capite posito dormiebat, & ideo dicit, Et circūspectis omnibus cū iam uespera esset hora exijt in Bethaniā cū. xij. Mar. xj. Itē multotiēs p̄dicādo in nimijs caloribus, & in multis alijs laborādo, ita laborabat, qd' iā uidebat senex. ecce qūo fuit pauper. Sed postea exaltatus fuit cruce, & cōturbatꝰ. O quāta fuit tribulatio capitis, propter spineā coronā, & quāta oculorū ,ppter discipulos q fugiebāt, & ,ppter dolorē matris, & propter aures audientes blasphemias, & ,ppter odorationē nariū, qa ibi fetebāt multa suspēsorū corpora. Et de ista passiōe dirigēdo uerba ministris dicit. Adhuc modicū tēpꝰ uobiscū sum, ut adhuc instruā uos. Ecce ergo primā exaltationē. Secūda fuit exaltatio gloriosa, qui fuit exaltatus in resurrectiōe. In resurrectiōe exiuit cū sanctis patribꝰ limbū, & in die pasche gloriosus surrexit. Et de ista exaltatione ipse dixit alias, Et ego si exaltatus fuero a terra, oīa trahā ad mei ipsum. Io. xij. Si pro qa, quando exaltatus fuero oīa trahā. Primo, animas existentes in limbo. Itē apostolos iā deficiētes & discipulos. In resurrectiōe suscepit omnia, quia oēs creaturas sibi subdidit. Et ista ratio etiā tangitur subtiliter ibi, quādo dixit, uado ad eū q misit me. O quis uadit ad rem que ab eo non distat? ergo qūo uadit ad patrē, cū essentialiter esset idē cū patre? Videte localiter non distabat, sed formaliter, qa pater immortalis, & ipse mortalis inquātū homo, & ideo distabat per humanitatē a patre. Tertia exaltatio fuit celestialis, & ista fuit in ascensione sua. De hac Paulus dicit, Propter quod & deus exaltauit illū, & donauit illi nomē quod est super omne nomē, ut ī noīe Iesu omne genu flectatur, celest

celestiū, terrestrium & infernorū, & oīs lingua cōfiteat, qa dñs Iesus xp̃s in gloria est Dei patris &c. ad Phil.ij. & statim ipse tāgit cū dicit, Queretis me & nō inuenietis. Quia ex quo xp̃s ascendit in celum, Iudei uidentes tps Messie esse cōpletū, q̃rebāt & adhuc q̃rūt xp̃m, sed nō inuenient nisi in iudicio, qa nō credebāt ipsum esse Messiā, ergo noīaliter quere bant & nō realiter. Ideo Osee. v. dicit de Iudeis, Facti sunt principes Iuda quasi assumētes terminū, sup eos effundā quasi aquā īrā meā. Quarta exaltatio fuit spiritualis quo ad animā, que non solū fuit in istis p̄dictis tribus, imo etiā in sua incarnatione, qa tantā prudētiā & potentiā habuit anima illius illico, sicut & nūc, & ideo dicit spiritualis quo ad animā, & de hac dicit Esa. lij. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabit, & eleuabitur, & sublimis erit ualde. Seruū appellat filiū respectu humanitatis, & eleuabit in intellectu, in prudētia, gloria & fruitione. Et ista in euāgelio tangit cū dicitur, Vbi ego sum uos nō potestis uenire. Videte, certū est q̃ peccator quātūcunq; malus, quādiu anima est in corpore habet liberū arbitriū. quare ergo dicebat, uos non potestis uenire? Videte, ire & uenire ad gloriā fit per passus bonorū operū, sicut uidemus ī nr̄o ire, qa nūc cogitationibꝰ bonis tūc uero penitēdo imus illuc ubi xp̃s ē. Et de hoc Dauid, Ibūt de uirtute ī uirtutē &c. ī p̄o. lxxxiij. s. Quā dilecta. iō ergo hoc dicebat, qa sciebat illos esse in mala uoluntate uersa, iō nō poterāt iti nerare in bonis opibus. Et uidete oīa bona opa facta in pctō mortali nō pūt prodesse. s. ad meritū uite eterne. prosunt tñ homini ut citius disponat ad gratiam, & etiā ad accumulationē temporalium, & ideo dicit, ubi ego sum uos nō potestis uenire. s. in sensu cōpositō. s. malā uitam retinēdo, sed bene illā dimittēdo. Iō xp̃s dicit, Nō pōt arbor mala fructus bonos facere, neq; arbor bona fructus malos facere. Mat. vij. Et hoc intelligatis in sensu compositō, Arbor bona. s. stādo in bonis opibꝰ, tñ creatura, licet cadat ī pctō mortali, a bonis opibus nō desistat, qa ad oīa prosunt, nisi ad illud unū & plus, quia citius extrahitur homo de peccato. Et hoc bene patet in euāgelio hodierno, qa ministri q ueniebant ad capiendū Christū, ex quo prius uoluerūt audire sermonē, & bonū opus facere, iō Deus conuertit illos, & redierunt ad phariseos, & qa illū nō perduxerūt captiuū ad illos, dixerūt pharisei ministris, Quare nō portastis talem? At illi dixerūt, Nūquam sic locutus est homo, & qūo hic debet capi? Dixerūt illis prīcipes, Nūqd & uos seducti estis? Nūquid aliquis ex principibus credit in eū? Sed hec turba q̃ ignorat legē maledicta credit in ipsum. Mortaliter nota, sim plices qui nō ponebāt obicē ex sermone xp̃i fuerunt illuminati, sed literati qa obicē posuerūt, ideo in malicia sua permanserūt, qa ex superbia sua xp̃m audire noluerūt, ut frequēter homines magne scientie sunt male cōscientie. Ideo dicit Ecclesia. v. Esto māsuetus ad audiendum uerbū Dei, ut intelligas. Videte ne omittatis orationes solitas, nec bona opera. Ideo cuilibet dicitur, Quodcūq; facere potest manus tua instāter operare, quia nec opus, nec rō, nec sapiētia, nec scientia, erūt apud inferos, quo tu properas. Eccl. ix. Quodcūq;. s. bonum. ecce ergo hic pro prima parte. Secūda pars euāgelij est de excecatione Iudeorū generali, de hac qūo fuerit, uidete textū euāgelij subtiliter ibi, Dixerūt ergo Iudei ad semetipsos, Quo hic iturus est, qa nō inuenemus eū? Nunqd in dispersionē gentiū iturus est, & docturus gētes? Quis est hic sermo quem dixit, queretis me & nō inuenietis me, & ubi sum ego uos non potestis uenire? Hic uidete cecitatē eorū, nā ministri fuerunt illuminati ad intelligendum uerba xp̃i, & nō doctores, & ideo uerificatur hoc uerbū xp̃i in oratione dicentis, Confiteor tibi pater dñe celi & terre, qa abscōdisti hec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Mat. xj. Fiebat tunc ut hodie fit, qa cū ueniunt literati ad sermonē, dicūt cum magna audacia & elatione. Iam ego uidebo

debo qđ dicẽt iſte p̃dicator: & illuc ueniunt iã obſtinati. Sed ſimplices & ignorantes immediate credũt, & illuminant, qa ex deuotione ueniunt. Ecce quomodo oſtenditur cecitas Iudeorũ. Nã Iudei uerũ dicebant, ſed nõ intelligebãt, quia dicebãt q̃ xp̃s debebat ire ad terrã promiſsionis & ad gentiles & docere gentes, & hoc uerũ fuit. Nam xp̃s primo in Iudea pedeſter iuit de uilla in uillã p̃dicando, ſed xp̃s poſt diſperſionẽ Apoſtolorũ p̃ totũ mũdum iuit equeſter, qa per equos. i. Apoſtolos, & docebat gẽtes. & hoc dixit xp̃s de Paulo, qñ dixit, Vade, qm̃ uas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomẽ meũ corã gẽtibus & regibus, & ſi liis Iſrael. Act. ix. Et uideatis ad hoc pulchram figurã in libro Iudicũ. c. vj. Nã ibi legit̃ q̃ Iudei erãt in magna preſſura ꝓpter inimicos eorũ, & Deus apparuit Gedeoni di. q̃ ipſe deberet liberare Iudeos ab inimicis, & ideo petiit ſignũ Gedeon a Deo & dixit, Hic eſt uellus lane in hac area, ſit hoc ſignũ quod reperiã lanã totam plenã de rore cras de mane, & areã totã ſiccã. Cui dixit Deus, Placet mihi, & ita inuenit alia die ſicut dictũ fuit de mane. Tũc dicit Gedeõ. Pulchrũ eſt ſignũ, ſed dñe peto ſecũdo q̃ fiat per cõtrariũ, ita q̃ cras reperiã lanã ſiccã, & areã roratã & rore plenã, & ſic habuit. Nota bñ ibidẽ hiſtoriã. Sed q̃ro hic qđ ſignificat iſte ros? Rñſio, Iſte ros ſignificat doctrinã Ieſu xp̃i bonaroñe, qa ſicut terra de ſe non põt fructificare ſine rore celi, ſic nec mundus poſſet fructificare in bonis operibus, niſi deſcẽderet ros. i. doctrina xp̃i, & hoc probat̃ autoritate in cantico. Deu. xxxij. Audite celi q̃ loquor, ĩ uerſu, Cõreſcat ut pluuia doctrina mea, fluat ut ros eloquiũ meũ. Lana aũt eſt gẽs Iudaica, qa ſicut lana tõſa eſt a beſtia, & remota ab ea, ſic gẽs Iudaica fuit ſeparata ab Egyptiis q adorabãt beſtias. Et uoluit Gedeõ pro primo ſigno, ut ros eſſet tm̃ in uellus. i. doctrina xp̃i tm̃ in populo Iudaico, & tota area eſſet ſiccа. i. totus mũdus, nã doctrina & ros xp̃i dabat̃ Iudeis tunc ſolum, & alie cõgregationes mũdi erant ſicce. & ideo dicit̃ in p̃o. lxxj. Deſcẽdet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſup̃ terrã &c. Voluit etiã Gedeon aliud ſignũ, ſcilicet ut lana ſiccaretur, & terra madidaret̃, & hoc figurabat doctrinã xp̃i poſt ſuã aſcenſione. Nã poſtquã aſcendit celos, fuit portata eius doctrina per totũ mundũ, nã in omnem terrã exiuit ſonus eorũ, & remanſit lana tota ſicca. i. gẽs Iudaica, & fuit adimpleta quedã prophetia dicẽs, Quia repleta eſt terra ſciẽtia dñi, ſicut aque maris operientis. Eſa. xj. Aqua. i. doctrina euãgelica, & remãſit Iudea tota ſicca. i. recta doctrina ueritatis. Et ideo dicebat prophe ta, Et ambulabũt ut ceci, qa dño peccauerunt. Sopho. j. Modo uideamus hic moraliter circa illud cũ dicit̃, Queretis me & non inuenietis, an forte ſit aliqs querẽs xp̃m & nõ inueniens? Rñdetur, certe q̃ ſic, ſi deficit in aliquo triũ q̃ ad hoc requirũtur, & hoc declarat Eſaias cũ dicit, Querite dñm dum inueniri poteſt, inuocate eũ dum prope eſt. derelinquat impius uiã ſuã &c. Eſa. lv. Et ſunt iſta. l. tres pus, locus & modus q̃ requruntur. Debet ergo primo tẽpus obſeruari, hoc eſt tempus quadrageſime, qa clerici toto tẽpore xp̃m querũt, ſed uos mundani ſaltẽ in hoc tẽpore quadrageſime, debetis querere xp̃m penitẽ do, & iniurias remittendo. Forte dicũt mulieres qñ reprehendunt̃ de earũ uanitatibus, ſi aliqne inciperẽt dimittere ornamenta, ego dimitterẽ. Vide tu quicũq; talis es, quia martyres omnes habẽt coronã in paradiſo, ſed ſuper omnes ſanctus Stephanus qui primus fuit. Virgo Maria iter uirgines, Magdalena inter penitẽtes. Et ecce nũc ſaltẽ dimittatis iſto tẽpore penitẽtie. Iõ dicit̃, Hortamur uos ne in uacuũ gratiã Dei recipiatis, ait eñ, Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. ij. Cor. vj. Querite ergo dominũ dum inueniri poteſt, quia Iudei non querebant debito tẽpore xp̃m, ideo nõ inuenerũt. Secundo inueniendo xp̃m ſeruãdus eſt locus, & iſte locus eſt iſte mundus, quia niſi in hoc mũdo inueniatur per gratiã, non potest inueniri in alio per gloriã, & ideo dãnati nõ poſſunt xp̃m inuenire, qa longe a peccatoribus ſalus. nos autem ſumus prope. Satis enim eſt prope aliũ, qui nõ diſtat niſi per tres paſſus ab eo. Et habes tres paſſus quibus potes ad xp̃m redire & ipſum ĩuenire. & primus eſt cõtritio. ſecũdus eſt cõfeſsio. tertius eſt complementũ penitẽtie, & eſt ſatisfactio. Nunc ergo eſt tempus & locus. & ideo Dauid in Pſalmo. cxliiij. ait, Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eũ, omnibus inuocantibus eum in ueritate. Videte ergo q̃ concordent oris prolatio & cordis cõtritio, & ſatisfactio, quia iſti ſunt tres paſſus. Tertio ſeruãdus eſt modus querẽdi Chriſtum, & ille modus eſt recedere a peccatis, quia dicit, Derelinquat impius uiam ſuam, & uir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad dñm & miſerebitur eius. Eſa. lv. Ibi tangit propheta modũ querendi xp̃m. Qui ergo has tres cõditiones ſeruauerit, inueniet xp̃m. Veniamus ad tertiã partem euãgelij que eſt de illuſtratione credentiũ ſpirituali, & de hoc loquit̃ thema. Et dicit̃ in euãgelio, In die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, clamabat di. Si qs ſitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, flumina de uentre eius fluent aque uiue. Hoc autẽ dixit de ſpiritu quẽ accepturi erant credentes in eũ. Declaremus illud magnũ feſtum, qa ad literã feſtũ tabernaculorũ qđ incipiebat. xv. ſeptẽbris, & etiã hodie ſeruãt Iudei illud feſtum, & durabat illud feſtum octo diebus, & prima dies erat colenda, ſed poſtea uſq; ad octauũ diẽ poterãt laborare, ſed octauus dies erat ſanctiſsimus, & de hoc eſt textus Leuitici. xxiij. ubi dicit̃, Dies octauus erit celeberrim⁹ atq; ſanctiſsimus, & offeretis holocauſtum dño. Et in iſto ultimo die Ieſus clamabat. qa dicit euãge. In die magno. Et ille erat octauus ſecundũ literã. Sed moraliter eſt hic notãdũ q̃ ſicut ſupra uirtutes morales ſunt theologales, ſic etiã ſupra intellectus morales ſint theologales. Nã allegoricus ſenſus exponit illud

quod debemus credere, & ſic reſpondet fidei. Tropologicus reſpõdet charitati, & anagogicus ſpei. Modo uidete. In uerbis iſtis euangelij facio iſtos tres intellectus. Et primus erit principaliter allegoricus. Vnde quid eſt iſtud feſtũ ſeptem dierum, & hic dies ultimus quo xp̃s clamabat? Iſtud feſtum eſt quadrageſima, & habet ſeptẽ ſeptimanas quas illis ſeptem diebus comparare poſſum. Nouiſsimus dies eſt feſtũ paſche. Hec ſolẽnitas quadrageſime durat ſeptẽ ſeptimanis precedentibus, quemadmodum illud feſtum precedebãt ſeptẽ dies, & in illo magno die clamat xp̃s ad inuitãdum nos ad cõmunionẽ dicens illud Can. v. Comedite amici & bibite, & inebriamini chariſsimi. Nota amici, quia oportet q̃ ſit amicus ille q debet comedere ut ſcilicet ſit in gratia, & tunc inebriatur, qñ omnia opera tẽporalia poſtponunt̃, & totaliter quieſcit in xp̃o, & iſte eſt intellectus allegoricus. Alius ſenſus eſt moralis & tropologicus, & ſecũdum iſtũ intellectum iſtud feſtũ eſt uita ſancta quã debemus habere. Septẽ dies ſunt uirtutes morales & theogales ſeptẽ, ſcilicet fides, ſpes, charitas, prudentia in periculis, iuſtitia & temperãtia in proſperis, & fortitudo in aduerſis. Vltimus dies eſt dies mortis quãdo xp̃s uocat ad gloriam paradiſi. Et ideo dicit̃, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos, & inuenietis requiẽ animabus ueſtris. Mat. xj. Tertius intellectus eſt anagogicus, ut ſic hoc feſtum ſignificet durationem mũdi, & dies ſeptẽ ſignificant ſeptẽ etates. Prima ab Adã uſq; ad Noe. ſecunda a Noe uſque ad Abraham. tertia ab Abraham uſq; ad Moyſen. quarta uſque ad Dauid, quinta uſque ad tranſmigrationẽ Babylonis. ſexta uſq; ad xp̃m. ſeptima uſq; ad finẽ mũdi. Vltimus erit dies iudicij, & erit magnus, & xp̃s ſtabit & clamabit eſuriẽtibus & ſitientibus iuſtitiam, & his qui a dextris erunt di. Venite benedicti patris mei. Matthei xxv. Sed aliis dicet, Diſcedite a me maledicti &c. Et iõ de bonis dixit, De ſpiritu accepturi

pturi erant &c. Isti tales accipient in hoc mundo per gratiã, & in alio per gloriã.

Feria.iij. post Iudica. Sermo unicus.

NEmo palam loquebatur de illo, propter metum Iudeorum. Originaliter. Io.vij. Recitatiue in euãge. hodierno. Vnde in isto euangelio hodierno ostenditur nobis tria de Iesu Christo, q̃ habuit inter Iudeos tempore sue passionis, scilicet,

Stricta afflictio,
Discreta conditio,
Secreta defensio.

Et de ultimo loquitur thema, qa aliq credentes in eũ occulte defendebant, quia nemo supple credentiũ palã loquebatur de illo. i. pro illo, licet alij loquerent palam, nõ tñ pro illo, sed bene contra illũ. Primũ qd̃ tangit in euãgelio de xp̃o est stricta afflictio, habebat eñ strictam afflictionẽ ex parte oĩm, scilicet amicorũ & aliorũ, & de hoc fit mentio in principio euãgelij cũ dicitur, Ambulabat Iesus in Galileã, nõ eñ uolebat in Iudeam ambulare, quia querebãt eũ Iudei interficere. Erat autẽ in ꝓximo dies festus Iudeorũ scenophegia. Dixerũt autẽ ad eũ fratres eius, Trãsi hinc &c. Pro quorũ itellectu, sciendũ est q̃ terra ꝓmissionis ultra mare diuidebatur in duas prouincias, scilicet in Iudeam & Galileã, & in Iudea est ciuitas Hierusalẽ tanq̃ metropolitana, & ibi stabant doctores, magistri, & studium generale, & ibi morabãtur inimici xp̃i. Sed parentes eius & amici stabant in Galilea, quia xp̃s ibi fuerat nutritus i ciuitate Capharnaũ, & ibi habebat amicos suos & cõsanguineos, & ibi nõ habebat inimicos tot sicut in Iudea. ideo ambulabat in Galileam, & ibi fuit tribulat⁹ & afflictus a fratrib⁹. i. cõsanguineis suis, & istos sancta scriptura appellat fratres eius. Et iste est modus sacre scripture in ueteri & in nouo testamẽto. unde Geñ. xiij. dicit Abraã Loth, Ne queso sit iurgium inter me & te, fratres eñ sumus, & tñ erant tñ cõsanguinei. Et simile habetur ex uarijs passibus scripture, q̃ consanguinei dicũtur fratres. Vnde dicitur, Optabam enim ego ipse anathema esse a xp̃o pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. ad Roñ. ix. Et ab illis cõsanguineis habuit Christus strictam afflictionẽ. Nã in Iudea querebant eum occidere ex una parte, & ex alia parte fratres eius impellebant ut iret in Iudeam. nõ tñ q̃ haberẽt intentionẽ mali. Et assignabant ei cõsanguinei & parentes quare deberet ire, quatuor rõnes. Et prima ratio fuit deuotionis, qa erat festus dies ꝓximus scenophegia, & dicitur a scenos qd̃ est tabernaculum, & phagin qd̃ est comedere grece, quia faciebãt tabernacula, & comedebãt i tabernaculis. ut habetur Leuit. xxiij. & erat preceptũ Dei. Exo. xxiij. q̃ oẽs irẽt in Hierusalem. ideo cũ oẽs Iudei deberẽt ire, uolebant cõcludere q̃ ipse etiã deberet illuc ire. Sed ista nõ tangebãt xp̃m, quia ipse erat imperator, q̃ dedit legẽ Moysi in similitudine ignis. Exo. xix. & ideo solut⁹ erat a legibus, maxime qa post ipse dedit legẽ in similitudine hoĩs. & ideo nõ erat ipse ligatus. Secũdo etiã qa ipse erat exceptus, qa habebat ibi inimicos capitales, & ideo inq̃tũ hõ erat excusandus. & ideo ista prima rõ nõ cogebat. Secunda rõ erat dilectionis & charitatis. s. ꝓpter discipulos q ipm dimiserãt rõne sermonis quẽ fecerat de sacro altaris, qñ dixit, Caro mea uere est cibus &c. Io. vj. Ibidẽ, Nisi mãducaueritis carnẽ filij hoĩs, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis uitã in uobis. Ex quo sermone fuit inter eos tãtũ scãdalũ, q̃ dixerũt illi de societate, Durus est hic sermo. qs põt eũ audire? & ideo abierũt retrorsum, & cũ eo nõ ambulabant quia reputabãt stultũ q̃ de ei⁹ carne deberẽt comedere. de his ergo dicebãt sibi parẽtes & cõsanguinei, Transi hinc & uade in Iudeã, ut & discipuli tui q̃ recesserũt a te uideant opa tua q̃ facis. Io. vij. & cõuertẽt ad te, quia scãdalizati recesserũt a te. Hoc nõ fuit dictum de apl̃is, quia illi nõ recesserũt ab eo, sed de alijs. Sed nihil ualet ista secũda rõ, qa discipuli de q̃bus loquebaꝫ, iam multa mirabilia

rabilia uiderãt ab eo. Tertia rõ est ambitionis, & tãgit ibi cũ dicit, Transi hinc, nã nemo quippe in occulto aliqd scilicet notabile facit. Vade ergo in Iudeã, quia ibi erũt gẽtes totius mũdi, & faciẽt tibi & nobis magnũ honorẽ. Ecce ĩ quo habebãt cor, ut haberẽt honorẽ & cõmodũ. Nã ipsi iõ uolebant cum ipso ire, sed ista rõ nõ ualet, qa secum ducit uanã gloriã & auaritiã, credentes q̃ aliqui forte uenirent ad rogandum eos, ut facerent q̃ Iesus sanaret aliquos ipsorum, & q̃ ex hoc haberẽt pecunias. Quarta ratio erat afflictionis, cogitãtes q̃ ex miraculis caperet Christus in regẽ, & tũc ipsi essent magni cũ eo, & ista rõ tangit ibi, cũ dicitur, Si hec facis, manifesta teipsum mundo. Si hec facis. s. diuinitus nõ opere diabolico, manifesta te mũdo. Mundũ appellãt Hierm duab⁹ rationibus. Prima, quia ibi concurrebãt quasi oẽs gẽtes mũdi. Secũda, quia erant mundani, & q hec dicebant ad Christũ, uolebãt honores & uanitates, & forte uolebãt etiã ab eo recedere, quia isti etiã nõ credebãt in eũ, immo etiam murmurabant cõtra illum. q.d. Et qũo est hoc, quia nunq̃ studuit, & predicat? Ex hoc apparet stricta afflictio Iesu Christi. Nã inter duas molas stabat, sicut oliua usq; dum exit oleum, ita similiter cõtigit de Christo. Nam ipse stetit & fuit pressus donec exiuit oleum effundẽdo sanguinẽ. Ex tunc fuit cõpleta una prophetia de Dauid in ps. xxxvij. Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Et q iuxta me erant per genus & tribũ, de longe stetẽrunt, & uim faciebant qui querebant animam meam sicut fit oliue. Hic sunt due moralitates. & prima tangit ecclesiasticos qui sunt inter duas molas. s. amicorũ & inimicorũ, scilicet diabolorũ, quia licet laici sunt ininici diabolorũ, tamen plus clerici & ecclesiastici, qa demones plus tẽtant clericos de peccatis q̃ laicos, & sic ab una parte habẽt demones & ex alia parte habẽt amicos consanguineos, qa postq̃ qs est clericus, amici nõ habent cõscientiã accipiendi bona eorũ, & isto modo est inter duas molas. Et uide circa istam materiã qñ si tu non es pauper, tu nõ potes aliqd accipere a filio clerico, nec ipse potest tibi dare. Ideo Aug. dicit, Sic debet clericus de bonis ecclesiasticis dare pauperibus & amicis, ut si indigeãt ad necessitatẽ, sed non ut diuites fiant, quia si clericus uult sibi retinere illa bona quibus nõ indiget, & nõ dat indigentibus, sacrilegiũ cõmittit, & furtũ facit. Ideo sanctus Ber. dicit, Quicqd clericus de bonis ecclesiasticis preter necessariũ uictum & uestitũ sibi retinet, & pauperibus indigentibus nõ tribuit, furtũ facit & sacrilegiũ. Et multo plus peccat, dãdo amicis diuitib⁹, sed bene dare debet pauperibus. & ideo si aliqs aliquid accepit nisi in uiam eleemosyne, restituat. Esset eñ necessariũ q̃ clericus habẽs cẽtũ florenos in redditibus distaret cẽtũ leucis a parentibus suis. Ecce qño stringuntur, possunt eñ clerici dicere illudmet uerbum, Amici mei. i. pauperes & proximi mei. i. diaboli &c. De supradictis uide xvj. q.j. c.fi. &. xij. q.ij. Glia. Alia moralitas est humilitatis pro laicis, & ut intelligãt dicã parabolam, Si aliquis notabilis miles & potens est in aliqua ciuitate & aliq agricole & pauperes exurgerent in eũ, & potẽs iste miles posset eos occidere solo uerbo, & diceret, ne isti moriant cũ ista malicia, cedã, & ibo ad aliã ciuitatẽ, qd diceremus de isto? Vere tñ esset humilis q̃ reputaret sibi in stultitiã. Sic fuit humilitas Iesu xp̃i, cuius posse est tale, q̃ posset illico ĩ momẽto totũ mũdũ destruere, & aliũ facere, & licet maiores ciuitatis Hierm exurgerẽt cõtra eũ, tñ agricole sunt ei⁹ respectu, licet illos posset occidere, cedebat tñ & recedebat a Hierm, habetis eñ exẽplũ morale, ut cedatis inimico, & nõ sumatis uindictam. iuxta illud, Si fieri põt qd̃ ex uobis est cũ oĩbus hoĩbus pacẽ habẽtes, non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locũ ire. Scriptũ est enim, Mihi uindictã & ego retribuã dicit dñs. Ad Roñ. xij. No. defendentes. i. uindicantes, nec est tibi dedecus cedere inimicis tuis

apud Deū, quia honor est homini q̄ separat se a cōtētionibus. oēs aūt stulti miscēt̄ contumelijs. Prouer.xx. Sed apud stultos diceret, illud esset dedecus, sed in iudicio Dei ab oībus laudabit. Date ergo locū ire, qa scriptū est, Mihi uindicta &c. quia regula est Dei. Nulli ergo uindicta competit, sed iustitia. Et ad hoc uide miraculum q̄d habetur.ij.dialogo. Erant duo uiri potētes in eadē patria, & unus erat nobilis & multū famosus, alter tū non erat ita famosus, & ille agebat inuidia cōtra aliū adeo q̄ ꝓpter inuidiā diffamabat aliū, ꝛ intātū creuit inuidia q̄ alteri mun⁹ uenenosum p̄sentauit. Et dixit alius magnus, Ego cedā huic, & dimisit uicinum & mutauit locū. Iste inuidus dicebat exultans, & ego faciā illum etiā recedere ab illo loco, & subito dum hoc cogitaret cecidit domus eius supra eū. Ecce hic uindicta Dei. Ideo dicit xp̄s, dimitte mihi uindictā, & ego retribuā, quia retribuit in corpore & aīa. Nā gloriosus est exēplo dn̄i iniuriā & inimicū cedendo uincere, q̄ resistendo superare, ut inquit Grego. & hoc est consiliū dn̄i. Cū persequent̄ uos in una ciuitate, fugite in aliā. Mat.x. Ecce hic primā partē. Secūdo tangit in euangelio discreta cōditio, quia licet tantā potentiā haberet, uoluit tū uti prudētia, ideo rōnabiliter uoluit parentibus respōdere, q̄ nō deberet ire in Iudeam. Dixit ergo eis Iesus, Tempus meū nōdū aduenit, tps aūt uestrum semp est paratū. Non pōt mūdus odisse uos, me aūt odit, quia ego testimoniū p̄hibeo de illo, quia opa eius mala sunt. Vos ascēdite ad diē festū hunc, ego eū nō ascendā ad diem festū istum, quia tps meū nondū impletū est. Hec cū dixisset, ipse mansit in Galilea. Et hic xp̄s asserit quatuor cōditiones prudētie que requirunt̄ in opere uirtuoso & meritorio. s. qū, ubi, quō, & quare. qa q̄tūcunq; bonū fiat, niſi discrete fiat, nō est meritoriū. ut dicit. s. Anselmus. Virtus est quicquid boni cū discretione feceris. Virtus aūt indiscreta ꝓ uitio reputatur. Prima ergo ratio prudentie est tēpus respicere. s. qñ, ideſt, q̄ fiat debito tpe, qa dicere missam uirginis Marie bonū est, sed si diceretur in die ueneris sancta, uel post prādium peccatum esset, quia non est tempus condecens. Et ideo dicit, Tps & respōsionē cor sapientis intelligit. Omni negotio tps est & opportunitas. Eccle. viij. Hanc circūstantiam seruauit xp̄s dicēs, Tempus meū. s. patiendi a Deo ordinatū nondū aduenit. De quo nota figuram Exo.xij. Qū dn̄s uoluit liberare populū de dura seruitute Egypti, precepit eis q̄ decima die primi mēsis. s. martij. reciperent agnū, & seruarent ipsum ad diem. xiiij. mensis. &. xv. die erat pascha. Dixit tex. decima die prima mēsis tollat unusquisq; agnū per familias & domos suas. Erit autē agnus absq; macula, masculus anniculus. Iuxta quem ritum tolletis & hedum, & seruabitis eū usq; .xiiij. diem mensis huius. Immolabitq; eum uniuersa multitudo filiorum Israel ad uesperā &c. Nota ibidē textum. Et fuit figura illius agni innocentis xp̄i. de quo Ioā. j. dicitur, Ecce agnus Dei, qui debuit tolli decima die mensis primi, sicut factū fuit in die ramorū, qū receptus fuit cum magno honore, & fuit seruatus usq; in die iouis ad uesperā. Iā ueritas debebat correspondere figure, & xp̄s sciebat esse obseruandum in omni opere uirtuoso tps debitū, & illud tēpus nondū uenerat, ideo dicebat, tēpus meū nondū uenit, quia usq; ad nonum diem nō debebat ire ad Hierm. tps autē uestrū semper est paratū. Sed contra hoc arguitur. Certū est q̄ xp̄s nō solum ordinauit passioni sue tēpus, diem & horā, sed etiam omni homini, quare ergo dicit, Tempus uestrū semper est paratum, cū etiā homo certū habeat tempus moriendi. iuxta illud Iob. xiiij. Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Dicendū ad hoc q̄ xp̄s uolebat dicere, q̄ tps suū q̄d elegerat pro redēptione generis humani, nondū aduenit. Tempus uero uestrū uane glorie & honoris, semper a uobis desideratū, est semper paratū. non loquitur de tēpore mortis eorū. Vel exponetur sic,

sic, Tempus uestrū semper est paratū. i. debet esse paratū, quia nescitis tps, neq; diem, neq; horā, nec modū moriēdi uestrū, ideo semper debetis esse parati. iuxta illud Senece, Mors ubiq; te expectat, tu si fueris sapiēs, ubiq; eā expecta. Secūda circūstātia est locus, quia locus debet inspici, quia bonū est dicere missam, sed nō in stabulo, nec in coquina. Item bonū est matrimoniū, sed nō uti in ecclesia. Et ideo dicit Baruch.iij. Disce ubi sit prudentia, ubi sit uirtus &c. quis inuenit locū eius. Hanc circunstantiā xp̄s seruauit dicens, Nō potest mūdus odisse uos. ecce locus. me autē odit, qa testimoniū perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Mūdus, ut dixi, ciuitas Hierusalem est, que odio habuit xp̄m & ap̄los, qa spirituales erant, nō autē cōsanguineos xp̄i quia carnales erant. Vnde Ioā.xv. Si mū dus uos odit, scitote quoniā me priorē uobis odio habuit. Ideo locus non congruebat ut tūc ascēderet Hierusalē, nec oportebat timere illos qui habitabāt Capharnaum, quia nō habebant eum odio. Tertia circunstantia est modus, quia licet sit tps & locus, tū requiritur modus, ut si quis hic sedens nūc uult dicere missam, uel in camisia, uel nudus, uel dando eleemosynas ex ira, uel etiam si uis hoc tpe cōfiteri, & tū ire ad solatium, nō est modus debitus, quia debet esse genuflexio, & cōfessor debet sedere sic tanq̄ iudex. Itē si quis ueniret & diceret cōfessori. Volo dicere coram testibus p̄tā mea, nō esset modus, quia nō esset sacramēta lis cōfessio, immo dicere contrariū est hereticum. Licet quidam dicunt, q̄ propter humilitatē quis potest publicare, uerū est post confessionē. Itē facere eleemosynā & orationē ad modum Pharisеorū, ut patet Mat.vj. Nō est bonus modus. Ideo sanctus Paulus, Videte itaq; fratres qūo caute ambuletis, nō quasi insipientes, sed quasi sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Ephe. v. ideo xp̄s dixit, Vos ascendite ad diem festū. s. pompose. Nā illud festū dicitur tabernaculorum, ut iam dixi, & populus erat totus uanus in primo die & durabat octo diebus. & sic nō erat mod⁹. & ideo dixit uos ascendite, & noluit cū illis ire. q. d. illud Esa.j.ca. Sabbata uestra odiuit aīa mea. Sed quarta die qū iam tempera te comedebant & bibebant parce, ipse ascendit. Iam die festo mediante ascendit Iesus in tēplū. Io.vij. Quarta circūstā tia est intētio. quare? quia debet inspici intētio, rō & finis. Hec tria predicta sufficiūt. Ideo Dauid semper interrogabat seipsum quare, cū erat in tribulatione in p̄s.xlj. &. xlij. Quare tristis es aīa mea, & quare cōturbas me? Ergo respice intentionem, quoniam intentio dat principalitatem & formalitatem operi uirtuoso & meritorio. Hanc circunstantiam xp̄s seruauit, quia intentio xp̄i erat, q̄ per passionem uoluit uenire ad gloriam resurrectionis, sed ut dicitur Luc.vl. Oportuit pati xp̄m, & ita intrare in gloriam suam, quia illud tempus nondum fuerat impletum, ideo dicebat, Tempus meū nondum uenit, & ideo mansit in Galilea usq; ad diem martis. Moraliter super eo q̄ dicit, Mansit in Galilea. Nota Galilea interpretatur Hebraice rota uolubilis, cuius qū una pars deprimitur, alia exaltatur rotando, sic xp̄s operationi humane statim adiungebat operationem diuinam, ut uideretur sua diuinitas & etiam humanitas. Hoc patet in omnibus operationibus discurrendo a sua natiuitate usq; ad resurrectionem. Primo in natiuitate fleuit ut ceteri infantes, sed mox diuinitas fuit eleuata in claritate noctis, que processit de xp̄i corpore nouiter nato. Secūdo, esuriuit ut ceteri, sed diuinitas statim dedit lac matri. Tertio inquantum homo fuit in presepio positus, sed ut Deus a boue & asino adorat⁹. Quarto, fuit humiliatus in circuncisione q̄ dabat peccatoribus, sed exaltatus in regum adoratione. Quinto, fuit presentatus i tēplo ut p̄tōr, sed ibi fuit exaltatus testimonio Simeōis & Anne. Sexto, fuit humiliatus fugiēdo in Egyptū, sed fuit exaltatus i medio doctorū in tēplo. Iterū fuit exaltat⁹ in baptismo in mani-

festatione trinitatis. Septimo, in deserto, in ieiunio, & tẽtatione diabolica, sed fuit exaltatus, quia accesserũt angeli, & ministrabãt ei. Octauo, in predicatione fuit humiliatus, ad instar regis si laboraret pro &c. sed fuit exaltatus in miraculorũ operatiõe. Nono, fuit humiliat⁹ in passione, qa ad instar latronis fuit passus &c. Sed fuit exaltatus, quia sol se obscurauit, terra tremuit &c. Decio in morte, quia ad inferos descẽdit, sed fuit exaltatus in resurrectione gloriosa. Vndecimo, humiliauit se post resurrectionẽ, qa uoluit esse cũ Apostolis, sed fuit exaltatus in ascensione super oẽs celos. Ecce quo Iesus mãsit in Galilea, ideſt, in rota uolubili. Moraliter si uolumus in paradiso exaltari, humiliemus nos in hoc mundo. Vita nostra habet duas partes. Prima est hic uita tpalis, Secũda est in alio mundo uita eternalis. In prima debemus humiliari, si in secũda uolum⁹ exaltari. Humiliemus ergo nos in uerbis, factis & dictis, & uestib⁹. Et si sic humiliamur, tũc uelut rota ascendemus in alio mũdo. & ideo dicit, Omnis inuicẽ humilitatẽ insinuate, Quia Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in die uisitationis sue. j. Pet. v. Et benedict⁹ est ille qui in primo incipiet. Et si nolumus humiliari, ipse manu sua humiliabit nos in inferno, & si tu te humilias, ipse conuersa manu te leuat. Ecce hic Christi discretã cõditionẽ. Tertio, ostẽdit in euãgelio de xpo secreta defensio, quia nullus audebat ipsum reprehẽdere publice, sed secrete. Quidã dicebãt, qa bon⁹ est, sed palã nemo loquebat de illo, ideſt, ꝓ illo. Vnde sequitur in euãg. Vt autẽ ascẽderũt fratres eius, tũc & ipse ascẽdit ad diem festũ nõ manifeste, sed quasi in occulto. Iudei ergo querebãt eũ in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidã enim dicebãt, quia bonus est, alij dicebant nõ, sed seducit turbas. Nemo tamen palã loquebatur de illo, ideſt, pro illo, sed bene contra eũ. modo sequitur questio moralis, videlicet, An hi qui Christo credebant, in hoc ꝙ timore nõ audebãt dicere, ꝙ ille esset Messias peccarent? Et respõdeo per quoddã dictũ Chrysost. qui dicit ꝙ circa ueritatẽ fidei peccat qs tripliciter. Primo ueritatẽ in mẽdaciũ trãsmutando. secũdo illã occultando. tertio illã nõ defendẽdo. & intelligitur de ueritate fidei. Exẽplũ primi, Si quidã Christianus esset inter infideles, & sub pena mortis efficeret Sarracenus quãuis nõ corde, dãnatus esset, quia ueritatẽ fidei quã habet in corde mutat in mẽdacium, quia aliter dicit, quã in mente habeat, & hoc modo circa ueritatẽ peccauerũt antiqui philosophi, qui sciuerũt unũ principiũ primũ, & tamen adorauerũt idola, de quibus dicit Hiero. ꝙ sunt dãnati, unde de illis dicit Apostolus, ꝙ cõmutauerunt ueritatẽ Dei in mẽdaciũ, & seruierunt creature potius quam creatori, qui est benedictus in secula seculorum. Ad Ro. j. Secũdo, peccatur circa ueritatẽ fidei tacẽdo, quia cõfessio fidei pro loco, & tẽpore est de necessitate salutis, ut dicit sanctus Tho. ij. ij. q. iij. art. ij. & ponit ibi duos casus in quib⁹ cõfessio fidei est de necessitate salutis. primus est qñ per dimissionẽ huius cõfessionis subtraheret Deo honor debitus. Secundus casus est utilitas proximi. puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur ꝙ fidẽ nõ haberet, uel ꝙ fides non esset uera, uel alij ꝓpter eius taciturnitatem auerterẽtur a fide, in huiusmodi casibus confessio fidei est de necessitate salutis. hec sanctus Tho. ibidẽ. Tertio, peccatur circa ueritatẽ nõ defendẽdo. nã si quis non defenderet suũ regẽ, iam esset ei infidelis, sic etiã omnis qui uidet periclitari fidẽ, & nõ defendit, dãnat, & infidelis est dño suo. Et modo est rẽsum questioni, quia peccabant hoc modo, qa non defendebant ueritatem. Et ideo dicitur, ueritatẽ meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impium. Prouer. viij. Et ideo beatus Hieron. in prologo Biblie capitulo iiij. Sancta quippe rusticitas solum sibi prodest, & quantum edificat ex uite merito ecclesiã xpi, tũ nocet si destruẽtibus nõ resistat &c. Non enim sufficit dicere, O tẽpore antichristi stabo in camera mea, sed tanto amplius peccat, quanto non resistit. Placeat Christo ꝙ sic uelit cor nostrũ firmare in fide & eius operibus, ut simus ueri pugiles fidei, ut ad gloriã perueniamus. Deo gratias.

Feria. iiij. post Iudica. Sermo unicus.

Redatis quod pater in me est, & ego in patre. Io. x. & in euãg. hodier. un de hoc sanctum euangelium continet tres fortes pugnas factas a Iesu Christo, & a Iudeis. Prima est per deceptionẽ fraudulẽtã. Secũda est per inuasionẽ uiolentam. Tertia est per obiectionẽ pestilentẽ. De quibus Christus se defendit mirabiliter. Primo se defendit per sagacitatem intellectualem. Secũdo per stabilitatem spiritualem. Tertio per benignitatẽ uniuersalem. & tenuit cãpum, quia dicit thema, Credatis ꝙ pater in me est &c. Veniamus ergo ad primam que est de deceptione fraudulenta, & primo de euasione Christi, & sic consequẽter de aliis partibus. De primo bello quod fuit fraudulentũ dicit euang. Facta sunt Encenia in Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Circũdederũt ergo eum Iudei, & dicebant ei. Quousq; animã nostram tollis? si tu es xps, dic nobis palam. Ecce fortẽ inuasionem. Et ut melius intelligatis, est sciẽdũ, qd tẽpore quo xps ꝑdicabat Iudeis, iam Romani illis dñabant, & ordinauerant Romani ꝙ nullus auderet sibi assumere nomẽ regis, sub pena mortis sine licentia imperatoris, & seruabant & tenebant in qualibet regione armigeros qui hoc tuerentur. Ex alia parte uidẽtes Iudei ꝙ uulgus eorũ credebat xpm esse Messiã, quia oẽs prophetie erãt cõplete, & maiores erãt turbati ꝓpter uulgus qd illũ sequebat, & iõ deliberauerunt facto cõcilio, ꝙ illũ occiderẽt, & die festo uenerũt ad eũ. Et dicit Enceniorũ ab en qd ẽ in, & cenos qd est nouũ, quasi innouatio. & fiebat uigesimaquinta die mensis, quẽ mensem Iudei appellabãt casleu, que est in fine nouẽbris, & in principio decẽbris. Et hoc habetur in libro primo Machabeorũ. c. iiij. in fine. unde ibidem qũo Iudas Machabeus illud festum instituit, & ad illud festũ Christus uenit, & transibat in porticu tẽpli Salomonis qđ iam fuerat destructũ, sed postea fuerat renouatum, & nihilominus nominabat Salomonis, & tunc Iudei circũdederunt eũ, scilicet maiores, ut deciperent eũ. Modo potestis cogitare quomodo spectabat populus quam disputationẽ faceret adinuicẽ. Et dixerũt Iudei maiores xpo, Quousq; animã nostrã tollis? i. intellectũ. q. d. Tẽpus Messie cõpletum est. tu dicis te aliqñ esse filiũ Dei. Dic ergo nobis palã & clare si tu es Messias, qa aliqui credũt te esse Messiam, aliqui non, quadoque etiã facis opera diuina, quandoq; humana. Vnde Christo parabãt laqueum, ut si ipse se diceret regẽ ꝙ milites Pylati ipsum cepissent & occidissẽt. Si uero diceret nõ sum Messias, populus amodo non crederet in eũ. Ecce hic deceptionẽ fraudulẽtam. De isto concilio prophetauit Dauid in po. Deus Deus meus respice. & Hebraice incipit, Hely Hely, cũ dicit, Circũdederunt me canes multi, consiliũ malignantiũ obsedit me. ps. xxj. Appellat canes ipsos Iudeos propter inuidiã, quia eũ mordebant in facie sua ex inuidia, quia canes habẽt illã proprietatẽ, ꝙ sunt rabidi & inuidi, & propter hãc proprietatẽ uocabat eos canes. Sumit tñ qñq; hoc nomẽ canis pro predicatore, ut dixit sup euangelio, Canes ueniebant & lingebãt ulcera eius. Luce. xvj. quia sicut canes custodiunt oues in deserto, ita ꝑdicatores homines custodiunt in hoc mũdo. Et hec est bona conditio canis, sed illa conditio Iudeis non cõueniebat, sed prima mala est. ergo uocabat eos canes propter eorũ inuidiam, quia ex fraudulenta deceptione sibi loquebantur. Ecce ergo deceptionẽ fraudulentam. Nũc uideamus defensionem

Christi per sagacitatem intellectualem, quia prudenter eis respõdit, ita ut uerita tem sciret, & tamẽ a nullo increpari nec deprehẽdi posset, dicẽs, Loquor uobis, & non creditis. Opera q̃ ego facio testi moniũ perhibẽt de me, sed uos nõ credi tis, qa nõ estis ex ouibus meis &c. Quasi diceret, ex quo nõ uultis uerbis crede re, opib⁹ credite, qa opa q̃ xp̃s fecit, dabãt sibi testimoniũ de duob⁹. Prĩo, dabãt sibi testimoniũ q̃ erat uer⁹ De⁹. Secũdo q̃ erat uer⁹ Messias ĩ lege ꝓmissus. Prĩmũ patet ĩ mõ faciẽdi miracula, quia nõ faciebat miracula orãdo, sicut alij sancti fecerũt, sed ipsẽ orãdo fecit oĩa miracula. Helias eñ suscitauit mortuũ, sed orãdo. Similiter Moyses curauit sororem suã Mariam a lepra, sed orãdo. Sed Christus imperando fecit miracula, qa ipse dixit. & facta sunt, & dixit Dauid, Ergo dixit. Opera que ego facio, testimoniũ perhibent de me. ſ. q̃ sum Deus. Secundo etiã dabãt sibi testimonium q̃ esset Messias, iuxta signa data per Esaiã de Messia. Esa. xxxv. Ecce Deus noster ipse ueniet, & sal uabit nos. Tũc aperient oculi cecorũ, & aures surdorũ patebũt, & lingua muto rum erit aperta. Ista sunt clara signa ad cognoscendũ Messiã. Ideo dixit, Opera que ego facio testimonium perhibẽt de me &c. quasi diceret, Vos uidetis q̃ ceci uident, surdi audiũt, sed uos nõ creditis, nec uerbis nec operibus, quia non estis de ouibus meis, quia ille me sequunt. Et hic fuit impletũ uerbũ Salomonis, Non est sapiẽtia, nõ est prudẽtia, nõ est consi liũ cõtra dñm. Prouer. xxj. Nota morali ter sup̃ eo quod dicit, quia nõ estis ex ouibus meis. Nota ergo q̃ ex ista ratio ne apparet q̃ si quis nõ crederet, nõ es set ouis Christi, quia qui uult catholicus esse, debet esse ouis. Ergo ad hoc q̃ ali quis sit ouis Christi, oportet q̃ simplici ter credat fidẽ Christianã q̃. ſ. credat q̃ sit unus Deus in essentia, & trinus in per sonis. Sicut est un⁹ sol, tamẽ in sole tria est cõsiderare, quia sol generat de se ra dium, & a solo radio procedit calor. Sic pater generat filiũ, & spiritus sanctus pro cedit a patre, & filio, per spiratiõnẽ, & ta men est unus Deus. Quia ergo hec sunt sup̃ intellectũ creatum, debet quis sim pliciter, ut ouis esse, non ut capra q̃ uult saltare, nõ ire, ut pastor ducit, alias cade res in errorẽ. Vnde Paulus contra quos dam philosophos qui titubabãt, scribens illis dixit, Timeo autẽ ne sicut serpẽs se duxit Euã astutia sua, ita corrumpant sen sus uestri, & excidant a simplicitate q̃ est in xp̃o Iesu. ij. ad Corin. xj. Nota qũo ser pens seduxit Euã. ſ. faciẽdo questiones. Nam Eua stante in paradiso dixit ei ser pens, Cur precepit uobis Deus, ut nõ eo mederetis ex omni ligno paradisi? &c. Gen. iij. Et ista fuit prima questio diabo li. Et si Eua respondisset, qa Deo placuit, & illũ, scilicet diabolũ uituperasset, non habuissemus quod habemus, nec essem⁹ in tanta miseria, nec tribulatione ut mo do sumus. Sed ipsa respõdit, Ne moria mur &c. Ponẽdo se in disputatione cum diabolo, & sic fuit decepta. Sic etiam Iu dei decipiebant, quia dicebant, Messias debet uenire, & regnare, cũ ergo iste sit pauper, ergo nõ est Messias &c. Ideo Iu deis dicitur, Multos eñ supplantauit su spitio illorũ, & in uanitate detinuit sen sus illorũ. Eccles. iij. Non enim intelle ctu tuo perquiras ubi nõ sufficit. Nã stul tus esses, si digito sidus uelles tangere. Est ergo credendũ, nõ disputandum, & istud est meritoriũ, scilicet dare honorẽ Deo, & credere. Bene daretis mihi hono rem, si uobis dicerẽ difficilia, & credere tis mihi propter simplicẽ meã loquelã. Credatis q̃ illud stultum est, & periculũ anime, & corporis, circa ea q̃ fidei sunt difficultare. Nam iam articuli fidei fue runt examinati per Apostolos, Marty res, Doctores &c. Sine ergo examinatio ne depone in tuo marsupio tue cõscien tie, & credas simpliciter. Et ideo dicitur, Beati qui non uiderũt, & crediderũt. Io. xx. Et per contrariũ qui nõ credit male dictus est, ut fuerunt illi Iudei, qa dixit eis Christus, Nõ creditis, quia non estis ex ouibus meis. Et ecce primũ bellum. Secundum bellum fuit per inuasionem uiolent

uiolentam, quia ad manus. Et uidete pri mo inuasionẽ quã fecerunt ex hoc, quia Christus dixit eis, Ego & pater unum su mus. Sustulerũt ergo lapides Iudei, ut la pidarent eũ. Postquam xp̃s habuit uicto riam de primo bello, seu prelio, incepit Iudeis loqui de sua diuinitate di. Ego & pater unum sumus, & quod dedit mihi pater, maius omnibus est. Et hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo secundũ generationem eternam. Alio modo se cundum passionẽ temporalẽ xp̃i. Secun dum generationẽ eternã, pater dedit fi lio diuinitatẽ, que est una, & eadẽ in pa tre, & filio, & spiritu sancto. Vnde Atha nasius, Patris & filij, & spiritus sancti una est diuinitas. Non sic est in patre huma no, qui generat filium suum extra se, & dat sibi aliam in numero humanitatem. Sed Deus pater generat filium suum in tra se eternaliter, quia infinitus est, & dat sibi non aliam diuinitatem, sed eandem quam ipse habet. Et de hac dicit Christ⁹, Quod dedit mihi pater, maius omnibus est, uniuersaliter secundum passionem temporalem, in quantum homo, cui me rito passiõis pater dedit dominium uni uersale, scilicet supra, infra, & super o mnes creaturas. Vnde ad Philip. ij. Humi liauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis, pro pter quod & Deus exaltauit illum, & do nauit illi nomẽ quod est sup̃ omne no men, ut in nomine Iesu omne genu fle ctatur, celestium, terrestrium, & inferno rum, & omnis lingua confiteatur, qa do minus Iesus Christus, in gloria est Dei patris &c. Et Daniel. vij. Dedit ei potesta tem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus & lingue seruient ei. Po testas eius potestas eterna, que non au feretur, & regnum eius quod non corrũ petur. Propter hoc dixit Christus, Quod dedit mihi pater. ſ. dominiũ uniuersale, maius est omnib⁹ dominijs, & nemo po test rapere de manu patris mei. ergo q̃tũ eũq; feceritis uos Iudei, non poteritis a me auferre diuinitatẽ neq; uniuersale dominiũ, quia ego, & pater unũ sumus. Non dicit in masculino genere, qa un⁹ significat personalẽ unitatẽ que in Deo nõ est. Alia est enim persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Sed dicit unum in neutro genere, quod significat unitatẽ essentie. Tũc Iudei intelligẽtes q̃ Chri stus dicebat se esse Deũ, sustulerunt lapi des, ut iacerent in eũ &c. Ecce hic inua sio uiolenta &c. Sed xp̃s defendit se per stabilitatẽ uirtualẽ, nõ fugiẽdo, nec ab scondendo, sed stans cõstãter dixit, Vos uultis me lapidare, respondeãtis mihi prius ad unã questionem. Multa opera ostendi uobis ex parte mea, quia sanaui uobis filiã uestrã, curaui uobis matrem a lepra, & enumerauit opera bona que eis fecerat, & conclusit. Propter quod eorũ opus me lapidatis. Videamus, & ita dul citer eis respõdit, q̃ eorũ malitiam deui cit, quasi dicat est ista retributio, ut me lapidetis pro tot bonis que feci uobis. Vnde p̃s. Retribuebant mihi mala ꝓ bo nis. Tunc Iudei deposuerunt lapides, & Christus euasit de periculo. Nota mora liter qũo propter bona opera Iudei da bant solutionẽ lapidum. Et ego reperio quatuor modos retribuẽdi inter homi nes. Et primus modus est qñ pro bono bonum. Secundus est qñ pro malo ma lum. Tertius est quãdo pro malo bonũ. Quartus est pro bono malũ. Prim⁹ mo dus est qñ redditur bonum pro bono, & sic est una cõditio naturalis, & nõ est me ritoriũ, qa ex naturalibus null⁹ mereturꝫ nec demeretur, quia natura inclinat, & ideo non est uirtuale nec est meritoriũ. Et ideo cõtra illos qui tantũ reddũt bo num pro bono, & nihil amplius addunt, dicit Christus, Si enim diligitis eos qui uos diligũt, quã mercedẽ habebitis? nõ ne & publicani hoc faciũt &c. Matthe. v. Quia etiam debes diligere inimicũ tuũ, & salutare. alias non haberes mercedem apud Deum, quia etiam infideles salu tant se inuicem, & etiam bruta redddunt bonũ pro bono, & sic hoc non est uirtua le sed naturale. Nota historiam de leone a sancto Hieronymo curato, qualiter ser uiebat monasterio, cõtra illos qui red-

dunt tñ bonũ ꝓ bono. Secũdus modus est qñ reddit malũ ꝓ malo, quia si dedit mihi alapã, & ego tibi cicatricem, dixit me meretricẽ, & ego dixi eũ lenonẽ, & ista est inclinatio bestialis. Nam ista est cõditio canis. Nam si quis trahat caudã sibi, mordebit. Ita est in equis & multis alijs animalibus. Idẽ de passeribus & formicis, que statim uindicant se si possunt. Sed quia deus fecit uos hoĩes rõnales, ideo uos nõ debetis uindicare uos sicut bestie. Et ideo sanctus Paulus dicit, Esto te patientes ad oẽs. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat, sed semper quod bonũ est sectamini. j. ad Thessal. v. Christus eñ licet esset crucifixus, orabat tñ pro crucifigẽtibus, & sustinet adhuc illos & uult ꝙ saluentur, nec uult ut ledantur. Sed docet qd debet fieri contra eos in ps. lviij. Deus oñdit mihi super inimicos meos, ne occidas eos ne quãdo obliuiscantur populi mei. i. passionis, quia nesciremus quid esset Iudeus. Et quãdo uides Iudeum & cogitas, iste est de genere illorum qui Christũ crucifixerunt, ne occidas eum, nec dãnifices eos. Sed quid faciendum sit sequitur in põ. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. i. separa illos a Christianis ut non intersint suis festis & solẽnitatibus, nec ĩ comestionibus, nec aliquid uendant Christianis, nec emant, nec sint nutrices filiorum Christianorũ mulieres, nec ecõtra. In uirtute idest, potestate, hoc tangit principes & rectores. Quid plus, depone eos. i. non sint iudices, nec notarij, nec procuratores. Et iõ sanctus Tho. dixit duxisse de Corintho que querebat an propter indigentiam liceret aliquid ab eis accipere. Dixit qđ sic. Et illud quidam quod lucrati sunt Iudei, quia sunt serui principis. Ideo acquirunt principi, & potest sine peccato recipere. Et ideo depone illos. Sed prĩcipes dant priuilegia Iudeis, & male. Non est ergo illis malum pro malo reddendum. Bene tamen principes possunt eis auferre bona, solũ dimittendo eis uitã, & necessaria ne pereãt, & hoc propter infidelitatẽ quam fecerunt occidẽdo xp̃m. ut dicit. s. Tho. in quadã epistola, tñ cõuersos Iudeos non despiciatis, imo illis uos associetis. Iõ Iudeis non noceatis, sed rectores illos defendant, sed tñ separẽtur a xp̃ianis. Itẽ nullus xp̃ianus xp̃iano malũ pro malo reddat. ad Ro. xij. Mihi uindictam & ego retribuã. Tertius modus est bonũ pro malo, & hoc est spiritualis perfectio, ut dicas, dñe deus ille occidit pr̃em meum, uel fratrem &c. non est ratio naturalis ꝙ illi faciã bonum, sed honore & amore uestri uolo facere bonũ, non ꝙ nõ sim bñ sufficiens, ille abstulit mihi salutationes, sed nihilominus uolo salutare eum. Ideo xp̃s dixit, Diligite inimicos uestros, & benefacite his qui oderũt uos, & orate pro persequẽtibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri q in celis est. Mat. v. Facit eñ deus bonũ inimicis qui eũ blasphemant, quia facit solem suũ oriri super iustũ & iniustũ, & ita pluit ĩ agro illius sicut in agro iusti & amici, ergo sic faciatis. Quartus modus est reddere malum pro bono, & ista est conditio diaboli, quia qñ aliquis facit sacrificium sibi, & inuocat illũ, desiderat diabolus ei retribuere aliquẽ qui eum portet in infernum, & illemet cui oblatum est sacrificium erit tortor. Huiusmodi conditionis sunt parẽtes inhonorantes, qui fecerũt multum bonũ filijs, & modo proles retribuunt malũ. Et ista est conditio diaboli, sed si est obediens parẽtibus prolongaẽ sibi uita & diuitie. Iõ Paulus dicit, Filij obedite parentibus uestris in domino. ad Ephe. vj. In domino nõ cõtra dñm, ut si mater uelit ꝙ filius esset leno uel latro, uel si pater diceret filio ꝙ percuteret aliquẽ nõ deberet obedire. Sed in domino. i. in his q̃ nõ sunt cõtra deum. Et de isto precepto promittit deus primo hic longã uitam & diuitias, si non sicut diabolus malum pro bono reddit. In hoc gradu retributionis fuit Iudas, cui dñs multa bona fecerat remittendo mortẽ patris, incestũ cum matre, accepit ipsum in discipulum & Apostolum, fecit eũ procuratorẽ &c. sed

sed retribuit malũ traditionis. Idem Iudei qui uolebãt ipsum lapidare retribuẽdo sibi malũ pro tot bonis iam factis. Et fuit cõpleta prophetia p̃s. cviij. Posuerũt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Et ecce hic partẽ secundã. Tertiũ bellum fuit de obiectiõe pestilentie, quia imposuerunt ei crimen blasphemie. Nã sicut pestis corrũpit totum aerem, ita blasphemia deuotionẽ. Et de hoc dicit euangelista, Rñderũt Iudei xp̃o obijciendo, De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu hõ cũ sis, facis teipsum deũ. Videte cecitatẽ eorũ. Nã Iudei nõ poterant negare bona opa xp̃i, quia dicũt de illis te nõ lapidamus, ergo illa concedebant, sed de blasphemia uoluerunt eũ lapidare. Sed Iesus Christus se defendit p benignitatem uniuersalem, quia dicit eis, Vos doctores & rabbini audite & rñdete. Nõne in lege uestra scriptum est, Ego dixi dij estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & non põt per uos solui. i. negari scriptura, quia uestra biblia est. Que pater misit in mũdum & sanctificauit, dicitis quia blasphemas, quia dixi filius dei sum. Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio & si mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis quia pater in me est & ego ĩ patre. Nota, ego dixi dij estis. Dicuntur enim homines dij participatiue, Christus uero essentialiter. Arguebat ergo xp̃s per locũ a minori. Si illi. s. pñt dij appellari q sunt dij participatiue, quanto plus filius dei q est deus essentialiter, & isto modo fuerunt uicti. Et ideo cõcludit bellũ dicens, Credatis ꝙ in me est pater, ut in themate, & econtra pater in filio, quia xp̃s erat realiter in deo patre. Modo habemus hic moralitatẽ bonam super illo uerbo, qñ dicitur, Sed de blasphemia? Et debetis scire ꝙ tres sunt species blasphemie. Nã quedam est affirmatiua, quedã negatiua, & quedam usurpatiua. Affirmatiua est si affirmo de eo quod illi non cõuenit, ut cũ dicit lusor, maledictus est deus, quia ille grates nõ expediũt deo, & sic de similibus põt dicere, deus est mortalis in diuinitate. Et de hoc legit in uitis p̃m ꝙ quidã sctũs p̃ erat, qui mortuo p̃re suo carnali audiuit sibi dici a quodã, scilicet ꝙ p̃ suus mortuus eẽt. Nã dicit ei nuncius, malũ nouũ tibi porto, qa pater tu⁹ mortuus est. Sed sanctus p̃ dixit, Noli blasphemare, quia p̃ meus immortalis est, nõ reputãs se aliũ p̃em habere nisi deum. Et ista blaphemia affirmatiua est maius peccatum quã occidere hominẽ, quia contra preceptum prime tabule est. Ideo domini & rectores si uolunt habere pacem, debent corrigere blasphematores. Nota de Ludouico rege Francie qualiter ipse tales correxit. Et hoc modo Iudei blasphemauerunt xp̃m, dicentes, Nõne bene dicimus nos qa Samaritanus es tu, & demonium habes. Io. viij. Alia blasphemia est negatiua, & peior, ut negare illud quod illi conuenit, ut est omnipotentia, ut cũ dixit lusor, nõ potest hoc facere deus ꝙ primo ueniãt tria quã septem. Et de hac blasphemia nota historiam quarto Regum. xix. de Sennacherib qui dixit ꝙ deus nõ posset eripere Israel de manu eius. Et illa nocte fuit punitus, quia de exercitu eius fuerunt interfecti ad centũ octoginta qnq; milia bellatorum. Hanc blasphemiam dixerũt Iudei Christo, quia dixerũt, ꝙ nõ esset deus. Et de ista dicit propheta. Dereliquerunt dominum, blasphemauerũt sanctum Israel alienati sunt retrorsum. Esa. j. Et idem dicit Dauid in p̃s. Dixit insipiens in corde suo non est deus, & ista est negatiua. Alia blasphemia est usurpatiua, & hec pessima est, scilicet attribuere alicui quod est dei, & in hac peccabat Simon magus. Act. viij. quia dicebat se filium dei. Et hoc imponebãt Iudei Christo. Mar. ij. cum dixit Christus dimittuntur tibi pctã. Cui illi, Blasphemat. Quis enim potest peccata remittere nisi solus deus. Et etiam in hodierno euangelio, quia dicebant Iudei, quia tu homo cum sis &c. Ista blasphemia est inter nos hodie. Nã fuit mihi põtata chedula

que continebat q̄ mulier que ault concipere portet istā chedulam ignorāte uiro his literis. O usurpatio diuine potentie, quia literis & rei insensibili datis illam potentiam. Ita est de his qui dicūt, si dicis talem orationē, scies diem mortis. Et si quis dixerit orationē undecim milium uirginum &c. stultum est credere, quia & si uni eueniat, facis inde regulam. Et ista blasphemia est hodie, quia diuini & magi & nigromantici hoc modo blasphemant deū, quia honorē diuinum faciūt diabolo, & ideo multa mala eueniunt in hoc mundo. Diligenter ergo rectores studeāt extirpare hos blasphematores, ne dominus cogatur innocentem punire cū nocentibus p famē, pestem, & similes plagas. Sed debitā exhibeant homines deo reuerentiam, & dabit eis uitam eternā. Moraliter. Nota hic q̄ xps remisit Iudeos ad opera sua. Sic etiam erit de nobis in iudicio ultimo. Et ad hoc nota illud exēplum de illo qui habuit tres amicos. Primū dilexit plus quā se. Secūdū dilexit tm̄ ut seipsum. Tertiū parū dilexit. Cōtigit q̄ ille homo fuit citatus ad regē, & rogauit primū amicū ut pergeret ad regē secū, ut excusaret eū, & ille recusauit. Secundus similiter recusauit. Tertius uero quē parū dilexit, prexit & excusauit eū corā rege. Hic homo q̄habet tres amicos est quilibet hō. Primus amicus est bonū tpale pro quo sepius uita exponit, ergo plus quā uita diligitur. Secūdus amic⁹ est parentes, uxor, proles &c. Tertius amicus est opus bonū uirtuosum, q̄ parū diligimus. Iō ad Heb. ix. dicitur q̄ statutū est oībus semel mori. Quādo ergo hō moritur, & citat coram xpo, tūc prim⁹ & secūdus amic⁹ nō uadūt excusare hoiem. Tertius uero excusat nos corā rege & sequit nos. Opa eñ illorum sequūtur illos. Apoc. xiiij. Hoc exēplum uide latius in historia Balaam & Iosaphat que habet in secūda pte speculi historialis. Vincentij beluacensis. li. xvj. c. xvj. ubi concludit qd' opera bona sunt ueri amici, que hominem ad uitam eternam perducunt. Amen.

Feria. v. post Iudica. Sermo unicus.

HIdes tua te saluā fecit, uade in pace. Luce. vij. Sermo nr̄ erit de sancto euangelio hodierno. Alii qui mirantur de isto euangelio Marie Magdalene, quare mō legatur tpe passionis. Sed huius ratio est ad ostendendū finalem fructum passionis xpi. Et isto habito statim sequunt alia bona. s. habere gratiā & gloriā & multe alie utilitates. Esa. xxvij. Super hoc supple fructu passionis dimittetur iniquitas domui Iacob. i. ecclesie militanti, & iste est principalis fructus passionis xpi. s. auferre pctā & cōferre remissionē peccatorū. Et quia in tota sacra scriptura nō est euangelium in quo ita declaretur & exprimatur remissio peccatorū sicut in hoc euāgelio Magdalene, ideo est ordinatū ut legatur isto tpe passionis. Modo iuxta doctrinam philosophorum in omni opere concurrunt quatuor cause, s. effectiua, materialis, formalis, & finalis, que etiam concurrunt in remissionē peccatorum.

Causa principalis effectiua.
Causa materialis receptiua.
Causa formalis perfectiua.
Causa finalis completiua.

De ultima dicit thema, Fides tua te saluā fecit. Dico primo quod in remissione peccatorum concurrit causa principalis effectiua, qui est deus, quia nullus alius potest remittere peccata. Et ratio est, qa in remissione peccatorum requiritur noua creatio quindecim nobiliū creaturarum ad minus. Primo ergo creatura est gratia gratū faciens, quia non est qualitas que ducatur de potentia materie, sed a deo creatur in anima, & illuminat & pulchrificat ipsam animam, & facit ipsam gratā deo, quemadmodum in camera obscura introductio luminis & expulsio tenebrarum. Sic in camera conscientie creatio gratie est expulsio peccatorum. Et q̄ in iustificatione impij requiraf gratie infusio, patet per S. Tho. j. ij. q. cxij. ar. ij. in corpore, uide ibidem. Secundo creatur

creatur fides formata, qa fides informis simul stat cum peccatis. Iac. ij. Fides sine operibus mortua est. Tertio, creaf spes certa, quia sperare gloriam in peccato & sine meritis magis est presumptio quam spes. Quarto, charitas q̄ ex peccato mortali totaliter annihilatur, nec per generationē producitur, sed a deo creatur. Itē quatuor uirtutes morales infuse, que distinguūtur ab alijs uirtutibus moralibus acquisitis specie, secundū S. Tho. in. j. ij. q. lxiiij. art. iiij. s. prudētia que gubernat animam in eligēdis secundū deum, iusticia ordinat erga proximū, temperantia aūt in prosperis, fortitudo aūt cōtra tentationē diaboli. Sexto creanf a deo septē dona spūssancti. s. sapientia diuinorū cū deuotionis sapore, intellectus. s. credēdorum cum intelligētia, hoc est qñ in libro creaturarū legif, & cognoscit creator. Tertio, donū cōsilij q̄ inclinat creaturam ad seruandum consilia euāgelica. Quarto, fortitudo cōtra tentationes diaboli. Quinto, scientia ad gubernandum se honeste. Sexto, pietas erga proximū. Septimo timor, scilicet filialis ne. s. filiꝰ. i. Chr̄ianus faciat aliquid contra patrem suum deum. Ecce hec est doctrina theologie, q̄ iste uirtutes creantur in remissione peccatorum. Autoritas, Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terre. ps. ciij. Nota emitte spiritum tuū, quia peccator non pōt iustificari nisi mittaf spiritussanctus, & creenf. s. quindecim iste uirtutes & renouabis faciem terre. Sicut in hyeme siccatur facies terre, & nudatur herbis uirentibus, sed ueniente calore ueris & estatis, terra renouatur herbis uirentibus, plātis & floribus. Idē de peccatore. s. tpe hyemis i. peccati mortalis omnes uirtutes anihilantur, sed renouatur homo in remissio ne peccatorum. Ecce quare dicit Dauid, Emitte spiritū tuum & creabuntur. s. uirtutes interius, & renouabis faciem terre. s. exterius per honestā conuersationem. Fiat ergo ratio pro probatione illius, q̄ nullus potest remittere peccata nisi solus deus, cum in remissione peccatorum oēs iste uirtutes habeāt creari. & nullus possit creare nisi solus deus, ergo sequitur q̄ nullus pōt remittere peccata nisi solus deus, ergo dixerūt Iudei, Quis pōt dimittere peccata. s. principaliter & effectiue nisi solus deus? Mar. ij. Moraliter cogitate hic quātū debet homo cauere a peccatis mortalibus, qa nō pōt homo peccare mortaliter, quin occidat & annihilet. xv. creaturas nobiles. s. xv. uirtutes predictas. Credo q̄ nullus quātumcūq; malus & ribaldus, uellet facere furtū, uel adulteriū, si primo oporteret occidere quatuor uel quinq; homines. Vnde si diceretur alicui, Vos potestis furari centum florenos a tali, uel potestis habere uxorē talis, sed prīo oportet occidere. xv. hoīes, nō esset ita prauꝰ qui hoc faceret cum tali conditione. Et tamen ita fit qñ fur, latro, uel usurarius furatur, quia non potest habere denariū de furto, usura &c. nisi prius occidat & annihilet has quindecim uirtutes. O qui ista cogitaret quomodo caueret a peccato mortali. Idem dicerem de uindicatiuo, qui non posset se uindicare de inimico, nisi prius annihilaret solem, lunā & stellas, ideſt principales uirtutes que amplius non lucerent in celo anime, nisi de nouo crearentur a deo. Quia sicut sol est pulchrius lumen in celo, ita gratia gratum faciens est quoddam lumen pulchrius sole & luna, & alie uirtutes infuse pulchriores stellis, que omnes annihilantur, quando sumis uindictam de inimico, nec amplius illuminabunt celum anime tue, nisi de nouo a deo creentur. Ideo dicit scriptura, Qui in uno offendit, multa bona perdet. Eccle. ſiaſt. ix. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Quasi rumphea bis acuta omnis iniquitas. Ecclesia. xxj. Rumphea, ideſt gladius scindens ab utraq; parte, dictas xv. uirtutes annihilando, ad penam eternam obligando. Hec principaliter ostēdunt in euāgelio qñ Christus dixit Marie Magdalene, Remittunt tibi pctā tua. Et ceperunt qui simul acūbebant dicere intra se, Quis est hic qui etiā peccata dimittit.

mittit? Huic qõni rñdit Dauid di. Hic est Deus, Deus noster ineternũ & in seculũ seculi, ipse reget nos in secula. ps. xlvij. Ecce causa pricipalis effectiua remissionis. s. peccatorũ, q̃ est Deus. Cõfessor autem est solũ causa instrumẽtalis dispositiua, sicut de instrumẽto, uel charta, uel scriptura patet. de quo notarius est causa principalis effectiua, calamus uero est causa instrumẽtalis dispositiua, siue operatiua. Idẽ in cõfessione Deus est tãquã causa principalis, & remittit pctã. Confessor aũt tanquã causa instrumẽtalis, qa ita ordinauit Deus ꝙ cõfessor sit instrm eius. Secũdum, ꝙ xps ostẽdit in euãgelio hodierno est, qa qñ uoluit remittere pctã Marie Magdalene, prio uoluit qđ precederet iudiciũ Simonis leprosi, cui dixit xps. Simon habeo tibi aliqd dicere. s. unicum casum. Duo debitores erãt cuidã feneratori, unꝰ debebat denarios qngentos, & alius quinquaginta. Nõ habẽtibus illis uñ redderẽt donauit utrisque. Quis ergo eũ plus diliget? Rñdens Simon dixit, Existimo qa is cui plus donauit. At ille dixit, recte iudicasti. In quo xps ostendit causam instrumẽtalem esse cõfessorem in remissione peccatorum. Vult em̃ ꝙ precedat iudiciũ Simonis. i. cõfessoris ut simul cõcurrãt causa. s. principalis & instrumẽtalis. Ideo dicit Iaco. Cõfitemini alterutrũ peccata uestra. &c. Iac. v. Simon interpretaꝝ audiens merorem. Ecce confessorẽ qui audit merorẽ peccatorum, sine quo merore nõ ualet cõfessio. Nota qũo cõfessor debet habere autoritatẽ cõfitendi, qa licet sit sacerdos, tñ nõ potest audire cõfessiones nisi habeat materiã subiectã, alias non potest absoluere, sicut ignis q licet habeat uirtutẽ cõburendi, tñ oportet ut sibi applicent̃ ligna tanquã materia in quã exerceat suã uirtutẽ. Cõfessoribus ergo q habent autoritatẽ dicit scriptura, Audite illos, & qđ iustũ est iudicate. Siue ciuis sit ille siue peregrinus, nulla erit distãtia personarũ. Ita paruũ audietis ut magnũ, nec accipietis cuiusquã personã, qa Dei iudiciũ est q nõ est acceptor personarũ. Deut. j. Huic Simoni. i. confessori dicit xps, Simon habeo tibi aliqd dicere. Duo debitores erãt cuidã feneratori &c. Hic xps uocat se usurarium, tñ de bona usura que est absq; pctõ. Vnde ad instar feneratoris q mutuat pecuniã pro lucro, mutuat nobis animã cũ potẽtiis, corpus cũ mẽbris, de qbus uult habere lucrũ. Nam de memoria uult ut memoremur eiꝰ beneficia. De intellectu uult lucrum fidei, que in intellectu cõsistit. De uoluntate uult lucrũ amoris, charitatis, deuotiõis, & bonorũ desideriorũ. De ore uult lucrum orationis. De oculis, lacrymas pro peccatis, de auribus, audire missas & sermões. De gutture ieiunia. De manibus, eleemosynas. De toto corpore uult lucrum penitẽtie. Ecce usurã quã xps uult a nobis. De qua dicit xps in iudicio illi, qui hãc usurã nõ uult soluere, Serue male & piger, sciebas, qa ego homo austerus. i. iustus sum &c. Oportuit ergo te pecuniã meã cõmittere nũmulariis, & ego ueniens recepissem utiq; qđ meũ est cũ usuris. Matt. xxv. & Luc. xix. nũmulariis, i. pauperibus. Mat. xix. Da pauperibus & habebis thesaurũ in celo. Pecuniã uocat potẽtias anime & mẽbra corporis. Duo debitores sunt peccatores, quorũ unus debet quingentos denarios, alius quinquaginta, qñ oĩa peccata habẽt initium a qnq; sensibus corporalibus. Ideo obligant̃ duo in numero quinario, sed unus debet quingentos. s. magnus peccator, & alius qnquaginta. s. minor peccator. Nõ habentibus illis unde redderent, qa peccatores nõ possunt sufficienter satisfacere Deo, donauit. i. remisit utrisque. Quis ergo eũ plus tenetur diligere? Respõdit Simon, Existimo quia is cui plus donauit. Respõdit Iesus, Recte iudicasti. Ecce quomodo uoluit ꝙ causa instrumentalis cõcurreret in remissionẽ peccatorũ iudicãdo, innuens quod iudiciũ cõfessoris debet pcedere &c. licet Deus posset p seipsum peccata remittere, uult tñ etiã ꝙ concurrat in hac causa instrumẽtalis, secundũ autoritatẽ per seipsum cõfessoribus cõcessam di. Quorũ remi-

seritis peccata remittũtur eis. Io. xx. domus cõuiuij est ecclesia in qua Simon. i. confessor primo iudicat de peccatis, an sint magna, an parua. Deinde remittit in absolutione. Iõ xps post resurrectionẽ primis sacerdotibus insufflauit di. Accipite spiritũ sanctum. Io. xx. Nota hic tria, primo sufflauit. s. antequã daret autoritatẽ remittẽdi peccata. Ratio, qa sicut anhelitus, ꝓcedit ab homine anhelante, cui est propriũ anhelare, ita Deus ex quo factus fuit homo, uoluit dare hoĩbus potestatẽ remittendi peccata, honorãdo genus humanũ, sicut faceret rex si duceret in uxorẽ filiã rustici, honoraret oẽs de illo genere &c. sic xps duxit naturã humanã, Et glorificauerũt Deũ q dedit illã potestatẽ hominibus. Mat. ix. secus ante tpa, qa antiqtus licet cõfiterent̃, ut patet Nume. v. Vir siue mulier cũ fecerint ex oĩbus peccatis q̃ solent hoĩbus accidere, & p negligẽtiã trãsgressi fuerint mãdatũ dñi, atq; deliquerit, cõfitebunt̃ peccatũ suũ. Nõ tñ potuerũt habere absolutionẽ, qa illo tẽpore Deus neminẽ absoluebat, ut posset intrare paradisum sicut mõ. Secũdo nota ꝙ dicit, accipite spiritũ sanctũ, propter hoc dicũt Valdenses ꝙ sacerdos existẽs ĩ peccato mortali nõ põt absoluere, ex isto fundamẽto, quia xps dixit, Accipite spiritũ sanctũ, qñ sacerdos existẽs in peccato mortali nõ habet gratiã spũs sancti. Sed error est, qa nõ est de necessitate sacramẽti habere gratiã, sed est de necessitate ꝓcepti. s. ꝙ sacerdos sit ĩ gra. Dicit xps, Mat. vij. & Lu. vj. Qũo dicis fratri tuo. i. ꝓximo, frater sine eiiciã festucã de oculo tuo. Et ecce trabs est ĩ oculo tuo. Hypocrita eiice primo trabem de oculo tuo, & tũc uidebis eiicere festucã de oculo fratris tui. Item ad Ro. ij. O homo oĩs q iudicas, in quo em̃ alterũ iudicas, teipsum cõdẽnas, eadem em̃ agis q̃ iudicas. Patet ergo ꝙ de necessitatẽ precepti est, ꝙ confessor sit extra peccatũ mortale, sed nõ de necessitate sacramẽti. Secũdo cõcurrit in peccatorũ remissione cã materialis recepti ua, q̃ est psona humana peccatrix & mortalis, nec angeli, nec iusti, nec dãnati, sed peccator q potest recipere gr̃am remissionis peccatorũ. De ista cã materiali dicit euãgeliũ, Ecce mulier q̃ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit ꝙ Iesus accubuit in domo Pharisei attulit alabastrum unguenti, & stãs retro secus pedes eius, lacrymis cepit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius & unguento ungebat. Dicũt Philosophi ꝙ in omni cã materiali requritur dispositio ad introducendum formã, quia actus actiuorũ sunt in patiente predispposito, ut dicit Philosophus in. ij. De anima, sicut patet de igneĩ ligno formã introducẽte. Sic etiã in persona peccatrice requirunt̃ septẽ dispositiones in remissiõe peccatorũ quas habuit Maria Magdalena. Prima est peccatorũ cognitio, quia oportet quod peccator cognoscat se esse peccatorẽ, qñ cognitio morbi initiũ est sanitatis, ut dicit Seneca. Et iõ dicit Dauid, Amplius laua me ab iniquitate mea & a peccato meo mũda me. Qñ iniquitatẽ meã ego cognosco &c. Hãc dispositionẽ habuit Maria Magdalena ibi, Cognouit ꝙ dñs accubuit in domo Simonis leprosi. i. peccatoris. Cognouit etiã ꝙ dñs nõ despicit peccatores. Secũda est peccatorũ contritio, ibi, Attulit alabastrũ unguẽti. Alabastrũ est cor peccatoris in quo est unguentũ pretiosum & medicinale cõtritionis ad curandũ peccata. Nã gutta huius unguenti curat oẽs culpas peccatorũ mortalium, nã cõclusio est theologorũ, ꝙ uera contritio quantũcunq; minima, nõ est sine gratia. De isto unguento dicit Dauid in ps. Qui sanat contritos corde. s. a plagis peccatorũ, & alligat cõtritiones eorum. Tertia est male societatis uitiatio. Hanc habuit Maria Magdalena. & tãgitur ibi, stãs retro secus &c. in quo innuit, ꝙ retro mittẽda est mala societas. No. ꝙ dicit Origenes de Magdalena, ꝙ postquã fuit cõuersa, nunquã uoluit respicere hominẽ in facie nisi xpm, qa occasione hominũ tñ offenderat Deũ. Ecce qũo dimisit retro malã societatẽ iuxta uerbum xpi, Va

xpi, Vade retro sathana. i. aduersarie. Mar. viij. qa mala societas aduersatur & impedit bonū saluationis. Ideo uade retro. Quarta dispositio est oris cōfessio, ibi, Lacrymis cepit rigare pedes dñi, qa cōfessio debet esse lacrymosa ad pedes dñi cōfessoris. Dic cōtra illos qui nō cō fitent ad pedes cōfessoris, sed aliqualiter sedendo cū cōfessore, uel extra spaciando uel supra altare appodiando &c. ps. vj. Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes. i. per singulas culpas mortales, qa oportet cōfiteri quodlibet peccatum in spē. Quinta spiritualis oratio, ibi, & capillis suis tergebat. Sicut enim capilli cōsistūt in capite, ita & oratio in ore quo loquit homo. Et sicut capilli sunt uolatiles, ita & uerba oris uolant in aere. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & cōtinebit se ab illis, & in oratione exaudiet. Eccli. iij. Sexta, corporalis afflictio, & tangit ibi, Et osculabat pedes eius, sicut labia in osculādo amittūt colorē, sic corporalis afflictio. s. ieunia, & ciliciū faciunt amittere colorem. Itē sicut in osculatione pedū oportet humiliari, sic ī corporali afflictione corpus humiliatur. Vnde Dauid. ps. xxxiiij. Ego autē cū mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabā in ieiunio animā meā. Septima est eleemosynarū largitio. ibi, & unguento ungebat pedes eius. Pedes xpi tāgentes terrā sunt pauperes, qui debent ungi eleemosynis. isto modo xps qui est rigidus ad puniendū, efficit suauis & mollis ad miserādum. Beati misericordes qm̄ ipsi misericordiā cōsequentur. Mat. v. Tertia causa q cōcurrit in remissione peccatorū, est causa formalis perfectiua, q est charitas, siue dilectio q dat perfectionē. hoc ostendit ibi, Dimissa sunt ei peccata multa, ratio, qm̄ dilexit multū. Vnde sicut calore solis aer purgatur a nebulis, sic calore charitatis anima purgat & purificat a nebulis peccatorū formaliter, & hoc dicit Esa. xliij. Deleui ut nubē iniqtates tuas & quasi nebulam peccata tua. No. differentiā inter iniquitates & peccata. Iniquitates dicunt peccata q sunt cōtra proximū, ut diffamare uel male tractare eū, ergo dicunt iniquitates. i. inequalitates. Peccata uero dicūtur peccata. i. pecudū acta, ut peccatū gule, acidie, uindicte &c. Nota etiā differentiā inter nubē & nebulā. Nubes dissoluit a uento aquilone, nebula aūt a calore solis. Sic peccata dissoluunt primo a uēto aquilone. i. timore seruili. qm̄ timore dānationis hō incipit facere penitētiā. deinde uenit calor charitatis & dilectionis Dei qui dissoluit peccata. Patet ergo q est cā formalis perfectiua remissionis peccatorū. Dic de Maria Magdalena qūo uenit in ipsam primo uentus aquilo. i. timor dānationis. Cū semel existēs peccatrix ad inductionē sororis sue s. Marthe ueniret ad audiendū sermonē xpi, in quo sermone uētus aq̄lo percussit ipsam in corde dicētē, O misera ego sum dānata &c. Et inde recedēs cū lacrymis, iuit ad domū suā. Et tūc uenit uentus australis. s. dilectionis & amoris Dei & deuotionis. Et ideo cārat ecclesia, Fla uit auster, & fugauit aquilonē, qn̄ lauit cor Marie penitētis imber sanctiſpūs, & uenit ad xpm in domo Simonis. Xps aūt iō ordinauerat ut comederet iuxta portā, & q̄ porta esset apta. & Maria Magd. uenit flēs stans retro secus pedes dñi, & in corde suo petiuit misericordiā Dei & absolutionē a peccatis, quāuis ore nō loqueret, semp amplius charitate inflāmabatur. Tunc xps misericordia motus dixit sibi, Remittunt tibi peccata tua. Patet ergo q̄ charitas est cā formalis perfectiua remissionis peccatorū, iō dicit Deus, Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas ppter me, & peccatorū tuorū nō recordabor. Esa. xliij. Quarta est cā finalis cōpletiua, hec est fides de qua dicit thema, Fides tua te saluā fecit uade in pace. Qū peccator semper est in guerra cū Deo quādiu ē in statu peccati mortalis. Questio est tū hic, quare xps attribuit saluationē celestem magis fidei di. Fides tua &c. quā pnīe. di. pnīa tua &c. uel remissioni di. remissio peccatorū te saluā fecit &c. Rñsio, q̄ nulla pnīa pōt remittere pec

re peccata nisi sit in fide fundata, iō pnīa infideliū. s. Iudeorū, uel aliorum, nō remittit peccata, qa sine fide īpossibile est placere Deo. &c. Hebr. xj. Nota qūo oīa opera pnīalia fundant in fide. Vñ peccatorū cognitio in fide fundat, que dicit, q̄ hoc & hoc est peccatū. Itē cōtritio ex fide est, q̄ dicit q̄ ex peccato mortali pditur gratia & gloria, & īcurrit pena. ideo dolet & cōtristat & cōteritur. Itē propositū cauēdi a peccatis ex fide ē, q̄ dicit q̄ caueam⁹ a peccatis. Itē oris cōfessio est ex fide, q̄ dicit qd in cōfessione remittūtur peccata. Itē ieiunare est ex fide, q̄ dicit q̄ qui nō punit in hoc mūdo, punietur in alio. Idem de oratione, de eleemosyna, de iniuriarū remissione, ut Deus remittat. Itē restituere fidei est, q̄ dicit qd non dimittit peccatū nisi restituat ablatū. Itē cōmunicare fidei est, q̄ dicit, Nisi mānducaueritis carnem filij hominis &c. Io. vj. Ecce quare dicit sibi fides tua &c. in qua fundat penitētia tua, te saluā fecit. Fide purificās corda eorū. Act. xv. Fide purificans supple Deus corda eorū. s. peccatorū. Ideo fundetis uos in fide dicendo, Credo in Deum, mane & sero.

Feria. vj. post Iudica. Sermo unicus.



Collegerūt Pontifices. id est, prelati, & Pharisei i. doctores & rectores populi. s. utrūq; brachiū, cōciliū aduersus Iesum. Ioā. xj. Sicut sancta mater ecclesia in die ueneris sancta recitat passionē xpi, prout fuit executa & practicata, sic hodie ipsā recitat secundū q̄ fuit ordinata, tractata & diffinita per principes Iudeorū & Pharisēos in cōcilio generali. Et de hoc erit sermo noster, sed primo salutetur uirgo Maria. De isto generali concilio in quo mors xpi fuit ordinata, tractata, & diffinita p̄ principes & Pharisēos, ego notaui tria puncta in sancto euangelio, q̄ sunt,

Propositio maligna,
Diffinitio indigna,
Consuetudo benigna.

Primo notaui in sancto euāgelio de isto cōcilio propositionē maligpā quā fecerunt cōtra xpm. De quo dicit prima pars euangelij. Collegerūt pontifices. i. plati & Pharisei. i. doctores & rectores populi & utrūq; brachiū, cōciliū aduersus Iesum & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eū sic, oēs credēt in eū. Et uenient Romani & tollēt locū nostrū & gētē. Ecce hic propositio maligna in paucis uerbis, ali quis ipsorū proposuit di. Quid facimus? quasi dicat, quotidie tenemus cōcilia, & nihil facimus. Iste hō destruit nos. Dedignabant eū nominare nomine proprio. Iste homo multa signa facit. Illuminat ceros, sanat contritos, resuscitat mortuos &c. Ideo erat ei magis credēdū q̄ Moysi, qui non fecit tot signa. Patet Exo. iiij. vij. & viij. Ideo si dimittimus eū sic, scili cet uiuere, oēs credēt in eū tanquā in regem Messiā. Et uenient Romani q̄ destruent nos, tollēt locum nostrū & gentem, & ciuitatē Hierusalem prout dicit Danie. ix. Ciuitatē dissipabit populus cū duce uenturo, & finis eius uastitas. Hoc fuit a saluatore predictū. Lu. xix. Videns Iesus ciuitatē fleuit sup illā dicēs, Si cognouisses & tu, qa ecce uenient dies in te &c. & nō relinquet lapis super lapidem &c. Ideo dimissis omnibus aliis negociis, tractemus de isto homine quid faciendū est. Ecce hic propositio maligna. De isto maligno cōcilio pphetauit iam ante iste sanctus patriarcha Iacob. Qui quādo debuit mori, filiis suis cōgregatis dixit, Cōgregamini, ut annūciem uobis que uētura sunt uobis in diebus nouissimis. Gen̄. xlix. Nota q̄ uentura sunt uobis contra Iudeos, qui aliter exponūt in diebus nouissimis scilicet regis Messie, qui in ultima etate mundi erit uēturus. de quo Esa. ij. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in uertice mōtium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eū omnes gētes. Omnes Iudei, & expositores Christiani exponunt hoc de Christo. Et Iacob filius suis nunciauit sigillatim di. unt post alterum que uentura erāt in sua tribu, scilicet illa maiora, & uoluit q̄ Simeō & Leui uenirent

nirent simul corã eo, quia ambo simul essent participes in eodẽ crimine. Quibus dixit. Simeõ & Leui fratres uasa iniquitatis bellantia. In conciliũ eorũ non ueniat aĩa mea, & in cetu eorũ sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirũ i. xp̃m uirtuosum quẽ Dauid uocat dñm uirtutũ, & in uoluntate sua suffoderunt murũ. Maledictus furor eorũ, qa pertinax, & indignatio eorũ quia dura. Diuidã eos in Iacob, & dispersã eos in Israel. Gen̄. xlix. Nota Simeon & Leui fratres, nõ solũ generatione, sed etiã malicia & imitatione. Ideo dixit Christus eis, Ioã. viij. Vos scilicet Pharisei, de tribu Simeõ, & principes de tribu Leui, ut dicit beatus Hiero. ex patre diabolo estis. Ideo dixit eis Iacob, Simeon & Leui fratres. s. filij diaboli homicide, uasa iniquitatis bellantia. s. contra xp̃m in cõcilium eorũ &c. occiderunt uirũ. i. xp̃m. Et loqtur in preterito de hoc quod erat futurũ ex certitudine prophetie. Suffoderunt murũ. i. fidẽ catholicã quam xp̃s fundauit. &. xij. turres fecit. s. xij. articulos fidei. Hunc murũ suffoderũt principes & Pharisei in sua uoluntate, & nõ in rei ueritate, quia non potuerũt destruere fidẽ catholicam. Diuidã eos in Iacob &c. qa ex isto peccato Iudei fuerũt diuisi, & dispersi per uniuersum mundum. Not. hic diuinam iustitiam. Isti Iudei tractabant mortem Christi ut cõplacerent Romanis, ne Romani uenirent contra eos, & non timuerunt displicere Deo, occidendo filium suum. Sed iuxta regulã theologie, Per q̃ quis peccat, p̃ hec & torquetur. Sap̃. xj. Item Augu. De pena tua peccatũ tuũ accusa, quia per Romanos Deus destruxit eos, scilicet p̃ Titũ & Vespasianũ. Et sicut Iudei uendiderunt xp̃m. xxx. argenteis, sic Romani uendiderũt. xxx. Iudeos pro uno denario. Et tota ciuitas Hierl'm fuit postea per Romanos destructa, & oẽs Iudei uel occisi, uel uẽditi p̃pter mortẽ xp̃i. Moraliter habemus hic doctrinã. Si uultis q̃ Deus nõ det pn̄iam uel destructionẽ, caueatis ne amore, uel timore alicuius faciatis aliquid contra Deum. uerbi gratia, Caueant seruitores uel famuli ut nõ contra Deum complaceãt suis dñis & magistris, alĩs dñs p̃uocabit eos cõtra eos. Ista est causa, quare in curijs dn̄orũ illi q̃ sunt ab eis magis dilecti ueniũt ad malũ finem & destructionẽ. Idẽ de dñis cõtra Deũ complacendo subditis, non puniendo ipsos secundum qd̃ iustitia requirit, qa surgũt cõtra eos, & sunt ei proditores, iuxta regulam, Per que qs peccat &c. Idẽ de mulieribus. Caueat mulier, ne amore, uel timore cõsentiat uiro de corpore suo aliquid contra Deũ &c. quia alĩs Deus prouocabit sibi uirũ &c. Per oppositũ, caueant uiri, ne ad cõplacendum uxoribus in ornamẽtis & uanitatib⁹ faciãt cõtra Deũ. s. usuras, furta &c. alĩs Deus p̃uocabit mulierẽ aduersus uirũ, qa faciet aliquid cõtra honorẽ uiri. Idẽ de filijs erga parẽtes & ecõuerso. Secũdũ Deũ põt hõ cõplacere omnibus, sed nõ cõtra Deũ, alĩs &c. Autori. Dauid. p̃s. lij. Deũ non inuocauerũt, illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor. Quoniã Deus dissipabit ossa eorũ qui hominibus placẽt, cõfusi sunt, qm̃ Deus spreuit eos. Nota ossa eorũ. i. bona tpalia quibus sustẽtamur, ut homo sustentatur ossibus. qui hominibus placẽt. s. contra Deũ. Prophetia fuit Dauid illorũ Iudeorũ de cõsilio Dei. Quid facimus? qa hic homo multa signa facit. Moraliter sicut rex dat certũ signũ uel diuisiuũ suis militib⁹, uel sicut pastor signat oues suas certo signo, ita xp̃s suis electis dat tria signa spũalia. s. signũ creationis, adoptionis, & signũ recõciliationis. Primũ signũ est, imago Dei expressiuũ trinitatis, scilicet memoria, intelligẽtia & uoluntas. Hoc signum datur a Deo in creatione aĩe, quemadmodũ rex in moneta quam facit auri & argenti, imprimit suam imaginẽ. Secus in alia moneta de cupro uel stãno. Sic Deus ab initio fecit monetam de plumbo, siue stanno. s. creaturas irrationales. Deinde fecit monetã de auro s. hominem, & imposuit signũ imaginis. Qm̃ sicut Deus unus est tres persõne, ita aĩa una est tres potentie. Gen̄. ix. Ad imaginem Dei quippe factus est homo.

De isto signo dicit Dauid, Signatum est super nos lumen uultus tui dñe. nõ dicit infra nos. s. in carne, nec intra nos. sci licet in sensualitate, sed super nos. s. in aĩa in qua Deus pater imprimit memoriã. filius intelligentiã, & spiritussanctus uoluntatẽ. Et iste tres potẽtie sunt una aĩa, sicut pater, filius & spiritussanct⁹ sunt unus Deus. Hec imago est pulcherrima, qm̃ est sine peccato. Sed deturpatur horribiliter ex peccato mortali. Sed hoc signũ nõ sufficit ad saluationẽ. Secundũ signũ dicitur adoptionis qd̃ dat in baptismo. Doctrina est in sancta theologia qd̃ in baptismo datur quoddã signũ in aĩa, quod a sanctis doctoribus dicitur character, pulchrũ signũ ad instar stelle in frõte. Ideo Ioã. Baptista & uirgo Maria uoluerũt baptizari a xp̃o, licet fuissent sanctificati in utero matris, & haberẽt signũ characteris. De isto signo dicit Apostol⁹ aliquibus quos baptizauerat, Credentes signati estis spiritu p̃missionis sancto, q̃ est pignus hereditatis nostre. Ephe. j. Nota pignus hereditatis. Qui tenet pignus, securus potest esse de debito promisso. Ita signũ characteris est signũ certum de gloria habenda. Ideo pueri nouiter baptizati qm̃ decedũt, ad portam paradisi ostendunt signũ, & statim habent ingressum. Ideo dicit, pignus hereditatis. Ex primo signo nullus consequit hereditatẽ paradisi, sicut nec filius bastardus hereditatẽ patris, quãtũcunq; assimiletur patri. p̃pter hoc pueri qm̃ moriunt ante baptismũ, tanq̃ bastardi, non consequuntur hereditatẽ paradisi, licet assimiletur Deo ex primo signo, quia nõ sunt filij legitimi p̃ baptismũ. Ideo dicit xp̃s, Amen amẽ dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, nõ põt intrare in regnũ Dei. Io. iij. Tertiũ signũ est reconciliationis, qd̃ datur in penitentia, quando deturpati estis primis duobus signis. Per peccata homo reconciliat Deo per ueram penitentiam, conterendo de peccatis, confitendo etiam, quãdo cõfessor absoluit, tunc datur anime quoddã signum, quod dicitur ornatus, ad instar unius pulchri crinalis quod portatur a nobili domicella in fronte, quod signũ qm̃ uidetur a demonibus, qm̃ anima post mortẽ egreditur de corpore, demones fugiũt, & in receptione illius signi duo alia signa pulchrificantur & decorantur. Hoc signũ petebat Dauid a Deo di. Fac mecũ signũ in bonum, ut uideãt qui me oderũt. s. demones, & cõfundant, qm̃ tu dñe adiuuisti me, & cõsolatus es me. ps. lxxxv. Dicat qũo in morte ueniũt demones, ut tollant aĩam tuã, sed uirgo Maria obtinuit p̃ singulari q̃ in morte sua nõ uideret demones. In hoc pũcto oportet nos uenire, & in isto cõflictu, & nescim⁹ si hodie, uel eras, sed qm̃ aĩa portat secũ hoc tertiũ signũ, demones cõfusi confugiũt, & angeli boni ipsam recipiũt & associant, ideo oĩno habeamus hoc tertiũ signũ. Ecce quare dicit hic homo, scilicet xp̃s, uerus Deus & homo, multa signa facit in suis ouibus. i. electis. non solũ signa corporalia, sed etiã spũalia hec tria predicta. Secũdo, notaui in euãgelio de illo cõcilio diffinitionẽ indignã, qa indigne & iniuste fuit ibi cõclusum & diffinitũ, q̃ xp̃s moreret. De hoc dicit secũda pars euãgelij, Vnus autẽ ex ipsis Caiphas noĩe, cũ esset põtifex anni illius dixit eis, Vos nescitis quicq̃ nec cogitatis, quia expedit uobis ut unus homo moriatur pro populo, & nõ tota gens pereat. Hoc autẽ a semetipso nõ dixit, sed cum esset põtifex anni illius, p̃phetauit quia Iesus moriturus erat p̃ gẽte, & nõ tm̃ p̃ gente, sed ut filios Dei q̃ erãt dispersi, cõgregaret in unũ. Ab illo ergo die cogitauerũt, ut interficerẽt eũ. Ecce diffinitio indigna & cõclusio illius concilij. Not. practice qũo cõciliũ cõcurrit de uoce in uocẽ, & quilibet in loco suo dicebat uotum suũ. Et uidet q̃ in isto cõcilio erant diuisi, quidã dicebãt q̃ xp̃s oĩno moreretur, qm̃ xp̃s cõfundebat eos corã pp̃o. ideo &c. Quidã, id idẽ q̃ moreret. Ratio est, qa totus populus sequit eũ, nobis dimissis, & neglectis &c. quidã autẽ qui erant pro xp̃o, sed occulte, sicut Ioseph ab

ab Arimathia. De quo Lu. penul. Qui nō cōsensit cōcilio & actibus eorū. & Gamaliel. De quo Act. v. & Nicodem⁹. de quo Io. iij. qui dicebāt, Cū tps Mesie sit completū, attēdatis ad signa q̄ facit, & ad testimoniū qd̄ Ioā. sibi fecit. Nō audebāt dicere clare q̄ esset Mesias, qa occidissent eos, libenter tū eū saluassent. Item dixit Nicodemus, de quo Io. vij. ubi ait, Nunq̄d lex nostra iudicat hominē, nisi prius audierit ab ipso & cognouerit qd faciat? quasi di. Fiat sibi ꝓcessus secundū legē, nec moriat sic subito. Hoc dicebat Nicodemus ad hūc finē, quia forte iterū cōuertent, sicut ministri quos miserāt ad capiendum xp̄m fuerūt cōuersi dicētes, Nunq̄ sic locut⁹ est hō. Alius dicebat q̄ sufficeret preceptū penale, ne de cetero predicaret. Alius dicebat, q̄ teneret captus uel arrestatus in loco suo de Nazareth & sufficeret. Alius, q̄ preciperetur populo ne audirēt ip̄m de cetero, & sic cessaret sua predicatio paulatim. Alius dicebat, q̄ mitteret in carcere cū pane & aqua, ut moreret ibi. Alius dicebat q̄ exularent eū de patria. Alius dicebat q̄ captus & ligatus mitteret ad Romanum imperatorē cū processū, quo faciebat se regem Iudeorū &c. Alius dicebat q̄ recurreret sup hoc ad Pylatū, qui erat ibi pro imperatore, ita q̄ in dicto consilio nō erāt cōcordes. Tūc Caiphas qui erat pōtifex anni illius, q̄ ꝓsidebat in cōsilio, auditis uocib⁹ & rōnibus oīm dixit, Vos nescitis quicq̄. i. ignorātes estis. nec uos dūe Nicodeme datis bonū consiliū, nec uos dūe talis &c. Et cōclusit diffiniēdo di. Expedit uobis, ut unus hō moriat̄ pro populo, & nō tota gēs pereat. Super hoc dicit Io. hoc a semetipso nō dixit, sed cū esset pōtifex anni illius, prophetauit q̄ Iesus erat moriturus ꝓ gēte. Quicqd ibi fuit malicie, fuit a Caipha, sed q̄ xp̄s moreret, ut saluaret sibi credētes & obediētes, hoc fuit a spiritu sancto, q̄ ꝓphetauit ore mali pōtificis, quēadmodū fuit locutus ore aīalis, ut patet de asīna Balaam. Tunc dederunt sententiam mortis contra xp̄m cū notario publico, mandantes q̄ caperet̄ ubicūq; inueniretur. De isto consilio prophetauit Dauid di. Quoniā declinauerūt in te. i. cōtra te, mala cogitauerūt cōsilia, que nō potuerūt stabilire. i. refrenare. ps. xx. immo unus dicebat unū, alius aliud &c. Nota cū dicit, declinauerūt & nō tenuerūt. Declinatio secū dū grāmaticos fit p sex casus. s. nominatiuum &c. Sic Iudei declinauerūt xp̄m p sex casus. Primus est nominatiuus a nominando, quando ipsū uidebant xp̄m, nominabant ipsum sic, Ecce homo uorax, potator uini, publicanorū, & peccatorū amicus. Matt. xj. Nam postq̄ Christus fecit quadragesimam duram, dando exemplum penitentie personis contemplatiuis & spiritualibus, postmodum incepit predicare, & tenuit uitā cōmunē, comedendo & bibendo cōia, exceptis carnibus, dando exemplū predicatoribus qui habēt laborare, ut caueant, ne ex nimia abstinētia habeant dimittere predicatiōnē, ideo Iudei dicebant, Ecce homo uorax &c. Secundus casus dicit̄ genitiuus a generādo di. Nonne hic est fabri filius? nōne mater eius dicit̄ Maria, & fratres eius Iacob & Ioseph, & Simon & Iudas, & sorores eius nōne oēs apud nos sunt? Vnde ergo huic oīa ista? Mar. vj. Tertius casus dicitur datiuus a dando, quia oēs, gr̄as quas xp̄s dabat, interpretabantur in malū, di. Hic non eijcit demonia nisi in Beelzebub principe demoniorū. Luc. xj. Idem de gratijs spūalibus & remissione peccatorū, dicēs, Hic blasphemat. Mar. ij. Quartus casus dicitur accusatiuus, ab accusando, quia accusabāt ipsum de criminibus lese maiestatis, ut moreret di. Hūc inuenimus subuertentē gentē nostrā, & prohibentē tributa dari Cesari, & dicētē se xp̄m regē esse. Luc. xxiij. Quintus casus dicitur uocatiuus, a uocādo di. Veni demoniace, ueni Samaritane, nōne bñ dicim⁹ nos qa Samaritan⁹ es tu, & demoniū habes? Io. viij. Sextus casus dicit̄ ablatiuus, ab auferēdo, auferētes sibi sanctitatē, nō reatr̄ sed uerbatr̄ di. Nos scimus qa hic hō peccator est. Io. ix. Non est hic hō a Deo, q̄ sabbatū nō custodit.

Item

Item auferebāt sibi ppt̄m di. Quid eum auditis, insanit, & demonium habet. Io. x. Ecce qūo declinauerūt per oēs casus, & ideo dixit propheta, Oēs declinauerūt &c. Moraliter nota hic sup hoc, ut filios Dei. i. predestinatos cōgregaret in unū. i. in unā ecclesiā ex Iudeis & gētibus cōstitutā, ut esset unum ouile, sicut & unus pastor. Et inuenio quatuor cōgregationes factas a Christo Iesu. Prima de mīa diuina. secūda de iustitia uniuersali. tertia de saluatione celesti. quarta de dānatione eternali. Prima fuit qū cōgregauit in fideles & paganos ad unū finē, baptismū, deitatē, & pacē. Ad Ephe. iiij. Vnus dñs, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater oīm &c. De ista cōgregatione dicit ipsemet. Hierusalē Hierēm que occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Quoties uolui cōgregare filios tuos quemadmodū gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti &c. Mat. xxiij. Nota qūo ad instar galline q̄ habet pullos, clamabat predicādo, ut cōgregaret gētes sub alas. s. credētie & obedientie. de quibus Dauid di. Sub umbra alarum &c. Si ergo uolumus euadere, & fugere miluū inferni ad instar pullorū, ponamus nos sub alas xp̄i. Secūda cōgregatio est iustitie uniuersalis, & erit ī die iudicij mortuo antixp̄o, tūc oēs cōgregabunt̄ corā Christo. Rō, qa ipse dabit tūc retributionē secūdū opera que fecim⁹, bona, uel mala. De ista cōgregatione auctoritas. Mat. xxv. Cum uenerit filius hominis in sede maiestatis sue, cōgregabūtur ante eū omnes gentes. Tertia cōgregatio de saluatione celesti, erit qñ xp̄s dicet bonis qui erunt a dextris, Venite benedicti &c. Mat. xxv. Qui statim uirtute glorie ascendēt in altū in societatem xp̄i, angelorū, sanctorū, de quo dicit xp̄s. Mat. xiij. In tēpore messis dicā messoribus. Colligite primū zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendū, triticū autē cōgregate in horreum meū. Quarta cōgregatio erit de dānatione eternali, quādo data a Christo sententia dānationis contra malos di. Discedite a me maledicti &c. oēs simul in corpore & aīa cadent in inferno. De ista congregatione autoritas. Esa. xxiij. In die illa uisitabit dñs super militiā celi in excelso, & super reges terre qui sunt super terram, & cōgregabuntur in congregatione unius fascis in lacū, & claudētur ibi in carcere, & post multos dies uisitabūtur. Tertio, notaui in sancto euāgelio hodierno cōsecutionem benignam, scilicet ex parte Christi, quia determinato & cōcluso cōcilio, sciens xp̄s q̄ nondū uenerat tēpus & hora passionis sue, recessit & absc̄odit se. De hoc dicit tertia pars euangelij. Iesus ergo iam non palam ambulat apud Iudeos, sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatē que dicitur Effrem, & ibi morabatur cū discipulis suis. Ecce hic cōsecutio benigna, quia dñs & creator uoluit cedere Iudeis malicios̄, & fugere ī ciuitatē Effrem iuxta desertū, postq̄ fuit data sententia mortis cōtra eū. Moraliter dat in hoc nobis Christus exēplū & instructionem fugiendi mortem spiritualem, quia mors corporalis non pōt uitari nec potest eam quis fugere. Nam in cōsistorio sancte trinitatis datur sententia mortis contra peccatorē. Autoritas, Eze. xviij. Anima que peccauerit, ipsa morietur. nec aliquis potest se excusare de peccatis. Est ergo nobis remediū ad instar xp̄i surgere & ire in ciuitatem Effrem, que interpretatur fertilis & abū dans, que signat pn̄iam que est fertilis & abundās in gratijs, uirtutibus & meritis in remissionē pc̄orum mortaliū q̄tum ad culpas, & etiā q̄tum ad penas. Autoritas, Omni habenti dabitur, & abūdabit, ei autē q̄ non habet, & qd̄ uidet̄ habere auferetur ab eo. Mat. xiij. Nota oī habēti. s. uerā penitētiā, dabit̄. s. remissio peccatorum & gratia. ei aūt q̄ nō habet scilicet pn̄iam, bona tpalia, prelatio, dūium, diuitie, amici &c. auferent̄ ab eo, scilicet p mortē. Vel qd̄ uidet̄ habere. s. de bonis spūalibus auferet̄ ab eo. Et dicit̄ q̄ ciuitas Effrem erat iuxta desertū. & pua ciuitas depopulata, qa ciuitas penitentie quasi deserta est, quia pauci habitāt in ea,

imo a multis despicitur, & dimittit, ideo dicit xps q̄ angusta est porta, & arcta uia que ducit ad uitā, & pauci sunt qui inueniūt eā. Matt. vij. Ideo de penitētia dicit in terra deserta, inuia, idest, sine uia, qa pauci inde trāseūt, & inaquosa. s. sine aquis deliciarū. Sed ecce bonū quod consequitur ex penitētia, sic in sancto apparui tibi, ut uiderē uirtu. tuā & glo. tuā ps. lxij. Ideo xps. Matt. iiij. Pniam agite. i ad ciuitatē Effrem cōfugite, si penitētiā eternę mortis nullis euadere. Deo gratias.

In vigilia palmarū. Sermo unicus.

SVbleuatis oculis Iesus in celū dixit, Venit hora, clarifica filium tuū. Io. xvij. Totū sanctū euangelium hodiernū est una deuota, & sancta oratio, quā xps fecit coram discipulis suis in nocte passionis. Et continentur tria puncta in euangelio. s.

Dispositio conueniens,
Postulatio sufficiens,
Allegatio perficiens.

Primo xps disposuit corpus cū anima cōueniēter. Secūdo postulauit sufficiēter. Tertio allegauit prudēter. Hec tria debet quilibet obseruare in sua oratione, si cupit a Deo exaudiri. Hec tria ostēdūtur subtiliter in themate propositi, primum ibi, Subleuatis oculis Iesus. Secundum ibi, Dixit. s. orationē suā postulādo patri. Tertiū ibi, Venit hora, clarifica filium tuū Ecce hic petitio sufficiens. Primo dico q̄ in sancto euāgelio ostēditur deuota oratione Christi dispositio cōueniens necessaria orātiōi. s. gustus corporis. Modus cōueniēs necessarius oratioīi, inter alia est eleuare oculos uersus celum. Ratio, quia secundū Damascē. oratio est ascēsus mentis in Deū. Conuenit ergo, ut corpus cōcordet cū aīa, qa sicut anima eleuat oculos spūales in Deū, qd̄ etiā corpus eleuet oculos carnales uersus celū. De hoc habemus experimētum in natura de brutis aīalibus, q̄ qñ sunt in magna necessitate eleuāt oculos uersus celū instinctu nature, quasi petētes auxilium creatoris. No. de hoc historiā Iohe. j. de magna siccitate, & fame q̄ fuit in terra, p̄missiōis, intātū q̄ iumēta nō inueniebāt herbā ad comedēdū, nec aquam ad bibēdū, tanta erat sterilitas, & siccitas fontiū, intm̄ q̄ aīalia ibāt cōgregata qua si hoīes faciētes p̄cessionē mugiētia, & uersus celū oculos leuantia, quasi a Deo auxiliū petētia. dicit tex. Bestie agri quasi area sitiēs imbrē suspexerūt ad te, quo niā exiccati sunt fontes aquarū, & ignis deuorauit speciosa deserti. Iohelis. j. No. suspexerūt, idest, sursum aspexerūt. Rō, quia qñ ille q habet claues ad panes uel uinū, est crudelis filijs, & seruitorib⁹ domini, qa nō ault eis dare panē, nec potū, remediū qd̄ habēt filij & seruitores est recurrere ad patrē. Sic tot⁹ mūd⁹ est domus Dei. Ancilla seu captiua cui dñs cōmisit claues panis, uini, & fructuū est natura, sic em̄ ordinauit De⁹, q̄ per manus suas habeamus oīa necessaria uite humane. Nos uero sum⁹ filij, & seruitores domini, qbus qñq; ancilla ista. i. natura est aspera, & dura, & rudis, qa nō ault dare uinū, aquā, blada, iō recurrēdū est ad patrē, sicut fecerūt aīalia. Idē etiā fecerunt aues. Vñ semel Deus fecit Iob qōnē dicēs, Quis p̄parat coruo escā suā, qñ pulli ei⁹ clamāt ad Deū uagiētes, eo qd̄ non habeāt cibos? Iob. xxviij. No. sup hoc dicūt glose, & postille, quod corui⁹ est multum zelotyp⁹ de uxore sua, & qñ filij incipiūt habere plumas, sunt quasi albi ad modū cygnorū, tunc coruus dubitās an sint filij sui, nō ault eis p̄uidere, nec permittit q̄ mater ministret eis cibū, quousque mutant plumas, & efficiunt nigri, & interim trāseunt plures dies, de quo uiuunt? tūc dicūt quod suspiciētes uersus celū clamāt. & Deus mittit eis rorem de quo uiuūt. De hoc interrogauit De⁹ Iob di. Quis preparat coruo &c. Et nesciuit rndere, sed huic qstioni rndit Dauid di. Qui dat iumētis escā iporū, & pullis corui rū inuocātibus eū, instinctu naturali, qui. s. De⁹ dat. Nota etiā hic, q̄ dicit beatus Hieronymus se inuenisse in annalibus Hebreorū, de piscib⁹ maris q̄ p decem dies ante diē iudicij leuabūt se sup

aquas maris, clamantes uersus celū magnis clamorib⁹, quos nemo itelliget nisi solus Deus. Quāto ergo magis nos q̄ habemus rationē, & intellectū, debem⁹ ad ipsum recurrere in necessitatib⁹ nostris, & periculis, leuātes oculos nostros uersus celū orando &c. Autoritas, Cum ignoremus qd agere debeamus, hoc solum habemus reliqui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Verbū fuit illius sancti Iosaphat. ij. Paral. xx. ideo Dauid, Ad te leuaui oculos meos &c. Hūc modū seruauit xps in nocte passionis, quādo iam Iudei ueniebāt ad capiendū eū, ipse subleuatis oculis in celū dixit. s. orationem suā, dās nobis exēplū, ut in nostris necessitatibus, & periculis idē faciamus, tū nō sunt dimittēda oīa remedia naturalia si haberi p̄nt, si uero haberi nō possunt debemus recurrere ad Deū, qui nunq̄ deficit, nisi sit defectus noster, qa eleuamus oculos corporalr ꝑ uus celū, sed nō cor, imo sunt multi qui dicunt, Pater noster ore, uel Aue Ma. & in corde cogitāt de coquina uel de taberna. Hec est una de cōtinuis quare De⁹ nō exaudit oratiōis nostras, nec p̄cessiōes quas facimus, qa nō dicim⁹ bn orationes, & letanias ore, & corde. Ostēdo tibi dictū, qa distincte, & reuerēter supplicat Pape uel regi, aīas indignat, uel nihil ordinatur, imo sunt multi qui qñ habēt dicere officiū, q̄runt locū inquietū, ut nō habeāt occasionem cogitādi q̄ dicūt, ut plateā. Secus fuit antiquit⁹. Ideo tūc exaudiebantur statim a Deo, & habebāt remediū, & modo nihil, imo malū multiplicat. Ideo Apostolus. j. Cor. xiiij. Si orē lingua, supple tātū, mēs mea sine fructu est. Propter hoc dixit Iesus Iudeis orātib⁹ solū ore, Populus hic labijs me honorat, cor aut̄ eorum lōge est a me. Quia unus cogitabat de coquina, ali⁹ de taberna, ali⁹ de foro &c. Ideo sine causā colūt me, idest, sine utilitate. Matth. xv. Si ergo uultis exaudiri in uestris orationibus, eleuate simul oculos corporis, & anime uersus celū. Et hec est dispositio cōueniēs quā tenebat etiā rex Dauid di. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Ecce sicut oculi &c. No. practice qūo serui respiciūt manus dñi, scilicet qñ eis bene facit. Itē de ancilla, in manibus dñe. Secūdū quod requiritr deuota, & perfecta oratio est postulatio sufficiēs, quia in oratiōe homo debēt petere pro se primo, deinde p̄ alijs. Sic fecit xps postq̄ disposuit corpus in gestu, tūc petijt sufficienter, & cōplete. Primo pro se di. Pater uenit hora. i. passiōis, clarifica filiū tuū, ut filius tuus clarificet te, quia gloria filij redūdat in gloriā patris. Clarificare idem est quod glorificare, ut clare cognoscat. No. de cē clarificatiōes quas xps petijt inquantū homo, & obtinuit, iuxta x. humilitates quas in passione habuit, & sustinuit. Prima clarificatio q̄ ex quo humiliabat ut pateretur in cruce, petebat ut exaltaretur, & clarificaretur in celo per signa diuinitus ostensa. Quod cōpletū fuit, qñ in passione tenebre facte sunt super uniuersam terrā, & sol obscurauit se. Mat. xxvij. quasi dolerent serui de morte dñi sui induētes se de nigro. Ecce prima clarificatio, ostēdebāt enim creature q̄ ille qui patiebatur erat creator. Secūdo petijt, ut clarificaretur in terra ex quo humiliabatur in terra per passionē. Quod cōpletū fuit quādo terra mota est, & petre scisse sunt, & monumēta aperta sunt. Matt. xxvij. Tertio, ut clarificaretur in inferno ad quem descēdebat. Quod cōpletum fuit qn aīa xpi in limbo dedit gloriā sanctis patrib⁹ ibi existētibus. Et multa corpora sanctorum qui dormierāt surrexerūt, sicut Abraam, Isaac, Iacob & Dauid, & apparuerunt multis in ciuitate, reuelātes gloriā quā habebāt in limbo. Quarto, ut clarificaretur in cordibus Romanorū, sub quibus humiliabat cōpatiēdo. Quod cōpletum fuit qñ Cēturio, & alij, uidētes que fiebāt, dixerūt, Vere filius Dei erāt iste. Mat. xxvij. Quinto, ut clarificaret in cordibus iudeorū qui erāt ultra centū milia in illa platea, scilicet in monte Caluarie, qui uenerant propter festū pasche in Hierusalē. Quod cōpletū fuit qñ omnis turba eorū qui simul aderāt ad spectaculum

sum illud, & uidebãt que fiebat, percutiẽtes pectora sua reuertebãtur. s. illuminati. Luc. xxiij. dicẽtes, O miseri quid fecimus. Itẽ latro fuit clarificatus in suo intellectu di. Memẽto mei dñe dum ueneris &c. Sexto, ut clarificaret in corpore, quod humiliabat ad sustinendũ flagella, clauos, & coronã spinarũ. Ideo pater clarifica filiũ tuũ. Quod cõpletũ fuit in resurrectiõe qñ surrexit gloriosus, impassibilis &c. Ro. vj. Xps resurgẽs ex mortuis iam nõ moritur, mors illi ultra nõ do. &c. Septimo, ut clarificaret in Apostolis, & discipulis di. pater uenit hora. s. dispositionis Apostolorũ, qui perdiderũt fidẽ. Quod cõpletũ fuit qñ in die resurrectionis apparuit eis, & gauisi sunt discipuli uiso dño, & illuminati fuerũt in uera fide. Io. xx. Octauo, ut clarificaret in angelis sub quib⁹ humiliabat ad recipiẽdum confortationẽ di. Pater uenit hora. s. ut sim cõfortat⁹ ab angelo. Ideo clarifica filium tuũ. Quod cõpletũ fuit in die ascẽsionis qñ ascẽdit sup oẽs angelos. Eph. j. Cõstituẽs eũ ad dexterã suã in celestib⁹ super oẽm principatũ, & potestatẽ, & uirtutẽ, & dñationẽ, & omne nomen quod noiat nõ solũ in hoc seculo, sed etiam in futuro. Nono, in oĩb⁹ gentib⁹ mũdi. di. Pater uenit hora. s. ut humilier sub oĩbus gentibus. Ideo clarifica filiũ tuũ, ut cognoscat per fidẽ, & honoretur ab oĩbus. Qd' cõpletũ fuit tpe Apostolorũ, qñ in oẽm terrã exiuit son⁹ eorũ. Decimo, ut clarificet i iudicio di. Pater uenit hora. s. humilitatis, ut iudicer ab hoĩb⁹, clarifica filiũ tuũ, ut sit iudex oĩm creaturarũ. Phi. ij. Humiliauit semetipsum, fact⁹ obediẽs usq; ad mortẽ &c., ꝓpter quod De⁹ exaltauit illũ &c. Morale, exẽplo xp̃i si uolumus exaltari in paradiso, humiliem⁹ nos i hoc mũdo, & magis exaltabimur i alio. No. ad hoc disputationẽ, & qõnẽ Apostolorũ in uia, quis ipsorũ esset maior in paradiso. Mat. xviij. Et quilibet fecit suã rõnem. Primo sanctus Petrus q erat uicarius xp̃i. Et nota qũo Deus posuit exaltationẽ, & maioritatẽ in uirtute humilitatis, que ab omnibus potest haberi. Secundo, Christus in sua oratione postulauit sufficienter pro nobis, qñ dixit, Sicut dedisti ei ptãtẽ oĩs carnis, ut quod dedisti ei per predestinationẽ, det eis uitã eternã. Nota sicut dedisti ei, scilicet filio tuo xp̃o, quia de se loquebat, potestatem omnis carnis. In sacra scriptura, tã in ueteri testamẽto quã in nouo testamento, caro sumit pro homine. Dauid. ps. lxiiij. Ad te omnis caro. s. humana ueniet ad iudiciũ. Itẽ Esa. ulti. Veniet omnis caro ut adoret corã facie mea. Itẽ Io. j. Verbũ caro factũ est, idest, filius Dei homo factus est. Dicit ergo, Dedisti ei potestatẽ omnis carnis humane. Vnde Dauid, Omnia subiecisti sub pedibus eius &c. Nota hic quinq; cõditiões gẽtiũ in hoc mũdo. Prima ibi, oues q̃ signãt simplices psonas, & ignorãtes precepta Dei seruantes, tales dicunt oues pastoris xp̃i. Secunda ibi, boues q signãt personas perfecte uite, que habẽt duo cornua. s. sane doctrine, & sancte uite, quibus percutiũt gẽtes mũdanas, dãdo exẽplũ bone uite, & arãt terrã corporis, ut faciat fructũ penitentie, sed nõ portãt onus. s. prelationũ nec diuitiarũ. Nota cũ dicit boues uniuersas in femenino, & nõ in masculino genere, quia uacce, idest, persone spũales, & perfecte dãt de lacte uberũ ueteris, & noui testamẽti predicãdo &c. Tertia ibi, Insuper, & pecora cãpi, q̃ sunt infideles, q subijciunt xp̃o siue uelint, siue nolint, licet modo ipsum negẽt dicẽdo, nolum⁹ eũ. Quarta ibi, uolucres celi. s. contẽplatiui q uolãt in altũ ad instar auiũ. Quinta ibi, & pisces maris, scilicet negotiatores, Omnes isti subijciunt Christo domino. Ecce quare dixit, Dedisti ei potestatem omnis carnis. Hec potestas ei fuit data, qñ Deus pater in cõsistorio trinitatis ordinauit quod eius filius moreret, tunc simul ordinauit curiã sui primogeniti, tales essent consiliarij. s. patriarche, ꝓphete, Apostoli, eius milites sunt martyres, camerarij, & scutiferi, ut daret eis uitam eternã, quia per meritũ passionis habemus introitũ ad gloriã quã amiseramus per Adam. Autoritas, Quos prescisciuit,

sciuit, & ꝑdestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Ad Rom. viij. Sicut ergo xp̃s in sua oratione petijt decẽ clarificationes, sic etiã postulauit pro suis a patre sibi creditis, & ordinatis per predestinationẽ, ut daret eis uitã eternã. Et declarauit quid est uita eterna, dicens, Hec est uita eterna, ut cognoscãt te solũ uerum Deũ, & quẽ misisti Iesum Christũ. Cõtra errores Iudeorũ qui ponũt suam gloriã in ipso. Leuiathã, & in abundãtia bonorũ tẽporaliũ. Et Agarenorum, qui ponũt eã in melle, lacte, & in mulieribus uirginibus &c. Cõtra quos dicit Christ⁹, hec est uita eterna. No. solũ uerũ Deum. Super hoc dicit Arrius hereticus ꝙ sol⁹ pater est uerus Deus, cũ dicit, solũ uerũ Deum. Sed nota ꝙ hec dictio exclusiua solũ, potest addi subiecto uel predicato, ita ꝙ põt esse de subiecto uel predicato excluso. Sicut si ego dicerem uni iurato huius ville, uos solus estis iuratus. s. excludẽdo alios. & tũc esset falsa. Sed a parte predicati esset uera, dicẽdo uos estis iuratus solũ. s. excludendo alia officia, & tũc esset uera. Idẽ de ista, ut cognoscant te solũ uerũ Deũ, excludẽdo humanitatem, & tũc est uera, qa pater est solũ de⁹, quia nõ est homo. Idẽ de spiritusancto, sed filius nõ est Deus solũ, sed est Deus & homo, sicut de illo qui esset baliuus, & iuratus, nõ est uerũ dicere uos estis iuratus solũ, qa etiã est baliuus. In hoc ergo cõsistit gloria, uidere xp̃m uerũ deũ, & hominẽ. Ecce qũo petijt xp̃s gloriã ꝓ suis predestinatis. Questio, si dicat quare oportebat eũ petere, utrũ predestinatio infallibilis est? Sed stulta est hec questio. Ratio, quia si aliqs dñs ordinauit facere aliquod instrumẽtũ, ad quod faciẽdum iam se preparat, notarius iam recipit pergamenũ, incaustũ &c. Si diceret notario, quare recepistis pergamenũ, calamũ, & huiusmodi? rnderet ꝙ ideo, quia aliter instrumẽtũ nõ põt scribi. Idẽ de diuina predestinatione. Instrumẽta quib⁹ diuina predestinatio cõpletur, & perficitur, sunt passio, & mors xp̃i, oratio, bona opa, bona uita hoĩs, & penitẽtia, conteri de peccatis, cõfiteri &c. Ista sunt instrã q̃bus predestinat⁹ uenit ad effectũ ꝑdestinationis. Dicũt quidã, Quid oportet me facere penitẽtiã, qa si predestinatus sum &c. Dic qũo in libro uite nõ solũ scribitur, talis erit saluus, sed etiã ponit ratio. s. opera & uita ex quibus saluabit. uerbi gratia, Talis saluabit, quia statim baptizatus morietur. Si dicat, quid oportet ipm baptizari? Rñdet, qa illud cadit sub predestinatiõe. Itẽ talis saluabit, quia humiliabit, talis, qa restituet. Idẽ de pscitis nõ solũ scribit, talis dãnabit, sed etiã scribit ratio, & cã quare dãnabit. Sciẽs ergo xp̃s ꝙ predestinati uenirẽt ad gloriã per suã orationẽ, & passionẽ, ideo orauit. Greg. in primo dialogorũ, Ipsa eterni regni predestinatio sic est ab omnipotẽti Deo disposita, ut ad hãc electi ex labore perueniãt, quatenus postulãdo mereantur accipere quod eis oĩpotẽs Deus ab eterno disposuit donare. Moraliter. Sicut xp̃s curauit nõ solũ de se, sed etiã de suis ad ꝓcurãdũ eis saluationẽ, sic quilibet dñs, & paterfamilias nõ solũ tenetur saluare se ipsum, sed etiã tenetur procurare saluationẽ suis famulis, & domesticis. Inducãtur domini, ut inducãt suos captiuos, & infideles ad baptismũ. Ita ꝙ filij, & famuli, & ancille audiãt missam, cõfiteant, cõmunicent quolibet anno. Alias dicit scriptura. j. Timo. v. Si quis suorum, & maxi me domesticorũ curã nõ habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior. Tertiꝰ punctus orationis Christi fuit allegatio prudens, quoniã sicut domini iuriste qñ uolunt aliquid obtinere corã iudice, allegant sua iura, priuilegia, & consuetudines. Sic Christus in sua oratione allegauit, dicens Deo patri, Ego te clarificaui super terrã. s. ueritatẽ fidei hominib⁹ dicendo, opus consummaui, quod dedisti mihi, ut faciã. s. passionis, quia eius passio iam incipiebat, qua peracta dixit, Cõsummatum est. Ioan. xix. pro se allegauit solũ obedientiam dicens, Manifestaui nomẽ tuum hominibus quos dedisti mihi de mũdo. Tui erãt, & mihi eos dedisti

& sermonem tuū seruauerūt &c. Sequit, Verba q̄ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperūt & cognouerūt uere, qa a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti &c. usq; in finē. Vbi pro nobis in rōne exaditionis allegat credētiā & obedientiā. No, ego te clarificaui, qa deus pater ante aduentū xp̄i nō cognoscebatur ita distincte sicut modo, nec etiā spiritussanctus. Iō petebat filius, ut pater etiā ipsum clarificaret per aliqua magna miracula, sicut fecit in dictis decē clarificationib⁹ que clare ostendūt ipsum esse uerū filiū dei. Et p̄ se allegauit obedientiā, qa fuit obediēs deo patri, complendo opus sibi cōmissum, fundat in ista lege, Sed quia pct̄ores nō audit deus. Io. ix. p̄ nobis allegauit duo, scilicet legē de obedientia, ibi, Sermonem meum seruauerūt. Et legem de credētia, ibi, Et crediderūt quia tu me misisti. Si dicatur, quare xp̄s nō allegauit credentiam suam? Respōsio, q̄ Christus non habebat fidem. Ratio, quia fides est credere quod nō uides, sed xp̄s uidebat oīa clare iam ab instanti conceptionis, sed nos nō uidemus clare, ideo allegauit pro nobis credentiam & obedientiam. De his duab⁹ legibus dicit Io. Si cor nostrum nō reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deū, ut quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea que sunt placita coram eo facimus. j. Io. iij. Ex p̄dictis patet, q̄ habemus duos modos allegandi in oratione. s. per obsecrationem, & per gratiarū actionem. Si autē uultis allegare per legem credentie, attendatis ut allegatis bene per modū obsecrationis, secundum quod dicit Greg. in letania, allegando illud quod homo credit de deo, ita dicēdo, Domine per maiestatē uestrā trium personarū & unius dei, detis mihi hoc uel illud, hoc modo allegatur illud qd̄ homo credit de deo. Item, Domine p̄ humilitatē uestrā super benedicte incarnationis, detis mihi uirtutē humilitatis. Idem, per uirginitatem matris uīe, detis mihi uirtutē castitatis. Itē, per passionē uīam, detis mihi uirtutē patiētie. Hoc mō obsecrādo hō alle gat illa q̄ credit, & est bonus mod⁹ orādi. nō dicatis uos, Dñe ex quo credo trinitatē uīam, uel incarnationē uīam, iō faciatis mihi hoc uel illud, qa nō allegaretis bñ. Secūdus mod⁹ bonus est p̄ gratiarū actionē, allegādo illa q̄ fecistis pro deo secūdū legē obediētie. Sed in modo allegādi secūdū hāc legē, requiritur magna cautela, qa taliter posletis allegare p̄ legē obediētie q̄ p̄deretis uestrum processum, uel taliter q̄ lucraremini. Si aūt allegatis illa q̄ fecistis p̄ bono, & petitis ut p̄terea faciat uobis gratiā quam petitis, quasi teneat hoc facere uobis ex his q̄ uos fecistis p̄ eo, male allegaretis & p̄deretis placitationē uel processum, sicut fecit ille Phariseus, de quo Lu. xviij. qui dixit, Dñe nō sum sicut ceteri hominū, ieiuno bis in Sabbato, decimas do oīm q̄ possideo, bonā legē allegauit, sed non bono mō, iō hic fuit reprobatus, & perdidit placitationē uel p̄cessum. Sed bonus modus allegandi p̄ gr̄arum actionē est dicere, Dñe uos mihi fecistis magnā gr̄am, quia posuistis me in sancta religione. Iō dñe faciatis mihi talē gr̄am &c. Idem de alijs uirtutibus. Iō dñe placeat uobis facere mihi talē gr̄am quā peto. Iste est bon⁹ modus. Idē debet facere presbyter, non alleget ex pte sui dicēdo, Dñe amore uestri ego me ordinaui uel celebraui, ieiunaui, uel uiuo cōtinēter, iō dñe faciatis mihi talē gr̄am, quia hoc nihil ualet, sed dicat, Dñe erā in mūdo, & uos fecistis mihi gr̄am q̄ me elegistis ad seruitiū uestrū, & dedistis mihi ptātē quā non cōcessistis angelis, cōsecrādi corpus uīm, & tot gr̄as mihi fecistis, iō dñe faciatis mihi talem gr̄am, uel talē quā peto. Isto mō obtinebit. Idē de laicis dicēdo, Dñe tot gratias mihi fecistis, quia me ad imaginē uestrā creastis, & inter Christianos me nasci fecistis, & per sanctū baptismū me ab originali peccato mundastis, & p̄ pnām tot peccata mihi remisistis, ideo dñe placeat uobis hāc gratiam mihi cōcedere &c. Dic miraculū quod legit in uitis patrū de quodam

dam fratre deuoto & bono, qui in suis orationibus nō habebat illas cōsolationes spiritus, nec dulcedines cordis quas multi hūt, qui semel orando & male allegādo, dixit, Dñe tot annis seruiui uobis, & tū nondū dedistis mihi aliquā cōsolationē diuinā, nec sentimētū dulcedinis cordis. Si tūn seruiuissem uni infideli iam oñdisset mihi aliqua signa amoris, & uos nihil. Subito uenit umbra magna q̄ ipsum p̄strauit ī terram semimortuū dicens, Donec te cōtempseris sicut lutū q̄ calcas, nō senties diuinas cōsolationes &c. qm̄ in tuis bonis operib⁹ pl⁹ operat deus quā tu. Sicut in scriptura instrumēti plus facit notari⁹ quā calamus, qa nō debet dicere instrumentū ego facio hoc, sed principale agēs facit. iō Esa. xxvj. Oīa opa nostra operatus es in nobis dñe deus noster. Item. j. Corint. xij. Diuisiones operationū sunt, idem uero deus q̄ opat oīa in oībus. Patet ergo qd̄ modus petendi in oratione est duplex, uel secundū leges, allegando ea que hō credit de deo per obsecrationē, uel secū dum canones, allegādo opera bona per gratiarum actionem. De his autoritas, in omni oratione & obsecratione. Ecce primum cum gratiarum actione. Ecce secundum, petitiones uestre innotescāt apud deum. Phil. iiij.

Dñica in ramis palmarum. Sermo. j.

ASCendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Cant. vij. In sacra scriptura aliqñ p̄ palmam intelligit crux, quandoq; penitendo, qñq; cōtemplando. In palma crucis colligitur fructus uite. In palma penitentie colliguntur septē fructus, quatuor dabuntūr corpori, & tres anime. Primus fruct⁹ uiri iusti, sicut sancta scriptura dicit, erit claritas. Vnde, Fulgebunt iusti sicut sol. Mat. xiij. Secundus fructus erit agilitas, quia ita agiles erunt sicut iam cogitatio nostra, sicut de domino dicitur, quia post resurrectionem suā erat ita agilis, q̄ modo apparebat discipulis euntibus in Emaus, modo illis qui erant in Hierusalē. Tertius erit subtilitas, quia tunc nō erūt corpora ita turbida sicut modo sunt, sed erūt ualde subtilia. Sicut de dño dicitur, q̄ intrauit ad suos discipulos ianuis clausis, qd̄ nō potuisset fecisse ante resurrectionē nisi per miraculum, sed tunc fecit sine miraculo. Quartus, impassibilitas. i. sanitas, qa nec in corpe nec anima erit infirmitas. Primus fructus aīe erit cognitio dei. Vnde Ap̄s, Nūc cognosco ex pte, tunc aūt cognoscā sicut & cognit⁹ sum. j. Corin. xiij. Ibidē, Videmus nūc p̄ speculum in enigmate, tunc autē facie ad faciem. Secūdus erit de humanitate xp̄i in gloria, qa uidebit iustus deū in natura humana. hanc gloriam nō habebūt angeli. Tertius erit amor, quia si aīa uideret, & cognosceret, & nō diligeret, nō esset totaliter beata, sed amabit & uidebit & cognoscet. Vnde dicendo, de fructib⁹ corporis & aīe ueniemus ad palmā cōtemplationis. Palma eñ angusta est inferius & superi⁹ lata, sic anima q̄ uult ascendere ad deū, debet esse stricta & gracilis ad oēs uoluptates terrenas, & carnales affectus, & superius lata p̄ amorē celestium, quia aīa quātomagis se extēdit per amorem, tanto magis dilatat p̄ contēplationem. Ista palma habet septē ramos, & super unūquēq; ramum unā auem, & unū florē. Primus est cōsideratio sui, quādo aīa conscientiam suā bona fide exquirit, ne in ea aliquid remaneat quod dei oculos offendat. Vnde Ber. Nemo absq; sui cognitione saluatur, de qua mater salutis humilitas orit, unde humilitas liberat. De hoc ps. Humiliatus sum, & liberauit me. Secundo saluat. ps. Quoniam tu populum humilē saluum facies &c. Humilem spū saluabis. Tertio, uirtutes cōseruat. Vnde Grego. Qui ȳtutes sine humilitate congregat, quasi puluerē in uētum portat. Ber. humilitas mater est uirtutū, & cinis cōseruans ignē charitatis. Super hunc ramū nidificat pauo, qui talis est nature, q̄ quādo dormit de nocte si euigilauerit, clamat, quia credit se amisisse suam pulchritudinē, & signat aīam

que in huius seculi tenebris dormit, que semp timere debet ne speciē suam amittat. i. ne dona gre a deo sibi collata perdat, & debet clamare magno clamore qñ sentit sibi aliquid inherere pctī. Super hūc ramū nascit unus flos boni odoris, & celestis coloris, q uiola uocat, que significat humilitatē. Vnde in Cant. Nardus mea dedit odorē suum. Nardus eñ quedam herba paruula est calide nature, & significat humilitatem. Humilitas enim minime esse pōt sine calore charitatis. Talis humilitas magnū odorē dedit. Hec enim dei filiū in terrā traxit, attestāte beata uirgine, que dicit, Respexit humilitatē ancille sue. Hec eñ fuit specialis uirtus ꝓpter quā descēdit in ipam quia nisi humilis fuisset, nunquā dñs in ipsam descendisset. Dñs superbis resistit, humilibus aūt dat gram. j. Pe. v. Hūc florem desiderabat Dauid, cū orādo diceret, Asperges me dñe hyssopo. Hoc eñ significat hyssopus q nardus. hyssopus purgat pctm, & humilitas purgat mentē ab omni inuidia & malitia. Secūdus ramus est cōpassio ꝓximi, qa qñ aīa bona & serena intentione querit, ne creatori suo displiceat, tūc statim postquā recepe rit humilitatē, tūc humiliter descēdit ad imbecillitatē proximorū, & eis cōpatit. Sup hūc ramū nidificat hyena q̄dā auis, q̄ talis nature est, q iuxta mortuorū sepulturā inhabitat, & qñ aliqs morti appropinquat, tūc sentit a lōge, & clamat. Auis ista signat aīam cōpassione plenā, q̄ debet cōmorari inter illos qui morte peccati mortui sunt, ut ipsos ad uiā ueritatis ualeat reuocare, & qñ ꝑceperit aliquem morti aīe appropinquare, debet clamare clamore cōpassionis p oronē, & lacrymarū effusionē. Sup hūc ramum crescit flos q dicit glay. Hic flos crescit circa aquas, ꝑ quē florē intelligunt illi q pctā defient more fluentis aq̄, circa illos debet aīa cōpatiēs cōmorari. Hūc florē desiderabat Dauid, cum dicebat, Exitus aquarū deduxerūt oculi mei. Hūc etiam habebat Hieremias qui dicebat, Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum ut plorare ualeam interfectos populi mei die ac nocte? Hier. ix. Tales lacrymas debet habere aīa q̄ in cacumē palme contemplationis desiderat ascendere, super hunc Paulus ascendit, qui dicebat, Quis infirmatur & ego non infirmor? qs scandalizat & ego non uror? Si gloriari oportet in his q̄ infirmitatis mee sunt gloriabor. ij. Corin. xj. Tertius ramus est temporalis afflictio, quia qñ fidelis aīa in statu penitentie est cōstituta, omnes afflictiones tpales patienter tolerare conatur. Sup hūc ramum nidificat olor, qui alio nomine cygnus dicit, qui talis nature est, ꝙ quādo morti appropinquat, suaue cantat, & significat in tribulatione seu afflictione gaudētē. Sup hūc florē cōscēderūt Apostoli, de qbus dictum est. Ibant Apostoli gaudētes a cōspectu concilij, quoniā digni habiti sunt ꝓ nomine Iesu cōtumeliā pati. Act. v. Super hunc ramum crescit flos lilij. Vnde sponsus in Canticis, Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Quando eñ nascitur lilium inter spinas, spine pungunt lilium, & non remurmurat, sed quāto magis ipsum pungunt, tanto magis eis odorem suum effundit. Sic debet facere fidelis aīa, non debet reddere aduersarijs malū pro malo, sed per patientiam odorem suauitatis effundere, ut possit dicere cū Apostolo xpi, Bonus odor sumus. ij. Corin. ij. Quartus ramus cōtēplationis est compunctio, & est qñ aīa laborem creatoris ad memoriam reuocat. Et ita oīa aduersa secū equa mente tolerat, qa sicut clauo alio clauo eijcitur, ita anima diuersis tribulationibus fatigata debet ad memoriam reuocare tribulationes quas ꝓ ea dilectus suus tolerauit, ut ei amaritudines quas patit, dulcescāt. Sup hūc ramū nidificat quedā auis que dicit harpyia, q̄ uultum habet hoīs, & intantum crudelis est, ꝙ primum hominē quē uiderit interficit, postq̄ eū interfecerit, uadit sup aquā, & in aqua speculatur ꝙ similē sui interfecit, & sic magno dolore cruciat quotiescunq; uidet hoīem, & significat aīam,

aīam, q̄ cōsiderare debet ꝙ similis ei⁹. s. de⁹ Iesus xps ꝓ pctis nris mortuus est in cruce, & hec cōsiderās debet magno dolore cōteri, sicut Turtur qñ socium suū perdidit, in loco ubi sociū suum perdidit & mortuus fuit, qñ plumam aut aliquod signū inuenerit mortis eius, magis tunc dolore afficit. Et sicut inuenit de quadā puella filia cuiusdā regis, que ꝑe orbata, a parētib⁹ ab hereditate ꝓpria orbata est & expulsa, tunc cuiusdā regis fili⁹ super eā pietate mot⁹, eā sibi accepit ī uxorē, & pro hereditate ei⁹ pugnauit, & reduxit eā ad propria, & in prelio pro ipsa mortuus est, tūc puella militis arma iuscipiens cū magna diligētia custodiuit, & quotiescunq; ea uidebat nimis affligebat. Spiritualiter loquendo, filia regis est humana natura in Adam, que in magno honore in paradiso extitit. Sed hereditatem suā perdidit qñ a paradisi gaudijs ꝓpter peccatum inobedientie ejecta est. Sed dei filius pietatis gra motus sup eā, & aīam hereditate priuatā sibi despō sauit. s. quādo humanitatē nostrā diuinitati sue sociare dignatus est, & triginta trib⁹ annis cōtra hostē dimicauit & operatus est salutē in medio terre. Ad ultimum, crucis patibulū uoluntarie subijt. Sic ergo nos facere debemus sicut fecit predicta puella. s. mortē defensoris nri semp habere in memoria, reseruare crucem, clauos & oīa crucis instrumenta, & sup ea quotidianis lacrymis deplorare. Sup hunc ramū oritur rosa q̄ spiritualiter designat martyrium, & aīam que cūctas uoluptates de facili obliuiscitur, & pōt dicere cum sponsa in Canticis, Vulnerata charitate ego sum &c. & etiam ebria. Qui ista ebrietate ebrius est, nec frangitur aduersitate, nec prosperitate eleuatur. Quintus ramus est desiderium glorie, qñ fidelis aīa toto mentis affectu aduentū saluatoris desiderat. Super hūc ramum antiqui patres ascenderunt, qui dicebant, Veni dñe, & noli tardare. Vnde quidē dicit Abacuch. ij. Si morā fecerit expecta illum, quia ueniens ueniet & nō tardabit. Super hūc ascēderat Dauid, qui dicebat, Expectans expectaui dominum &c. Et alibi, Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Etiā sup hūc Paul⁹ ascenderat, qui dicebat, Cupio dissolui, & esse cū Christo, ad Phil. j. & iterū, Infelix ego hō, quis me liberabit de corpore mortis huius. ad Ro. vij. Super hūc ramum nidificat Philomena, que talis nature est, ꝙ de nocte ante die cantat, & qñ uidet clarescere, & solis radios lucere, tāta hilaritate cantat ꝙ pene disrumpitur. Et significat aīam que in huius uite tenebris solem iustitie expectat, & qñ eum senserit descendisse per gratiā, tunc tāto exultat gaudio ꝙ nec ex toto corde potest dicere, nec ex toto celare, & hec letitia uocatur iubilatio. Talis erat ille beat⁹ senex Simeon, qui tanto tpe saluatorem suū expectabat, qui dicebat, Quādo uidebo putas durabo? Et pro tanto desiderio responsum accepit a spiritu sancto, nō uisurum se mortem, nisi pri⁹ uideret Christum dñi. Tali uoce, illo desiderio, illa philomena. s. Simeon, cantauit tota nocte, & qñ uidit solē iustitie, tunc accepit in ulnas suas, & ait, Nunc dimittis seruū tuum dñe, secundū uerbum tuū in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciem oīm populorū. Luc. ij. Faciamus ergo sicut ille beatus senex, amplectamur saluatorem in brachijs cordis nostri. Super hunc ramū oritur crocus, qui est pallidi coloris, qa homo tāto desiderio pallescit. Vnde spō ta in Canticis, Nolite me cōsiderare, qa fusca sim. Canti. j. Et iterum, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore lā gueo. Canti. ij. Et iterum poeta, Palleat omnis amans, nam hic est color aptus amanti. Sextus ramus palme contemplationis est uisitatio superna, quādo dominus aīam desiderantem p gram suā uisitare dignat. Super hunc ramum nidificat hirūdo, que talis est nature, ꝙ uolando uictū suum accipit, & significat animam superno desiderio flagrātem, que nihil in terra debet accipere nisi quasi uolando sine mora dilationis trāseundo. Super

per hūc ramū nascitur solsequiū. Solsequiū dicit quasi solē sequēs, qñ orit, solsequiū aperit, & qñ sol subtrahitur, solsequiū claudit, & signat animā fidelem, que debet habere cor per diuinū amorem, & celeste desideriū desuper patefactū, & si aliqñ gloria se ab eo subtraheret, debet cordis aditū cōtra seculi delectationes & oblectamēta cā delectationis claudere, ut sit uere solsequiū, debet solē iustitie sequi. Super hūc ramū Ezechias cōscenderat, qñ dicebat, Sicut pulsus hirundinis sic clamabo. Esa. xxxviij. Talis erat Magdalena, q̄ quādo uenit ad monumētum, & nō inuenit dñm, qñ ab angelo sibi loquente respōsum accepit, qa dñs surrexit, tāto flagrabat desiderio cor eius, & dilectionis feruore, ꝙ nullū ab aliquo uellet solatiū suscipere. Augustinus, Tā ingenti lumine coruscabat, qa cor eius uerū lumen uel solem requirēs quodcūq; aliud uidebat, inspicere uilipendebat. Vnde cōtigit, ꝙ cū crebro inquireret in loco in quo nō erat quesitura, eū ibi postremo q̄situ inuenit. Quia proculdubio q in uera dilectione, & deuota oratione pfisteret, & carnales delectationes postponēs Deū q̄reret, inueniret, sicut ipse dicit, Ego diligētes me diligo, & qui mane uigilauerit ad me, inuenient me. Prouer. viij. Super hunc ramū cōscenderat qui dicebat, Renuit cōsolari anima mea. ps. lxxvj. Septimus ramus est defectio, scilicet qñ anima tm̄ diuini amoris uinculis cōstringitur, ut corpus oporteat deficere. Sup hunc ramū conscēderat, qui dicebat, Defecit in salutari tuo anima mea. ps. cxviij. Sup hūc ramū nidificat Fenix, q̄ unica auis est in mundo, ꝑ quā q̄ spiritualiter in uinculis unitatis coniūcti sunt intelligunt. Fenix ēm talis est nature, ꝙ cū diem mortis immi nere cognouerit, diuersas species aromatū sibi multiplicat, in calidiori parte eas collocatas ex alarū collisione accendit, & intus insiliens seipsum cōcremat, & ex cineribus eius uermiculus progredit, & de uermiculo iterū Fenix renascit. Fenix ēt alio loco xp̄m significat, cui nullus hominū coequari poterit, in quo omniū specierū uirtutes requeuerūt, q̄ pro dilectione nostra in altari crucis crematus est. Per Fenicē ēt anima fidelis designat, q̄ uirtutū species cōgregat, & eas in feruore charitatis deferens, in altū se collocat in altari cordis, & se omnipotenti Deo in odorē suauitatis libēter offert. Et hoc sacrificiū pigue dicitur. Vnde ps. Holocausta medullata offerā tibi. Tūc reuera sacrificiū est pingue, qñ anima per sancta desideria sublenata, ꝑ sancta opera impinguata, per humilitatem aliqñ deficit ex diuinorū operū largitate, & hoc signat per reginā Saba, q̄ audiendū sapientiam Salomonis uenit, & multo maiorē quā audierat inuenit, & pre mira admiratiōe defecit. Flos & fructus huius rami est xp̄s, q̄ dicit, Ego sum flos campi. De hoc fructū dicit, Et benedictus fructus uentris tui. Folia huius rami sunt clamor, planctus, suspiria, & singultus. Sic ipse benedictus fructus benedicet populo suo in pace.

Dominica in ramis palmarum. Ser. ij.

PLurima turba strauerūt uestimenta in uia. Mat. xxj. In sancto euāgelio hodierno in quo continet tota materia hodierne solennitatis, ostēdunt tria magna seruitia, que fuerunt hodie xp̄o exhibita a tribus conditionibus gentium, scilicet,

Primū per suos discipulos deuote.

Secundū ꝑ bestias simplices subiecte.

Tertiū per gētes mundanas publice. De tertio seruitio dicit thema, Plurima turba strauerunt &c. Primū seruitiū hodie factū fuit xp̄o per discipulos suos deuote. De quo dicit euāgelista, Cū appropinquaret Iesus Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad montem Oliueti, mittens duos de discipulis suis ait illis, Ite in castellū ꝙ cōtra uos est, & statim inuenietis asinā alligatā & pullū cū ea, solute & adducite mihi &c. Euntes aūt discipuli fecerunt sicut preceperat illis Iesus, & adduxerunt asinā & pullū, & imposuerunt super eos uestimēta sua. &c. In quo

In quo ostēdit xp̄s ꝙ nō coacte nec uiolenter, sed uoluntarie & libere ueniebat ad passionē. Sicut diues cōpatiens pauperibus ad furcā sententiatis, eo ꝙ non ꝑsit debitū soluere, & ipse libere soluit pro ipsis. Ita totū genus humanum fuit sententiatū ad furcā inferni, eo qđ non poterat soluere Deo debitū infinitū &c. propter qđ ille diues homo xp̄s, in quo sunt omnes thesauri, cōpatiēs nobis miseris pauperibus, uoluit suspēdi in ligno crucis, ne aliquis sibi credens & obediēs suspenderetur in furca inferni. j. Pet. iij. Xp̄s semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus ꝑ iniustis, ut nos offerret Deo. Ideo dicit Beda, Appropinquante hora passiōis appropinquare uoluit loco passionis, ideo hodie uoluit uenire in Hierusalem. De hoc Esa. liij. Oblatus est, qa ipse uoluit. Sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus corā tondente se obmutescet & nō aperiet os suum. s. cōtradicendo. Et ueniens in Hierusalē fuit in quadā uilla q̄ dicitur Bethphage, que distat a Hierusalem unū miliare, qui sunt mille passus, sabbati habēs iter, que est ēt in pede montis Oliueti, & cū totus fessus & lassus esset, tam ex labore uie, quā ex labore predicationis & ieiuniorum, oportuit eum equitare. & ideo ut ascenderet uerticem montis Oliueti, uocatis duobus discipulis suis. glo. dicit ꝙ erant Petrus & Philippus, dixit eis. Ite in castellum qđ cōtra. i. ante uos est &c. usq;, confestim dimittet eos. Ecce hic seruitiū qđ hodie discipuli xp̄o fecerunt. Notanda sunt hic tria secreta. Primum de asina & pullo. Secūdū de solutiōe asine. Tertiū de uestimentorū impositione. Quātum ad primū. Asina significat animā peccatricē uinculis peccatorū ligatam, pullus autem significat corpus ꝙ nondū ligatū est. Sed anima ī peccato mortali existēs, est ligata, & quot habet peccata, tot uinculis ligatur, de qua figuratiue dicit xp̄s, Inuenietis asinā alligatā, quia nō pōt facere aliquod opus meritorium & iuxta membrū per qđ peccat, sic ligat anima. Autoritas, Iniquitates sue capiūt impiū, & funibus peccatorū suorū quisq; constringit. Prouer. v. Cōstringitur quātum ad animā. Quantū ad secundū, uidendū est quo hic asina. i. anima est soluenda a uinculis peccatorum. Dico ꝙ oportet ꝙ solutio sibi ueniat de Bethphage que interpretat domus oris. Ecce hic oris confessio, a qua uenit autoritas soluēdi uinc ula peccatorum. Ideo oportet cōfiteri. Iuxta illud Dauid, Cōfitebor dño nimis in ore meo. ps. cviij. No. cōfitebor dño. s. per cōfessorē eius locū tenentē, nimis i. ualde in ore meo. Quidā confitentur de peccatis in genere solum, & hoc non sufficit, quidā aūt in indiuiduis & male, quia nō debent nominare aliquā personā. Sed oportet confiteri peccata in spē, dicēdo, ego sum superbus in corde, despexi patrē uel matrē, uel prelatū, dñm, uel magistratū, uel uirū meum, si est mulier, qa uolui esse dña. Sed tū nō nominare patrē nec matrem. &c. Idē de peccato auaritie, nō sufficit dicere peccaui in peccato auaritie, immo oportet dicere speciē auaritie, uel per rapinā, uel furtum, uel usurā, uel per simoniā, uel p retentionē, sed nō oportet descendere ad indiuidua. Itē de luxuria, qa non sufficit dicere, ego feci luxuriā, sed oportet dicere in specie sic, Ego sum de matrimonio, ego peccaui cū alia maritata uel uidua, sed non oportet ipsam nominare. Idem de incestu, raptu, sacrilegio &c. Et dicit, Confitebor dño nimis &c. i. ualde, & nō solum in gñe, sed in specie. Quare xp̄s misit discipulos suos q fuerūt sacerdotes? Rñdeo ad innuēdum ꝙ nullus alius pōt soluere animā peccatricē a uinculis peccatorū, nisi sacerdotes, qa solis sacerdotibus dixit, Quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Io. xx. Alias nec sanctus Ioānes Baptista, nec beatus Laurētius possent soluere de uno peccato, qa nō fuerūt sacerdotes, solū sacerdotes habēt potestatē, ēt si sint mali & ribaldi & peccatores. Nota ad hoc similitudinē de uicario regis malo, & peccatore, a quo malefactores petūt remissio nē & ueniā, qa ipse gerit uices regis. Idē

de rege

derege xpo iuxta autoritatē datā ſacerdotibus, & nō aliis quātūcunq; ſanctis, dicēdo, Amē dico uobis, q̄cunq; ſoluerit is ſuper terram erūt ſoluta & in celis. Mat.xviij. Quātū ad tertiū de ueſtimentorū impoſitione ſuper aſinam. Ecce hic iniūctio pnīe. Nā quodlibet opus penitentiale eſt ueſtis q̄ imponit aſine. i. anime. De qbus dicit Ioā. Apoc.xvj. Beatus qui uigilat & cuſtodit ueſtimenta ſua. i. opera pnīalia, ne nudus ambulet, & uideāt turpitudinem eius. Dic q̄o anima deteſtat ſanctis angelis, q̄ uenit nuda, ad inſtar meretricis nude incedentis. Secundū ſeruitiū xpo hodie factū fuit per beſtias ſimplices ſubiecte, quādo xps ueniens Hieruſalem equitauit ſuper aſinā & ſuper pullū. Queſtio quomodo in tā parua uia equitauit in duobus animalibus? Dicit hic magiſter hiſtoriarū, q̄ xps primo eqtauit ſuper pullū in quo nullus unq̄ equitauerat, & qa erat īdomitus, ideo xps deſcēdit & equitauit ſuper aſinam. Et fuit cōpleta prophetia Zach.ix. Exulta ſatis filia Sion, Iubila filia Hieruſalem. Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinā, & ſuper pullū filiū aſine. Argumentum eſt inſolubile cōtra Iudeos cogitantes Meſsiā uenturū cū potentia & militia magna tanquā imperator potentiſsimus. Ecce hic ſeruitium beſtiarū ſimplicium. Vbi notāda ſunt tria ſecreta iuxta tres intellectus ſcripture. ſ. allegoricum, tropologicū, & anagogicū. Secundū intellectū allegoricū, aſina ligata ſignificat gentē Iudaicā uinculo legis Moyſi alligatā. Pullus aūt indomitus & abſq; uinculo, populū gentilem, qui nec lege nec p̄ceptis erat ligatus. Dñs primo equitauit ſup pullū, qa primo populus gentilis recepit fidē xpi, & portauit xpm per credentiā & obedientiā. Deinde equitauit ſuper aſinā. i. gētem Iudaicā que in fine cōuerteſ ad xpm. Autoritas, Fratres nolo uos ignorare myſteriū hoc, ut nō ſitis uobiſipſis ſapientes, qa cecitas ex parte contingit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Ro.xj. Adhuc xps eqtauit ſup pullū. i. popolū gētilem. Quantū ad ſecundum iuxta intellectū tropologicū, ſiue moralē, pullus indomitus ſignificat iuuenes, aſina uero ſenes. Xps aūt uult ſupra utrūq; ſedere, equitare, & portari firmā credētiam & deuotā obediētiam. Dic cōtra errorē iuuenū dicentiū, quādo ero ſenex tūc faciā pnīam, qa xps ſuper pullū uoluit equitare. Dic q̄o parētes debēt nutrire filios, ut ſciāt ſe ſignare, & Pater noſter, & Aue Maria, Credo &c. ne iurent. Hoc mō xps eqtauit ſuper pullū. i. iuuenē, & ſup aſinam, qa etiā q̄ ſunt ſenes uiuunt bñ & deuote. Ideo David, Iuuenes & uirgines ſenes cū iunioribus laudēt nomē dñi. ps.cxlviij. Quantum ad tertiū iuxta intellectū anagogicū, pullus ſignificat ſpiritū rōnalem qui a Deo creat, & creādo infundit, ſemper iuuenis, qa nō ſeneſcit. Aſina aūt ſignificat carnē corporis ſenē & antiquam ab Adā &c. Xps autē primo equitat ſup pullum. i. ſpm̄, qa primo dat ſibi gloriā, quia q̄ homo morit ſi fecerit cōdignā penitētiam, xps dat ſpiritui gloriam. Deinde equitabit ſup aſinā, qa in die iudicij xps equitabit p gloriā ſuā ſup corpus, qa tūc electi & boni reſurgēt cū corporib⁹ gloriōſis. Autoritas, Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal xpi, ut referat unuſquiſq; propria corporis prout geſſit, ſiue bonū ſiue malū. ij. Cor.v. Tertiū ſeruitiū hodie xpo factū fuit per gentes mūdanas publice. De hoc in tertia parte euāgelij. Plurima aūt turba ſtrauerūt ueſtimenta ſua in uia. Alij aūt cedebant ramos de arboribus, & ſternebant in uia. Turbe aūt q̄ precedebant & que ſequebant clamabāt dicētes, Oſanna filio David, benedictus qui uenit in nomine domini. Dic practice q̄o populus ex deuotione ad xpm uenientē ibat. Quidā nudabāt ſe, & ſternebāt ueſtes in uia p quā xps erat trāſiturus, ne aſina tāgeret terrā. Alij ſcindebant ramos. ſ. Oliuarū, palmarū, & Lauri, & ſternebāt in uia. Quidam ex ipſis cātabāt dicentes, Oſanna filio Dauid. O fili Dauid ſalua nos in gloria. Alij

ria. Alij cantabant, Benedictus qui uenit in nomine domini. Et cum iſto honore & ſolennitate xps hodie equitauit in ciuitatē Hieruſalem. Notāda ſunt hic tria ſecreta iuxta tres honores Chriſto factos. Primū de ueſtibus in uia ſtratis. Secundū de ramis arborū. Tertiū de uocibus cantantiū. Sic debemus nos facere, ſi uolumus intrare cū ſocietate xpi in ciuitatem Hieruſalem, de qua dicit Apoſtolus, Illa que ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt. Gal.iiij. Nota libera eſt. ſ. doloribus inferni, miſeriis, tribulationibus, & fletibus. Faciamus ergo Chriſto tres predictos honores. Primo ſternamus ueſtes noſtras Chriſto ueniēti. In ſacra ſcriptura corpora humana dicunt ueſtes animē, quia ad inſtar ueſtis cooperiunt animas. Ideo de corpore Chriſti dicit Apoſtolus, Habitu ſcilicet humanitatis inuētus ut homo. Phil.ij. Veſtes ergo corporum in uia preſentis uite ſternūtur Chriſto per abſtinentiā corporalem, ieiunando, diſciplinādo, uigilādo, affligēdo corpus. Iō Apoſtolus, Obſecro uos fratres per miſericordiā Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiā uiuētem, ſanctā, Deo placētem, rationabile obſequiū ueſtrū. Ro.xij. Item Col.iij. Mortificate mēbra ueſtra q̄ ſunt ſuper terrā. Secūdo proiiciamus ramos arborū. Arbores ſunt diuitie, redditus, poſſeſsiones a qbus ſcinduntur rami, flores & folia, & ponuntur xpo in uia, quādo amore ſui facitis elee moſynas pauperibus, qa hoc recipit ipſe in perſona ſua. Amen dico uobis, quod feciſtis uni de minimis meis, mihi feciſtis. Matt.xxv. Tertius honor fit Chriſto ore ipſum laudando, dicendo, Benedictus qui uenit &c. Et deuote orando, dicendo, Oſanna, id eſt, ſalua nos. quia primū quod debemus petere in noſtris orationibus eſt ſaluatio. Matt.vj. c. Primum querite regnum Dei &c. In his tribus honoribus oſtenduntur tres partes ſatisfactionis. In primo ieiunia, in ſecundo eleemoſyne, in tertio orationes. Et dicitur thema de nobis, Plurima turba &c.

Dominica in ramis palmarū. Ser.iij.

BEnedictus qui uenit in nomine domini. Matt. xxj. Hoc uerbū ſumptum pro fundamēto noſtri ſermonis, eſt una parua & multum deuota cātilena a ſpiritu ſancto hodie facta, & deuote Chriſto cātata, q̄n cum ſolēnitate ingreſſus ciuitatē Hieruſalem, quā etiā hodie nos cantamus pluries, repreſentantes illam ſolennitatē & aduentū Chriſti in ciuitatē Hieruſalem, dicendo, Benedictus qui uenit in nomine domini. Tota ſolēnitas hodierna ramorum conſiſtit in tribus punctis.

Primus eſt de honore & ſolēnitate hodie xpo ueniēti ī ciuitatē Hieruſalē exhibita, ī qua fuit receptus honorabiliter.

Secūdus ē de ſolēnitate quā nos hodie facim⁹, illā repſentādo appropriate.

Tertius eſt de uia quam xps fecit hodie, ueniēdo ī ciuitatē Hier'm uirtuoſe. Et pro quolibet iſtorū in ſpeciali, & pro omnibus in generali debemus cātare & dicere Deo, Benedictus q̄ uenit &c. Primus punctus eſt hodie de honore & ſolennitate quā Iudei fecerunt, in templo laudauerūt & benedixerūt xpm uenientem in ciuitatē Hieruſalem, in qua fuit receptus honorabiliter cū magno gaudio & feſto, qđ fuit ualde mirabile. Inuenio eām q̄ Chriſtus multoties & multis rationibus uenit in Hieruſalē, & nūquā fuit ſibi factū feſtum, nec honor niſi hodie. Primo Chriſtus uenit in Hieruſalem ad preſentandū. ſ. l. die a ſua natiuitate quādo uirgo Maria ipſum preſentauit in tēplo, & nō legit q̄ tūc facta fuerit ſolēnitas receptiōis, niſi q̄ Simeō & Anna ipſum adorauerūt, ut patet Luc.ij. Paruus tunc fuit & parua proceſsio, ſed creſcat corpus, creſcat & miſeratio, ueniet tēpus quo nō deferet manibus uiriginis, ſed dorſo uillis aſelli, nō redimet auibus, ſed redēpturus eſt ſuo ſanguine oēs hoies. Secūdo, xps uenit in ciuitatē Hier'm ad diſputādū. ſ. q̄n fuit. xij. anno rū, nec tūc fuit ſibi factū feſtū. Tertio uenit ad orandū, qa ſecūdū legē in quolibet feſto

bet festo ueniebat in Hierusalē & intrabat tēplū. Quarto, uenit ad extirpandū ſ. pctā & uitia notoria, qa principes ſacerdotū ex eorū auaritia de tēplo fecerant domū negociationis. Ioā. ij. Nec tūc fuit ſibi factū aliqd̄ feſtū. Quinto, uenit ad predicādū & hoc pluries, qa illa ciuitas erat metropolis & caput ꝓuincie. Sexto, uenit ad manifeſtādū ſuā diuinitatē faciēdo miracula, ſanando infirmos, ſuſcitādo mortuos. Nec etiā tunc fuit ſibi &c. Septimo, uenit ad ſacrificādū. ſ. ſeipſum, ſed hodie uoluit uenire ī Hierl̄m in qua debebat pati ꝓ redēptione generis humani. Et tūc fuit ſibi factū magnū feſtū & ſolēnitas. Quare ibi rñdeo, ꝙ licet xp̄s operatus fuerit pro nobis multa bona, tñ magis tenemur & obligamur ſibi ex opere paſsiōis & mortis, q̄ ex alijs, nos tenemur ipſum laudare & benedicere ex opere incarnationis quā fecit amore noſtri. Itē cōuerſationis, predicationis, qa ipſemet ibat de uilla ad uillā. Sed ſuper oīa tenemur ſibi ex opere paſsionis, quia ipſe dñs uoluit mori pro uaſallis, rex ꝓ ſubditis, iuſtus ꝓ iniuſtis, innocēs pro peccatoribus. uñ Bernardus, Super oīa reddit te amabilē mihi bone Ieſu, calix paſsionis quem bibiſti, opus noſtre redēptionis. Ecce rō quare Deus poſuit in cordibus gentiū, ut ipſum recipere rēt ita ſolenniter qñ uenit Hierl̄m ad ſacrificandū. Que quidē ſolēnitas cōſiſtit in ſex circunſtantijs ſiue cerimonijs ſibi factis. Prima, quia uoluit intrare equitādo. Nō legit ꝙ xp̄s alꝫ equitauerit unq̄, niſi hodierno die qñ intrauit Hieruſalē. Et tunc equitauit ſuper pullum filium & aſinā, iuxta ꝓphetiā Zacha. ix. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalē. Ecce rex tuus uenit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper aſcendēs ſuper aſinā & ſuper pullū filiū aſine. Tunc fuit cōpleta illa prophetia. Dic practice qūo de Bethphage miſit duos diſcipulos. ſ. Petrum & Philippū. ſecūdū glo. pro aſina & pullo &c. Aſina ligata ſignificat gentē Iudaicā, uel ſynagogam uinculo legis Moyſi ligatā, quod uinculū habebat tria fila. ſ. tria genera preceptorū. ſ. precepta cerimonialia que ordinabāt perſonam erga Deū. Secundo precepta iudicialia, q̄ ordinabāt erga ꝓximū. Tertio moralia precepta que ordinabāt perſonā erga ſeipſam qūo quilibet debebat uiuere. Pullus autē q nondū fuerat ligatus, nec unq̄ portauerat onus ſupra ſe, ſignat populū gentilē, q nō habebat uinculū legis in collo, nec onus preceptorū in dorſo, ad oſtendendū ꝙ xp̄s nō ſolum uenerat ad redimendū & ſaluandū Iudeos, ſed etiā Gētiles & Paganos. ergo ſeruauit iſtā cerimoniam, quia uoluit primo equitare ſup aſinā quā oportuit ſoluere, qua ꝛpe regis Meſsie oīa figuralia & cerimonialia debebāt ceſſare. Secūdo, uoluit equitare ſup pullū indomitū, nō ꝓ neceſsitate, ſed ut complerent ſcripture & figure. Qñ etiā gentiles debebant conuerti ad xp̄m. Ideo Apꝰs, Oīs qui credit in illum nō cōfundet. Nō em̄ eſt diſtinctio Iudei & Greci. Nā idē dñs oīm. Ro. x. Secunda cerimonia uel circūſtātia, qa proceſsionaliter uoluit hodie intrare Hieruſalē, quia magnꝰ populus ipſum precedebat & etiā ſequebat, & ipſe cū apoſtolis ibat in medio. Sicut facimus nos hodie in ꝓceſsione in qua multi ꝓcedunt, & multi ſequūtur, & eōs uel ſacerdos qui repreſentat xp̄m, in medio cum presbyteris. Et dicit euangeliſta ꝙ tam precedentes q̄ ſequentes reſpiciebāt xp̄m di. Oſanna filio Dauid. In quo oſtēditur ꝙ oēs qui precedebant ab Abel uſq; ad xp̄m. ſ. Patriarche & prophete, tam etiā illi qui ſequūtur uſq; ad finē mundi oēs reſpiciūt xp̄m per fidem di. Oſanna &c. Quia nullus poteſt ſaluus fieri niſi per xp̄m. Ideo Geñ. xlix. Salutare tuum expectabo dñe. Item Act. iiij. Non eſt aliud nomen ſub celo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Tertia circūſtantia, quia tota uia a monte oliueti uſq; ad Hieruſalem fuit ſtrata. Tāta em̄ fuit deuotio populi, ut nō cappis aut alijs ornamentis, ſed de ueſtimentis & mantellis uirorum & mulierum ſternerent in uia, dicit euangeliſta, Plurima autē turba ſtra-

uerūt ueſtimēta ſua in uia. Et quare hoc? Reſpondeo, ꝙ iſtud fuit figura martyrū futurorū, ut patet in ſacra ſcriptura. Corpora humana dicunt ueſtes anime, quas ueſtes plurima turba ſcilicet martyrum ſtrauerunt in uia moriētes pro fide xp̄i. Ideo dicit Dauid in perſona martyrum, Qm̄ propter te mortificamur tota die, eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. ꝑs. xliij. Item Apoc. vij. dicitur de martyribus. Hi ſunt qui uenerūt ex magna tribulatione, & lauerūt ſtolas ſuas. i. corpora, & dealbauerunt eas in ſanguine agni. ſ. xp̄i. Quarta cerimonia fuit de ramis arborū. Dicit enim euāgeliſta, ꝙ alij cedebāt ramos de arboribus & ſternebant in uia. ſ. flores, folia & ramos arborū. Figura fuit. Nā in ſacra ſcriptura hoīes dicuntur arbores. Mar. viij. Video hoīes uelut arbores ambulātes. Iſtarū arborū flores, folia, & rami meritorū & bonorū operū ſternenda ſunt in uia xp̄o. ſ. ut fiāt propter ipſum, quia alꝫ nihil ualerent. Ioā. xv. Sine me nihil poteſtis facere, ſcilicet meritorie. Quinta fuit, quia tā a magnis q̄ a paruis uoluit laudari & benedici, & Oſanna clamari, iuxta illud Dauid. Ex ore infantiū & lactentiū perfeciſti laudē &c. ad oſtēdēdū ꝙ uirtute ſue paſsionis nō ſolum ſaluātur adulti & magni ꝓpniam, ſed etiā pueri per innocentiam. Sap. vj. Puſillum & magnum ipſe fecit, & equaliter eſt illi cura de omnibus. Sexta, quia oēs tam magni q̄ parui una uoce dicebāt, Benedictus qui uenit in nomine dñi. In quo oſtendebant ꝙ erat redemptor uniuerſalis omniū. Autoritas, Vnus eſt mediator Dei & hoīum homo xp̄s Ieſus, qui dedit ſemetipſum redēptionem pro omnibus. j. Timo. ij. Ecce hic ratio quare & quomodo hec ſolēnitas fuit hodie facta xp̄o, & nō alꝫ. De hoc propheta uerat Zacharias pater Ioānis Baptiſte, dicens, Benedictus dñs Deus Iſrael, quia uiſitauit & fecit redemptionem plebis ſue. Luce. j. Secundus punctus qui magis tangit nos eſt de ſolēnitatē quā facimus nos, repreſentando illā ſolennitatē hodie xp̄o factā appropriate, quia ſicut xp̄s hodie cū ſolennitate & proceſsione uenit ad locū paſsionis ſue, ſic etiā nos hodie cū magna ſolennitate & proceſsione, uenimus ad paſsionem que hodie legitur in miſſa, de quo aliquis poteſt mirari di. Quare paſsio xp̄i cū tanta ſolennitate dicit hodie? Quia paſsio xp̄i triſtitiā & dolorē debet generare in cordibus fideliū, & nō letitiā uel gaudiū. Nota ad hoc qūo paſsio & mors xp̄i poteſt accipi & cōſiderari quadrupliciter, ſecūdum ꝙ quatuor uicibus legitur in eccleſia, iuxta quatuor euāgeliſtas. Primo poteſt capi & conſiderari ſecundū perſona lē dignitatē, cōſiderando perſonam que patit, que eſt xp̄s, rex, Papa, dñs, & innocēs & purus. Et ſecundū iſtā conſiderationem paſsio xp̄i dat Chriſtianis triſtitiā, dolorem, fletum & gemitū. Et iſto reſpectu legit paſsio xp̄i in die ueneris ſancta, in qua nō pulſantur cāpane, & homines incedūt triſtes demiſſo capite. Hoc reſpectu propheta Hiere. conſideraūit paſsionē xp̄i di. Ego quaſi agnus māſuetus, qui portatur ad uictimam. Hiere. xj. Secundo modo paſsio xp̄i pōt accipi & cōſiderari ſecundū humanā neceſsitatē, quia oēs eramus infirmi & uulnerati plagis peccatorū, nec poteram⁹ curari niſi ſanguine xp̄i, qui uoluit pati pro pecatis noſtris. Eſa. liij. Ipſe uulneratus eſt propter inquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Et iuxta hūc reſpectū paſsio xp̄i dat nobis contritionē & dolorē de peccatis noſtris, pro quibus oportuit xp̄m pati & mori. Et iſto reſpectu legitur paſsio xp̄i in eccleſia feria. iiij. ſecūdum Lucā. Tertio modo pōt cōſiderari ſecundū iudicialē peruerſitatē, quia Iudei qui fuerūt a Deo honorati, filij prophetarū & patriarcharū, populus electus a Deo, & ꝙ ita fortiter rebellauerūt contra Deum ſuum. Iſto reſpectu paſsio xp̄i dat nobis occaſionē cōpatiendi illi populo reprobato, & ex xp̄i paſsione deſtructo & perdito. Et ſecundū iſtam conſiderationem legitur paſsio xp̄i in eccleſia feria. iij. Et ſecundū iſtū reſpectū cōſiderabat paſsionē xp̄i Zacharias pro-

pheta dicẽs, Que sunt iste plage in medio manuũ tuarũ? Et dicet, His plagatus sum in domo eorũ qui diligebãt me. Zacha. xiij. Quarto passio xpi põt accipi & cõsiderari secundũ finalẽ utilitatẽ, quia ex passione xpi nos sumus liberati a dãnatione inferni, a peccatis mortalibus, & habemus gratiã in hoc mũdo, & gloriã in alio. Ecce finalis utilitas passionis xpi. Et secundũ istum respectũ passio xpi generat in nobis gaudiũ, letitiã, & exultationẽ, & cõsolationẽ. Et iuxta istã cõsiderationẽ passio xpi legit hodie cũ tali solẽnitate, letitia & gaudio cantando, Gloria, laus. Et secundũ hanc cõsiderationẽ dicit Esaias, Gaudete & laudate simul deserta Hierlm, quia consolatus est dñs pplm suum, redemit Hierlm. Esa. lij. Nota deserta Hierusalẽ. de qua Apls. ad Gal. iiij. Illa q̃ sursum est Hierlm libera est, & ab ista oẽs homines mũdi erãt deserti ex peccatis. Sed modo iã gaudendũ est, quia dñs cõsolatus est pplm suũ soluẽdo p nobis pretiũ. Ecce rõnẽ quare hodie cũ gaudio legitur passio xpi. Et hic nota sex differentias letitie hodierne contra sex tristitias diei ueneris sancte. Prima tristitia, quia in die ueneris sancta cãpane non pulsant, immo cessant. Ratio est, quia in passione & morte xpi cãpane. i. apostoli quorũ sonus predicationis exiuit in oẽm terrã, iuxta prophetiã Dauid perdiderũt sonũ, qa nullus fuit ausus nominare xpm, imo maior cãpana. s. Petrus fuit fracta negãdo xpm, nec Ioannes qui fuit iuxta crucem, fuit ausus dicere in fauorẽ xpi aliquid. Sed hodie considerando finalẽ utilitatem passionis Christi fit magna solennitas, cãpanas pulsando. Secunda tristitia, quia tunc pulsantur tabule, qui est sonus tristitie & doloris, & significat sonum derisionum & blasphemiarum quas fecerũt Christo in passione. Sed hodie sacerdotes cantant alta uoce & clara. Et est ratio quoniã ex passione Christi habemus q̃ anime beate cantabunt cum angelis in gloria. Tertia tristitia, quia in die ueneris sancta imagines, cruces, & tabule absconduntur & coo-

periunt, quẽadmodũ i passiõe xpi, uirgo Maria, Magdalena, Ioanes, & alij cooperiebãt sibi caput pre dolore & tristitia, nõ poterãt respicere passionẽ xpi crudelẽ, sed hodie ostenduntur cruces solẽniter in signum utilitatis passionis xpi. Quarta tristitia, quia in die ueneris sancta cũ fletibus & doloribus memoratur passio Christi, ad ostendendũ fletus & planctus uirginis Marie & aliorũ. Sed hodie memorat cũ letitia & gaudio iuxta finalem utilitatẽ. Quinta tristitia, quia feria sexta gẽtes cũ tristitia incedunt discalciate & multi ieiunãt in pane & aqua, sed hodie gẽtes incedũt cũ magna letitia bene indute portãtes ramos in manib⁹ suis q̃ signat uictoriã quã habemus de inimicis nr̃is ex passione xpi. Sexta tristitia, quia tũc passio cantat sine ꝓcessione & ordine, imo apostoli fuerũt dispersi, separati & diuisi, sed hodie fit solẽnis ꝓcessio, & imus oẽs cõgregati & ordinati, quia ex passione xpi oẽs sumus uniti & cõgregati. iuxta illud Io. vj. Xps moriturꝰ erat ut filios Dei qui erãt dispersi, congregaret in unũ. Ideo cantamus cũ letitia, Benedictus qui uenit in noĩe domini. Tertius punctus est de uia quam tenuit xps ueniendi in Hierlm, q̃ quidẽ uia cõprehẽdit in sex pũctis. Primo Christꝰ hodie mane recessit de Bethania & uenit in Bethphage. Secũdo de Bethphage i mõtem oliueti. Tertio, de mõte oliueti descendit in uallẽ Iosaphat. Quarto de ualle Iosaphat uenit in Hierlm. Quinto de templo iuit in Bethaniã cũ. xij. Apłis, ut habetur Marci. xj. In quo apparet q̃ fecit sex stationes. Et significant uiã nr̃am quam facimus peccãdo, & ad gl̃am redeũdo p uiã pn̄ie. Primo p pcẽm nos recedimus de Bethania que interpretat domus obediẽtie a qua recedimus q̃cunq; ꝓcepta Dei frãgimus, ꝓ aliquo bono lucro habendo, in quo recessũ debet esse fletus. Sic quãdo Christus recessit de Bethania a Magdalena, Martha & Lazaro, faciẽdo eis gratias, qa multoties receperãt ipm in domo sua, tũc Maria Magdalena incepit

pit flere dicens Christo, Dñe, quo uultis ire? quoniã iam concluſum est in Hierusalem ut uos occidant. Ideo teneatis hic festũ pasche, & mater ũra ueniat huc. Idẽ dicebãt Apli, Martha, & Lazarus q̃ timebãt. Rñdit eis xps, Oportet implere uoluntatem eius q̃ me misit. Magdalena & oẽs alij flebãt dicentes, Forte nunq̃ amodo uidebimus eum. Ecce fletus in recessu de Bethania, in quo ostenditur q̃ homo quando recedit a domo obedientie debet flere, per cõtritionẽ, iuxta prophetiã Hiere. ij. Scito & uide quia malum & amarũ est reliqsse te dñm Deũ tuũ & nõ esse timorẽ eius apud te. Ecce prima statio. Secũdo uenit Bethphage, q̃ interpretat domus bucce siue domus oris. Ecce hic oris cõfessio postq̃ recessisti de Bethania. i. de domo obediẽtie cũ fletibus cõtritiõis, oportet te uenire Bethphage. i. ad domũ oris pctã cõfitẽdo. Bethphage autẽ erat uilla sacerdotũ. Sic cõfessio habet fieri sacerdotib⁹, qa nullus alius quã tũcũq; sanctus, potest remittere peccata quia solũ presbyteris dicit xps, Quorũ remiseritis pctã remittunt eis. Io. xx. No. remittunt eis, nõ dicit remittent, qa illa cadẽ hora in qua remittũtur a cõfessore etiã remittũtur a Deo. Et quorũ retinueritis. s. nõ absoluendo, quia nolũt a peccatis abstinere, uel qa nolunt restituere, uel quia nolunt iniurias remittere, retẽta sunt a Deo. Ecce secũda statio. Tertio, de Bethphage ascẽdit i mõtẽ oliueti. Ecce operis satisfactiõ. Mõs oliueti habet tres conditiones in quibus significãtur tria opera satisfactoria. Prima, quia mõs oliueti est asper. Ecce hic asperitas ieiuniorũ, uigiliarũ &c. Secũda qa est altus. Ecce altitudo orationis, q̃ secundũ Damascenũ est eleuatio mentis in Deum. Tertia, quia ibi crescebat oleũ, quod est medicinale. Ecce eleemosynarũ largitio. Facite ergo fructũ dignũ penitẽtie. Lu. iij. Quarto de monte oliueti descendit in uallẽ Iosaphat, que interpretatur dñi iudiciũ. Ecce debitorũ remissio, qa dñs iudicabit irreuocabiliter q̃ quilibet restituas debita, licet sis in monte oliueti per opera satisfactoria, oportet te etiã descẽdere in uallẽ Iosaphat restituendo ablata dupliciter, uel spũaliter, uel tẽporaliter. Spũaliter descendit in uallẽ Iosaphat ecclĩasticus q̃ obtinuit per simoniã, prelationẽ uel dignitatẽ uel beneficiũ, quia furtũ fecit. Io. x. Qui nõ intrat per ostiũ in ouile, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Ostiũ est electio pura sine assensu tuo, uel tractatu, uel prouisio pura est spiritualis, quia papa te ibi posuit sine scitu & tractatu tuo, alꝰ si uis saluari oportet descẽdere in uallẽ Iosaphat remittẽdo di. Dñe furatus fui hoc, ideo restitui in manibus uicarij uestri. Tẽporaliter descẽdit etiã in uallẽ Iosaphat ille q̃ furatus fuit castrũ, uillã, domũ, agrũ, uel possessionẽ, siue pecuniã, uel alia q̃ restituit illud. Oportet enim descẽdere de malo statu, nullus uos decipiat. Itẽ si diffamastis aliquẽ, oportet descẽdere ad restituendũ sibi famã si nõ sit uerũ qd̃ dixistis, uel erat occultum & secretũ. Si dicat uerecũdia erit reuocare uel periculũ. Rñdeo, nõ est curandũ de hoc, qa nõ remittit pctũ nisi restituatur ablatũ. xiij. q. vj. si res. Quinto, de uale Iosaphat uenit Hierlm q̃ interpretatur pacifica. Ecce hic iniuriarum remissio. Tũc homo pacificat se cũ inimico. Ideo Dauid. Rogate que ad pacem sunt Hierusalẽ, & abũdantia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua, & abundãtia in turribus tuis. Nota abundantia, quia nisi habeãt pacẽ maiorẽ cũ minoribus & econuerso, & maiores inter se non abundabũt, imo erunt pauperes, & terra erit sterilis. Ideo Apostolus dicit, Pacẽ sequimini cũ omnibus & sanctimoniã, sine qua nemo uidebit Deum. Hebr. xij. Nota, pacem & sanctimoniam simul coniungit, quia aliqui habent pacem, sed nõ sanctimoniã, sed malitiã & pctũ sicut latrones inter se, lenones cũ meretricibus. Item emptor, uenditor & curator habent pacẽ sed nõ sanctimoniã qñ fraudãt se inuicẽ. Sexto de Hierusalẽ intrauit templũ dñi. Ecce hic eucharistie cõio. Postq̃ feceritis predictas stationes, uadatis ad

templū dñi ad cōicandū, nec expectetis ꝙ dns ueniat ad uos in infirmitate &c. Ge. xxiiij. Ingredere benedicte dñe, cur foris stas? & appositꝰ est in cōspectu eius panis qđ allegorice dicit cuilibet Christiano. Ecce uia paradisi quā Christꝰ uenīdo in Hierusalē nobis ostendit. Ideo benedictus qui uenit in nomine dñi.

Fer. ij. post Ramos Palmā. Ser. unicꝰ.

VEnit uox de celo dicēs, Et clarificaui, & iterū clarific. Io. xij. In isto sancto euāgelio breuiter presentato inueni quatuor magnos honores domino Iesu Christo factos, ꝓpter quatuor rationes.

Primus per dilectionem specialem.

Secundus per admirationem intellectualem.

Tertius per deuotionem specialem.

Quartus per locutionem celestialē.

De quarto honore dicit the. Venit uox de celo dicēs, Quantū ad primū honorē xpo factū ex deuotione speciali. s. trium sanctarū, & deuotarū personarū. s. Marie Magdalene, Marthe, & Lazari. De quo dicit principium euāgelij. Ante sex dies pasche uenit Iesus Bethaniā ubi Lazarus fuerat mortuus, quē suscituit Iesus. Fecerūt autē ei cenā ibi, & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat de discūbentibus cū eo, Maria ergo accepit libram unguēti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti. Not. hic bona secreta. Ante sex dies pasche, qa illo modo pascha Iudeorum fuit in die ueneris sancto. Ideo hoc cōuiuiū fuit sibi factū die sabbati preteriti, qñ Christus exiuit ciuitatē Effrem, q̄ erat iuxta desertū, in qua xps passus fuit multas miserias, & cum Apostolis uenit Bethaniā ubi erāt Maria Magdalena, & Martha, & Lazarus, & multe alie deuote persone que preparauerāt xpo cenā, nō prandiū. Dic practice quo cū magna solicitudine Martha ministrabat, licet esset nobilis dña, tñ reputabat sibi ad magnū honorē ꝙ posset seruire xpo. Etiā angeli reputant sibi ad gratiā, & honorē. Matthe. iiij. Accesserūt angeli, & ministrabāt ei. Lazarus etiā nobilis homo dedit sibi aquā super manus. Cogitate quo xps totus humilis faciebat se deprecari. Deinde xps benedixit mensam di. Oculi oīm in te sperāt dñe. Hec benedictio uenit a Christo ad Apostolos, ab Apostolis ad martyres, & deinde ad nos. Et qñ posuerunt se ad mensam, Lazarus uoluit seruire, sed xps noluit, sed ꝙ comederet. Ideo dicit euāgelista ꝙ Lazarus unus erat ex discūbentibus. Modo scimus quid faciebat Martha, quia ministrabat, & Lazarus quia comedebat, Maria Magdalena qđ faciebat, de quo illa seruiebat xpo? dicit Ioānes, ꝙ de illo de quo iā alias sibi seruierat, portauit unguētū pretiosum, sicut fecerat qñ fuit cōuersa modo in domo Simonis leprosi, & lacrymis lauit pedes Christi. Noluit aquā de rosa marina. Et sicut in cōuersione fleuerat ex peccatorum cōtritione, & sic tūc fleuit ex xpi cōpassione dicēs, O qui sustines totum mundū, & incedis humiliter sustinendo labores &c. Et illo unguento unxit pedes Iesu, & capillis eius tersit, quos ante portabat tanq̄ reliquias. Et dicit Ioānes, ꝙ tota domus impleta est ex odore unguenti. Ecce primus honor. Moraliter. Sicut tūc xps ante sex dies pasche uenit in Bethaniā ubi fecerūt sibi dictū cōuiuium, ita ab hoc die, in quo legitur hoc euāgeliū usq; ad festum pasche sunt sex dies. Et xps hodie uenit in Bethaniā. i. in personā obedientē, que uenit in penitētia. Bethania interpretatur domus obedientie, Persona autē que obedit primo preceptis xpi dicētis, Penitētiā agite &c. Matt. iiij. dicitur Bethania, in quā uenit Christus per gratiā, & preparat Christo cena. Nota etiā hic quo aliqui dant xpo prādiū, & cenā. Quidā nō dāt sibi prādiū nec cenā. Quidā dant prandiū solū, sed nō cenā. Quidā sunt qui dant solū cenā. Prandiū dant Christo penitētes, qui mane, ideſt, in principio quadragesime inceperunt facere penitentiā, & etiā dant sibi cenā, quādo ipsam cōtinuant usque ad finem quadragesime, quia penitentia est cibꝰ, & refectio Christi. Io. iiij. Meus est cibus, ut faciā uoluntatē eius qui misit me. Et loquitur de penitētia, & cōuersione peccatorū. Dicit illis qui dederūt sibi prandiū, & cenam, Vos estis qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnū, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Lu. xxij. Nota permāsistis, ideſt, perseuerantermāsistis, & stetistis in tentationibus meis. Tētationes nostras dicit esse suas, quia eius effectiue sunt, quas ipse dat nobis ad augmentū meritorum, sed nostre sunt subiectiue, & patienter. Quidā nec prandiū nec cenā dant Christo, excusando se de penitētia &c. Quibus dicit Christus, Ecce serui mei comedēt, & uos esurietis. Ecce serui mei bibent, & uos sitietis. Ecce serui mei letabunt, & uos confundemini. Esa. lxv. Ideo ad minus detis sibi cenā, ideſt, finē quadragesime. Quidam dederūt sibi prandiū, sed non dant sibi cenā, quia modo deficit eis cor in fine quadragesime. Tales qui se sic excusant falsē, excludētur a cena Christi. De qua Lu. xiiij. Dico uobis, ꝙ nemo uirorum illorū gustabit cenā meam. De qua Apoc. xix. Beati qui ad cenā nuptiarū agni uocati sunt. Qui aūt nō dederūt xpo prandiū in principio quadragesime, ad minus dent sibi cenā. s. finē quadragesime, istā hebdomadā sanctā. Sed oportet ꝙ sint ibi tres persone, scilicet Martha, que interpretatur irritās seu prouocās, & significat contritionē que nō est nisi irritatio, & prouocatio doloris propter peccata. Secūdo oportet ꝙ sit ibi Lazarus, qui interpretatur adiutus a Deo. Ecce oris cōfessio. Ratio est, quia sicut Lazarus qui erat mortuus, iuuante Deo surrexit de morte ad uitam, ita spiritus qui iacet mortuus propter peccatum in monumento corporis, iuuante Deo suscitatur a morte culpe ad uitam gratie in cōfessione. Ideo dicit scriptura sancta de illis qui bene confitentur, & clare. Sepulchrum patens est guttur eorum. Psal. v.

Tertio, oportet ꝙ sit ibi Maria Magdalena cū alabastro unguenti pretiosi, scilicet afflictio corporalis medicinalis, qa sanat omnes plagas peccatorum nostrorum, ergo isto unguēto pretioso ungamus pedes Iesu. Caput eius est principiū quadragesime. Corpus, tempus sequēs, sed pedes sunt ultima hebdomada, sic tota domus implebitur odore unguenti. Vnde dicit Apostolus. ij. Cor. ij. Deo gratias, qui semper triūphat nos in xpo Iesu, & odorem notitie sue manifestat per nos in omni loco, quia xpi bonus odor sumus. Nota de murmuratione Iude discētis, Vt quid perditio hec? potuit enim uenūdari multo, & dari paupertibus &c. Vtinā nō sit inter nos aliquis Iudas, qui de unguēto pretioso afflictionis corporalis, & penitētie murmuret, & dicat, Vere melius ualeret facere eleemosynā quā ieiunare. Vos ut Iudas dicitis, ut qđ perditio hec &c. Bona est eleemosyna, sed in suo casu melior est penitentia corporalis. Vnde sicut uulneratus q timet punctiones, & dicit medico, Recedatis, non sanatur, & male dicit, sic etiā peccator ꝙ dicit, quia melius est ꝙ faciā eleemosynam, male dicit. Nō curatur uulnus luxurie a plaga luxurie, nisi per scopā de pane, & aqua. Idē de guloso qui dimittit ieiunia, dicēs, qa dabo eleemosynā. Secūdus honor xpo hodie factus uenit per admirationē intellectualē. Sciendū est, quod omnes Iudei cōgregabātur in Hierusalē ratione festiuitatis pasche. Et quā do populus audiuit tam magnū miraculum de suscitatione Lazari tam publicū, & notoriū, & tāti baronis, cuius mortē sciuit tota patria, ex admiratione tanti miraculi dicit Ioannes, ꝙ ueniebāt gentes nō propter Iesum tantū, sed ut uiderent Lazarū quē suscitauit a mortuis. De quo dicit Aug. ꝙ narrabat mirabilia que uiderat de alio mundo, scilicet quo damnati sunt oēs qui sine fide xpi moriūtur. Narrabat etiā diuersitatē penarū inferni. Item de purgatorio. Itē de pueris cū originali peccato decedētibus. Item de paradiso, de ordinibus angelorum, quia

illi de inferno uident beatos. Item dicit glo. q̄ discipuli xp̄i quesierunt multa ab eo de alio mūdo, propterea oēs uolebāt Lazarū uidere, & ipsum audire, & ex uerbis suis multi cōuertebātur ad xp̄m, propter q̄ principes Iudeorū cogitauerunt etiā occidere Lazarū. Et ex isto miraculo populus ciuitatis Hierusalem recepit Christū uenientē in die ramorū cū tāto honore, & solēnitate dicēs, Benedictus qui uenit in noīe dñi &c. Nota hic secretū allegoricū, qa Lazarus quatriduanus fuit a xp̄o suscitatus. Ideo ex admiratiōe populus fecit sibi istū honorē. Secundū, nota hic quatuor dies a principio mūdi usq; ad finē. s. usq; ad diem iudicij.

Primus dies legis nature.

Secundus legis scripture.

Tertius legis gratie.

Quartus legis ire. In quibus Lazarus, ideſt, humanum genus iacet mortuus. Prim⁹ dies legis nature fuit de Adā usq; ad Moysen. Dicit aūt lex nature, qa tunc gētes se gubernabāt intellectu naturali, qa tūc nō habebāt libros, nec doctores, nec magistros. Et dicebaſ dies ꝓpter claritatē itellect⁹. De isto die dicit Apostolus Ro. ij. Cū gētes q̄ legē nō habēt naturaliter ea q̄ legis sunt faciūt, eiusmodi legē nō habētes, ipsi sibi sunt lex, qui ostēdūt op⁹ legis scriptū ī cordib⁹ suis, testimonium reddēte illis cōsciētia ipsorū. Ecce pria dies. Sc̄da dies. s. legis scripte fuit a Moyse usq; ad xp̄m, & duravit ultra mille, & qngētos annos. Et tūc gētes gubernabāt se, nō solū itellectu naturali, sed ēt p scripturas quas De⁹ uoluit dare, qa gētes male se gubernabant solo intellectu naturali. Ideo ista dies fuit clarior prima die. Prouerbio. vj. Mādatum lucerna est, & lex lux, & uia uite increpatio discipline, ideſt, uitiorum. Ecce secunda dies in qua Lazarus, ideſt, humanū genus iacet mortuū. Tertia dies, scilicet legis gratie est iste dies in quo sumus mō, a Christo, scilicet, & ista dies erat necessaria, quoniam lex Moysi non loquebatur de alio mundo sicut ista que loquitur de paradiso, de inferno, & purgatorio. Et scimus quid fuit, quid erit, ideo iste dies est clarior alijs predictis. De ista die dicit xp̄s, Si quis ambulauerit in die, nō offendit, quia lucē huius mūdi uidet. Io. xj. In ista etiā die Lazarus, ideſt, humanū gen⁹ iacet mortuū in terra, quia nōdū uenit resurrectio gn̄alis. Quarta dies post hunc diē gratie ueniet cito, & breuiter. s. dies legis, ire, & corruptiōis antixp̄i, qui corrumpet, & destruet totā legē xp̄i. de quo dicit Dauid, Cōstitue dñe legislatorem. Glo. Antichristū super eos. s. peccatores. Vnde ecclesia, Dies illa dies ire, dies calamitatis, & miserie &c. Etiā in isto quarto die Lazarus, ideſt, humanū genus iacet mortuū, corruptū & fetidū, quia totus mundus scaturiet peccatis, & mollitijs, sed in fine huius diei ueniet xp̄s in Bethania, ideſt, in hūc mūdū. in quo tūc seruabit sibi obediētia, qa mortuo antixp̄o totus mūdus cōuertet ad xp̄m. Et sicut in suscitatiōe Lazari clamauit dicēs, Lazare ueni foras, & statim surrexit, sic clamabit tūc dicens, Surgite mortui, uenite ad iudiciū. Tūc boni resurgēt cū ramis palmarū in manibus in signū uictorie, quā habuerūt de mūdo per pauperta tem, de diabolo per humilitatē, de corruptione propria per castitatē, & ueniēt obuiā xp̄o, cantādo & dicendo, Benedictus qui uenit in nomine dñi. De hoc dicit Io. Apo. vij. Vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat, ex omnib⁹ gētibus, & tribubus, & populis, & linguis stātes ante thronū in cōspectu agni amicti stolis albis, & palme in manibus eorum, & clamabāt. s. benedictus qui uenit &c. Tertius honor xp̄o factus uenit per deuotionē specialē, de quo dicit euāgelium, Erant gentiles quidā qui ascenderant ut adorarent in die festo, Hi ergo accesserunt ad Philippū dicētes, Dñe uolumus Iesum uidere. Venit Philippus, & dixit Andree. Andreas rursum, & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem dixit, Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen amen dico uobis, Nisi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si aūt mortuū fuerit,

fuerit, multum fructum affert. Dic quomodo gētiles, ideſt, geniti tales, quia incircūcisi quales geniti erāt etiā ex deuotione, ueniebāt adorare in Hierusalē tā quā sapiētes, & discreti, uidētes q̄ Iudei adorabāt unū Deum. Ideo secrete ueniebant in Hierusalē adorare Deum. Multi etiā ueniebāt ad uidendū xp̄m propter magnā famā miraculorū. Et dixerūt Philippo Apostolo quē inuenerunt primo. Dñe uolumus Iesum uidere. Et nūquid uidebant ipsum qui predicabat? imo, sed hoc dicebāt, quia uolebāt loqui cum eo. quia nō loquebaſ cū aliquo nisi ex magna necessitate. Ideo dixit. Ego palā locutus sum mūdo. Ego semper docui in synagoga, & in tēplo quo oēs Iudei conueniūt, & in occulto locutus sum nihil. Io. xviij. Philippus aūt dixit Andree, & simul ambo dixerūt xp̄o, qui rndit ei dicēs, Venit hora, ut clarificet filius hominis, ideſt, cognoscatur a Gētilibus, & Paganis q̄ esset uerus filius Dei. Apostoli aūt tūc intellexerūt, q̄ tūc statim clarificaret. Sed xp̄s declarauit eis tp̄s, & modū dicēs, Amē amē dico uobis, Nisi granum frumēti cadēs in terrā &c. Tūc cōparauit se grano frumēti cadēti de celo in terrā. s. uteri uirginalis in incarnatione, quod si mortuū non fuerit. s. per passionē, ipsum solū manet. s. saluū. Si aūt mortuū fuerit, multū fructū affert. s. redemptionis, & saluationis. No. illi gentiles uolētes uidere Iesum dixerūt Philippo, & Philippus dixit Andree, & ambo simul dixerūt xp̄o. Quare Philippus nō dixit xp̄o, cū esset ita discipulus, & familiaris Christo sicut Andreas? Respōsio, ad ostendendum tres gradus qui sunt in uisione, & cognitione Dei &c.

Primus per scientiā Phyſicalem.

Secūdus per scientiā theologalem.

Tertius per scientiam beatificalem.

Primus gradus uisionis, & cognitionis Dei est per scientiā phyſicalē signatam per Philippū, qui interpretatur os lampadis. Talis est sciētia Philosophie, que habet magnū os ad instar lampadis, & infra habet paruum lumē, ideſt, paruā cognitionē de Deo, quia solū cognoscit q̄ est una prima causa, & unus primus motor. Vnde philosophi in scholis probabant unū esse Deum, & in tēplo adorabant idola. Sed scientia philosophie habet magnū os ad disputandū, arguendū, & respōdendū. Ideo Gentiles uenīūt ad Philippum, ideſt, ad philosophiā, ut uiderent xp̄m, ideo parum sciuerūt de Deo. plus scit modo de deo una uetula q̄ scit Credo in Deū &c. quā antiquitus sciuerunt omnes philosophi. Ideo oportet q̄ Philippus, ideſt, philosophus ueniat ad Andreā qui interpretatur decorus, qui significat theologiā, siue theologū pulchrum, & decorū, qui est sine maculā erroris, quia sciētia theologie est pura ueritas, sed nec ista sufficit, quia modo in hoc mūdo solū in figura, & speculo uidemus Deum. j. Cor xiij. Videmus nūc per speculū in enigmate, tūc aūt facie ad faciem. Speculū sunt creature que representant creatorē. Verbi gratia, Terra cū arboribus representat potentiā Dei. Aque que abluunt, & mundāt, representāt misericordiā Dei, que lauat, & mūdat a peccatis, & sic de alijs. Et in enigmate. i. per figurā, ergo nec Philippus nec Andreas sufficiūt, nec scientie philosophie, nec theologie sufficiūt ad uidendū Deū clare, sed oportet ire ad xp̄m, per gloriā beatificam in paradiso, & tunc facie ad faciem uidebimus eum sicuti est. Vnde ergo dixerunt Gentiles, uolumus Iesum uidere, scilicet tanquā librum glorie habentem duas chartas, scilicet diuinitatis, & humanitatis, in quibus consistit tota gloria. j. Ioan. iij. Scimus quoniā cum apparuerit similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est, ubi non est speculum nec figura aliqua, sed uisio clara, & aperta. Quart⁹ honor, & maior alijs fuit per locutionē celestialem, quia Deus pater fuit locutus Christo audiente populo, & hoc quādo Christus eleuatis oculis in celū dixit, Pater clarifica filiū tuū. Et uenit uox de celo dicens, Clarificaui, & iterum clarificabo. Not. clarificaui, ideſt clare demonstraui quod tu es filius meus,

meus.ſ.in miraculis per te factis,in quibus oſtenditur diuinitas mea,& iterum clarificabo.ſ.in paſsione,reſurrectione, aſcenſione,& in generali iudicio. Turba autem que ſtabat & audiebat,dicebat, Tonitruũ factum eſt. Alij dicebant nõ, ſed angelus ei locutus eſt. Quibus dixit Chriſtus,Non propter me hec uox uenit,ſed propter uos,qa Chriſtus iã ſciebat uoluntatem patris,quia inquantum deus,eadem eſt uoluntas patris & filij. Etiam inquantum homo ſciebat uoluntatem patris,ſed illa uox uenit propter illos ut crederent in filium dei. De illa uoce dixerat iã Dauid.ps.xxviij. Vox domini ſuper aquas,deus maieſtatis intonuit. Ibi ſepties dicit uox dñi,ꝓpter ſeptem clarificationes filij dei. Primo dicit, Vox dñi ſuper aquas.ſ. lacrymarum xpi,qui mortuus fuit lacrymando. Heb. v. Cũ clamore ualido & lacrymis ſe offerens,exauditus eſt pro ſua reuerẽtia. Super aquas uirginis Marie & aliorũ deuotarum perſonarũ fuit clarificatus,qa ſol fuit obſcuratus. Secũdo, Vox dñi in uirtute,propter clarificationem quam habuit in inferno,qñ dixit, Attollite portas,quia uirtute diuina ſtatim porte fuerunt aperte. Itẽ fuit clarificatus in limbo, in quo ſancti patres ibi xpm expectantes uiderũt diuinitatem clariſsime. Tertio, Vox domini in magificentia. Ecce clarificatio reſurrectionis,quia magnifice ſurrexit,& ſanctos patres liberauit. Quarto, Vox domini confringentis cedros, ideſt Apoſtolos omnibus alijs ſanctis altiores & maiores,ſed fuerunt tardi & duri ad credendum Chriſti reſurrectionem, ut patet de Thoma. Sed hanc duritiam Chriſtus fregit, quando eis apparuit,& crediderunt firmiter ſuã reſurrectionem. Quinto, Vox domini intercidentis flammã ignis,ſcilicet imperatorum Romanorum,qui faciebant edicta,leges & ordinationes cõtra Chriſtianos. Sed hec flamma furoris fuit interciſa in conuerſione Conſtantini imperatoris. Sexto, Vox domini concutiẽtis deſertum,id,eſt celum empyreum,ꝙ dicitur deſertum. Luce.xv.in parabola ouium quas Chriſtus dimiſit in deſerto, ideſt in celo,quia celum eſt deſertum a malis angelis & hominibus. Sed quando Chriſtus aſcendit in celum totum cõmotum fuit in gaudium & letitiam angelorum & hominum. Septimo, Vox domini preparantis ſeruos,ſcilicet in die iudicij quando de celo & de inferno ſaltabunt anime ad recipiendum corpora ſua in generali reſurrectione. Deinde data ſententia finali a Chriſto,ſimul cũ carne & anima ſaltabunt mali ad infernum,boni uero in celum empyreũ. De hoc dicit Dauid in ꝑſona cuiuſlibet boni, Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorũ,& ſup excelſa ſtatuens me.ps.xvij.

Feria.iij.poſt diem palmar.

Sermo unicus.

BOnum erat ei ſi non eſſet natus homo ille. Marc.xiiij.& in paſsione dñi ſtatim lecta ſcribitur uerbũ iſtud. Verbũ ꝓpoſitum habet magnã difficultatẽ in theologia,ideo ĩ pñti ſermone uolo ipm declarare. Sed prĩo ſalu.ẏgo Maria &c. Bonũ erat ei. Pro huiꝰ ẏbi declaratiõe,& materie predicande introductione ſciendũ, ꝙ ſecundũ diuerſitates & cõditiões peccatorũ & uitiorũ debẽt eſſe diuerſi modi correctionũ. Sicut ſecundũ diuerſitatẽ & cõditionẽ infirmitatũ & plagarum ſunt diuerſe medicine,quia una medicina non eſſet bona oĩbus infirmitatibus. Ita nec unus modus correctionis oĩbus peccatis. Nota ergo tres modos peccatorũ ſeu plagarum. Quidã enim peccãt ex ignorantia credentes bene facere,qa ſi ſcirent ſe male facere,non facerent. Tales indigent medicina ſcientie,ſcilicet ut declaretur eis malũ quod faciunt, & corrigantur,unde ad plagam de ignorantia ꝓpria medicina eſt ſcopa de ſciẽtia. Et iſtum modum tenuit Chriſtus erga Apoſtolum Paulum,qui peccabat ex ignorantia perſequendo Chriſtum & xpianos,de quo dicit ipſemet,Prius ante.ſ.conuerſionẽ fui blaſphemus & perſecutor

ſecutor & contumelioſus,ſed miam dei cõſecutus ſum,qa ignorãs feci in incredulitate.j.Tim.j. Sed curatus fuit a xpo medicina ſcientie qñ in terrã proſtratũ circũfulſit eũ lux &c. Et ſicut ab extra apparuit claritas,ita etiã intus in aĩa fuit illuminatus. Ideo cõuerſus dixit,Dñe qd me uis facere? Act.ix. Quidam peccant ex fragilitate ſeu impotẽtia,quia bñ uel lẽt cauere a peccatis,ſed habita occaſione peccant uel amore carnali uel timore corpali,qa ſunt fragiles,tales indigẽt medicina amoris dei,ut ſuo amore corrigant ab illo pcto. Hoc mõ xps correxit Petrũ apſm q peccauit negãdo xpm,nõ ex ignorãtia,qa ipſe dixerat,Tu es filiꝰ dei uiui. Mat.xvj. ſed ex fragilitate & impotentia,timore tpali & timore mortis. Dicit Lucas,ꝙ conuerſus Ieſus reſpexit Petrum,& traxit ipſum ad pniam, quia egreſſus foras fleuit amare. Quidã autẽ peccãt nõ ex ignorãtia,nec ex fragilitate,ſed ex malitia ꝓpria & iniquitate cordis. Tales indigẽt alia medicina.ſ.timore dãnationis & timoris iudicij ad amouendam malitiã & iniquitatẽ a corde timore eterne dãnationis,ut correctio diuine gre poſsit intrare in cor. Et iſtum modum tenuit xps in correctione Iude Scarioth,q peccabat nõ ex ignorãtia,qa bñ credebat xpm eſſe uerũ deũ & hoiem ex miraculis q uiderat,nec ex fragilitate,ſed ex ꝓpria malitia & iniquitate & effuſione unguenti quã xps ſuſtinuit,qa nõ fuit uenditũ ut ipſe fuiſſet furaꝰ inde tertiã partẽ. Chriſtus ergo in correctione Iude accepit medicinam timoris dãnationis ad ſanãdũ cor Iude,ut corrigeret,ſed tñ nolebat corrigere liberum arbitriũ,ſed dixit,Vnus ex uobis me tradet,q mãducat mecũ. At illi ceperũt cõtriſtari,& dicere ei ſingulatim, Nunqd ego? Qui ait illis, Vnus ex duodecim q intingit mecũ manũ in catino. Ve aũt homini illi p quẽ ihushois tradet. Mar. xiiij. Ecce quo qrebat ſanare cor Iude, ſed tãta erat malitia in corde eius,ꝙ nõ potuit intrare gra ſpũſſancti,quia pauci conuertunt de illis qui ſic peccãt per malitiã,ſecus de illis qui ſic peccãt ex ignorantia,uel fragilitate,tũc Chriſtus ad terrendũ Iudã ne peccaret,dixit uerbũ thematis,Bonum erat ei &c. Patet thema. Nota ꝙ in ſacra ſcriptura inueniuntur tres natiuitates.

Prĩa ẽ natiuitas de formatiõe ĩteriori.

Scda natiuitas de ꝓductiõe exteriori.

Tertia natiuitas de adoptiõe ſupiori.

De qualibet iſtarũ põt uerificari thema propoſitũ,Bonũ erat &c. Prima nãtiuitas eſt de formatiõe interiori,qa doctoribus uocat natiuitas in utero,qñ doctrina eſt theologie in glo.ſup Leui.xij. c.ꝙ poſtquã mulier cõcepit,tũc corpus formaĩ in utero,& ſi eſt maſculꝰ,corpus eſt formatũ ĩ.xl.die,& tũc creatur aĩa & creando infundit,ſi femina.lxxx.die,qa eſt frigidioris cõplexiõis. Talis formatio corpis,& creatio & infuſio aĩe in ſacra ſcriptura dicit natiuitas ĩ utero. Dic ad hoc ſimilitudinẽ de nucleo in terra plãtato,qñ in terra tumeſcit ſiue inflat, dicit uulgariter,iam eſt natꝰ,licet extra terrã nõ appareat. Idẽ de ꝓle ĩ utero matris,ꝙ qñ uenter ingroſſat,tũc dicit mulier eſt grauida,& illud uocat natiuitas interior. Autoritas. Mat.j.ꝙ Ioſeph erat admirãs,& ſecũ diſputãs de impregnatiõe uirginis Marie ſpõſe ſue. Angelus aũt dñi apparuit ei dicẽs,Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariã coniugẽ tuã,ꝙ eĩm in ea natũ eſt,de ſpũ ſcto eſt. Ecce hic natiuitas interioris formationis. Si de hac natiuitate uolumus loqui, bñ põt dici thema,Bonũ erat ei.ſ.Iude,ſi natus nõ fuiſſet.i.formatꝰ ĩ utero mris. ſ.ꝙ nunquã corpus fuiſſet formatũ,nec aĩa creata. Et iuxta hũc intellectum dicit hic glo. Melius fuiſſet Iude oĩno nũquã fuiſſe,quã dãnatũ eſſe. Sed poſſet aliqs arguere cõtra glo. Melꝰ eſt eſſe aliqd q̃ nihil,ſed eſſe dãnatũ eſt eſſe aliqd,qa eſſe ſubſtãtiale uel eſſe hoiem,includit ꝙ eſt aliqd bonũ,& nihil eſſe nullũ includit,ergo male dicit. Iſtã rõnẽ faciũt multi,ſed nihil ualet. Pro rñſione ponat talis caſus,Quid eſſet melius,uel nihil hĩe in hoc mũdo,uel hĩe unũ caſtrũ ꝙ ualet

quolibet anno mille florenos de reddit⁹ ſed oportet ſoluere ꝑ illo caſtro cē tū milia florenorum quolibet anno de redditibus ſub pena mortis. Simp̄r loquēdo, meli⁹ eſt hīe caſtrū, q̄ nihil hīe, ſed multo melius eſt nihil hīe, q̄ hīe caſtrū cū tali onere & obligatione. Itē ſim p̄r loquēdo aliqd eſſe meli⁹ eſt q̄ nihil eſſe, ſed eſſe cū tali onere & obligatiōe. ſ. dānatiōis eterne, ſemp eſſe in ira dei, & in pena melius eſt non eſſe, qa multo magis eſt hoc malū eſſe dānatū eternaliter, q̄ iſtud eſſe bonū ſubſtātiale ſolū, & nihil eſſe nō eſt malū, ſed dānatū eſſe eſt maius malū ꝙ pōt eſſe. Propter hoc xp̄s dixit de Iuda dānādo, Bonū erat ei. Nota bonū, ꝓpter priuationē mali, culpe & pene &c. Et cōcordat ſcriptu. di. Melior eſt mors q̄ uita amara, & reqes eterna q̄ lāguor pteuerās. Eccl. xxx. No. melior eſt mors, q̄. ſ. dat nō eſſe, q̄ uita amara. ſ. dānatorū & reqes eterna. Nō loquitur hic de reqe glie, ſed loquit iuxta philoſophum, q dicit ꝙ qes eſt ceſſatio uel priuatio motus, iō reqes eterna. i. nō eſſe ꝙ eſt ceſſatio penarū, iō meli⁹ eſt nō eſſe quā languor pteuerās, iō dicit btūs. Io. ꝙ dānati deſiderāt mortē & appetūt nō eſſe, ſed nō p̄nt mori. In diebus illis querēt hoīes mortē & non inuenīēt eā, & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis. Apoca. ix. Moraliter hic notate ex quo tam dura & aſpera pena inferni eſt, caueatis pro tempore ne uadatis eo, qa in uoluntate ueſtra conſiſtit propter liberū arbitriū, quod non cogitur a deo ad hoc uel ad illud. Eccleſia. xv. Deus ab initio conſtituit hominem & reliquit eum in manu conſilij ſui. Si dicatur, Ergo omnes ad paradiſum ibimus, qa oēs uolunt ire, igitur. Reſponſio, ꝙ mentimini per medium gule, qa licet dicatis ore ꝙ uultis paradiſum, tamē ope aliud facitis & dicitis. Sic uiator qui dicit ſe ire Argentiuā uerbo, tamē facto recipit uiam Colonie, talis mentit & truffat. Itē ſuperbus ſe dicit ire ad paradiſum, tū de facto recipit uiam inferni. Idem poteſt dici de alijs peccatis. Ideo Eſa. xxx. Hec uia. ſ. paradiſi eſt humilitas uel mīa &c. ambulate ī ea, & nō declinetis ad dexterā neq; ad ſiniſtram. Iudas aūt ex peccato auaritie iuit ad infernū, qa ex auaritia uendidit Chriſtū, ut auari, uſurarij, fimoniaci, fures &c. Dicit enim Iudas, Quid uultis mihi dare, & ego nobis eū tradā? Secunda natiuitas eſt de productione exteriori. Et iſta eſt magis cōis & uſitata. Exēplum q̄n nucleus extra terrā apparet uiſibiliter, tūc dicit eſſe nat⁹. Idē de muliere poſtquā peperit, dicit, nat⁹ eſt filius. Ioā. xvj. Mulier cum peperit puerū, iam non meminit preſſure ꝓpter gaudiū, qa natus eſt hō in mūdū. Nō dicit in uterū, qa iā eſt extra. Si de hac natiuitate uolumus loqui, etiā uerum eſt thema. Bonū eſt ei. ſ. Iude ſi natus non fuiſſet. ſ. in mūdū, qa melius fuiſſet ſibi ſi mortus fuiſſet in utero matris, qa tunc ſolū habuiſſet pctū originale. Et eſt doctrina theologie in. ij. ſen. diſt. xxxiij. q. ij. ar. j. ꝙ pro peccato originali dat mitiſsima pena, qa ſolum hūt penam damni. ſ. non uidere deum, ſed non hūt penā ſenſus, imo dicit Sanctus Tho. in. ij. ſen. diſt. xxxij. q. ij. ar. ij. ꝙ illi pueri qui decedunt ſolum cū peccato originali hūt magnas conſolationes ad inuicem, diſputando intra ſe de philoſophia, quam ſciunt magis quā philoſophi ſciuerunt in hoc mundo, nec triſtantur, nec diſplicet eis, quia non hūt paradiſum. Sicut bubulcus nō triſtatur, quia non eſt rex Romanorū, qa bū ſcit ꝙ ſibi nō cōpetit, nec tu triſtaris ꝙ non habes alas ad uolandum, quia nō competit tibi uolare ſicut aquile. Sic etiam illi pueri nō triſtantur ꝙ non habent regnū dei, quia ſciunt ꝙ non debeī eis, quia ſi triſtarētur iā haberēt penā ſenſus. Ideo bonū fuiſſet Iude ꝙ nūquā fuiſſet natus in hoc mūdo, ſed ꝙ in utero matris fuiſſet mortuus, quia tunc ſolum cum peccato originali deceſsiſſet. Ideo modo fuiſſet cum illis pueris filijs Chriſtianorū, Iudeorū, & Agarenorū, q moriuntur cū ſolo peccato originali. Dic quō pctū originale nō eſt peccatū factum a creatura, ſed receptum ſicut de imagine auri uel

uel argenti q̄ cadit in luto, ita anima eſt ad imaginē dei facta, ut ponatur in tēplo glorie, ſed cadit in luto carnalis gnationis, quia ſi faceret deus hominē aliter, non haberet peccatū originale. Et iō quia non eſt peccatum factum a creatura, nō dat deus creature penam ſenſibilem ex illo peccato ſolo. Sed nunq̄ uidebit deū ex quo morit cū illa macula, licet poſſet uenire uſq; ad portā paradiſi que tendo ingreſſum, quia nunquam fecit aliud peccatū. Et reſpōdet xp̄s, Reſpicias maculam quā portas. Rñdebit, Dñe ego non feci. Ad quā xp̄s, ideo nō do tibi penā ſenſualē, ſed quia habes maculā, uadas ad limbū cum alijs. Vel ſi uis dic ſimiliter dinem de rege qui cōmittit militi caſtrū fortiſsimū & inexpugnabile, q tanq̄ proditor tradidit caſtrū inimico regis. Prius aūt rex nō uult occidere militem proditorē, licet poſsit, ſed iurat ꝙ nunquā aliquis de ſuo genere intrabit ſuam curiam. Et ita ſeruat. Si dicat, In quo demeruerunt filij militis nondum concepti, nati nec geniti? Reſponſio, ꝙ ſunt ſi lij proditoris. Sed quia nunquā fecerūt aliquid mali, ideo rex non facit aliquid penale, ſed non uult eos in ſua curia. Sic deus in principio mundi caſtrum forte & inexpugnabile paradiſū terreſtris, qd ſecūdum Bedā aſcēdit uſq; ad celum lune, militi Ade & Eue uxori ſue cōmiſit ut cuſtodirēt illud. Geñ. ij. Poſuit de⁹ hominē in paradiſo uoluptatis, ut operaretur & cuſtodiret illum. Et in illa eadem die tradiderunt ipſum diabolo inimico dei conſentiendo pctō, propter ꝙ deus iurauit ꝙ filij Ade nunquā intrarent cutiā, nec regnum. Vnde de hoc autoritas, Ipſi uero non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. p̄s. xciiij. Si dicatur, Et nunquid nos ſumus filij Ade? Dico qd non. Vnde ante baptiſmum fuimus filij Ade, ſed in baptiſmo facti ſimus filij dei & matris eccleſie. Ideo iam eſt mutata generatio in nobis. Ioan. j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Semen eſt uerbum dei. Luce. viij. Item ſpiritusſanctus inquit Paulus reddit teſtimonium ſpiritui noſtro quod filij dei ſumus. Si filij, & heredes, heredes qdē dei, coheredes aūt xp̄i. Ro. viij. Ideo q morit ante baptiſmū non pōt intrare paradiſum, qa eſt filius Ade & Eue, qbus iuraui in ira mea &c. Sed quia nō fuerunt in ꝓpria ditione, iō nō dat eis penā ſenſus. Iō Iob in p̄ſona dānati dicit, Quare non in uulua mortuus ſum, egreſſus ex utero nō ſtatim perij? Quare excep⁹ genib⁹, cur lactat⁹ uberibus, nūc eī dormiēs ſilerē. Iob. iij. Nota ſilerē. ſ. cum alijs pueris in limbo, quia ī inferno dānatorū nō eſt ſilētiū, ſed tumultus & clamores pp dolores. Mora fr. nota, illi pueri cum ſolo pctō originali decedētes & in limbo exiſtētes ex una pte regratiant deo, quia ſunt liberati de penis inferni, & ex alia pte q̄n uidēt gloriā beatorū cōquerunt deo, & clamāt dicēdo accuſationes ſeptem. Primo cōtra p̄em uel mīem, ſi ex culpa eorum ſunt mortui ſine baptiſmo, qa aliq̄ male tractāt ſuas uxores, uel uerberāt, iō faciunt abortiuū, uel ꝓles moriunt abſq; baptiſmo. Iō petūt iuſtitiā a deo. Secūdo, clamāt cōtra mīes ſtultas, que q̄n ſentiūt ſe grauidas, & bū p̄nt cognoſcere infra mēſem, debēt cū magna diligētia cuſtodire theſaurū eis cōmiſſum, ne pdat taltādo, eqtādo, & nō currāt tanq̄ ſtulte &c. Tertio, clamāt contra uiduas, uel moniales, uel puellas ſeu ēt maritatas q̄ cōcipiunt nō de uiris ꝓprijs, ergo interficiūt ꝓles ne cōfundant, recipiendo medicinas ut occidāt ꝓles &c. Quarto, petunt iuſtitiā de oībus q cōſenſerūt in morte eorū. ſ. de medicis & apothecarijs. Nota illud ꝙ dixit medic⁹ regis cuidā moniali petēti, qd faceret ne cōciperet, rñdit ꝙ nō coniugeret ſe uiro. Si ſacerdos cōſentit in morte illorū, eſt irregularis. Quinto clamāt contra mulieres mīes q̄ poſt ptū ſtant diu ad baptizandū, & interim opprimūt uel ſuffocant creaturā cū ubere groſſo. Dic modum lactādi. Sexto accuſant ſacerdotes uel laicos qui in periculo poſſunt baptizare, ſi errant uel mutāt baptiſmū, oūde hic formam baptizandi.

di. Septima accusatio est, qñ xpianus dormit cũ Iudea uel Agarena, & cõcipit, & parit, & remãsit filius cũ filia infideli, qa pater nõ curat. Tales resurgẽt in die iudicij in etate.xxx.annorũ, & cognoscẽt parẽtes & petent iustitiã a Deo. ideo caueatis. Tũc damnati faciẽt planctum di. quare de uulua egressus sum? Qui utinã consumptus essem ne &c. Iob.x. Tertia natiuitas est de adoptione superiori. Et ista fit in baptismo, in quo creatura adoptatur & legitimaf, ut cõsequaf hereditatem paradisi, qa nõ ex prima natiuitate, nec ex secũda acquirit ius habẽdi paradisum, sed solũ ex ista tertia natiuitate. de qua dicit xps, Amen amẽ dico uobis, nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nõ põt introire in regnũ Dei. Io. iij. De ista natiuitate est thema, Bonum erat ei &c. i. si nũquã fuisset baptizatus, ĩ quo a xpo fuit adoptatus in filiũ. Ió propter ingratitudinẽ de tãta gfa a xpo sibi facta, bonũ fuisset ei si non fuisset a xpo baptizat⁹, qa ex hoc habet maiorẽ penã, qa qñ uita xpiani est mala, maiorẽ penã dãnationis habet quã ifidelis, q nõ baptizatus fuit. Nota ad hoc miraculũ qd legitur in uitis patrũ & liber est approbatus ex decreto Gelasij pape, de beato Machario, qui eundo per desertũ inuenit antiquissimũ caput cuiusdã mortui, & quia persone spũales statim cogitant spũalia, secus de psonis carnalibus, sic ille cogitauit de anima illius capitis di. Si scire p aĩa huius esset in paradiso, tenerẽ caput istud pro reliquiis, si in purgatorio, orarẽ pro ipsa, si in inferno, uellẽ scire pro quo peccato est. Et dũ ista cogitaret subito anima fuit in capite & locuta fuit sibi di. Queras, qa ego rñdebo tibi. Tũc Macharius interrogauit eã di. Cuius cõditionis fuerat, utrũ xpianus an paganus? Rñdit p fuit paganus. Interrogatus in quo loco erat? Rndit p in inferno eternaliter dãnatus. Et erat profundius ĩ inferno q̃ a celo usq; ad terrã. Hoc nõ intelligif p distãtiã localẽ, sed p immẽsibilitatẽ, seu immẽsitatẽ penalẽ. Interrogatus utrũ erant aliq profundiores? Rñdit p ita Iudei. Rõ, qa habuerũt scripturas & prophetas, & nõ crediderũt. Interrogatus utrũ erãt aliq ꝑfundiores Iudeis. Rñdit p sic, mali xpiani & reprobi, qui tantas receperunt a Deo gfas, & tñ Deũ malis operibus negauerũt & blasphemauerũt. Ideo ex ĩgratitudine sunt profundiores. Notate hic bene ad propositum quõ peccatũ ingratitudinis Iude est magnum. Cũ enim Iudas recepisset a Deo tot gratias, tñ eũ uendidit. Primo, qa sibi remisit omnia peccata a pena & culpa, remisit sibi mortẽ filij regis Scarioth, & mortẽ patris sui quẽ occidit, & incestum matris quã duxerat in uxorẽ, ut habet in historiis. Itẽ declarauit sibi scientiam ad predicãdum, & potentiã faciendi miracula, & fecit ipsum discipulũ suũ, & Apostolũ procuratorẽ societatis sue baptizauerat eũ, & ipsum cõmunicauit cũ aliis. Omnes iste gfe assignãt sibi penã. Ideo bonũ erat ei si natus. i. baptizatus nõ fuisset. Et cõcordat propheta Dauid in persona xpi di. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;. Et si is qui oderat me sup me magna locutus fuisset, abscondissẽ me forsitã ab eo. Tu uero homo unanimis dux meus & notus meus. Qui mecũ dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum cõsensu. Veniat mors super illos, & descendant in infernũ uiuẽtes &c. ps. liij. q.d. In hoc mũdo nõ est aliqua pena sibi sufficiens. Moraliter super hoc, Mecum dulces capiebas cibos. Nota de communione ad quã omnes tenẽtur pueri etiã xij. uel xiiij. annorũ ĩ die pasche. De quo die dicit Apostolus, Pascha nostrum immolatus est xps. Itaq; epulemur. s. communicãdo. Dicunt aliqui. Nũqd melius esset cõmunicare in die iouis sancta in qua hoc sacramentũ fuit institutũ, & adhuc homo est in penitentia? Rñdeo, p decretalis dicit in pascha, qa tunc debemus communicare, licet nõ dicat in die pasche. Sed p intelligif de die pasche patet per euidentiã facti, quia papa qui fecit decretalẽ de facto opere declarat p illa decretalis intelligit ꝛ de die pasche, quia

quia in die pasche consecrat plures hostias ĩ pelui de auro. Q̃ũ sicut uox mea uocat in omnibus auribꝰ uestris, ita uerbum Dei patris in quãlibet hostiã consecratã. Et illa die papa cõmunicat manibus suis omnes qui uenerũt ad eum. Hoc opus declarat quõ papa intellexit decretalem illam. Nota etiã de litera cardinalis missa in quisitori, q̃ dicit hoc idem qd supra, qd intelligif de die pasche. Itẽ ad hoc est similitudo de rege q in bello cãpali habet uictoriã, quia illa die uictorie uult intrare castrũ uel ciuitatẽ quam tenebat obsessam. Idẽ de rege xpo, qui in die pasche cum uictoria seruauit seu tenuit campũ, quẽ intrauerat in die parasceues. Ideo illo die uult intrare castrũ suũ, hoc est in animã tuã. Honor est xpi, sed utilitas est tua. Ideo in die pasche cõmunicetis, nisi de consilio cõfessoris sit abstinẽdum ex aliqua causa rationabili. Sed nullus propria autoritate debet hoc mutare, nec dimittere quin cõmunicet in die pasche, ad rationẽ mulierum dicentium q in die pasche habent ornare &c. Hec ratio ualet, nisi intelligatis q in die pasche facietis ornamẽta in peccato mortali, quia in tali casu nec in die iouis sancta, nec in die pasche debetis cõmunicare, quia estis in peccato mortali, ex quo habetis uoluntatẽ peccandi. Sed si ornatus sit absq; peccato mortali, quia quilibet secũdum statũ suũ potest se ornare modeste, cogitãdo q sicut sacerdotes ornãt & ꝑparãt altaria, sic & uos isto respectu potestis ornare & ꝑparare corpus uestrũ tanquã altare xpi. Illi aũt qui indigne cõmunicãt, ut Iudas, qui statim postquã cõmunicauit, xpm tradidit. Itẽ ingrati cũ Iuda dãnabunt. j. Cor. xj. Qui mãducat & bibit indigne, iudiciũ sibi. s. dãnationis, mãducat & bibit, nõ diiudicãs. i. discernẽs corpus dñi ab aliis cibis.

Feria. iiij. post palmarum. Sermo. j.

DOmine memento mei dum ueneris in regnũ tuum. Luc. xxiij. Sermo hesternus fuit de iusta damnatione Iude, hodie sermo erit de iusta saluatione latronis. Heri fuit sermo de causa instrumẽtali passionis xpi, q̃ fuit Iudas proditor. Hodie uero erit de causa finali passionis xpi, q̃ fuit ut omnes homines qui erãt in terra nati & nutriti & conseruati haberent gloriã paradisi. Sed primo salutef uirgo Maria. Dñe memẽto &c. Verbũ propositũ pro fundamẽto nostri sermonis est quedã oratio quã fecit latro, sed est magne efficacie. Et ut uideatis & intelligatis efficaciã huius sermonis, sciẽdum q oratio que est Deo magis placẽs & gratiosa, & homini magis cõueniens & proficua, est q homo petat regnũ Dei. Ratio est duplex. Prima ratio, qa talis petitio cõcordat cũ ordinatione finali propter quã Deus creauit hominẽ. Causa finalis propter quã Deus creauit hominem, est ut habeat gloriã paradisi & reparef ruina angelorũ. Vide sup hoc magistratũ sententiarum in. ij. dist. j. Quare Deus uoluit formare hominẽ? Non fecit nos ut remaneremus in hoc mũdo finaliter, sed ut ueniamus ad gloriã paradisi. Nec aliqs põt homini auferre hanc finẽ nisi peccatũ mortale, nõ paupertas, nõ diuitie, nec dolor, nec miseria, nec sanitas, nec infirmitas, sed solum peccatũ mortale. Ideo dicet xps in die iudicij illis qui erũt sine peccato, Venite benedicti patris mei percipite paratũ uobis regnũ a constitutione mũdi. Matt. xxv. Non benedicti, quia peccatũ mortale facit hominẽ maledictũ, a constitutione mũdi. i. creatione, uel ordinatione. Et tunc intelligif sic, a cõstitutione. i. eternali ordinatiõe. Ecce est hec causa finalis, quare Deus fecit hominem, ideo petere regnũ Dei multũ placet Deo, qa & conuenit & concordat cũ diuina ordinatione. Secũda rõ est, quia talis petitio includit & presupponit omnẽ aliã petitionẽ. Bona petitio est petere humilitatẽ, castitatem, uel mĩam Dei, sed omnes iste includunt in petitione regni Dei, in qd non intrãt superbi, nec auarí, nec peccatores &c. nisi faciãt penitẽtiã, nec infideles nisi cõuertant. kẽ bonũ est petere perseuerantiam

rantiã finalem in bona uita, sed tamẽ illa includit in petitione regni Dei, qa non dat nisi pseuerantibus in bona uita. Ideo xps, Luc. xij. & Mat. vj. Primũ querite regnũ Dei & iustitiã eius. Patet ergo dupliciter rõne qp ppria petitio Deo magis gratiosa, & homini proficuosa est petere regnũ Dei. Ideo latro ille qui erat crucifixus ad dexterã xpi, nõ petiit a xpo liberationẽ corporis, nec uindictã inimicorum, sed petiit regnũ celorũ dicẽs, Dñe memẽto mei &c. Et illa pua oratio fuit tãte efficacie, qp obtinuit regnũ celorũ. Nõ legitur qp latro ille unquã fecit aliqd bonũ, nec ieiunia, nec eleemosynas, nec pegrinationes, nec ofones, nisi solũ istã puã ofonẽ, ex qua obtinuit saluationẽ. Patet thema. Nota qp ĩ sacra scriptura iueniunt tresmodi habẽdi regnũ celorũ.

Quidã emũt regnũ celorũ rigorose.

Quidam furantur secrete.

Quidam inueniunt a casu.

Et hoc tertio mõ habuit ipsum latro qui in uia inuenit regnũ Dei, qñ dixit xpo, Dñe &c. Dico primo qp quidã emũt regnũ Dei rigorose, ut dãdo preciũ iustũ. Isto modo habuerũt regnum Dei sancti martyres, q propter hoc sustinuerũt pse cutiones, tribulationes, tormẽta, & finaliter mortẽ. Isti dederũt preciũ iustum. Nõ tũ intelligatis qp martyriũ sit preciũ iustũ per equalitatẽ uel equiparantiam, sed proportionẽ & conuenientiã, quia nullũ genus penarũ martyrũ esset iustũ preciũ, nec pro una sola hora essendi in paradiso, tãta est excellentia huius glorie. Iõ Apostolus qui illã gloriã uidit dicebat, Nõ sunt cõdigne passiones huius tẽporis ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Rom. viij. Nõ sunt cõdigne sci licet, per equalitatẽ uel equiparãtiã sed sunt cõdigne per proportionẽ uel cõuenientiã, qm̃ ex quo psona dat pro Deo maiora bona mundi. s. bona tẽporalia & corporalia, corpus & uitã sicut fecerunt sancti martyres, ideo iterũ est cõueniẽs ut Deus det illi maiora bona que sunt in alio mũdo. s. regnũ celeste. Ista est ꝓportio & conuenientia. q. d. xps, Da mihi illud qd̃ habes secũdum potentiã tuam, & ego dabo tibi qd̃ habeo secũdum meam magnificentiã. De hac proportione, siue iustitia dicit xps, Beati q persecutionem patiunt propter iustitiã, qm̃ ipsorũ est regnum celorũ. Matt. v. Et ad literã loquit de martyribus. Et sub isto nomine persecutionẽ, cõprehendit omnes tribulationes & passiones martyrũ. Nota propter iustitiã, xps nõ restringit meritũ nostrum solũ ueritati fidei, sed largo modo q morit pro quacunq; uirtute manutenẽda, martyr efficitur. Nã q̃libet uirtus dicit iustitia. Prouerb. viij. Iusti sunt oẽs sermones mei. i. oẽs uirtutes sunt iustitia. Vñ beatus Ioannes baptista martyr est. Vnde ecclesia. Prepotẽs martyr. & tñ nõ fuit mortuus pro fide manutenẽda, sed pro uirtute castitatis & honestatis. Idẽ de sancta Duilla ancilla cuiusdã militis, de qua tenetur in Calendario in uigilia natiuitatis dñi. Si xps dixisset, Beati q persecutionẽ patiunt propter fidẽ, predicti nõ fuissent martyres. Idem de sancto Tho. de Cantuaria, qui nõ pro fide, sed pro libertate ecclesie manutenenda occisus fuit. & est tñ martyr. Idem de fratre beati Thome de aquino qui in fauorem ecclesie reprehẽdit imperatorem, propter quod fuit occisus & martyr effectus, secũdũ qp reuelatũ fuit beato Thome. Et sic de pluribus aliis. Ecce quare dicit propter iustitiã, & nõ propter fidem. Et concordat alia autoritas q̃ dicit, Si qd patimini propter iustitiã, beati. j. Pet. iij. O quo modo possunt habere multi bonum forũ de paradiso, manutenẽdo iustitiã siue uirtutes. Sed mõ iã uidet completa prophetia Esa. lix. Nõ est qui inuocet iustitiã, neq; est qui iudicet uere, sed cõfidunt in mihilũ & loquunt uanitates. Cõceperũt laborẽ, & peperũt iniqtatẽ. Oua aspidũ ruperũt, & telas aranee texuerũt, nõ est q ĩuocet iustitiã. i. iustitia nõ habet aduocatum, sicut magni domini qui in qualibet uilla uel curia habent suũ aduocatũ, & procuratorẽ pensionatum. i. precio cõductũ, qui diligẽter aduocãt & procurãt pro ipsis ex illa modica pecunia pensione. i. pro modico precio, sed Deus nõ habet aduocatos, nec procuratores in suis negociis, quia non est q inuocet iustitiã. Ratio, qa nõ statim uidẽt pensionẽ. i. preciũ. O benedictus esset il le qui uellet esse procurator & aduocatus xpi cõtra peccata notoria que tãgũt honorem Dei, sed nullus curat, oẽs dormiunt in his que Dei sunt. Sed si aliquid fit cõtra aliquẽ dñm terrenũ, statim ille procurator se erigit & defendit dominũ. O maledicti homines, nõne paradisi gloria maius preciũ est quã totus mundus? & tamẽ si tangunt iura uel redditus dñi, uel possessio dñi, statim aduocatus defendit, sed quãdo tangunt iura diuina, uel redditus. s. in festo tenẽdo forũ, nullus curat nec defendit. Nota oua aspidũ que sunt mortifera, significãt peccata notoria, q̃ sunt mortifera, infra que uenenũ corrũpens & destruens cõmunitatem, sed ista oua franguntur faciendo ordinationes & exclamationes cũ penis cõtra peccata notoria. Sed dixit propheta qp telas aranee texuerũt, que capiũt & retinẽt paruas muscas, sed non magnas aues. Ita ordinationes quas modo facitis, solum capiũt & retinent simplices & pauperes laboratores, sed nõ magnates, ciues & milites, nec barones, immo dicunt rectores, forte quãdo essem extra officiũ istud, darent mihi unã bonã gladiatam. Dic qũo ordinatio debet esse ad instar retis piscatoris, qd̃ cõtrario modo se habet ad telã aranee, quia accipit & retinet magnos pisces, & parui fugiũt. Idẽ debet esse de ordinationibus, qa debent corrigere maiores, & tũc minores retinent sub uirga. Et si ex hoc aliquis de rectoribus persequit, uel occidit, hoc est sa lariũ a Deo promissum ex hoc. Sap. v. Iusti aũt in perpetuum uiuẽt, & apud dñm est merces eorũ. Ideo accipiẽt regnum decoris & dyadema speciei de manu domini Dei sui, qm̃ dextra sua teget eos & in brachio sancto defendet illos. Ecce primus modus habẽdi paradisum. Secũdus modus habẽdi regnũ Dei est furando secrete, qa pium furtũ & benedictũ.

Vnde sciendũ, qp fures siue latrones secrete uadunt ad domũ diuitis ad furandum. Hoc modo habẽt regnũ Dei persone que in hoc mũdo secrete faciũt penitentiã, timentes ut latrones, ne audiantur uel percipiant, uel sint discooperti. Ideo secrete faciunt multa ieiunia, eleemosynas, orationes, & multa alia bona, & extra nihil sentitur. Intus portant cilicium, & extra ostẽdunt pulchras uestes, dormiunt in terra, surgunt in nocte ad orandum. Sic secrete furant regnũ Dei, quia nullus scit bona opera ipsorũ, quousq; sunt in alio mundo. & tũc dicetur, Nũquid ille est talis religiosus? O quan tam penitentiam fecit ille &c. Idem de presbyteris & laicis, de istis dicit Augu. quãdo audiuit famã sanctitatis Antonij, Surgunt indocti & celum rapiũt, & nos cum scientiis nostris ad infernũ demergimur. Nota celũ rapiunt. s. secrete per opera penitentie. Et nos. s. qui dicimus, & nõ facimus. Surgunt, recte tangit modum quẽ tenent latrones quãdo uolunt rapere aliquod castrũ, qui surgũt de nocte, & obseruãt custodes & secrete cũ silentio scalant castrũ quousq; sunt altius, quia tunc clamãt. Ita persone penitentes surgunt de nocte, & secrete scalant castrum paradisi, ascendẽtes per scalã penitentie, cuius gradus sunt opera penitentialia. Vel scala est quedam uirtus, cuius sunt op^{a} illius uirtutis. Verbi gratia, deuotio est una scala cuius gradus sunt ora re, cõtemplari, audire missas, sermones, & cõmunicare &c. Misericordia est alia scala cuius gradus sunt septẽ opera misericordie corporalia, & septẽ spiritualia. Castitas est alia scala cuius gradus sunt gubernatio quinque sensuum, cauere a cõcupiscentus oculorum, ab auditu aurium, de illa materia carnis &c. cauere a mala societate ab occasionibus. Illi ergo qui secrete faciunt ista opera uirtutum, scalant secrete, & cum silentio castrum regni celorum intrant. ideo dicit, surgunt. De hoc Dauid, Beatus uir cuius est auxiliũ abs te, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarum

in loco

in loco quē posuit ps.lxxxiij.Nota exemplum in uitis patrū li. autentico de Eucharisto & uxore sua,q cū quatuor scalis s.uirginitatis,pnīe,deuotionis,& miseri cordie scalabāt paradisum.Iste mod⁹ est bonus pro personis mūdanis, que secrete faciūt suas deuotiones & pnias, sicut sunt uidue domicelle,talibus dicit xps, Nolite timere pusillus grex,qa complacuit pri uestro dare uobis regnū.s.celorū.Luc.xij.Not.si placet,hic dicere circa illud cū dr, Nos cū sciētijs nris ad infernū demergimur. tres cōditiones sciētiarū.s.Nigromantie, Iuris & Theologie. Prima mala de se est, & sunt excōicandi oēs q illā studēt,& practicāt. Secūda est iuris.s.canonū & legum,que de se bone sunt,sed possunt esse male ex mala intētione,qn̄ pro mala uoluntate student & exercent,tūc em̄ peccāt mortaliter,& totū est in pctō,sed debēt ordinare intentionē,ut pro bono cōi & iustitia cōseruāda.Idē de iure canonico. Si studēt ut habeāt beneficia,pctm̄ est,qa finis est mal⁹. Idē si rōne studij dimittūt horas. Theologia est de se optima,sed si mala intentione habet, ut ascendat per hoc studiū supra alios, nihil ualet, quia de scientia facit mortem eternā, qn̄ dicit, Ego ero magister,intāgibilis, sed qn̄ studet ut cognoscat suū creatorē,talē ducit tale studiū ad gloriā. Ideo Aps Heb. vlti.Doctrinis uarijs & peregrinis nolite abduci.subdit,optimum est gra stabilire cor. Tertius modus est habēdi regnū a casu, quēadmodū bursa cū pecunijs inuenit a casu in uia,quia nō cogitauerūt de ipso, nec petūt ipsum, nec forte ip̄m credūt, sicut sunt illi hoīes qui uiuūt in peccatis & uitijs in tota iuuētute,& in senectute,& qn̄ sunt circa portam inferni,Deus dat eis tātā cōtritionē & dolorē de peccatis,q inueniūt paradisum.Hoc modo ille latro inuenit paradisum, q semp tenuerat malā uitā. De quo dicit Leo papa,q nunq̄ fecerat aliqd bonum,sed qn̄ fuit circa portā inferni,qa iā erat crucifixus,& debebat mori, habuit tātā cōtritionē qd uix potuit form are uerba,Domine memento mei &c. cui rn̄dit xps, Amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Ecce qūo a casu inuenit paradisum.De quo nunq̄ curauerat nec crediderat.No.hic humilitatē latronis in petēdo,& largitatē xpi in dādo.Latro non petijt regnū celorū, qa se nō reputab⁹ at dignū expctis,sed petijt,Dne memento &c.& sicut sum soci⁹ tuus hic in patibulo,ita sim socius illorū q erūt a dextera tua in iudicio. No. dū ueneris in regnū tuū.Nō assignat certū tps qn̄.q.d.in iudicio recipiatis me in regnū uestrum.Sed ecce largitas xpi, Amē dico &c.& dimisit sibi oīa pctā,q̄tū ad culpā,& q̄tū ad penā. Tn̄ nō intrauit statim in paradisum celestē,nec terrestrem, imo descēdit in limbū ubi uidit diuinā essentiā,& habuit paradisum essentialr q est uidere Deū. Moralr credo q̄ qlibet ufm isto modo uellet hre paradisum inuemēdo ip̄m,nō curādo de bona uita, nec de pnia,sed uiuere ad libitū,dicēdo,sicut Deus peperecit latroni,sic & mihi. Nota qūo in tota scriptura nō legit de aliquo,q̄ male uixerit & bonū finē habuerit,nisi de latrone.Ratio quā assignant doctores aliqui deuoti,quare latro q erat suspēsus a dextris xpi,fuit cōuersus,& nō ille qui erat a sinistris fuit umbra brachij xpi, que ip̄m tetigit, dic qūo crux xpi erat altior ac si xps fuisset capitaneus latronū, q̄ umbra fuit tante uirtutis,q̄ ipsum illuminauit. Nec mirū si umbra Petri erat tāte uirtutis q̄ sanabat infirmos, ut legitur Act.v. Ideo p locū a minori arguēdo &c.Est tū prophetia ad hoc. Osee.xiiij.Sedētes in umbra eius uiuēs. Sumus ergo stulti,qa hoc miraculū solū semel fuit factum, & nos cogitamus & nobis euenire, multa alia miracula legunt de xpo, sed de ista materia nō legit nisi istud. Ideo caueatis uobis ne accidat uobis sicut militi stulto.Dic parabolā de rege q edificauit nobilē ciuitatē,quā uoluit populare solū de psonis generosis, q fecit pconizari,q̄ cuiq; generoso ueniēti in ciuitate habitare uolēti ipse daret sibi pulchram domū & bonā ,puisionē,duo milites scij audita preconizatione uoluerūt ire ad dictā ciuitatē ad habitādū. Vnus paruit se bene & ornauit se & recepit sibi necessaria pro itinere. Alius noluit aliquid recipere ,p expēsis, sperās & cōfidēs q̄ in uia inueniret bursam plenā pecunijs.Cui dixit alter,Nō cōfidas de hoc quia rarissime cōtingit inuenire bursam cū pecunia in uia,sed ille nō curabat uerba istius.unde postea in uia habuit uēde re equū & uestes &c.Nunquid iudicatis ipsum fuisse stultū? uere sic stultus fuit. Hic rex potētissimus est dns noster Iesus xps,q est rex regū,& dns dnantiū. Apoc. xix.q edificauit nobilē ciuitatē paradisi. De qua Dauid. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.ps.lxxxvj. quā uult populare solū de personis nobilibus.s.de sanctis, iustis & bonis,& de hac fecit legē & preconizationē. Precones fuerunt Apli & predicatores.Duo milites sunt duo status gentiū.s.eccliasticorū & laicorū, qui uadūt ad paradisum. Quorū unus portat secū & recipit expensas pro uia.s.x.florenos.i.obseruantiā decē preceptorū, uel xij.florenos.i.xij. opa pnialia que sufficiūt ,p uia. Primū est pctorum cognitio. secundū cordis cōtritio. tertiū emēdandi ,ppositū.quartū male societatis uitatio.quintū oris cōfessio.sextū corporis afflictio.septimū humilis oro. octauum eleemosynarū largitio. nonū debitorū restitutio.decimū iniuriarū remissio.undecimū fame reparatio. duodecimū eucharistie cōio. Qui has pecunias habet in bursa cōscientie, tali dicit rex in porta ciuitatis,Euge serue bone & fidelis intra in gaudium dni tui.Mat.xxv. Alius q non uult recipere pnīam, dicendo,sicut De⁹ pepercit latroni ita mihi,qa & De⁹ misericors est nūc sicut tunc &c.Hoc est dicere, nō curo de expēsis,& ego inueniā bursam &c.s.mīam Dei. Sed nō sem per inuenit ita,cui dicit xps in porta ciuitatis,Seruū inutilē ejcite in tenebras exteriores,ibi erit flet⁹ & stridor dētiū. Mat.xxv.Si dicitur religioso iuueni quo itis?Rndet,ad paradisum,& qn̄ queritur portatis expēsas?statim rn̄det,qn̄ ero senex inueniā bursam plenā.Itē de presbytero & laico.Faciamus ergo opera bona xpiani,alⁱs nō intrabimus. Mat.vij. Non oīs qui dicit mihi dne dne,intrabit in regnū celorū.Ergo dum tempus habemus operemur bonum.Gal.vj.

Feria.iiij.post palmarum. Sermo.ij.

PRopter scelus populi mei percussi eum. Esa. liij. In presenti sermone uolo declarare aliquas utilitates passionis xpi, quia hoc requirit tēpus & thema ,ppositum. Pro huius uerbi declaratione & materie predicāde introductione sciēdū q̄ regula est gnalis & certa & uera in scta theologia,q̄ oīa mala pene sunt a Deo.Sec⁹ de malis culpe,qa Deus nō pōt peccare, sed oīa mala penalia facit Deus,sicut infirmitates,dolores,tribulationes,mortalitates &c.Quicquid est ergo pene,est a Deo, & quicqd ibi est culpe,est a creatura. Et rō quare mala pene sunt a Deo pro nra utilitate ad sanādū & curādum aīas nras.Nō credatis,nec intelligatis,q̄ Deus letet uel gaudeat de nris malis penalib⁹, sicut nec medicus letatur qn̄ dat purgationem amarā,sic nec Deus qn̄ dat dolorosas penas, seu purgationes amaras infirmitatū. Ideo oportet sustinere patiēter,quia sic sanātur uulnera peccatorū.Dic cōtra illos qui impatiēter suscipiūt mala penalia, ideo nō curātur, sed dānant a Deo, ,ppter eorū impatientiā & murmur cōtra Deū.De quo dicit Esa. in persona Dei.Ego dns, & non est alter formās lucē,& creās tenebras,faciēs pacē & creās malū. Ego dns faciēs omnia hec.Esa.xlv. Itē Amos.iij.Si erit malum in ciuitate qd dns nō fecerit,interrogatiue,q.d.nō. Itē eccli.xj.Bona & mala uita & mors,paupertas & honestas a Deo sunt.Ex ista rnsione sancte psone que habēt aliqd malū pene, cōfortando se totū Deo attribuūt, ut patet Iob.j.q postq̄ oīa bona sua pdidit, consolādo seipsum dixit, Dns dedit, dns abstulit,sicut dno placuit ita factū est. Cū tn̄ dicit textus q̄ illa mala fecerunt Sathanas & inimici

Universidad de Sevilla
Biblioteca

Iob, qđ totum attribuebat Deo, sciēs q̄ oīa mala sunt a Deo, qa diabolus & inimici solū erāt cause instrumētales. Idem debetis nos facere in ūris tribulationibus, cōgitādo qūo sunt a Deo iste tribulationes, pctā uero & defectus sunt a nobis, ideo de illis debemus dolere & tristari. Ad ꝓpositū de passione xp̄i cōsideranda sunt duo. s. culpa & pena. Culpa fuit Iude ꝓditoris, Iudeorū & Pilati, sed pēa fuit a Deo ꝓ medicina pctōrum nr̄orū. Hoc dicit Deus nr̄ in themate. Propter scelus pp̄li mei. s. sanandū, pcussi eū, patet thema. Et qūo passio xp̄i quātū ad pnā fuit ordinata a Deo patre, inueni in sacra scriptura, q̄ passio Christi est optima medicina cōtra pctā, iuxta tres species medicine quas medici faciunt. s.

Medicina curatiua.
Medicina confortatiua.
Medicina preseruatiua.

Et pro qualibet istarū dicit thema, Propter scelus populi. Quātū ad primū dico quod passio xp̄i fuit medicina curatiua pctōrum nr̄orū. qa secundū doctrinam Augustini nunq̄ ante passionē xp̄i, nec post, fuit aliqs curatus a pctis nisi ex passione xp̄i. Si dicat & qūo ante qa nondū erat facta? Rñdeo qđ sicut mō passio xp̄i sanat a pctis ex fide quā habemus de passione xp̄i facta, sic antiqtus saluabantur a pctis ex fide passionis xp̄i faciēda. Quod notat Mat. xxj. ubi legit q̄ q preibāt, scilicet ante xp̄m, & q sequebant, oēs clamabant, Osanna filio Dauid. Qui preibant ut Adā, Noe, Abrā &c. & qui sequebant ut nos oēs, habemus saluationē & sanitatē a passione xp̄i. De hac nota figurā Nume. xj. De serpente eneo facto a Moyse de mādato dñi Dei pro medicina curatiua a morsibus. In quo patet q̄ Iudei ante passionē p mille & quingētos annos iā adorabāt crucē. Quia a serpēte qui tentauit Euam pctā hūc mūdū intrauerūt. Et morsus illorū serpētū in deserto figurabat morsus tētationū demonū. Ideo si aliqs sentit se morderi a serpēte Leuiathā per superbiā, pompā &c. si nult curari, respiciat xp̄m oculis mētis humiliter in cruce pendētem. Isto modo curabit a plaga superbie. iuxta illud Phil. ij. Hoc sentite in uobis qđ & in xp̄o Iesu. s. fuit. Idē de serpente Māmona per auaritiā, respice xp̄m nudū & pauperem in cruce pendētē. Ideo dicit Michee. j. Super hāc plangā & ululabo, uadā spoliatus & nudus. Super hoc facto. s. passionis xp̄i plāgam. s. auaritiā meā, ululabo. s. restituendo, & per cōsequens incedā spoliatus & nudus. Idē de morsu serpētis Asmodei p luxuriā, respice xp̄m cruētatum in cruce pendentē. Esa. j. A planta pedis usq; ad uerticem non est in eo sanitas. Et dices, Dñe nolo delectatiōes in corpore meo, quia uos dñe pro me tot dolores sustinuistis in corpore uestro. Idē de morsu serpentis Beelphegor per gulam, respice xp̄m in cruce pendentē qūo fuit passus sitim, & qualiter fuit felle & aceto potatus. Idē de morsu serpentis Baalberith p iram, respice xp̄m in cruce pendentem qūo orauit pro crucifixoribus di. Pater ignosce illis quia nesciūt qd faciunt. Idē de serpente Astaroth p acidiam, aspice xp̄m in cruce quantā habuit diligentiā in oratione quā fecit, quia decē ps. dixit, ut dicit Hiero. s. cl. uersus. Ergo inspice serpentem eneum, ideſt xp̄m. Qñ sicut serpēs eneus habebat formā serpentis, & nullū habebat uenenum, sic xp̄s est homo uerus, sed nō habuit uenenū pctī, quia uenit in similitudine carnis, sed nō in carne peccati. Idē de peccato inuidie respice xp̄m in cruce pendentē propter charitatē & amorem nostrū. Ideo dicit ipse, Hoc est preceptū meū, ut diligatis inuicē sicut dilexi uos. Ioā. xv. Ecce qūo passio xp̄i est medicina curatiua peccatorū nostrorum. Autoritas Ioā. iij. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hoīs, ut oīs qui credit in ipsum nō pereat, sed habeat uitā eternā. Et. j. Pet. iij. Xp̄s semel pro peccatis nr̄is, scilicet curandis, mortuus est. Ideo dicit Deus pater in the. Propter scelus &c. Dico secūdo, q̄ passio xp̄i est medicina confortatiua. Quoniā sicut boni medici dāt medicinas ad cōfortandum sanos,

sanos, sic passio xp̄i nō solū est infirmis ex peccatis medicina curatiua, sed etiā sanis. i. iustis, bonis & perfectis personis medicina cōfortatiua, ut sint fortes contra tētationes. De hac nota figurā. Exo. xv. ubi legitur de aquis Marath, de quibus cū nō possent bibere filij Israel propter amaritudinē, Moyses orauit dñm. Qui ostendit sibi lignū, dicens q̄ ipsum mitteret in aquas. Quod cū misisset in aquas, in dulcedinē uerse sunt. Dicit textus, quod figura fuit passionis xp̄i, quia aque Marath. i. amare, sunt tribulatiōes mūdi huius, miserie, infirmitates, tētationes &c. Lignum dulcorās istas aquas est lignū crucis, qđ mittit in aquas tribulationū, per memoriā passionis xp̄i cogitādo tribulationes, dolores & miserias quas xp̄s sustinuit in sua passione. Isto modo sustinebitis dulciter amaritudines & tribulationes. Vnde dicit Grego. Si passionē dñi ad memoriā reuocem⁹, nihil est tam durum & amarum qđ non equo aīo toleremus. Ideo sicut passio xp̄i est medicina curatiua septē peccatorū mortaliū, ita est medicina cōfortatiua septem uirtutū. Primo uirtutis fidei, cogitādo qūo in xp̄i passione sol obscuratus fuit, & terra tremuit, & petre scisse sunt, qualiter creature insensibiles testate sunt xp̄m esse uerū Deū & hoīem. Isto modo uirtus fidei cōfortatur in corde. hoc modo confortatus fuit Cēturio qñ dixit, Vere hic homo filiꝰ Dei erat. Mar. xv. Secūdo uirtus spei isto modo. Si xp̄s tantum fecit, tanta passus fuit ut saluaret nos, ideo possum secure sperare, si uolo facere penitētiā de pctis q̄ remittet mihi peccata, & dabit mihi gratiam in presenti, & gloriā in futuro. Ro. viij. Qui ꝓprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo nō etiam cū illo oīa nobis donauit? Sic confortatur uirtus spei. Tertio, uirtus charitatis cogitādo q̄ xp̄s a nobis debet amari, q tāta pro nobis uoluit pati. Cogitate si aliqs uestrū esset in carceratus & ad mortē iam sententiatus, si per aliquē esset liberatus, q̄tum illū semp diligeret, q̄diu uiueret. Sic oēs nos eramus in carcere peccati detenti, & ad mortē & furcā inferni sententiati. Sed uenit amicus noster xp̄s q nos liberauit, quia ipse solus uoluit suspēdi, ne aliquis sibi credēs & obediens suspenderet in furca inferni. Ideo Ber. Sup oīa reddit te mihi amabilē, o xp̄e, calix passionis quem bibisti, opus nostre redēptionis. Quarto, cōfortantur quatuor uirtutes cardinales. Primo prudētia, cogitando qūo xp̄s prudēter uoluit redimere mundū, quia licet essent alij modi infiniti ad redimendū, tñ uoluit seruare modū prudentie, ut sicut totū malum generis humani uenit a muliere uirgine despōsata, p malū angelū informata, fructu uetito satiata, sic uoluit xp̄s q̄ totū bonū humani generis uenireta muliere uirgine despōsata, ab angelo salutata & informata. Ideo cantat ecclesia, Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars ut artem falleret &c. Et construit sic, Ordo nr̄e salutis opus hoc depoposcerat, ut ars. i. prudētia xp̄i, artem. i. prudentiam diaboli multiformis proditoris falleret. Quinto confortat iustitia. Arguūt Iudei di. Si xp̄s erat Deus & homo, quid oportebat ipm pati? qa bene fecisset remissionē generalē sicut faciūt qñq; dñi. Rñdeo, Et nisi fuisset sua iustitia que est sua essentia, qa in Deo uirtutes nō sunt qualitates aduentitie sicut in nobis, sed uirtutes ī Deo sunt sua essentia, iō in redēptione generis hūani uoluit seruare modū, ī quo apparet sua infinita mīa, qa ipse q nō obligat uoluit portare onus, & etiā sua infinita iustitia, qa ipm pretium sufficiēs & supabūdās ipse uoluit soluere, qa uoluit capi & ligari, ut sibi credētes & obediētes saluarent, & sic de alijs. Qñ iustus dñs & iustitias dilexit xp̄s. Sexto cōfortat uirtus tēperātie, qñ exēplo passionis xp̄i homo se tēperat in ꝓsperis, delitijs, cibis, ornamentis, recipiēdo tantū necessitatē corporis, iuxta illud. j. Pet. ij. Obsecro uos fratres tāquā aduenas & peregrinos, abstinere uos a carnalibꝰ desiderijs, nō dicit necessarijs.

Septimo cõfortatur uirtus fortitudinis, cogitando quo Christus fortiter sustinuit clauos, & coronã, inclinando se ad derisiões dicẽtiũ. Alios saluos fecit, sed fuit fortis usq; ad mortem, dando nobis exẽplũ stãdi fortiter in bona uita usque ad mortẽ. Iuxta illud. j. Cor. xv. Obsecro uos fratres, stabiles estote, & immobiles. ecce quo passio Christi est medicina confortatiua. j. Pe. ij. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitie uiuamus. Ecce medicina curatiua, & etiã medicina confortatiua uti uiuamus. Dico tertio, quod passio xpi est etiã medicina preseruatiua. Sicut boni medici tẽpore pestilentie faciũt aliquã medicinã preseruatiuã infirmitatis. Ita fecit Christus de sua passione, quãdo tot sunt infirmitates peccatorum tam ex tentationibus diaboli, & occasionibus mundi, quã etiam ex inclinationibus carnis, ꝙ oportet nos habere medicinã preseruatiuã, que est Chri passio. No. ad hoc pulchram figurã Ione. j. Dic historiã de propheta Iona nauigante, & de naui ex tempestate periclitante. Qui dixit nautis, Mittite me in mare, & cessabit mare a uobis. Scio enim quoniam propter me hec tẽpestas uenit sup uos. Tulerunt ergo Ionã, & miserũt in mare, & cessabat, & stetit mare a feruore. Nota ibi historiã, quia figura fuit passionis xpi. Vnde genus humanũ factum est ad instar nauis. In principio fuit strictum solũ habẽs duos postes, ideſt, duas personas, s. Adã, & Euam. Deinde creuit paulatim, & dilatatũ fuit. Gal. iij. Venit plenitudo temporis. Sed iam modo in fine mũdi stringitur ad instar puppis nauis. Ideo de natura humana dicitur, Facta est quasi nauis institoris. Prouer. vlti. Item Hoc mare magnũ, & spaciosum manib⁹, illic reptilia quorũ nõ est numerus. Animalia pusilla cũ magnis, illic naues pertransibunt. ps. ciij. Mundus est mare magnum in quo sunt plures fortune, & tẽpestates. Si ergo uultis preseruari a morte peccati mortalis, mittaſ Ionas in mare. Ionas interpretatur columba, & significat Christum habentem simplicitatem columbinam, qui mittitur in mare amarum per memoriam sue passionis, cogitando deuote quo ad instar Ione in nocte passiõis dixit, Quẽ queritis? Si ergo me qritis, quasi dicat mittite me in mare amarum. s. amare passionis, & cessabit mare a uobis, ideſt, abstinebitis a peccatis, cogitãtes quo, & tanta passus sum ego. Isto modo homo refrenatur a peccatis, & preseruat a morte culpe, & gehenne. Ecce quo passio xpi est medicina preseruatiua. ideo dicit Leo Papa, Agnosce o xpiane dignitatẽ tuã, & diuine cõsors factus nature, noli in ueterem utilitatẽ degenere cõuersatiõe redire. Memẽto qa ptiũ redẽptiõis tue sanguis xpi ẽ &c.

In cena domini. Sermo unicus.

HOc facite in meã cõmemorationem. j. Cor. xj. In hoc presenti sermone cõcurrũt tres magne solẽnitates. Prima est de cena quã Christus uoluit facere cũ discipulis suis recipiẽs ualete ab eis. Secũda est de ablutione pedũ Apostolorũ, qa Christ⁹ qui erat dns, & rex & magister uoluit lauare pedes Apostolorũ humiliter, ut nobis daret exemplũ humilitatis. Ille due solẽnitates tãgũtur in euãgelio, de quibus fit sermo post prandiũ. Tertia est de sancto sacramẽto altaris, de quo loquit epistola hodierna. De quo licet fiat sermo in die corporis xpi, & de mirabilib⁹ utilitatibus sacramẽti, hodie tñ est, ꝓpria materia de institutione huius sacramenti. s. quare, & quo hoc sacramẽtum a xpo instituũ est, & ordinatũ. Sed primo salutetur uirgo Maria. Hoc facite &c. Ego quesiui in sacra scriptura modũ, & rationem quare xps uerus Deus, & homo uoluit instituere, & ordinare hoc sanctũ sacramentum. Et inueni quinq; rationes principales.

Prima propter ostẽtionẽ memorialẽ.
Secũda ꝓpter oblationẽ perpetualẽ.
Tertia propter refectionẽ spiritualẽ.
Quarta ꝓpter curationẽ medicinalẽ.
Quinta ꝓpter ꝓmotionẽ celestialẽ.

De

De prima loquit xps in themate presbyteris, & gñaliter oib⁹ xpianis dicẽs, Hoc facite. s. sacrificiũ in meã cõmemorationem. s. celebrãdo, offerẽdo, sacrificãdo, in meã cõmemorationẽ, nõ in pecunie acquisitionẽ, nec ad uanã gloriã, uel hypocrisis ostẽsionẽ. Et uos laici hoc facite. s. audiẽdo missam, assistẽdo, cõtẽplando, & cõcãdo in meã cõmemorationẽ. Prima ratio institutionis huius sacramẽti est ꝓpter ostẽsionẽ memorialem. s. ad ostẽdẽdũ quid sit adorandũ ab homine. Hãc rationẽ possum fundare per regulã philosophie dicẽtẽ, Nihil est in intellectu quin pri⁹ fuerit in sensu, sicut potest exẽplificari de ecclesia q̃ habet quinque ianuas, de qua est uerũ dicere, ꝙ nullus est in ecclesia quin intret per aliquã harũ portarũ, & nihil est in intellectu quin intret per aliquod horũ. s. sensuũ corporaliũ, uel secũdũ ꝓprietatẽ uel secundũ diuersitatẽ rei, uel secũdũ conuenientiã uel differẽtiã rei, uel secũdũ q̃titatẽ uel qualitatẽ, uel secũdũ actionẽ uel passionem. Deus autẽ in sua essentia est substãtia imperceptibilis aliquo sensu corpali, quoniã nõ põt oculis corporalib⁹ uideri, nec auribꝰ audiri, nec manibus tangi &c. Propter hoc Deus a principio mũdi usq; modo semp uoluit adorari sub aliqua forma, seu figura uisibili. Certũ eñ est ꝙ Deus apparuit Ade, Abrae, & alijs sanctis patriarchis qui non uiderũt Deũ in sua essentia, sed uiderũt formã uel figurã q̃ nõ erat Deꝰ. Et adorabãt nõ formã illã uel figurã, sed Deũ in illa forma uel figura. Et sic Deus p illã formã uel figurã intrabat in intellectũ illius cui apparebat. Deinde uenit tps ꝓphetarũ, inter quos Moyses fuit primus. Cui apparuit dns in forma ignis, qñ custodiebat oues Ietro soceri sui. Et Moyses adorauit nõ ignẽ, nõ rubũ sed Deũ in illa figura, ꝓ quã intrabat in intellectũ Moysi. Itẽ qñ Deꝰ Exo. xx. dedit legẽ in monte Synai, ibi Deus apparuit in forma ignis, & Moyses, & populus adorauit nõ ignem, sed Deũ in illa forma in qua uoluit adorari, ad ostendendũ suã actiuitatẽ in puniẽdo, ut ipsos terreret. ideo dixit Moyses populo, Nolite timere, ut enim probaret uos Deus uenit, & ut terror illius esset in uobis, & nõ peccaretis. Exo. xx. Deinde pcepit Moysi, ut faceret arcã intus, & extra deauratã de auro purissimo, & desuper erãt duo cherubin qui tegebãt ꝓpitiatoriũ. i. mẽsam auri, & intꝰ in arca erant due tabule legis, uirga Aaron, & amphora mãne, & totꝰ populꝰ iudaicus adorabat, non lignũ arce, nec aurum, sed Deũ, quoniã in illa forma seu figura uoluit adorari. Ratio est, sicut arca custodit illud quod continet in ea, ita Deus custodiebat, & cõseruabat illũ populũ quãdiu sibi credidit, & obediuit. Et qñ portabat, populus adorabat, & modo Iudei deridẽt nos qñ adoramꝰ Deum in hostia. Deinde tpe regũ postq̃ rex Salomon ex preceptoDei edificauit tẽplũ, & arca fuit posita in tẽplo in sancta sanctorum, nec poterat uideri, deꝰ uoluit adorari in alia forma. s. in figura nubis. iij. Reg. viij. Dñs dixit, ut habitaret in nube. Et Salomõ, & oĩs populꝰ adorabat non nubẽ, sed Deũ in illa forma. Ratio quare in forma nubis uoluit adorari tũc, qa sicut nubes refrigerat cõtra calorẽ solis, sic tpe Salomõis Iudei habebãt magnũ refrigeriũ q̃tis, & pacis cũ oibꝰ inimicis. Deinde uenit Deꝰ, & recepit formã hũanã in utero uirginali, & q̃diu xps uixit, adorabat Deꝰ ẽ forma hũana. Sed qñ xps uolebat recedere ab isto mũdo per mortẽ corpalẽ, postq̃ ia ordinauerat alia sacra, xps ordinauit aliã formã, seu figurã sub qua Deꝰ uoluit adorari, nec ignis terribilis, nec arce, nec nubis, sed panis q̃ est melior pdictis figuris, & uitam dat, qm̃ uita hois cõseruat in pane pricipalr, qa alij cibi sunt de bñ esse. In quo ostẽditur, ꝙ Deꝰ dat uitã gñie, & gñe sibi credẽtibꝰ, & obediẽtibꝰ. Ecce rõ quare uult mõ adorari sub tali forma uel figura, qa nos nõ adoramꝰ panẽ nec illã albedinẽ q̃ repsentat diuinã puritatẽ, nec rotũditatẽ q̃ repsentat diuinã eternitatẽ, q̃ caret pricipio, & fine, sed Deũ cõtẽtũ ibidem. Auisent sacerdotes ne hostia sit an

gularis uel maculata. Ecce quare dicit xps, Hoc facite in meā cōmemorationē. ſ. paſsiōis mee. Oſee. xiiij. Cōuertent ſedētes in umbra eius, uiuēt tritico, & germinabūt quaſi uinea, memoriale eius ſicut uinū Libanu. Effraī qd mihi ultra ido la? umbra xpi fuit lex Moyſi. Item de no uo teſtō autoritas, Quia p incarnati uerbi &c. Secūda ratio inſtitutiōis huius ſacramēti fuit oblatio perpetualis. Pro cuius declaratione ſciēdū q̄ Deus à principio mūdi uoluit, ut oēs homines offerrent ſacrificiū. Ratio, qa ipſe eſt p̄cipiū qd̄ dat oīa nobis, ideo uult, ut faciam⁹ ſi bi aliquā oblationem, ſed mutabat oblationes ſicut etiā mutabat figuras ſeu formas adoratiōis. Cain eñ obtulit de frugib⁹ terre. ſ. de peiori. Abel aūt de gregibus. ſ. de meliori. Melchiſedech aūt corā Abraā obtulit dño nō grana, nec agnos, ſed panē, & uinū. Geñ. xiiij. etiā infideles qui habitabāt in terra Canaam, ante q̄ filij Iſrael habitarēt in ea, offerebāt filios ſuos, & filias idolis. Dic modū qūo calefaciebāt idolū de ere, & cū magno tumultu filios traxerūt per ignē, & obtulerūt illi idolo ne pater ſentiret plorare filiū ſuū &c. De quibus Dauid, Imo lauerunt filios ſuos, & filias ſuas demonijs. p̄s. cv. Sed malū fuit ſacrificiū, & reprobatum, ideo precepit Deus filijs Iſrael q̄ offerrēt, nō filios nec filias, ſed aīalia, boues, oues, uitulos, agnos, turtures &c. Et hoc durabat uſq; ad xp̄m, q̄ debebat mutare ſacrificiū, & dimiſsis oīb⁹ alijs ſacrificijs, & modis ſacrificiorū. ſ. Cayn, Abel, Aarō &c. Elegit ſacrificiū Melchiſedech qui obtulit panē, & uinū, qui erat ſacerdos Dei altiſsimi. Iuxta prophetā. Iurauit dñs, & nō penitebit eū &c. ps. cix. Nō dicit ſecundū ordinē Aaron q̄ obtulit aīalia. Ecce hic oblatio ꝑpetualis, & eſt tāte uirtutis q̄ i toto mūdo nō remāſit aliud ſacrificiū niſi iſtud, qa iſto aduenīēte oīa alia ſacrificia debebant ceſſare. Ideo mō nec Agareni, nec Iudei, nec alij infideles hñt aliquod ſacrificiū, qa tāta eſt excellētia huius ſacrificij, q̄ Deus nō permittit q̄ fiat aliud ſacrificiū in mūdo. Et eſt cōpleta ꝑphetia Malach. j. Nō eſt mihi uoluntas in uobis, dicit dñs exercituū, & munus nō ſuſcipiā de manu ueſtra. Ab ortu eñ ſolis uſq; ad occaſum, magnū eſt nomen meū in gentib⁹, & in omni loco ſacrificat, & offertur nomini meo oblatio mūda. Et loquebat ſacerdotibus ueteris legis. Hec autoritas deberet ſcribi literis aureis. No. in omni loco. Iudei uero nō audebāt facere ſacrificiū niſi in Hieruſalem ſub pena mortis. Et dicitur oblatio mūda, ſecus de oblatione Iudeorum immūda. Sacerdotes enim Iudeorū carnifices &c. ſed oblatio xp̄ianorū eſt mūda. Auiſentur ſacerdotes q̄ mappa altaris, & corporalia ſint munda, & hoſtia ſit mūda, & uinū, calix &c. In hoc ſancto ſacrificio Deus deſcendit quolibet die, & tamen non recedit de celo quēadmodū radij ſolares deſcēdūt, & intrāt per oēs feneſtras apertas, & tñ nō recedunt a ſole nec a celo. De hoc dicit xp̄s Apoſtolis, quādo debuit aſcendere in celū, Ecce ego uobiſcū ſum oībus diebus uſq; ad cōſummationē ſeculi. Mat. ult. Glo. in ſacrificio altaris. Hoc facite &c. Tertia ratio inſtitutionis huius fuit refectio ſpūalis. Vnde certū ſit uobis q̄ nulla creatura uiuens nec corporalis nec ſpiritualis pōt uiuere nec durare in eſſe ſine cibo, q̄d̄ de creaturis corporalibus patet ad oculum. De creaturis aūt ſpūalibus. ſ. angelis patet, quia etiā indigent cibo nō corporali ſed ſpirituali. Auto. Dixit Raphael Thobie, Cū eſſem uobiſcū, per uoluntatem Dei erā. Videbar quidē uobiſcū manducare, & bibere, ſed ego cibo inuiſibili & potu qui ab hominibus uideri nō pōtutor. Tho. xij. Ideo Deus tanq̄ bonus paterfamilias prouidit de cibis corporalibus & corporibus, qñ dixit Ade in paradiſo exiſtenti, Ex omni ligno paradiſi comedetis &c. Ecce primus cibus. Non dedit licentiā comedēdi carnes, & piſces, nec bibendi uinū uſq; ad tempus Noe, & tranſiuerunt ultra mille quingentos annos. Si aliquis diceret, modicā cōfortationē dabāt fructus. Rñdeo, imo tunc maiorē cōfortationē dabāt fructus cum aqua,

aqua, q̄ modo capones, galline, & uinū. Vnde dicit Deus, Ecce dedi uobis omnē herbā afferentē ſemē ſuper terrā, & uniuerſa ligna q̄ habēt in ſemetipſis ſemētē generis ſui, ut ſint uobis in eſcā, & cunctis aiantibus terre. Gen. j. Deinde poſt diluuiū tpe Noe q̄ lauit mundū ab immūdis, mutauit eſcas, quoniā aqua diluuij ita deſtruxit terrā, q̄ ex tūc fruct⁹ nō fuerunt ita boni nec tante uirtutis ſicut prius, ideo modo nō eſt bonū ſolum comedere fruct⁹, & bibere aquā. Ideo poſt diluuiū Deus dedit licentiā comedendi carnes, piſces, & bibēdi uinū di. Cūcta animātia terre, & uolucres celi, & piſces maris manu ueſtre traditi ſunt, & omne q̄ mouet, & uiuit erit uobis ī cibū. Gen. ix. Deinde in deſerto ubi filijs Iſrael defecit cib⁹ p̄dictarū eſcarū, Deus prouidit eis de māna, quod quolibet die deſcēdebat de mane ad inſtar grani coriādri, q̄d̄ durauit quouſq; fuerūt in terra ꝑmiſſionis. ideo Dauid, Oculi oīm in te ſperant dñe, & tu das eſcā &c. Sed nōdū ꝑuiderat de cibo ſpūali pro aīabus q̄ ſunt ſpirituales, & aīa eſt principalior pars hominis. Ideo Dauid plangēdo dicebat, Eſurientes, & ſitientes, aīa eorū in ipſis defecit. Sed uenit Chriſt⁹ qui ordinauit eſcā, & cibum ſpirituale pro aīabus. ſ. hoc ſanctum ſacrificiū quod nō ſolū eſt ꝑ oblatione, ſed etiā in refectionē ſpūale, & in iſto cibo aīe recreant, & fortificant in deuotiōe, & uirtutib⁹. Nec credatis q̄ iſte cib⁹ deſcēdat in ſtomachū corpis ad recipiēdū ibi digeſtionē, ſed in ſtomacho aīe. ſ. memoria. De hoc cibo ꝑphetauit Dauid di. Et pluit illis māna ad māducādum, & panē celi dedit eis. Panē angelorum māducauit homo, cibaria miſit eis in abūdantia &c. ps. lxxvij. Primo loquit de māna Iudeorū ibi, Pluit illis māna. ſ. de nubibus, & nō de celo empyreo, ſed de celo aereo. Deinde dicit de iſto ſacramēto, Panē celi dedit eis, panē angelorum māducauit homo &c. Nō loquit de māna ſicut dicūt Iudei, qa angeli nō comedūt de māna. No. cibaria, hoc nō pōt intelligi de māna, qa nō erat niſi un⁹ cibus, ſed de iſto ſacramēto in qūo eſt corpus xp̄i, aīa, diuinitas, uirtutes, & influētie oīm bonorū. ideo dicit cibaria. ideo cantat eccleſia, Panis angelicus fit panis hominū, dat panis celicus figuris terminum. O res mirabilis, māducat dñm ſeruus pauper, & humilis. Dic practice qūo xp̄s hodierna die in cena accepit placentulā panis azymi, ꝑpter hoc nos cōſecramus ī pane azymo. Et eleuatis oculis in celū benedixit, & dixit illa eadē uerba q̄ nos dicimus in cōſecratiōe. Et dictis uerbis nō remāſit ibi ſubſtātia panis, qa cōuerſa fuit in corp⁹ xp̄i, & qa erat corpus uiuū, ideo erat ibi ſanguis, & aīa & diuinitas, ſed Apoſtoli nō uidebāt ibi corp⁹. Et cōicauit prīo ſeipſum, ſicut ſacerdos primo ſe cōicat. deinde alios, nec frāgēdo placentulā frangebat corpus xp̄i, ſicut modo frāgit imago in fractione ſpeculi. deinde cōicauit Apoſtolos dicens, Accipite & manducate, hoc eſt corpus meū. Dñe, dixit Petrus, iſte panis eſt corpus ueſtrū? Petre, dixit xp̄s, nō eſt panis, ſed eſt corpus meū. Ideo cōica. Dixit Petrus poſtq̄ cōicauit, O dñe iſte cibus me cōfortauit totū, & aīam meam illuminauit. Tūc dixit xp̄s ſibi, Ego dō uobis pōteſtatē idē faciēdi. Cōicauit eñ Iudam, qui indeuote, & male paratus accepit, & equaliter peccauit male cōicādo, & xp̄m ꝑdendo. Si dicat quare xp̄s cōicabat eū quē ſciebat eſſe in peccato, & male paratum? Rñdeo, qa nolebat ipſum publicare, qa peccatū ſuum erat occultū. Sic nec curat⁹ debet negare cōicationē illi quē ſcit ſecretū peccatorē, ſi ponit ſe cū alijs ad cōicādū, qa diffamaret ipm. Dic qūo quilibet xp̄ianus debet cōicare in paſcha &c. Pueri. xij. uel. xiiij. annorū. ideo dicit xp̄s, Hic eſt panis qui de celo deſcendit. Ioā. vj. Non de celo aero, ſed empyreo. Dic qūo tpe Apoſtolorū xp̄iani cōicabāt omni die. Erāt aūt perſeuerātes in cōicatione fractionis panis. Actuū. ij. Panis. Glo. Euchariſtie. Deinde fuit ordinatum cōicare in qualibet dñica. Deinde in quatuor feſtiuitatibus precipuis an. Poſtmodum fuit ordinatū q̄ ſemel

in anno.s.ī pascha quilibet cōicaret. Sed de bono cōsilio bonū est cōicare in quatuor festiuitatib⁹ precipuis. Io.vj. Amen amen dico uobis, nisi māducaueritis carnē filij hoīs, & biberitis ei⁹ sanguinē, nō habebitis uitā in uobis. Quarta ratio institutionis sacramēti fuit propter cūrationē medicinalē. s. ad curandū plagas nīas tam corporum quā aīarum. Vnde oīa mala, tribulatiōes & miserie, & finaliter mors habuerūt ortū & uenerūt ex cibo & comestione Ade cōtra precepta dei. Ex illo cibo porta fuit aperta omnibus malis, qa alias gentes habitassent in paradiso terrestri sine miserijs & penis quibuscūq;. Et postq̄ ibi uixissent iuxta diuinā ordinationem, deus dixisset Michaeli, Descēde in paradisum terrestrē, & oēs q sunt ibi talis etatis ascēdāt huc, & sine dolore & morte illuc ascendissemus ad gloriā, sed ex pcto Ade &c. Iō dicit grāmaticus, Malā mali malo mala cō tulit oīa malo. Cōstructio, mala, ideſt maxilla, mali, scilicet Ade, malo, ideſt propter pomū, oīa mala cōtulit malo, supple mundo. Quia licet Eua comedisset de illo cibo, si Adā non comedisset, non fuissem⁹ obligati ad ista mala, nec fuissemus concepti in peccato originali, sed sola Eua fuisset punita. Videns domin⁹ deus q diabolus ita ordinauerat qđ ex fructu ueniret omne malum, ipse oppositū ordinauit q ex fructu. s. arboris Marie, cui dicimus, benedictus fruct⁹ uentris tui, ueniret omne bonū toti mūdo. Sicut diabolus arte sua tantū sciuit facere, q ex fructu oēs gētes plagauit & uulnerauit, p oppositum ego faciam medicinam uniuersalē cōtra oēs infirmitates tā corporū quā animarū. Ideo cantat ecclesia, Hoc opus nře salutis ordo deposcerat &c. Questio est hic, quia multi infirmi & uulnerati in corpore cōicant, qui tū nō curantur in anima a peccatis, imo peccata augmentantur, quomodo est ergo medicina curatiua? Respondeo quod medici dantes aliquam medicinā infirmo, considerant duo, scilicet dispositionem infirmi & utilitatem eius. Primo cōsiderāt dispositionē infirmi. Ideo antequā dent purgationem fortem infirmo, miscēt sibi syrupum ad preparandū & disponendū. Itē attendūt & considerant utilitatem finalem, quia licet p̄ sent curare infirmum, tū nolunt, qa p̄ set occasio mortis, ut patet de quodam rege. Requiritur etiam in patiente dispositio & utilitas finalis. Et si aliquid horum deficit, nō est culpa medicine. Idem in proposito si aliquis indispositus & male paratus recipit istam medicinam, seu purgationē, sine syrupo preuio disponente. quatuor cochlearia syrupi ad disponendū, sunt cordis cōtritio, oris confessio, opis satisfactio, & corporis afflictio cū aqua calida lacrymarum, sic aīa curat a peccatis. Idē de corpore qa deus scit q infirmitas corporis est ꝓficua anime, qa iō deus dat infirmitatē corporis pro salute aīe, qa ergo sanitas & curatio illius esset nociua aīe, ideo nō dat sānitatem, quā alias daret infallibiliter si esset utilis. Sine dubio ergo teneatis q si hō sit bene dispositus & bene paratus, & recipit istam medicinā, tam corpus quā aīa recipient sanitatem, ideo dicit sacerdos, Hec sacrosancta cōmixtio corporis & sanguinis dñi nostri Iesu xp̄i fiat mihi & oībus sumentib⁹ salus mentis & corporis. Ecce ratio quomodo fuit institutum ꝓ medicina uniuersali. Autoritas, Altissimus de terra creauit medicinam & uir prudens non abhorrebit eam. Eccle. xxxviij. Nota creauit, uidetur tamen q ista autoritas includit cōtradictionē, qm̄ creare est de nihilo aliquid facere secundū philosophum, sed qm̄ de aliquo fit aliquid, illud nō dicit creare, sed facere. Cum ergo dicit, Altissimus de terra creauit medicinam, non uidetur creare, sed facere. Respondeo, q in hoc sacramento nō est proprie generatio, nec alteratio, nec transmutatio, quia in alteratione & transmutatione substātiali subiectum manet idem, etiā de illo quod fit per generationem aliquid remanet, ut patet in cinere. Sed in creatione nō est ita, quoniam in re nouiter creata nō est aliquid

aliquid q̄ pri⁹ fuerit, ut patet de anima a deo nouiter creata. Ita in hoc sacramēto intra illā albedinem est substātia, seu materia panis, & qm̄ fit transubstantiatio tū mutat, qa nihil remanet de materia uel substātia panis. Iō magis appropinquat creationi, ꝓpter hoc qa fit a sola potētia diuina. Iō dicit, Altissimus de terra. i. de substātia terrena creauit medicinā, non dicit gn̄auit, fecit, seu formauit, quia in istis semp remanet aliqd de termino a quo in terminū ad quē, q nō est in ista trā substātiatiōe. Et uir prudēs nō abhorrebit eā, quia cōiter fastidiosi abhorrēt medicinas. s. purgationes seu pillulas, quia nolūt ipsas recipere. Sed prudēs medic⁹ coopit medicinā cū melle, uel aliquo bono, ne uideat, nec sentiat. Ita facit xp̄s optimus medicus q in hostia coopit carnem suam q̄ nō uidet, nec sentit. Iō dicit, Vir prudēs &c. Xp̄s posset bn̄ facere q uideret in hostia consecrata, sicut uidet imago in speculo. Sed talis hostia non debet sumi a sacerdote, ut dicūt doct. quia abominabile esset comedere uisibiliter carnes hoīs. Iō Christus nō uidet, imo stat cooptus sub illo uelo albedinis, sicut rex intra cortinas, ideo dicit Esaias cui hoc sacramētū fuit reuelatum, Vere tu es deus absc̄ditus, deus Israel saluator. Esa. xlv. Quinta ratio institutiōis fuit ꝓpter ꝓmotionē celestialē, ut. s. possimus ascēdere in celū, qm̄ p naturā nullus pōt ascēdere in celū nisi deus. Celū celi dño, terrā aūt dedit filijs hoīm. No. celū. i. gl̄ia celi, dño supple cōpetit p naturā. Terrā aūt dedit filijs hoīm. Iō si nos uolumus ascēdere in celū, indigemus promotore & adiutore quo ascendamus, quia dicit xp̄s, Nemo ascēdit in celū nisi qui descēdit de celo, filius hoīs qui est in celo. Io. iij. Hoc uerbū nisi bene intelligat, esset occasio desperationis. Nemo ascendit in celū, ergo nec innocentes, nec penitentes, nec martyres, nec cōfessores &c. quia null⁹ ipsorum descēdit de celo. Sed intelligitur sic, Nemo ascēdit in celū, supple uirtute propria, sed bn̄ ascendit hō in celū uirtute corporis xp̄i in hoc sacramento cōtenti, sicut nebula, que iacet de mane sup terram que de se non potest ascēdere propter grauitatem quā habet, sed qm̄ uenit sol q ipsam calefacit, tunc sol facit ipsam ascendere sursum. Idē de nobis q sumus terrestres & graues. Ideo uirtute propria non possumus ascēdere in celū, sed uenit sol iustitie qui est in hoc sacramento, cuius uirtute possumus ascendere. Ideo dicitur uiaticum. i. cibus uiatorum. Dic miraculum Hugonis de sancto Victore qui qm̄ cōicauit dixit, Ascendat filius ad patrem, & spūs ad deum, qui dedit illum. Et expirauit, & anima cum xp̄o ascendit in celum. Hoc fuit figuratum in propheta Helia dormiente. Ecce angelus dn̄i tetigit eum, & dixit illi, Surge & comede, grandis enim tibi restat uia. iij. Reg. xix. Sic quādiu homo est in peccato mortali dormit sicut propheta in deserto cū periculo leonum & luporum inferni. Et dicitur sibi ab angelo, id est sacerdote, Surge qui dormis & exurge a mortuis &c. comede. s. cōicando. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus uiq; ad montem dei. In sacra scriptura dies signat prosperitatem, & nox significat aduersitatem. Precepta autem diuina sunt decē, que seruanda sunt quadrupliciter. s. corde cogitando, ore loquendo, opere faciendo, & perseuerā ter implendo. Quaterdecies sunt quadraginta, & sic intrabimus in montem dei, in regnum celorum. Amen.

In die parasceues. Sermo unicus.

NOs legem habemus, & secūdum legem debet mori. Habetur uerbum istud Ioā. xix. & recitatum est in passione domini hodierna. Quotidie per totam septimanā fuit facta representatio & memoria passionis Iesu Christi, sed multum diuersimode nūc quam alijs diebus. Representabatur enim tunc ut res diu preterita. Et propterea dicentes missam tunc dicebant, In illo tēpore &c. Sed hodie recita

tur ut pñs & ocularíter uisa. Et ideo hodie non dicitur, in illo tpe, sed hodie dicitur, Egressus Iesus, in pñti. Et est ratio differentie, quia res presens plus monet corda hominum quã res preterita, & plus pungit nunc ictus muscę, quam olim uulnus datum. Et idcirco ut sentiamus dulcedinem & compatiamur animis nostris morti Christi, ipsa nobis representatur hodie ut de psenti, & ita fit officiũ & sermones sicut si nunc Christꝰ uideret esse in cruce, ut sentiamus, secũdum ꝙ dicit deus, Recordare paupertatis & trãsgressionis mee absynthij & felis. Threno. iij. Nota paupertatis, quia nudus crucifixus fuit. Et respondet prophęta in psona populi xp̃iani, Memoria memor ero & tabescet in me aĩa mea. Ibidem. Memoria. s. preteritorũ, memor ero, ac. s. si esset de pñti, ergo sicut dixi loquamur ut si nunc uideremus Iesum xp̃m crucifixũ. Ita & de dolore uirginis Marie. Sed scitis ꝙ psone dolorose non fit salutatio, nec audet quis dicere uerba gaudij psone cõstitute in tristitia. Iõ nõ salutabimus eã more cõsueto, quia cresceret sibi dolores, diceret, Quõ dicitis, Aue. quia imo sum plena omni merore & dolore, amaritudine & miseria &c. Si diceremus dñs tecũ, diceret, nec est dñs mecũ, quia abstulerũt eũ mihi & crucifixus est. Si diceremus benedicta, diceret & quõ dicitis mihi benedicta, ꝙ oẽs me maledicũt, & ideo nõ salutabimus eam. Sed ne predicemus sine deuotione, reuertamur ad deũ pendentẽ in cruce crucifixũ dicẽdo, Adoramus te xp̃e & bñdicimus tibi, qa p crucẽ tuã redemisti mũdum &c. Nos legem habemus &c. ut. s.

Pro aliquali uerbi ꝓpositi declaratione & materie predicande introductiõe, sciendũ est ꝙ in sacra theologia est talis questio, Vtrũ aliquod aliud opus xp̃i sufficięs esset ad redimẽdũ humanũ genus preter eius mortẽ, & an esset de necessitate moriturus. Et ista questio decidit p tanctos doctores theologie p duas conclusiones. Prima conclusio est, si loquamur secũdũ dignitatẽ sue diuine psone, & secundum sanctitatẽ sue diuinitatis & humanitatis, dicim⁹ ꝙ quodlibet opus & quodlibet tediũ, etiam sine morte sufficiens erat ad redimendũ genus humanum. Et ratio est, qa Iesus xps in quãtu deus, habebat in opibus uirtutẽ infinitam. Idem etiã ꝓpter sanctitatẽ humanitatis, intantũ ꝙ una oratio uel lacryma, uel gutta sanguinis preter mortem, erat sufficiens ad redimẽdũ genus humanũ habendo respectũ ad predicta. Et istam conclusionem intellexit Dauid, in po. cxxxviij. qui incipit, Dñe ꝓbasti me &c. ibi cũ dicit, Cõfitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opa tua, & aĩa mea cognoscet nimis. Loquebatur Dauid in spũ prophetie regi Mesie. Et dicit terribiliter, & hoc ꝓpter infinitum posse diuinitatis, & magnificatus ꝓpter humanitatem. Secunda cõclusio est, ꝙ si loquamur de Iesu xp̃o, secũdũ ordinatio nẽ dei intertam in lege Moysi & ꝓphetis, tũc erat necesse ꝙ moreret ut mors morte redimeret, qa postquã homo traditus erat morti ꝓpter pctã hoĩs. s. Ade, & postq̃ xps liberare uolebat genus humanum, necesse erat ut moreret. Vñ xps morte sua a duplici morte nos liberauit, s. a morte aĩe spũali p baptismũ & a morte corporis i fine mudi post resurrectionẽ. Hoc reuelauit deus Moysi in li. Nũme. xxxv. quãdo precepit ꝙ si homicida a casu confugeret in ciuitatem refugij, que erãt sex, tres citra Iordanem, & tres ultra Iordanem, & quod ibi expectaret quousq; moreretur summus sacerdos, eo mortuo poterat redire libere. In quo uidetur ꝙ dabatur occasio desiderandi mortẽ summi pontificis. Dicit tñ textus, Manebitq; ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto unctus est moriat. Nu. xxxv. Sed queri͂ qs est iste homicida, & que sunt iste ciuitates refugij, & quis est iste summus sacerdos. Dicendum ꝙ homicida est quilibet peccator. In ueteri testamento. De quo Ezech. xviij. dicitur, Anima que peccauerit, ipsa morietur, & est peccator homicida a casu & nõ uoluntarius, nec a proposito, quia ille qui facit superbiam uel alia peccata, nõ intendit occidere aĩam suã, quia nemo respiciens ad malum operatur. Sed peccator habet complacẽtiam in peccato, ut puta, superbia uel alio peccato, ex quo peccato sequitur occasionaliter mors aĩe. Iste pctor est homicida, qa principalem partem hoĩs interficit. s. aĩam. Ergo nõ pot intrare ciuitatẽ Hierusalẽ illã. s. q̃ sursum est mater nr̃a. i. celũ, sed oportet ipm cõfugere ad ciuitatẽ refugij. Quia oẽs iuste post peractã pniam ad limbũ, & in ciuitatẽ Hierusalẽ ire non poterant, quãtũcunq; iusti essent, donec summꝰ sacerdos q est dñs nr̃ Iesus xp̃s, moreret. De quo Dauid dicit, Tu es sacerdos in eternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Quia celũ clausum fuit, qa Gen̄. iij. dicitur ꝙ post pctm primi hominis collocauit deꝰ Cherubin, & flãmeũ gladiũ atq; uersatilem ad custodiendã uiã ligni uite. Vñ S. Tho. iij. pte. q. xlix. arti. v. ubi hanc figurã ꝓsequitur, dicit ad primũ, ꝙ pfes antiqui p bona opa meruerũt itroitũ regni celorũ p fidẽ passionis Iesu xp̃i, secundũ id ad Heb. xj. Sãcti p fidẽ uicerũt regna, operati sunt iustitia, per quã etiã a peccato ꝓprio purgabantur, quantum pertinebat ad emendationem proprie persone. Non tamen alicuius fides uel iustitia sufficiebat ad remouendũ impedimentũ, ꝙ erat per reatũ totius humane nature. Quod qdẽ remotũ est p effusionẽ sanguinis dñi nostri Iesu xp̃i. Iõ ante passionẽ xp̃i nullus intrare uel ingredi poterat regnũ celeste adipiscendo. s. beatitudinẽ eternã q̃ cõsistit in plena dei fruitiõe, qa xps meruit nobis introitũ regni celorũ. Hec ille ibidẽ. Patet ergo, ꝙ absolute non erat necessariũ xp̃m mori, ut dicit prima cõclusio, quã etiã dat beatus Tho. in. iij. par. q. xlv. ar. j. ponit, qa hoies alio mõ liberasset. Sed secũdũ suã preordinationẽ quã p prophetas expressit, & in lege antiqua p figuras ꝓmostrauerat, necesse erat xp̃m mori ut scripture implerent. Et hoc est ꝙ dicit. Lu. xxij. d. Fili⁹ hoĩs secundũ ꝙ diffinitũ est, uadit. Et Lu. vj. Hec sunt ẏba que locutus sum ad uos cũ adhuc essem uobiscũ, qm̃ necesse est impleri omnia q̃ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Et qm̃ scriptum est, qm̃ oportebat xp̃m pati & resurgere a mortuis. Hec Tho. ibidẽ. Et ergo thema istud proponit non ipsona Iudeorũ mortẽ xpi procurantium iuste, sed ꝓponit in psona oĩm ꝓphetarũ qui dicũt, Nos legẽ habem⁹, qa in lege eorũ scripta, serpẽs ene⁹ & agn⁹ paschalis figure erant mortis xp̃i, ergo ut scriptura impleat, & regnũ celorũ apiat, xps secũdũ illã legem debet mori. Patet ergo thema. Modo oportet declarare quo passio xp̃i fuit ꝓ nostra redẽptione & recõciliatiõe. Pro quo sciẽdũ ꝙ sicut in preuaricatione Ade fuerũt sex circũstantie seu cõditiões, sic in passione xp̃i fuerunt sex circũstantie, uel cõditiones correspondentes preuaricationi.

Prima fuit refectio corporalis.
Secunda, ligatio personalis.
Tertia, damnatio humanalis.
Quarta, compassio socialis.
Quinta, defunctio temporalis.
Sexta, sepelitio terrenalis.

Primũ quod fuit in passiõe xp̃i fuit refectio corporalis, qa xps ante suã passionẽ uoluit cenare cũ Apłis. Rõ, qm̃ sicut preuaricatio Ade incepit a refectione, qñ Adã comedit de fructu uetito, sic xps ad oñendum ꝙ uenerat ad reformãdum malũ Ade, uoluit comedere cũ Apostolis. Dic practice quo Apłi. s. Petrus & Ioannes, ut patet Luce. xxij. dixerunt sibi, Rabbi ubi uis paremus tibi comedere patcha, quia illo anno pascha Iudeorum fuit in die ueneris sancta, & in nocte de sero incipiebat solennitas, & comederunt agnum paschalem cum lactucis agrestibus. Ideo dixerunt sibi Rabbi, ubi uis paremus tibi comedere pascha. Qui respondit eis di. ꝙ irent ad ciuitatem. s. Hierusalẽ, ad domũ cuiusdã boni hoĩs discipuli sui secrete, & misit Petrũ & Ioannẽ. Lu. xxij. Dic quo Petrus & Ioãnes dixerũt dño domus, ꝙ magister eorum Christus mittebat ipios ad eum. Et ille rñdit, O bñdicti uos qui estis discipuli

saluato

saluatoris,& qd uultis? Qui dixerũt,Iam scitis quo magister noster licet sit dominus omniũ rerũ, tñ uult esse pauper, & mittit nos ut in domo uestra faciat pascha,qui regratiatus fuit Deo de tãto honore q̃ saluator uellet facere pascha in domo sua. Et ostẽdit eis cenaculum magnũ qd̃ parauerat pro se, di.q̃ ipse uolebat soluere omnia necessaria & parare, & uos reuertamini ad eũ, & auisetis eũ ne ueniat de die, qa principes dederunt sniam mortis contra eũ, & uolũt ipsum capere. Ideo xp̃s uenit hora tarda,& secrete intrauit ciuitatẽ. Cogitate quo ille bonus hõ dñs domus orauit xp̃m in suo ingressu sibi regratiando,qa placuit sibi uenire ad domũ suã, & uolebat seruire xp̃o,& dare aquã ad manus,sed xp̃s noluit. Deinde xp̃s dedit benedictionẽ mense,Oculi omniũ in te &c. Et posuit se ad mẽsam cũ Apostolis.Dicunt aliqui s.deuoti cõtemplatiui, qa euãgeliste nõ dicũt q̃ ipsa uirgo fuerit in cena, sed bñ dicũt q̃ fuerit in passione,& quia uirgo Maria in die pasche fuit Hierusalẽ, & ẽt in passione xp̃i,qa hoc dicũt euãgeliste. Ideo credit ueriſimiliter q̃ etiã uoluit esse i cena cũ filio suo, q̃ recesserat cum Apostolis in ciuitatẽ Effrẽ iuxta desertũ.Ideo uirgo cogitãs q̃ filius suus esset in festo pasche in Hierusalẽ sicut cõsueuerat, iõ nocte pterita cũ gaudio uenerat Hierm sperãs audire sermonem filij sui i die pasche,& statĩ iuit ad domũ Marie Magdalene querẽs quid erat de filio suo. Que dixit quo erat in domo cuiusdã ciuis cum discipulis suis .Dixit uirgo Maria. Rogo q̃ uadamus ad eũ.Magdalena aũt q̃ sciebat totũ negotiũ,uolebat ipsam retinere usq; in crastinũ, sed uirgo oĩno uoluit ire, & Magdalena, Martha, Lazarus &c.associauerũt ipsam usq; ad dictam domũ, & Magdalena pulsauit ad portã. Cogitate quo timere potuit ille ciuis ne essent Iudei uenientes capere xp̃m, qui dixit xp̃o, quo mi sua uolebat intrare,& placuit. Et igressa uirgo dixit filio,O fili multũ desideraui uidere uos. Et reprehẽdit Ioannẽ nepotẽ suũ, q̃ nõ intimauit sibi noua de filio suo,q̃ excusauit se di.quo fuerũt in loco separato.xp̃s uero inuitauit matrẽ ut comederet sicut fecit.Sciens xp̃s q̃ passio sua appropinquabat, in fine cene dedit uam mi sue ne esset pñs, sed ipsa uolebat omnino remanere cũ filio suo, sed Christus non sustinuit.Tunc uirgo inuitauit ipsum cũ Apostolis ad prãdiũ in crastinũ,qa ipsa faciebat magnũ festũ,qa pascha, & qa tali die.s.ueneris ipsa cõceperat eũ.Xp̃s aũt sciens prandiũ qd̃ sibi parabat,noluit dicere expresse mri ea que erãt futura altera die,sed benigne respõdens dicit, Mater uos & ego cõedemus cras simul in eadẽ mẽsa.s.passionis xp̃i, & de eisdẽ cibis. s.doloris. Sed ipsa mat nõ intelligens hoc, tota cõsolata & leta recessit.Cogitate quo Magdalena q̃ totum sciebat,dicebat,Dñe cras malũ prãdiũ est pro nobis & uobis.Et si ab euangelistis nõ dicunt, quia tñ nõ sunt contraria euangelio , & deuoti doctores & sancti ista scribũt hoc mõ facta, iõ pie credenda sunt, qa ẽt uerisimile est q̃ ita res fuerint geste. Post recessum mris Christus fecit quatuor. Primo dixit Apostolis suã passionẽ,ut dicit Luc.dicẽs,Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscũ antequã patiar. Dico eĩ uobis q̃ ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleat in regno Dei.Et accepto calice gratias egit & dixit, Accipite & diuidite inter uos.Dico eĩ uobis q̃ nõ bibã de generatione uitis, donec regnum Dei ueniat. Ecce manus tradentis me mecũ est in mẽsa. Et filius quidẽ hominis secũdũ qd̃ diffinitũ est uadit. Ve aũt homini illi per quem tradet.Luc.xxij.Cogitate quo Apostoli audito tali uerbo fuerunt, tristes & desolati & qlibet dixit,Sum ego? q.d. Citius me occiderẽ,quia minorem penã haberẽ.Xp̃s aũt noluit publice reuelare peccatũ Iude,qd̃ erat occultũ,sed secrete ipsum reuelauit Ioãni q̃rẽti, Domine q̃s est q tradet te?Dixit Iesus q̃ ille cui daret buccellã panis &c.d.Fili⁹ qdẽ hoĩs uadit sicut scriptũ est de illo. Dico ẽt uobis plus,q̃ oẽs uos scãdalum patiemini

tiemini in me in hac nocte.qa scriptũ est s.p Zachariã prophetã , Percutiã pastorẽ, & dispergent oues gregis. Tunc Petrus ardẽtior aliis dixit,Et si oẽs scãdalizati fuerint in te,ego tñ nunq̃ scandalizabor,credẽs dicere uerũ, qa tunc habebat bonum cor, sed ex fragilitate postea peccauit.Cui dixit xp̃s, Amẽ dico tibi,antequã gallus cãtet, ter me negabis. Tũc xp̃s dixit Petro cõsolãdo eũ. Ego pro te rogaui Petre, ut nõ deficiat fides tua.s.finaliter. Tũc Petrus fuit cõsolatus.Secũdo xp̃s surrexit de mensa,ut dicit Ioã. & p̃cinxit se,& posuit aquã calidã in peluĩ ad lauandũ pedes Apostolorũ , & uenit ad Petrũ primo. Dñe dixit Petrus, tu laues mihi pedes? Rñdit Iesus & dixit, Qd̃ ego facio tu nescis modo,scies aũt postea.Cui Petrus , Non lauabis mihi pedes in eternũ.Cui dixit xp̃s, Si nõ lauero te, nõ habebis partẽ mecũ. In quo ostendit q̃ lauare debemus immũdicias affectionũ tẽporaliũ. Tũc dixit Petrus,Dñe non tñ pedes, sed & manus & caput. Ad quẽ xp̃s, q lotus est.s. p baptismũ nõ indiget nisi ut pedes lauet.s.affectionũ terrenarum, sed est mũdus totus, & uos mundi estis,sed nõ oẽs. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eũ,propterea dixit, non estis mũdi omnes. & lauit pedes omnibus Apostolis flentibus, etiã Iude a quo incepit,ut dicunt aliq.ut ipsum inclinaret ad pniam. Deinde dixit eis, Vos uocatis me magister & dñe & bene dicitis, sum etenim. Exemplũ eĩ dedi uobis.s. humilitatis , ut quẽadmodũ ego feci uobis,ita & uos faciatis. Tertio istituit hoc sacramẽtum altaris,uolẽs dare finẽ sacrificio ueteris legis,& instituere sacrificiũ noue legis, qa post lotionẽ pedum adiit ad mensam & recepit placẽtulam panis azymi & cõsecrauit & cõmunicauit primo seipsum,deinde Apostolos, sicut facit sacerdos, quia primo cõmunicat se, deinde alios. de hoc dicit textus Matt. xxvj. Cenãtibus illis accepit Iesus panẽ, & gratias agens benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis & ait, Accipite & cõedite,hoc ẽ cor. meũ qd̃ pro uo.tra. Cui dixit Petrus, Domine iste panis est corpus uestrũ? Rñdit xp̃s, Petre nihil est ibi de pane,imo est corpus meũ,comede,q post quã cõmunicauit dixit, O dñe totũ me cõfortauit, nũquã anima mea inuenit tñ saporẽ in aliquo cibo. Cõmunicauit etiã oẽs Apostolos,etiã & Iudam, & tunc diabolus intrauit in eũ ad plenius possidendũ, quia q indigne cõmunicat, diabolũ recipit.& dixit Iude, quod facis fac citius. Et Apostoli nõ intellexerunt, credẽtes q̃ de aliquo opere faciẽdo loqueref sibi. Tũc xp̃s ordinauit Apostolos , & fecit eos pb̃os di. Hoc quotiescũq; feceritis, in mei memoriã facietis. Similiter & calicẽ postquã cenauit accipiens,gratias egit,& dedit illis di.Bibite ex hoc omnes. hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro uobis & pro multis effundet. Quarto,processit ad dãdũ Apostolis aliquas bonas doctrinas , qd̃ a Ioãne uocat testñ eius, di.Modicũ & iã nõ uidebitis me &c.iõ sustineatis patiẽter tribulatiões & psecutiones, qa si me psecuti sunt, & uos persequent &c.ego mittã uobis spiritũ ueritatis.Et facto sermone orauit p̃ eis di.Ego pro his rogo &c.Et Apostoli flebãt semp.Ecce hic refectio corporalis pro nostra reformatione, sicut fuerat in preuaricatione. Et fuit cõpleta prophetia Moysi de ista cena di. Edent carnes nocte illa assas &c. Exo.xij.Edẽt.s.cũ Aplis carnes &c. Secũdo, fuit in xp̃i passione ligatio psonalis, qa fuit captus & ligatus in psona in horto.Rõ,qa sicut in puaricatione post refectionẽ Adã fuit ligatus per peccatum in horto padisi terrestris, cũ ante fuisset liber in iustitia originali,iõ xp̃s ad ostendendũ q̃ uenit ad reformationẽ puaricatiõis Ade,uoluit capi & ligari.Dic practice quo hymno dicto.i. p gr̃arũ actiones. s, memoriã fecit mirabiliũ suorum &c.Fecit etiã gratias dño domus,qa xp̃s nõ est ingratus di.q̃ pseueraret in bona uita,& q̃ ipsum reciperet in domo glorie sue, & egressus Iesus cum discipulis suis trãs torrentẽ Cedrõ,sic dictũ ab arboribus cedrinis. No. quo uallis Iosaphat est

phat est inter mõtẽ Oliueti & Hierusalem. Et p mediũ uallis Iosaphat trãsit torrẽs Cedron, & introiuit in hortũ in quo multoties iuerat. Et luna erat plena iuxta legẽ, Exo. xij. qa semp erat pascha in plenilunio. Dicit Marcus, q tũc xp̃s cepit pauere & tedere. Et hoc ad ostẽdendũ suã uerã humanitatẽ, q̃ naturaliter refugit mortẽ. Qd̃ uidẽtes Apostoli direrũt sibi, O dñe qd est hoc? xp̃s dixit, Tristis est anima mea usq; ad mortẽ. & hoc ꝓpter fugã Apostolorũ, ꝓpter dolores mẽtis & destructionẽ Iudeorũ, ꝓpt hoc dixit, Tristis est &c. ió remediũ est orare. Ió uigilate & orate ut nõ ĩtretis ĩ tẽtationẽ, qa idẽ faciã. Et elõgauit se ab eis q̃tũ iactus ẽ lapidis, & orauit ter, ꝓpt tria q petebat, Pater oia possibilia sunt tibi, trãsfer calicẽ hũc a me. In hac oratione xp̃s ostẽdit se habere uerã humanitatẽ q̃ naturaliter refugit mortẽ, sed xp̃s promptus erat ad mortẽ, dando nobis exẽplũ, ut in tribulationibus cõformemus nos diuine uolũtati. Secũdo petijt suã resurrectionẽ di. Pater trãseat a me calix iste, i. passionis mẽsurate a deo pẽe, trãseat. i. solũ duret p tres dies, & ueniat resurrectio gloriosa. ió dixit, Pater trãseat a me. Sup hoc dicit Hylarius, Nõ petiit q nõ ueniat, sed q trãseat ab ipso ad martyres ut. s. fortitudo & patientia sui martirij trãsiret ad martyres, & esset fortes & patientes ad sustinẽdũ martyriũ ꝓpter eũ. Et ex hac oratione sancti martyres, Laurẽtius, Vincentius, Katharina. Agnes, & alij fuerũt fortes ad sustinẽdũ martyriũ patienter. & dicit Lucas, q tũc factus est in agonia, non sensualitatis cõtra rationẽ, qa talis agonia nũquã fuit in xp̃o, talis solũ est in nobis. Sed agonia fuit sensualitatis cõtra obiectũ, s. passionis, quia xp̃s uidit principaliter oẽs passiones passionis suequas sensualitas refugiebat. ló uene se strinxerũt, & inde in sanguinem proruperũt ex memoria passionis. Tũc uenit angelus ad confortãdum eũ, nõ q ipse indigeret eo, q fortior est angelis, sed angelus fecit obsequium suũ qd debuit facere erga dñm suũ, sicut facit sciuifer cõfortãs dñm suũ multũ forte ꝑ̃ intrãtẽ. Qui dixit xp̃o secũdũ mẽtẽ deuotorũ sanctorũ doctorũ, Dñe hec passio nõ est cõtra uolũtatẽ ufam. uosmet ipse ordinastis cũ patre & spũsancto pro saluatione credẽtiũ, & obedientiũ. Id̃ sancti pẽs leti expectãt uos in limbo. & exista passiõe magna gẽia est uobis parata, qa ꝓpter ipsam eritis iudex uniuersalis sup oẽs creaturas. Post recessũ angeli uenit xp̃s ad discipulos, & inuenit eos dormiẽtes p tristitia, & dixit eis. Surgite eam⁹, spũs prõpt⁹ ẽ, sed caro ẽ infirma. Et uenerũt Iudei cũ gladiis & fustibus. Tũc Petrus dixit xp̃o, Dñe si pcutimus ĩ gladio? Rñdit xp̃s q nõ debem⁹ nos defendere armis, sed patiẽtia. Tũc traditor Iudas q dederat eis signũ oscũi, ne caperẽt loco xp̃i Iacobũ similem xp̃o, dixit xp̃o, Aue rabbi, & osculatus ẽ eũ, qa hec erat cõsuetudo xp̃i osculari discipulos nouiter ueniẽtes. Xp̃s uero auertit faciẽ suã & dixit Iude, Iuda osculo filiũ hoĩs tradis? q.d. miser cogita dãnationẽ tibi hodie paratã, & uenit obuiã Iudeis di. Quẽ q̃ritis? Rñderunt, Iesum Nazarenũ. Qui uolẽs ipsos humiliare dixit, Ego sum, qd̃ est propriũ nomẽ Dei. Quo noĩe audito oẽs Iudei ceciderũt in terrã. In quo xp̃s oñdit q nõ potuissent ipsum capere nisi uoluisset capi. Cogitate qũo Apostoli gaudebãt qñ Iudei ceciderunt di. q xp̃s nõ caperet. dicit Chryso. Cõsidera xp̃iane quãta uirtus ẽ ĩ xp̃o iudicaturo, q tãta habuit iudicãdus solo uerbo uirtutẽ. ló dicit, Nemo tollit animã meã a me. sponte. Io. x. Et a xp̃o licẽtiati surrexerunt. Quibus dixit xp̃s iterũ, Quẽ q̃ritis? Rñderũt, Iesum Nazarenũ. Dixit eis Iesus, Dixi uobis qa ego sum. Si ergo me q̃ritis, sinite hos abire. At illi manus iniecerũt in eũ & tenuerũt. Quibus dixit xp̃s, Tanquã ad latronẽ existis cũ gladiis & fustibus cõprehendere me, quotidie erã in templo docẽs, & nõ me tenuistis, sed hec est hora ufa & potestas tenebrarum. Tũc Petr⁹ quasi desperatus uolẽs mori pro xp̃o, euaginato gladio uoluit occidere unũ de illis ministris, q auertit caput &

put & abscidit auriculã eius dexterã. Cui dixit xp̃s, Mitte gladiũ in uaginã. Calicẽ quẽ dedit mihi pater nõ uis ut bibã illũ, qõ ergo ĩplebunt scripture? Sed restitit sibi aurẽ. Tũc Apostoli uidẽtes xp̃m captũ & ligatũ fugerũt, timẽtes ne ẽt capẽrentur. Cogitate qũo dicebat quilibet ipsorũ, O miser mõ cõpletũ est scandalũ qd̃ dixerat, O miser sic dimitto magr̃m meũ, & sine ictu ipsum desero. O miser dixit Ioãnes qd dicã matri sue. Et rediit ad xp̃m. Vidẽs Petrus qd Ioãnes redibat, ẽt rediit, & sequebat a lõge ut uideret finẽ. Dicũt aliq q qñ xp̃s captus intrauit p portam ciuitatis Hierl̃m, imagines lapidee ĩperatorũ Romanorũ q̃ erãt ibi sculpte, inclinauerũt se xp̃o. q.d. Dñe hoĩes rõnales uos ligauerũt, & nos irrationales uos adoram⁹. Ecce hic ligatio pssone xp̃i. Et fuit cõpleta prophetia. Treñ. iiij. in pssona oĩm ꝓphetarũ dl. Spũs oris nostri xp̃s dñs captus est ĩ peccatis nostris. Cui dixim⁹, In umbra tua uiuem⁹ in gẽtib⁹. Tertio fuit ĩ passiõe xp̃i dãnatio humanalis qa corã quatuor iudicibus xp̃s fuit cõdẽnatus. s. corã Anna, Caypha, Herode, & Pylato. Rõ, qm̃ propter peccatũ Ade humanũ genus fuit cõdemnatũ ad corrũpendum sub quatuor elemẽtis, qa si Adã nõ peccasset, ignis nobis nõ nocuisset, nec aer malas ipressiões dedisset nec fecisset tẽpestates cõtra nos, nec aqua nos submersisset, nec terra nos lesisset operãdo, uel ambulãdo in ea. ló xp̃s ad satisfaciẽdũ ꝓ nobis ut post diẽ iudicij simus liberati ab his coruptiõib⁹ elemẽtorũ uoluit condẽnari corã quatuor iudicib⁹ ꝓdictis. Dic practice qũo xp̃s captus & ligat⁹ fuit ductus. Prio corã Anna põtifice q erat socer Caiphe, qui erat põtifex anni illi⁹ q erat maxim⁹ inimic⁹ xp̃i. De quo gauisus fuit Ioãnes q erat sibi notus, qa portauerat sibi encenia piscũ, qa pr̃ Ioãnis sibi mittebat, qa tã q̃ malus iudex libẽter recipiebat illa seruitia, ió ancilla ostiaria pmisit Ioannẽ ĩtrare, q fecit eũ ea ut pmitteret Petrũ ĩtrare. Cui dixit ancilla ostiaria. Nunqd tu ex discipulis es hoĩs istius. Qui negauit eũ timore captiõis, sed posuit se ad ignẽ cũ aliis. Tũc Annas ĩterrogauit xp̃m de duobus s. de doctrina & discipulis di. Et nũquid sufficit doctrina Moysi, uidet q tu sis sapiẽtior Deo &c. & facis te capitaneũ Gẽtiũ, quare hoc? Xp̃s rñdit ad primã q̃stionẽ de doctrina dicẽs, Ego palam locutus sum mũdo, ego docui ĩ synagoga & ĩ tẽplo quo oẽs Iudei cõuenerũt, & ĩ occulto locutus sum nihil, qd me interrogas? interroga eos q me audierũt qd locut⁹ sum ego ipsis. Etiã rñdisset ad secũdã q̃stionẽ, sed nõ habuit locũ, qa seruus põtificis alapa ipsum percussit di. Sic rñdes põtifici? Et ꝓstrauit ipsum ad terrã. Qui dixit illi postq̃ surrexit, Si male locutus sum, testimõniũ phibe de malo. Si aũt bñ. quid me cedis? q.d. Tu nescis quẽ cedis, sed scies in iudicio. Videns Petrus q xp̃s sic pcutiebat, flebat. Cui dixerũt, Nũqd & tu ex discipꝭis ei⁹ es? Qui negauit di. Non sum. Dixit unus ex seruis põtificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculã, Nonne ego te uidi in orto cũ illo? Tũc Petrus nõ solũ negauit xp̃m, sed ẽt iurauit & anathematizauit dicẽs q non nouisset eũ. O Petre ubi sunt uerba tua ꝓmissa q̃ dicebas? Ego tecũ paratus sum ĩcarcerari & ĩ mortẽ ire. Et si oportuerit me mori tecũ, non te negabo &c. Si oẽs scãdalizati fuerint, ego nõ scãdalizabor. O male seruasti ꝓmissũ. Et gall⁹ cãtauit. Et cõuersus xp̃s respexit Petrũ. q.d. Petre tu me negasti. Tũc Petr⁹ egressus foras fleuit amare. Dixit hic magr̃ histo. q Petr⁹ abscõdit se ĩ quoddã sepulchrũ. Et qñ cũq; gallus cãtabat, Petr⁹ semp flebat. ló portabat sudariũ. Cũ tñ solo timore xp̃m negaret, qd erit de te q ipsum negas & renegas ex malitia? Tunc Annas uisõ q gallus cãtauerat, considerãs q erat alta nox, dedit sententiã ut xp̃s duceret corã Caipha, sicut factum fuit. Cogitate qũo xp̃s fuit ibi receptus, ubi erãt cõgregati inimici xp̃i di. Ribalde quoties cõfudisti nos in tuis sermonibus, & multi falsi testes surrexerũt cõtra eũ. Cui dixit iudex, Audi q̃ta aduersum te dicũt testimonia. Iesus aũt nihil rñdebat. Rõ, qa in iudicio cal

cio calumnioso melius est tacere q̃ aliquid dicere. iudex iterũ dixit, Cur nõ loqueris? Adiuro te. ſ. iuramento, ut dicas nobis ſi tu es xp̃s. Tũc xp̃s ne uideretur deſpicere nomen Dei, dixit, Tu dixiſti, ſupple, uerũ, qa ego ſum filiꝰ Dei & meſſias ſaluator mũdi. Et amodo uidebitis filiũ hoĩs ſedentẽ a dextris uirtutis dei & uenientẽ in nubibꝰ celi. Dixerunt, tu ergo es filius Dei? Qui ait, uos dicitis quia ego ſum. Quo audito Caiphas in ſignũ blaſphemie ſcidit ueſtimẽta ſua, di. Blaſphemauit, audiſtis blaſphemiã? quid uobis uidetur? & condẽnauerũt eũ eſſe reũ mortis. Tũc expuerũt in faciẽ eius, & dabãt ſibi alapas, & ſic tenuerũt ipſum per totã noctẽ. Et hodie mane hora prima duxerunt eũ ad Pilatum, tradẽtes ipſum curie ſeculari ut morereſ, accuſantes eũ & dicẽtes, Hũc inuenimus ſubuertentẽ gentẽ noſtrã, & prohibentẽ tributa dari Ceſari, & dicentẽ ſe xp̃m regẽ eſſe. Luc. xxiij. Pilatus interrogauit eum di. Tu es rex Iudeorũ? Xp̃s rñdit, tu dicis, ſupple uerũ. Ait Pilatus ad principes ſacerdotũ & ſcribas, Nihil inuenio cauſe in homine hoc. At illi inualeſcebant dicẽtes. Cõmouit populũ docẽs p uniuerſam Iudeam, incipiens a Galilea uſq; huc. Tunc Pilatus iterrogauit an homo Galileus eſſet, ut cognouit q̃ de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eũ ad Herodem, qui & ipſe Hieroſolymis erat illis diebus, q̃ diu deſiderauerat xp̃m uidere propter miracula & gauiſus eſt ualde, Nõ ex deuotione, ſed ſperabat ab eo aliqd̃ ſignũ uidere ut a ioculatore. Et iuxta deſideriũ ſuũ fecit xp̃o multas queſtiones. Primo dixi ſibi, Audiui q̃ tu ſcis conuertere aquã in uinũ, ideo facias corã me, & fecit portare magnũ uas aque dicẽs cõuertas, ſed xp̃s ſibi nihil dicebat, ſed tanq̃ ſtultum ipm deſpiciebat. Deinde Herodes dixit, Audiui q̃ tu ſcis multiplicare panes, facias corã me &c. & nihil fecit. Item audiui q̃ ambulas ſup aquas, facias corã me, ſed Chriſtus nihil dixit ſibi. Dixit Herodes ei, Neſcis quia ptãtem habeo liberandi te? & Chriſtus ei nihil rñdit. Spreuit autem illũ Herodes cũ exercitu ſuo, & illuſit induct̃ ueſte alba, & remiſit eum ad Pilatũ. Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus ipſa die. nã antea erant inimici ad inuicẽ. Pilatus autẽ cõuocatis principibus ſacerdotũ & magiſtratibus & plebi dicit ad illos, Obtuliſtis mihi hominem hũc quaſi auertentem ppl̃m, & ecce ego corã uobis interrogãs nullã cãm inuenio in iſto ex his in quibus eũ accuſatis, ſed neq; Herodes, nã remiſit illũ ad uos, & ecce nihil dignũ morte actũ eſt ei. Videſ diabolus magnã xp̃i patientiã & ſanctorũ patrũ in limbo letitiã, uolẽs impedire paſsionẽ xp̃i apparuit in ſomnis uxori Pilati adhuc in lecto dormienti, ut ſic mediãte muliere, nr̃am impediret redẽptionẽ, & minatus ei niſi ſuaderet uiro ſuo q̃ nullo modo occideret hoĩem illũ bonũ & iuſtũ. tũc Pilatus tã amore mulieris, q̃ etiã quia ſciebat q̃ p̃ p̃ inuidiam ipm tradidiſſent, laborauit ut xp̃m liberaret, ſalua tñ beneuolentia Iudeorum. Vnde quadrupl̃r uoluit eũ liberare. Primo ꝓpter xp̃i innocẽtiã, qa ad partẽ ſecrete xp̃m examinauit, ſi ꝓhibebat tributa dari Ceſari. Xp̃s rñdit q̃ nõ, imo dixerat, Reddite q̃ ſunt Ceſaris Ceſari. Itẽ ſi erat rex Iudeorũ. Rñdit xp̃s, Regnũ meũ non eſt de hoc mũdo &c. imo Iudei uoluerũt me facere regẽ poſt cõuiuiũ qd̃ ego eis feci, ſed ego fugi. Tunc dixit Pilatus Iudeis, Ego nullã cãm mortis inuenio in hoĩe iſto. At illi clamauerũt dicẽtes, Crucifige crucifige eũ. Secũdo Pilatus uoluit xp̃m liberare p̃ gſam quã Iudei habebant ex priuilegio imperatoris q̃ in paſcha poſſent liberare unũ uinct̃ quẽcũq; petiſſent. Rõ qa tali die populꝰ Iſrael erat liberatus a captiuitate Egypti ideo in memoriã illius liberationis obtinuerũt illud priuilegiũ. iõ Pilatus tractabat de illo priuilegio ut xp̃s liberaretur di. Eſt cõſuetudo uobis, ut unũ uinctum dimittã uobis in Paſcha, uultis ergo dimittã uobis regẽ Iudeorũ? Clamauerũt rurſum oẽs dicẽtes, Nõ hũc ſed Barrabã, q̃ erat latro & homicida. Tertio uoluit xp̃m liberare ex cõpaſsione. Cogitauit

Pilatus

Pilatus q̃ inuidia & malicia cordis uincitur ex miſeria illius cõtra quẽ eſt inuidia. Ideo Pilatus dixit xp̃o, Video totum ppl̃m cõtra te motũ ex inuidia, iõ flagellabo te, ut ſic trãſeat malicia ipſorum ne moriaris. Rñdit xp̃s, Facias q̃cq̃d uolueris. Tũc Pilatꝰ apprehẽdit Ieſum & fecit ligari nudũ ad colũnã, ſecundũ magl̃m in hiſtoria, adeo ſpiſſam q̃ manus manũ ad ſpaciũ duarũ palmarũ nõ tãgeret, ſed corrigijs trahebatur & ligabaſ, & ita miſerabiliter flagellabatur, q̃ a plãta pedis uſq; ad uerticẽ nihil manebat illeſum in ſuo benedicto corpe, niſi ſolũ lĩgua, qua pro pcõribus & latrone in cruce oraret atq; teſtiñ faceret. Et impleta fuit ſcriptura quã p̃dixerat. ſ. Filius hoĩs tradet gẽtibus, & flagellabit & cõſpuet. Milites aũt q̃ flagellabãt eũ ſecũdũ aliquos erãt quatuor, quorũ primi duo ſecũdũ Hiero. in gl. uirgas de ſpinis & ueribꝰ acutiſsimis habuerũt cõfectas, q̃bus cutem aperuerũt. Illis uero fatigatis alij duo flagella habuerũt, in quorũ ſummitate erãt nodi aculeis acutiſsimis trãsfixi carnem ſanctã ſcindentes. Alij aũt duo habuerũt cathenas habẽtes uncos in ſummitatibus, & quaſi carnẽ extraxerũt. Vnde Euſebiꝰ & Chryſo. ſup illo uerbo, Diſciplina pacis nr̃e ſup eũ, dicũt q̃ iſta diſciplina fuit triplex. ſ. dura, qa uirgis & ſpinis, durior, qa flagellis nodatis, duriſsima, qa cathenis ferreis xp̃s fuit ceſus. unde cũ ſecũdũ medicos in humano corpe ſint cclxxvj. oſſa, ita xp̃s fuit flagellatus qd̃ quodlibet os recepit triplicẽ ictũ, unũ de uirgis alium de flagellis, tertium de cathenis. Solutus igit xp̃s proprias ueſtes induere uoluit, ſed nõ fuit permiſſus. Nã milites ſuſcipiẽtes Ieſum duxerũt eũ de colũna eloco flagellatiõis & itroduxerũt i atriũ, & cõuocãt totã cohortẽ. Et induerũt cũ ueſte purpurea antiqua & aſpa, in ſignũ regie maieſtatis. Nã purpura reges utebanꝰ, & plectẽtes coronã de ſpinis marinis, que acutiores & longiores ſpinas habent ceteris ſpinis, capiti eius impoſuerũt, q̃ eũ in capite i. lxxij. locis crudeliter uulnerauit. Nã erat ad modũ pilei, ita q̃ undiq; caput tegeret & tangeret, ita q̃ aculei oſſa penetrarẽt. Iſti iunci ſecundũ Iſod. ab intra fuerũt cõcaui ſugentes ad ſe ſanguinẽ xp̃i. Arundinẽ uero dederũt in dextera eius, quaſi ꝓ ſceptro regali, & illudebãt ei, & genu flexo ceperũt eum ſalutare deriſorie dicentes, Aue rex Iudeorũ. q. d. regẽ te dixiſti Iudeorũ. iam coronatus es, & expuẽtes in eũ dederũt ei alapas tanq̃ fatuo. Propter qd̃ eccl̃ia ꝓ ipſis orãdo nõ flectit genua ſicut pro paganis, & alijs. Et tũc exiuit iterũ Pilatus foras & dixit, Vt cognoſcatis qa nullã cãm inuenio in eo, adduco eũ foras. Exiuit ergo Ieſus portãs ſpineã coronã & purpureũ ueſtimentũ. Et dixit eis Pilatus. Ecce hõ. q. d. hic eſt hõ q̃ ſe regẽ ueſtrũ dixit, ut aſſeritis. Sufficit ergo uobis ꝓ illo uerbo q̃ abominabilis ſit ſibi illata contumelia &c. Cũ ergo uidiſſent eũ põtifices & miniſtri clamabãt. Crucifige crucifige eũ. q. d. illa pena nõ ſufficit ſed petimus ut crucifigaſ, & nõ petebant aliã mortẽ niſi crucifixionis. Quia ſecũdũ Chry. crucifixio tãta erat cõfuſio, ut nullus hoĩum amplius de crucifixo memoraret niſi in maledictiõe &c. Et illud cõqueritur Dauid di. Sicut aqua effuſus ſum. Quia in oĩ liquore odor remanet i uaſe, dempta aqua. Voluerũt eñ nomen eius delere. ut dicit S. Tho. ſup dicto uerbo, ergo petebãt ut crucifigeret. ſ. Dixit aũt Pilatus, Accipite eũ uos & crucifigite ego eñ nõ inuenio cãm in eo. Rñderũt, Nos legẽ habemꝰ. Leuit. xxiij. & ſecũdũ legẽ hãc debet mori, qa filiũ Dei ſe fecit. Cũ Pilatus audiſſet hũc ſermonẽ magis timuit, non legẽ, qa Gẽtilis, ſed ne forte ſecundũ Hiero. uerũ eſſet q̃ originẽ diuinã haberet, & ſic in eo crimẽ enorme cõmiſiſſet. ſ. flagellãdo, & ſic de alijs. Iõ de hoc certius inquirere uolens, ingreſſus iterũ in pretoriũ cũ Ieſu, dixit ad Ieſum, Vñ es tu? de diuina an humana generatione &c. Ieſus nõ rñdit ꝓpter difficultatẽ queſtionis, qa Pilatus nõ ſufficiebat eã accipe. Dixit ad eũ Pilatus, Mihi nõ loqueris? Neſcis quia ptãtem habeo crucifigere te, & dimittere te? Quibus

uerbis Pilatus cõdẽnauit seipsum. Rñdit Ieſus: Non haberes poteſtatẽ aduerſum me ullã, niſi tibi datũ eſſet deſuper, propterea q̃ tradidit me tibi, maius pc̃m habet. Vbi dicit Augu. q̃ q̃ peccat ex auaritia, plus peccat q̃ ille q̃ peccat ex timore humano. Exinde. i. ex hac cã querebat Pilatus dimittere Ieſum, ſicut aſtut⁹ uidẽs q̃ eũ notaſſet de peccato ſi innocentem occideret, q̃rebat ergo opportunitatẽ dimittẽdi eum ſicut antea fecerat. Iudei ergo hoc cõſiderãtes clamauerũt dicẽtes, Si hũc dimittis nõ es amic⁹ Ceſaris. Oĩs q̃ ſe regẽ &c. Igit cũ Pilatus audiſſet hos ſermones duxit foras Ieſum in loco publico q̃ dicit Lithoſtrotos. Erat autẽ paraſceue. i. prima dies ſolẽnis in qua p̃parabãt cibos q̃ ſabbato. In quo ſabbato nõ licuit preparare cibũ ꝓpter ſolẽnitatẽ, ſed in precedẽti. ſ. ſexta feria. ideo oĩs ſexta feria dicebat paraſceue, hora quaſi ſexta, quia die ſexta hõ factus eſt. Et dixit Pilatus, Ecce rex ueſter. Illi autẽ quaſi frenetici clamabant, Tolle tolle crucifige eũ &c. Dixit eis Pilatus, Regẽ ueſtrũ crucifigã? q. d. utiq; ex hoc uerecundia magna generabit, q̃ audiet de uobis dici q̃ regẽ uſm crucifixiſtis. Rñderũt põtifices, Nõ habemus regẽ niſi Ceſarẽ. Tunc Pilatus cõſiderãs ſe incurrere indignationẽ populi & Ceſaris, cõſenſit petitioni eorũ. Sedẽte illo igitur pro tribunali, miſit ad eũ uxor eius dicẽs, Nihil tibi & iuſto illi. Multa em̃ perpeſſa ſum hac nocte ꝓpter hunc ſanctũ hoĩem & iuſtum. Tũc em̃ diabolus cognouit fructũ paſſionis Ieſu xp̃i ex letitia aĩarũ in limbo exiſtẽtiũ q̃ ex plurimis prophetijs ſperabãt ſe redimi. Vidẽs autẽ Pilatus q̃ a nihil ꝓficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus ſuas corã populo dicẽs, Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius, uos uideritis. Et rñdit uniuerſa turba, Sãguis eius ſuper nos & ſuper filios nr̃os. O q̃ horrendũ teſtim̃ fecit hic populus ſtultus. Manet enim hoc teſtim̃ uſq; in hodiernũ diẽ. Nã in ſignũ huius uindicte q̃ maſculi Iudeorũ de hoc genere q̃ ſic clamabant naſcunt, habẽt manum dexterã plenã ſanguine capiti imminxã. Quare Pilatus timore cõcuſſus dimiſit eis Barrabã homicidã. Ieſum uero flagellatũ tradidit uolũtati eorũ ut crucifigeret cõtra legem iuſtitie. Et fuerũt hec uerba quibus Pilatus xp̃m ſentẽtiauit, ꝛc ſum ſeducẽtẽ populũ, blaphemãtẽ Deũ, dicentẽ ſe xp̃m regem eſſe Iudeorũ, crucifigendũ condẽno & adiudico. Et q̃a hodie eſt oblatus alpha, & o, principium & finis, iõ his diebus eccl̃ia omittit initia & fines horarũ. Quarta fuit in paſſione xp̃i cõpaſſio ſocialis, quia nõ ſolũ xp̃s ſuſtinuit paſſionẽ & dolores cordis, ſed etiã uirgo Maria mater ſua, & multi alij. Rõ, quia ex pcõ Ade ipſe nõ ſolũ ſuſtinuit mala ſed etiã Eua. Data igit ſentẽtia mortis poſtq̃ illuſerũt ei. Dic cũ practica exuerũt eũ purpura & induerũt eũ uestimẽtis ſuis ut magis eſſet agnoſcibilis, & ad mortẽ uadẽs amplius ſubſannaretur. Et tũc proculdubio, xp̃s habuit nouã & maximam paſſionẽ, q̃m illa purpura congelata fuit & fortiter cõpacta uulneribꝰ ictuum flagellorũ, que abſq; maximis doloribus euelli non poterat. Et maxime q̃ tunica illa ſpoliatus fuit, renouata fuerunt oĩa uulnera, & hec durior pena fuit q̃ flagellatio, uel etiã coronatio, q̃d imaginari põt. Cepit em̃ nouus ſanguis ebullire & totũ corpus roſeo cruore perfundi. Et imponentes ſibi crucem duxerunt eum extra ciuitatẽ. Quia paſſio xp̃i gloriоſa nõ ſolũ ad Iudeos ſed etiam ad oẽs ſe extẽdebat. In huius ſignũ extra ciuitatẽ pati uoluit. O quanta bona Ieſus ſemper benedictus fecit huic ciuitati. Pro quibus oĩbus crucẽ pro maiori ignominia poſuerunt in humeris ſuis ad portandũ. Bernardus, O inauditũ ſpectaculũ, uunq̃ auditum, niſi tum aut factũ, ut aliquis fur aut malefactor ad hoc cõpelleretur, ut ſuũ propriũ portaret patibulũ, ꝓpter ſaluatorẽ. & impletũ eſt illud. Eſa. ix. Factus eſt principatus ſup humerum eius. Hoc prefiguratum fuit in Iſaac qui dũ iret ut immolaret a patre, ligna in ꝓprio dorſo portauit. Geñ. xxij. ibi em̃ habetur q̃ dñs dixit Abrae, Abrã Abrã, Et

Et ille rñdit, Adſum. ait illi, Tolle filium tuũ unigenitũ quẽ diligis Iſaac & uade in terrã uiſionis, atq; ibi offeres eum in holocauſtũ ſup unũ montiũ quem monſtrauero tibi. Igit Abrã de nocte cõſurgẽs ſtrauit aſinũ ſuũ, ducẽs ſecum duos iuuenes & Iſaac filiũ ſuũ. Cũq; cõcidiſſet ligna in holocauſtũ, abijt ad locum quẽ preceperat ei Deus. Iſta enim fuit figura paſſionis xp̃i, quia Abrã ſignificat patrẽ in diuinis, qui obtulit filiũ ſuũ unigenitũ in ara ſancte crucis, in redẽptionem pro oĩbus nobis miſerrimis peccatoribus. Et ſicut Iſaac filius Abrae in proprijs humeris portauerat ligna holocauſti obedienter ad uoluntatem patris ſui Abrã, ſic filius Dei ſaluator noſter Ieſus, patienter ſicut agnus innocens portauit patibulũ ſancte crucis proprijs humeris impoſitũ. Et quia Iudei ipſum alapis & uerberibus & illuſionibus, necnon flagellationibus coronationeq; tñ fatigauerũt ideo crucẽ nõ diu, nec remote portare poterat, quia totaliter fuit exinanitus & exhauſtus. Iõ dicit ſub cruce cecidiſſe. Nec mirũ ex remiſſiõe ſanguinis oĩm uenarũ, qui defluebat ex plagis flagellorũ & ſpinarũ & magnitudine crucis, que habebat in lõgitudine pedes. xv. & in latitudine. x. Iõ exeuntes in eũ qui dicit Caluarie locus, & cũ ducerẽt eũ & ita repẽte ꝓcedere nõ poſſet inuenerũt hoĩem Cyreneũ noĩe Simonẽ uenientẽ de uilla, patrẽ Alexãdri & Ruffi, hũc cõprehenderũt & angariauerũt ut tolleret crucẽ eius, & impoſuerũt illi crucẽ portare poſt xp̃m, nõ ex mĩa moti, ſed ut citius ad mortẽ ꝓuenirẽt. Nec quis eſtimare debet illud eſſe cõtra perfectionẽ xp̃i exiſtẽtis uerus Deus & uerus hõ. Tradiderat em̃ diuinitas xp̃i humanitatẽ ex toto infirmitatibus humanis ad patiendũ, nolẽs ſibi in aliquo ſuffragari quo ad pene alleuiationẽ, & iõ infirmitatis humane cõditio expoſcebat, ut hõ xp̃s ſic tota nocte fatigatus & cruoris effuſione debilitatus ſub tãto põdere deficeret. Nec mirũ cum in minore labore aĩ fatigat⁹ puta itineris ſedebat pro refocillatione uiriũ ſupra montẽ. Io. iiij. Hoc primo nũciatũ fuit beate Marie uirgini, q̃ tũc fuit in domo Marie Magdalene, ut uolũt potiores doctores, ꝓpm filiũ ſuũ eſſe cõdenatũ ad mortẽ. Cũ quãto aũt cordis dolore & animi perturbatione hũc nunciũ receperit, perpendere põt q̃libet fidelis mater. Nec tñ aliquid indeceſ ſue pudicitie uel uirginitati derogans commiſit. Nec uerũ eſt illud fabuloſum quo uirgini glorioſe iniuriari impie uſ, uirginem cucurriſſe ad ſimilitudinẽ inſaniẽtis mulieris hincinde de domo ad domum, ad quas xp̃s ducebat, ac in ſignũ anguſtiarũ ſuarũ crines euulſiſſe, ac p̃ rimas ꝓſpexiſſe, & manibus depreſsis & cõplotis lamẽtabiliter planxiſſe. Et plura alia que oĩa falſa & friuola ſunt. Rõ, aĩs multe mulieres pfectiores fuiſſent beata uirgine. ſ. Sophia ſeptẽ filiorũ mr̃, & q̃plures alie multe. Sed cũ tres ſunt modi plãgendi, Quidã nimis dolorẽ exprimũt in opere exteriori, ſicut Hely. j. Reg. iiij. q audiẽs captã arcã dñi & duos filios mortuos ceciderit retrorſum, & confractis ceruicibus expirauit. Quidã nihil moleſtũ patiũtur, tñ ꝓpter quandã honeſtatẽ dolorẽ ſimulãt beſtiali quodã clamore, ut iuuẽcule de morte uirorũ deformiũ & uetulorũ. Seduterq; ſe fruſtra affligit. Primis abſq; inordinato motu bene ab oĩbus ſibi crederet. Secũdis quãto magis inſanierint, tãto minor fides adhibet. Idcirco tertiũ modũ ualde humanũ mater uirgo adinuenit, que cũ amarũ dolorem in corde guſtauerit, nihil tamen fedum aut indecens geſsit nequaq̃ obliuiſcens fidei catholice & uirginalis pudicitie. Fides em̃ quam habuit, in ea ſola permanſit de reſurrectione filij ſui, dolorem incomparabilem ſic temperauit, ne indiſciplinatũ quid cõmitteret. Et Origenes in quodã ſermone de paſſione dicit, Omnis beate uirginis dolor in xp̃i paſſione conceptus, ſic intra ſue anime clauſtra detinebatur, ut nec minime impatientie aut inordinationis ſigno exteri⁹ ſe ꝓderet, niſi inquantũ lacrymarũ effluxio oculi materni impetuoſam anxietatem indicabant.

cabāt. Vnde maximā cōpassionē cū xpo habuit. Hūc exitū, &hāc ꝓcessionē lamētabilē Bernar. describit dicēs, Cū inquit xps sic duceret, factꝰ est cōcursus populorū post ipsum, sicut qñ fures & malitiosi ducunt ad mortē. Alij ibāt ridētes, alij illudētes, alij lutū super benedictū caput eius ꝓijciētes, & in faciē. Si ante se respexit, uidit lutū sup se ꝓijciētes. Si supra, uidit patibulū humero suo impositū eum ualde opprimēs. Si retro, uidit matrē cū multa turba populi, & mulierū q̄ seqbantur, & plāgebāt arq; lamētabantur eū ex maxima cōpassione. Cōuersus autē ad illas Iesus dixit, Filie Hierusalē nolite flere super me. Tum ꝓpter spōtaneā moriēdi uolūtatē, tum ꝓpter diuinā ordinationē q̄ sic ordiauit mori, tū ꝓpter mortis mee utilitatē, qa moriēdo uolo mortem destruere. Causam tū passiōis iubet deflere. s. peccata preterita & futura, que xp̄m pati ordine iustitie fecerunt, super quibus doloribꝰ affici ad salutē necessariū est. hec Bern. Sed super uosipsas flete, & sup filios uestros, quia ueniēt dies quibus dicēt, Beate steriles, & uentres q nō genuerūt, & ubera q̄ nō lactauerunt. Tūc dicēt mōtibus, Cadite super nos, & collibus operite nos. Et loquebat de obsidione Romanorū per Titū, & Vespasianū principes Hierusalem post ascēsionem dñi annō. xlij. funditus destruētiū, qñ tanta fuit strages facta, ut occisorum sanguis, quasi riuulus de omnibus partibus ciuitatis flueret. Et capta fuit ciuitas in die pasche, & oēs potiores Iudei occisi. Et triginta uenditi sunt uno denario. Et capta ciuitate undecies centena milia fame, & gladio perierūt, & octuaginta milia uēditi, & dispersi sunt. Et fuit uerificata illa maledictio qñ dixerūt Pylato. Sanguis eius super nos, & super filios nostros, & illā plagā fleuit xps in die palmarū, & tanta fames tpe obsidionis erat, ut matres filios suos comederēt, ut dicit Iosephus qui pro tunc presens erat, licet fuerit latitās in scissuris petrarū quousque persecutio ista cessaret. Itē xps loqbatur de iudicio finali, qñ pre timore dicent mōtibus, Cadite super nos, & collibus cooperite nos. Nā subdit cām. Quia si in uiridi ligno hoc faciūt, ideſt, in me. Dicitur autē xps uiride lignū, quia uiridis in radice diuinitatis, in cortice humanitatis, in ramis uirtutū, in folijs sermonum, in fructu bonorū operū. In aridō, ideſt, peccatore q̄ caret humore gratie, fructu iustitie, uigoreq; cōstātie, qd fiet, ideſt, quāta putatis pena digni sunt? Pater ergo cōpassio matris, & mulierū exdictis. Quinto fuit in passione xp̄i defunctio tpalis, quia uoluit mori cruce. Licet alie passiones xp̄i fuissent sufficientes ad redimēdū genus humanū, tamen adhuc uoluit mori. Ratio, quoniam ex peccato Ade nō solū habemꝰ tribulationes, dolores, & passiōes, sed etiā mortē. Gen. ij. Quacūq; die comederis, morte morieris. Et ille modus est cōueniētior. Vnde doctores sancti, & ꝑcipue. s. Tho. iij. parte. q. xlvj. ar. ij. dicit q̄ erat bene alius modus redēptionis Deo possibilis, absolute loquēdo, quia dicit Luc. j. Non erit impossibile apud Deū omne uerbū, & Esa. lix. dicitur, Ecce nō est abbreuiata manꝰ dñi, ut saluare neqat. Et ideo multi alij modi erāt Deo possibiles. vñ ut dicit ibidē ad tertiū argumētū, Si Deꝰ hominē absq; omni satisfactiōe a pcō liberasset cōtra iustitiā nō feciſſet, qa culpa in eū cōmissa fuit, & sic misericorditer egisset. Sed tū nō erat modus cōuenientior, ut dicit Tho. eadē parte, eadē. q. ar. iij. qa dicit Augu. in xiij. de trini. Sanādo nostre miserie cōueniētior modus non fuit q̄ per passionem xp̄i. vnde absolute nō fuit necessārium, ut xps moreret, sed ex necessitate finis, ut dicit ibidem. art. j. eadem. q. Et hoc pōt dupliciter intelligi. Primo quidē ex parte nostra, qui per eiꝰ passionē liberati sumꝰ, secūdū illud Ioā. iij. Oportet exaltari filiū hoīs, vt oīs qui credit in ipm nō peat, sed habeat uitā eternā. Secūdo, ex pte ipsiꝰ xp̄i q̄ p humilitatē passiōis meruit gliā exaltatiōis, & p hoc patet qd dicit Luc. xxiiij. Oportuit pati xp̄m, & sic intrare in gloriā suā. Vñ ad hoc qd homo p passionē xp̄i est liberatus,

tus, multa cōcurrūt ad salutē hoīs pertinētia, preter liberationē a peccato. Prīo enim per hoc cognoscit homo q̄tū Deꝰ eū diligat, & ꝓuocat ad Deū diligendū, in quo salutis humane ꝓfectio consistit. Vnde Apostolus dicit Ro. v. Cōmendat Deus charitatē suā in nobis, quoniā cum adhuc peccatores essemus, xps ꝓ nobis mortuꝰ est &c. Secūdo qa per hoc dedit nobis exēplū obediētie, humilitatis, constātie, iustitie & ceterarū uirtutū in passiōe xp̄i ostēsarū, q̄ sunt necessārie ad humanā salutē. Vnde dicit. j. Pet. ij. Xps passus est ꝓ nobis, uobis relinquēs exēplū, ut sequamini uestigia eiꝰ. Tertio, qa xps per passionē suā nō solū hominē a pcō liberauit, sed etiā gratiā iustificātē, & gloriā beatitudinis ei ꝓmeruit. He. x. Habemus fiduciā in introitu sanctorū. s. fideliū in sanguine xp̄i. Quarto, qa p hoc est homini indita maior necessitas se īmunem a peccato cōseruādi, qñ se sanguine xp̄i redēptū cogitat a peccato, secūdū illud. j. Cor. vj. Empti estis ꝓtio magno, glorificate, & portate Deum in corpore uestro. Quinto, qa hoc ad maiorē dignitatē hominis cessit, ut sicut homo uictꝰ, & deceptus fuit a diabolo, ita etiā homo esset q̄ diabolū uinceret, & sicut homo morte meruit, ita homo moriēdo mortem superaret, ut dicitur. j. Cor. xv. Deo gratias q̄ dedit nobis uictoriā per Iesum xp̄m. Et ideo cōueniētius fuit q̄ p mortem xp̄i liberaremur q̄ per solā Dei uoluntatē. Hec sanctus Tho. art. iij. questionis predicte. Dic practice quō duxerunt xp̄m cū cruce quā portabat in collo. Ducebāt autē alij duo neq̄ cū illo, ut interficerent ad mōtē Caluarie. Et dū fuerunt ibi dixerūt sibi, Expolia te, & ita fecit. Et milites acceperūt uestimēta eius, & fecerūt quatuor partes, unicuiq; militi partē & tunicā. Erat aūt tunica incōsutilis desuper cōtexta per totū. Et dixerūt ad inuicē, Nō scindamus eā, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur dicens, Partiti sunt uestimenta mea sibi, & in uestē meā miserūt sortē. Et crucifixerunt eum, & cū eo alios duos. Cogitate quādo uirgo sentiebat ictus clauorū qñ crucifigebatur, quō percutiebat cor eius. Et eleuato crucifixo gētes se elongauerunt. Tūc uirgo cū Ioāne, & Magdalena uenit ad pedē crucis, & gutte sanguinis filij cadebāt sup caput uirginis. Cogitate dolorē xp̄i, & cōpassionem matris. Tūc Christus orauit pro crucifixoribus dicēs, Pater ignosce illis, qa nesciunt qd faciūt. Virgo Maria audito filio eleuauit oculos, & uidit filiū totū sanguinolentū a capite usq; ad pedes. Vidēs latro q̄ pendebat in cruce a dextris, q̄ xps orauit ꝓ crucifixoribus, & cōsiderās Christi patiētiā, habuit fidē de Christo, & contritionē de peccatis in corde, & dixit cū lacrymis Christo, Dñe memēto mei dum ueneris in regnū tuū, quasi diceret, Non dico q̄ modo parcas mihi, qa nō sum dignꝰ, sed postq̄ in purgatorio fuero, tūc memēto mei. Cui rndit Christus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in ꝓaradiso. Questio quare de duobus latronibus cū Christo crucifixis, unus fuit cōuersus, & nō aliꝰ? Rōnē quidā assignant de umbra brachij que ipsum tetigit, & cōuertit. Autoritas per locū a minori de umbra Petri q̄ sanabat infirmos. vt patet Act. v. Nō mirū ergo si umbra Christi saluauit animā latronis. Vidēs uirgo q̄ filius locutus est latroni, dixit, O fili latroni loquimini, & mihi que morior hic uobiscū nihil dicitis? Tūc xps uolēs cōsolari matrē, capite signādo Ioanne dixit, Mulier, ecce filius tuus. Et Ioanni, Ecce mr tua. honora eā, & seruias sibi, ut matri. Rndere potuisset uirgo, O fili, & qualis consolatio, quale cambiū est istud, dare filiū creatoris pro filio piscatoris. filiū Dei pro filio Zebedei. O fili mi, modo cōpleta est ꝓphetia Simeonis dicētis, Et tuā ipsius animam pertrāsibit gladius. Tūc Christus cepit dicere Hely hely, ideſt, Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti &c. vt me dimittunt amici, Apostoli, & discipuli. Et si quesiuisset aliquis ab eo, O domine ubi sunt ceci quos illuminasti? ubi infirmi quos curasti? ubi demoniaci, ubi leprosi quos mūdasti, ubi mor

tui quos resuscitasti, ubi Apostoli quos honorasti? Rñdisset, Oēs dereliquerunt me. Et cōpleta omni re fuit hora nona, & clamauit dicēs, Sitio. Rñdit uirgo, O fili, nō habeo nisi aquā lacrymarū. Tunc quidā cū spongia in arundine posita dabat sibi acetū mixtū cū felle. Et cū gustasset dixit, Cōsummatū est. f. opus, & mysteriū humane redemptionis. Rñdit uirgo, O fili, cōpleti sunt dolores mei. Tūc xps uoce magna clamauit, Pater in manus tuas cōmēdo spiritū meū. Et inclinato capite, quasi uale diceret matri, sic emisit spiritū. Mirū fuit q̄ tūc uirgo Maria nō cecidit mortua, sed statim secute sunt cōsolationes, & remedia cōfortatiua, quia tenebre facte sunt super uniuersam terrā, quia sol dimisit uestes suas albas claritatis sue, & indut⁹ fuit de nigro, & terra mota est, & petre scisse sunt, & multa corpora sanctorū qui dormierāt, surrexerūt. Itē Cēturio fuit cōuersus di. Vere filius Dei erat iste. Et populus percutiebat pectus suū dicens, O miseri, qd fecimus. Hi fructus passionis quos uirgo uidebat consolabant eā. Ecce hic defunctio tēporalis, quia uoluit mori, ut liberaret nos de morte eterna, & daret nobis uitā gloriosam. iuxta proph. tiā Esa. liij. Tradidit in mortē animā suā, & cum sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorū tulit. Sexto fuit in passione xpi sepelitio terrenalis. Ratio, quoniam ex peccato Ade humanū genus nō solū fuit cōdēnatū ad mortē, sed etiā ad sepulturam, & retolutionē, & corruptionē. Ge. iij. Pulus es, & in puluerem reuerteris. Ideo xps uoluit sepeliri, sed nō corrūpi. iuxta illud Dauid. Nō dabis sāctū tuū uidere corruptionē. Iudei autē quoniā parasceue erat, ut nō remanerent in cruce corpora sabbato, qa tum festū erat, put habebāt preceptum Dei. Leuit. xxiij. Ne igitur eorū festū inhonoraretur, in cui⁹ uespere eiuidē diei incipiebāt solēnitatem. Erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatū, ut frangerentur eorum crura, & hoc ut citius morerent &c. Quoniā solēnitas ista azymorū tota erat gaudiosa, quia per hos septē dies uiri, & mulieres ducebāt choreas per circuitū Hierusalē in cantico Moysi. s. Cantemus dño gloriose &c. In memoriā q̄ eo tēpore eos liberauit de seruitute Egyptiorū, & Pharaonis, exercitu eius in mari rubro submerso. Igitur ne tanta solēnitas ex aspectu cadauerum fedaret, quoniā prope ciuitatē erāt, petierūt ea deponi. Venerūt autē milites, & primi quidē fregerūt crura, & alterius qui crucifixus erat cū eo. Ad Iesum autē cū uenissent, ut uiderūt eū iam mortuū, nō fregerunt eius crura, sed unus militū &c. qui secundum Isidor. dictus erat Lōginus. Hic secūdū magistrū histo. uidere non poterat an mortuus esset Iesus, quia caligatos habuit oculos, & accepit lanceā suā, & infixit eā in corde Christi, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua miraculose, & per hastā decurrens peruenit ad manus militis, & ex cōtactu uisum recepit, qui cōuersus ad fidē. xxviij. annis monasticā uitā duxit. Et post hec crescente Christianorum persecutione, factus eps glorioso martyrio coronatus est, & sic celū ascēdit. Hoc miles iste simplici intētione, & ex cōpassione fecit, ut citius moreretur. Et ideo Deus eū interius, & exterius cū erat cecus illuminauit. Hoc uulnus secūdū Alexan. de hales, nō fuit xpo infixū in ea parte in qua pingi solet per ossa. s. pectoralia, sed fuit inferius inter mollitiem carneam, & inter ossa pectoralia, & femoralia, & sic sursum ascēdit ad cor. Ratio, quia xps in alto pepēdit, & miles stās in terra &c. Propterea si circa pectoralia infixisset lāceā, fuissent fracta ossa propter magnitudinē lancee que ostēditur. Sed secūdū Io. qui uidit, & testimoniū perhibuit, & uerū est testimonium eius. Facta sunt hec, ut scriptura impleretur, Os nō cōminuetis ex eo. Exod. xij. Et iterū alia scriptura dicit, Videbūt in quē transfixerunt. Quare uero sic depingitur? dicēdū q̄ pictura est laicorum scriptura. Ideo ut expressius laicis pateat q̄ lancea cor xpi penetrauerit, in signū q̄ ex corde dimissa est nobis culpa p̄ suā mortē. Hec duo miracula

miracula post mortē cōtigerūt. s. sanguinis emanatio, & ceci militis illuminatio. Sanguis enim in hoīe mortuo coagulat sed nō in xpo, ut ostēderet se habere potestatem esse in corpore sine aīa. Itē tres opiniōes erāt de aīa q̄. s. esset in sanguine, in cerebro, & in corde. Primi ea occasione moti fuerūt, quia cū sanguis e corpore effundit, animā euolare asseruerūt. Sed secundi ideo, qa animā maiorē uim in cerebro suarū potētiarū ostēdere uiderūt. Alij uero, quia uiderunt cor hoīs primū uiuēs, & ultimū moriens. Et sic in his tribus locis effectualiter quesierunt, licet xps hoc uulnus nō sensit, qa iā erat mortuus. Hec enim oīa facta sunt hora nona. Ideo ecclesia pro gratiarū actione cantat nona. Post hec cū iam sero factū esset, ideſt, hora uespertina, ecce uir nobilis nomine Ioseph ab Arimathia ciuitate Iudee qui erat Decurio, & diues, uir bonus, & iust⁹, eo q̄ esset discipul⁹ dñi, occultus autē p̄pter metū Iudeorū. Hic nō cōsenserat cōsilio, & actibus eorum, quia & ipse expectabat regnū Dei. Hic audacter introiuit, & accessit ad Pilatū, & petijt corpus Iesu, ut tolleret. Hec oīa ponūt euāgeliste ad exprimēdū bonitatem, & reuerētiā istius Ioseph. Celit⁹ eīm p̄uisum est, ut esset diues, ut haberet qd̄ in sepulturā dñi expēderet. Nobilis Decurio, ideſt, super decē milites, ut ad presidē accedere posset. Iustus, & bonus, ut xpi corpus accipere mereret. Discipul⁹ nō unus ex duodecim, sed qui in primitiua ecclesia oēs credentes dicebant discipuli. Audacter, qa Iudeos non timuit. Et ipsi eū hoc facere nō causa discipulatus, sed pietatis putabāt. Petijt corpus Iesu, quia licitum nō erat sepelire corpora dānatorū sine licētia presidis. Pylat⁹ autem mirabat si iam obijsset. Sed illa admiratio secūdū Io. p̄cessit ex leuitate, & cordis uanitate. Nemo miretur cū Pilato q̄ Iesus subito mortuus fuit, adhuc uiuētibus latronibus, quia multa crudelia per totā noctē & diē pertulit, qñ latrōes in quiete fuerunt. Et accersito. i. uocato Cēturione interrogauit eū si iā mortu⁹ esset, & cū cognouisset a Cēturione, donauit corpus Iesu Ioseph. Venit ergo, & tulit corpus Iesu: Venit autē & Nicodemus qui uenit ad Iesum nocte primū, ferēs mixturā myrrhe, & aloes, quasi libras centū. Acceperūt ergo corpus Iesu, & ligauerūt in lintheis mundis cū aromatibus, & inuoluerūt illud in sindone munda quā mercatus est, sicut mos est Iudeis sepelire. Istud unguētū amaritudine sua coercet uermes a cadauerū corrosione, & corruptione, & putredine. Ex quo patet secūdū Chry. q̄ isti nō habuerūt adhuc de xpo plenā, & perfectā fidē, nō intelligētes illud. ps. Nō dabis sanctū tuū uidere corruptionē. Vnde si corp⁹ Christi iacuisset in sepulchro usq; ad diē nouissimū, nō fuisset incineratū, nec putrefactū, qa erat balsamatū diuinitate. Hec depositio secūdū Bedā, & Origenē facta est presente matre Maria, que corpus filij sui de cruce depositū suis brachijs, ut pie creditur, dulcissimis amplexata fuit, & sacra uulnera cū inexplicabili planctu materno affectu deosculabat. Iesus autē ad cōsolationē matris ita glorificat⁹ est, q̄ nulla plaga uel liuor in suo corpe apparuit, p̄ter q̄q; uulnera manuū ac pedū, atq; lateris q̄ reseruauit nō ex impotētia sanādi, sed ut ostēderet Apostolis, & maxime Thome, Iudeis, & tīali xpiano in iudicio extremo ad interpellādū in cōspectu p̄ris. Ad letificādū beatos ex introitu sue redēptiōis. Nō eīm dedecorāt corp⁹ glorificatū ille cicatrices, qui clarius radiāt q̄ sol in firmamēto celi. Et quia corpus lintheis inuolutū fuit, ideo in ecclesia mos inoleuit, ut in altari non sericis aut auro textis, sed in syndone mūda cōsecret. Itē licet hec aromatizatio xpi fuit facta in honorē, & reuerentiā, & a deuotis, & eū diligētibus, tñ factum in se ualde miserabile erat, qa. s. tāte nobilitatis dñs tractabat tāq; cadauer, licet xps propter diuinū suppositū cadauer non fuit, & corona glorie sic iacuit prostrata. In signū huius pro gratiarū actione statuit ecclesias dicere uesperas. Erat aūt in loco ubi crucifixus erat Iesus

hortus,& in horto monumẽtũ nouũ in quo nõdũ quisquã positus fuerat,& exci sum in petra. Istud monumentũ erat Ioseph.In horto dñs fuit captus,in horto nũc sepelit,ad innuẽdũ ꝙ p uirtutẽ sue passionis liberamur a pctõ,ꝙ Adã com miserat in horto delitiarũ. Secũdũ diuinã dispẽsationẽ in nouo monumẽto in quo nõdũ quisquã posit⁹ fuerat ponit, ne sua resurrectio alteri q ibi prius posi tus fuisset ascriberet. Sicut eñ in ỹginis utero nemo ante illũ,aut post illũ cõceptus est,ita secũdũ Aug.nemo ante uel post ibi sepult⁹ est &c.Ergo ꝓpter para sceuẽ Iudeorũ,qa iuxta ꝓphetiã Esa.xj. Et erit sepulchrũ eius gloriosum.Vnde Sanctus Tho.iij.p.q.lj.ar.j.Conueniens fuit xp̃m sepeliri.Primo ad probandum ueritatẽ mortis.Nõ enim aliquis in sepulchro ponitur nisi iã de ueritate mortis cõstet.Ignt Pilatus antequã cõcederet xp̃m sepeliri,diligẽti inq̃sitione cognouit eũ iã mortuũ esse,ut patet Marc.xv. Secũdo qa daf spes resurgẽdi his qui in sepulchro sunt p ipm,eo ꝙ de sepulchro ipse resurrexit,secũdũ illud Io.v.Oẽs q in monumẽtis sunt audiẽt uocẽ eius,& q audierint uiuẽt. Tertio ad exẽplũ eorũ q p mortẽ xp̃i spũaliter moriunt peccatis.i.qui abcondunt a cõturbatione hoim.Vñ dicit ad Col.iij.Mortui estis, & uita uestra abscõdita est cũ xpo ī deo. Vnde & baptizati q p mortẽ xp̃i moriũtur peccatis,quasi consepeliunt xpo per immersionẽ,secundũ illud Ro.vj.Cõsepulti sumus cũ xpo p baptismũ in mortẽ.hec Tho.Et Ioseph aduoluit lapidem magnũ ad ostiũ monumẽti,& abijt.Sub secute sunt mulieres,q cũ ipso uenerant de Galilea,uidẽtes monumentũ,& aspicientes quemadmodum,& ubi positum erat corp⁹ Iesu,sedẽtes cõtra sepulchrũ. Inter quas Maria Magdalena & altera Maria affectu diligẽter atrẽdebant qualiter trãsacto sabbato unguẽto preparato reuerẽter intrare possent,ad perungendũ iterato corpus Iesu.Ex quo manifeste patet ꝙ in fide dubitabãt,qa ipsum resurrecturũ nõ crediderũt. Ideo beata uirgo Maria in qua uera & certa fides fuit,ad ungendũ cũ ipsis nõ uenit,propter ꝙ dies sabbati p anni circulũ ad sui reuerentiã ab ecclesia spãliter uenerat. Altera aũt die q̃ est post parasceuẽ cõuenerũt principes sacerdotũ & pharisei ad Pilatũ di.Dñe recordati sumus.Et notabile est ꝙ Iudei Pilatũ dñm suũ agnoscẽtes,ut in seruitutẽ alienigenarũ redacti, etiã adulãdo ut facili⁹ impetrarẽt dixerũt,Dñe,seductor ille dixit.Mirũ ꝙ eorũ inuidia adhuc nõ cessauit.Seductorẽ tũ secũdũ Hiero.recto eum noñe uocabant,sed non talem qualẽ intendebant. Est enim seductio mala a uirtute in errorem.Hanc Christo imponebant,sed falsẽ mentiebantur.Alia a falsitate in ueritatem,a uitijs in uirtutes,sic Christus seductor erat fidelium.Post tres dies resurgam.Iube ergo custodiri sepulchrum usq; in diem tertium,ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum,& dicant plebi surrexit a mortuis,& erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cũ custodibus, quia non sufficiebat illis custodia militum gentiliũ,sed etiã cũ hoc signauerunt lapidẽ qui erat in ostio monumẽti cũ sigillis suis & anulis.In huius sepulture memoriã,ecclesia statuit completorium.Cũ uero xp̃s animã in cruce tradidit patri,mox uenit ad infernum.i. ad limbũ patrum ad eorum consolationem,& demonũ confusionem.Et tertia die resurrexit de sepulchro,& ideo Iudei militibus summam pecunie dederunt,ut dicerent ipsum furatũ per discipulos.Sed cum accepissent pecuniam ꝙ factum

factum fuerat dixerũt,Milites eñ tacere nõ poterant.Nam fatebant se uidisse choros angelorum,& a Iudeis accepisse pecuniã.Vincẽtius in speculo narrat qd Ioseph ab Arimathia eadem uespera qua sepeliuit dominũ,Iudei eum incarcerauerunt,sed dominus liberauit eum. Ex his dictis patet causa,modus,ordo,& tota series dominice passionis,secundum intentionem euangelistarum,secũdum ordinẽ & secũdũ literam quã ex toto īserui,ac secũdũ seriẽ ueri gesti descripsi. Cõcedat nobis Iesus ut p lamẽta sue passionis perueniamus ad gloriam & gaudium beate resurrectionis. Amen.

Sabbato sctõ pasche. Sermo unicus.

Vita uestra abscondita est cũ Christo in deo. Cũ autẽ Christ. apparuerit uita uestra,tunc & uos appar. &c. ad Col. iij. & in epistola hodierna. Heri sermonis finis fuit sepultura corpis xp̃i, sed de aĩa quo iuit,uel quid fecit, nihil fuit dictum.Ideo mõ uolo predicare de ista materia.Sed prio salutẽ uirgo Maria &c.Quia iã possumus sibi dare gaudiũ & letitiam,qa de ꝓpinquo instat resurrectio gloriosa filij sui,iõ possumus ipam salutare humiliter & deuote dicẽtes sibi Aue Ma.&c.Vita uña &c.Pro huius uerbi declaratiõe,& materie pdicãde introductiõe sciendũ est,ꝙ doctrina sacra est gñalis & certa fidei xp̃iane ꝙ post mortẽ corporalẽ xp̃i,aĩa eius descẽdit ī infernũ,& est articul⁹ fidei dicẽtis,mortuus & sepultus quãtũ ad corp⁹,descendit ad inferos quãtum ad aĩam,licet potuisset statim ascẽdere in celum si uoluisset,tamen noluit,imo uoluit tãtũ humiliari,quia uoluit descẽdere pricipaliter ad confortandũ sanctos patres ad ipsos liberandũ.Sicut rex habita uictoria cam pali uult intrare personaliter ciuitatem, ita xp̃s.Et q̃diu corpus eius fuit ī sepulchro,tandiu fuit anima eius in limbo,& crastina die anima Christi simul cũ sanctis patrib⁹ exiuit de limbo,& assumpto corpore glorioso resurrexit.Ista est doctrina uera fidei Christiane,confirmata autoritate Christi dicẽtis,Sicut fuit Jonas in uentre ceti tribus diebus & trib⁹ noctibus,sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Mat.xij.Dic breuiter historiam Ione ꝓphete,ut habetur Ione.j.&.ij.Et quomodo fuit figura passionis xpi.Nauis ī qua xp̃s nauigauit,est natura humana.Ratio, qa ad instar nauis facta.f.angusta in principio,lata in medio &c.s.tẽpore Christi. Gal.iij.At ubi uenit plenitudo tẽporis misit deus filiũ suum.Nunc aũt restringitur ad instar puppis.Malus huius nauis in medio positus fuit crux Christi. Velum caro Christi.Facta est quasi nauis institoris &c.Prouer.ult. Hec nauis iactabatur magnis fluctibus & periculis submergendi in inferno,nec erat aliud remedium euadendi nisi ꝙ Ionas.i.xps iactaretur in mare,scilicet in amaritudinem passionis & mortis.Et cetus.i.infernus aperuit os suũ,& recepit ipsum, & tenuit eum tribus diebus & tribus noctibus,sed crastina die euomuit eum,& licet corpus Christi & anima in illa die fuerint diuisa & separata,tamen diuinitas nunquã fuit separata,nec diuisa,nec a corpore,nec ab aĩa,sed tota fuit cum corpore in sepulchro,& tota cum aĩa in limbo,ut dicit Sanctus Tho.iij.p.q.l.ar. ij.&.iij.Si dicatur qõ fuit hoc possibile?Dabo de hoc uobis duas similitudines ad oculos ad confortandum uestros intellectus.Primo de pomo ex una parte albo,& ex alia parte rubeo, quod si gladio diuidatur in duas partes, odor ipsius remanet cum qualibet parte diuisa.Idem de humanitate Christi.Cogitate ꝙ humanitas Christi sit ut pomum, cuius pars alba sit aĩa Christi purissima sine omni defectu,pars rubea, eius caro ex passione sanguinolenta.De quo Salomon Cañ.v.in persona uirginis Marie dicentis,Dilectus meus candidus & rubicundus.Diuinitas eterna erat unita corpori & anime Christi ante passionẽ & mortem,sicut odor est cõiunctus pomo &unitus.Sed humanitas Christi gla-

dō mortis fuit diuisa & separata in duas ptes principales, tū odor, idest diuinitas eterna semper remansit cū utraq; parte inseparabiliter. Secunda similitudo pulchrior & clarior de pecia crystalli ad radiū solis que tota replet lumine & claritate solis. Quare si diuidit in duas ptes, tota claritas solis remanet cum qualibet pte diuisa. Ité de humilitate xpi puriori crystallo, lumine & claritate diuinitatis illuminata, qua in morte diuisa diuinitas tota remānsit inseparabiliter cū qualibet pte diuisa abscondita. s. cū corpore in sepulchro, & cū aīa in limbo siue in inferno. Autoritas, Splendor eius ut luxerit, cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius, ante faciē eius ibit mors. Abac. iij. in qua ponunt tria tēpora xpi. s. tps sue predicationis, ibi, splendor ei⁹ ut lux erit. Secūdo ponit tps sue amare passionis, ibi, cornua in manibus eius. s. clauorū in manib⁹. Et tēp⁹ mortis, ibi, Ibi abscondita est fortitudo eius. i. diuinitas, que abscondita fuit cū corpore in sepulchro, & cū aīa in limbo. Nota ante faciē eius ibit mors. Ante passionē xpi mors ipsum sequebat ex psecutione Iudeorū, nō q̄ mors haberet aliquod ius in Christum, & iſecuta est xp̄m quousq; ipsum cepit. Sed post resurrectionem mors ipsum precedit. Ideo dicit ante faciem eius ibit mors. De hac absconsione dicit etiam Esa. Vere tu es deus absconditus, de⁹ Israel saluator. Esa. xlv. De hac absconsione dicit thema, Vita uestra. i. diuinitas abscondita est cum Christo.

Nota p̄ prosecutione sermonis, q̄ licet diuinitas eterna tūc fuisset abscondita illis qui fuerant in hoc mundo, tū tūc fuit ostensa & manifestata illis de inferno, non q̄ omnes de inferno uiderent eam, sed oēs qui fuerunt in inferno cognouerunt Christum esse uerū deum & uerū hoiem. Et diuinitas fuit eis ostensa & manifestata quadrupliciter, secūdum quod quatuor sunt loca in inferno.

Prim⁹ loc⁹ iferior est cacer dānatorū.
Secundus est limbus puerorum.
Tertius est limbus purgandorum.

Quartus est sinus pātrū sanctorū. In quolibet istorū quatuor fuit manifestata diuinitas xpi aliquo modo, quia ad omnes descēdit, ut dicit articulus fidei, mortu⁹ & sepultus descēdit ad inferos. Nota pluraliter inferos. Sed nō uiderūt diuinitatē nisi solum illi q̄ fuerūt in sinu patrū sanctorū, licet ad oēs descenderit. Iō Apīs Eph. iiij. descēdit primū. i. primitus anteq̄ resurgeret ad inferiores ptes terre. Iō bonū est scire qd ibi fecit. Primus ergo loc⁹ inferni & iferior est carcer dānatorū, plen⁹ igni ī extinguibili, q̄ uirtute diuina cruciat demones & aīas dānatas. Ad istū locū descendit aīa xpi, & ibi manifestauit diuinitatē suā p rigorosam ĩcrepationē, nō secūdū essentiā, sed secūdū effectum, ut dicit btūs Tho. iij. pte. q. lv. ar. ij. Duplici aūt rōne anima xpi descendit ad istos. Prima ad ligandū luciferū, qui a principio mūdi usq; ad illud tps captiuauit aīas in aliquo predictorū quatuor locorū. Sed heri dum xp̄s esset in cruce cū passiōe tā dolorosa derelictus ab Apīs, discipulis & amicis, lucifer q̄ primo dubitauerat an esset filius dei, dicēs intra se, quātūcūq; iste sit ſctus ꝓpheta, tū ego ducā ipsum mecū ad infernū, etiam uenit ad xp̄m & posuit se in brachio crucis expectās animam xpi. De hoc figura quā Beda exponit ad istud ꝓpositū. Et etiā tāgit in glo. Dicat breuiter historia de filio Thobie eunte cū Raphael qui uoluit lauare pedes in flumine, & ecce piscis immanis. i. maximus exiuit ad deuorādū eū. Ipse autē apprehendit brachiū eius, & ducit eū in siccū &c. Tho. vj. Exponit Beda, q̄ fluuius ille subitus & impetuosus figurabat mortem xpi impetuosam & subitā, qa sine processu iuris. Xp̄s autem uoluit lauare pedes suos, q̄ sumus nos, q̄ tāgimus terram & nos maculam⁹ pctis. Sed ecce piscis immanis. s. Lucifer uel Sathanas uenit, & posuit se in brachio &c. ad deuorandum xp̄m, & nō uidebat ab aliquo nisi a Christo, q̄ dixit, O traditor in mala hora huc ueniisti. Sed in sepatione aīe xpi a corpe Lucifer cognouit q̄ erat deus, & uoluit fugere q̄

fugere, sed non potuit, quia xp̄s ipsum cepit qui cum uellet xp̄m capere, captus fuit a xp̄o ut piscis a Thobia. Quod diabol⁹ uenit ad xp̄m. Autoritas, Venit em̄ princeps mundi huius. s. Lucifer q̄ tyrānice dnabatur in mundo, & in me nō habet quic quā. Io. xiiij. Et q̄ a xp̄o fuit captus, autoritas, Nunc iudiciū est mundi, nūc princeps huius mundi eijcietur foras. Io. xij. Iō xp̄s ipm̄ cepit & ligauit in carcere dānatorū, usq; ad tempus antixpi. tūc soluetur ad tempus. Et sic xp̄s ostendit se esse dominum inferni, cuius portas ereas & uectes ferreos cōfregit, & ligauit insatiabilem homicidam. Secunda rō propter quam anima xpi descēdit ad istos, fuit p rigorosam increpationem, postquā ligauit sibi luciferū, increpauit & reprehendit dānatos. De hoc uidetur loq̄ Petrus in sua epīa dicens, Xp̄s semel pro pctis nīs mortuus est. Et sequit. In quo. s. tpe mortis, & his qui ī carcere cōclusi erant spū ueniens predicauit. j. Pe. iij. Dicit beatus Tho. in. iij. parte theologie. q. lij. ar. ij. ad tertium, q̄ ista predicatio nō fuit instructiua, sed increpatiua, quia dicit Damasce. in. iij. lib. q̄ sicut his qui in terra sunt euangelizauit, ita & his qui in inferno, non quidem ut incredulos ad fidē cōuerteret, sed ut eorū infidelitatē cōfutaret. Quia & ipsa predicatio nihil aliud intelligi pōt, quā manifestatio diuinitatis que manifestata est infernalibus, & in descensu Christi ad inferos. Hec. Tho. ibidē. Dic practice quomodo dicebat malis imperatoribus, regibus & dnis dānatis ex eorū mala uita & tyrānico regimine, ut Nēbroth, qui fuit primus qui uoluit habere dominū, & Alexandro, & alijs malestrubis. i. maledictis. Si dnio uestro postquam uobis dedi fuissetis bene usi, modo fuissetis salui. Item increpauit magnos philosophos, Platonem, Aristotelem, & alios de quib⁹ dicit xp̄s, O stulti oīdebatis, & legebatis & disputabatis de uno primo principio & primo motore & prima causa in scholis uestris, & in templo adorabatis idola, habebatis magnā scientiā & malā consc ientiam. Item increpauit superbos dicēs, O miseri si fuissetis humiles, modo habuissetis gloriā. Ité auaros &c. sacerdotes, prophetas falsos, simoniacos. Item luxuriosos dicēs, O qui unxistis sicut porci, ideo modo non habetis delectationes glorie &c. Ité gulosos, iracundos, inuidos, ut Cayn. Item blasphemos dicēs latroni dānato, O miser, nūquid tu hodie me blasphemasti in cruce? Ité redarguit Iudam dicens, O proditor, ecce quid uēdidisti pro tam modico precio. Cogitate quot fletus, clamores, ululatus illorum damnatorum desperatorum de saluatione. Ecce quomodo Christus manifestauit ibi suā diuinitatem, ipsos rigorose redarguendo. Secundus locus dicitur locus paruulorum, ut dicimus unus portus ubi sunt omnes pueri, q̄ decesserunt cū solo peccato originali, qđ peccatum originale nō est ab ipsis factū, sed receptū, sicut de imagine cadente in lutum &c. Ideo illud peccatum nō dicitur actuale, sed originale, qa in generatione corporali recipit illa macula. Et ideo qa nō est peccatū actuale, nō habent ibi penā sensitiuā, sed dicunt habere ignē, eo q̄ nūquā uidebunt faciē Dei. Et illa ita uidet esse ignis. Iuxta illud Deutero. xxxij. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad inferni nouissima &c. Dicit scriptura sancta, qa dormiunt non corporaliter, sed sicut ille qui dormit nō sentit penā, sic nec illi pueri sentiūt penā. imo dicit Iob in persona dānati, quare non in uulua mortuus sum? Egressus ex utero non statī perij? Quare exceptus genibus, cur lactatus uberibus? nūc dormiens silerē & somno meo requiescerē. Iob. iij. Dicit beatus Thom. ij. sen. dist. xxxiiij. ar. ij. & uide ibidē bene doctorē, q̄ quando uidēt gloriam beatorū q̄ nō dolent nec tristant, quia sciūt q̄ nō pertinet ad eos, sicut tu nō doles quia non habes regnū qđ nō pertinet ad te, sed de illo doleret filius regis ad quē pertinet regnū, nec qñ uides aquilā uolantē doles, quia non habes alas, sic nec illi pueri

tristan

tristant. Ad istos descēdit anima xpi per gloriosam consolationem. Dic practice quo anima xpi fuit in porta limbi, & illi pueri statim cognouerūt xpm saluatorē esse, uidentes animā eius, & ipsum adorauerūt dicētes, Gloria tibi domine qui mortuus es pro homine &c. Quibus dixit ipse, Quo est uobis? Rnderunt, Dñe bene est nobis. Habemus magnā scientiam naturalem, & multas gratias & uirtutes, licet nō haberent gratiam gratum facientē, disputamus ad inuicē & diligimus nos mutuo. Dixit xps, Ideo regratiamini Deo, q uos liberauit de illo igne inferni, ostendens eis locū damnatorū, & laudate dominū & quiescatis in pace. Tertius locus dicit locus purgādorum. Pro quo sciendum q aliqui moriuntur absq; peccato originali, ideo nō uadunt cum illis pueris decedentibus sine sacramento baptismi ad inferni limbum, & absq; peccato mortali, ideo non uadunt cum damnatis. Sed quia de peccatis que fecerunt postquā fuerunt mūdati ab originali peccato, nō fecerunt condignam penitentiā iuxta qualitatem & quātitatem peccatorum, tales ex quo habuerūt contritionē non uadunt cum damnatis, sed in alio mundo diuina misericordia ordinauit unum locum q dicitur purgatoriū, ubi anime purgātur, ubi est ignis, sed non sunt ibi demones, quia nullus ibi intrat quin sit in gratia Dei. Et ille ignis purgatorij durabit usq; ad diē iudicij, qui uirtute diuina cruciat animas, quod non posset iste ignis noster, imo si una anima esset in furno calcis, ille ignis sibi non noceret. Sed post diem iudicij ignis purgatorij extinguetur. Si dicat, & si sit aliquis qui in die iudicij nō complenerit penitentiā suam, nec sit purgatus, quid het de illo? Responsio, q Deus augmētabit illi penā intensiue &c. De isto loco dicit scriptura sancta, In igne probatur aurum & argentū, homines uero receptabiles in camino humiliationis. Eccl.ij. Ad istos xps descēdit, & uisitauit per copiosam liberationē. Questionem faciunt doctores, & beatus Thom. in iij. parte. q. lij. ar. viij. Vtrū Christus liberauit omnes animas que erāt tunc in purgatorio? Ad questionem illam oportet rndere per distinctionē, secūdum q de ista materia possumus loqui, dupliciter, uel per rigorē iustitie, uel per dulcedinē misericordie. Si loquamur primo modo, nō liberauit nisi illos solum qui cōpleuerunt tempus penitentie, & istā uiā sequitur beatus Tho. in. iij. parte. Si aūt loquamur de dulcedine misericordie, possumus dicere q oēs liberauit. Et ad hoc dabo uobis duas similitudines. Prima de rege nouiter coronato intrāte ciuitatem, que liberat omnes captos, nisi sint capti pro īteresse partis. Sic rex glorie xps nouiter coronatus corona spinarum, intrans purgatorium. Ad quem clamabāt omnes anime in purgatorio, Domine liberate nos, & xps interrogauit, licet iā sciret, quāto tempore hic fuissent. Respondebāt, Domine fuimus hic iam per mensem, per annū &c. Ideo pie creditur q xps liberauit omnes. Autoritas, Esa. recitātis uerbum Dei patris ad illū dicentis, Dedi te in fedus. i. pacē populi, ut suscitares terrā & possideres hereditates dissipatas, ut diceres his qui uincti sunt, exite, & his qui in tenebris sunt, reuelamini. Esa. xlix. Vbi ponunt quatuor clausule quarum due sunt de uita Christi, alie de eius morte. Prima ibi. Dedi te in fedus populi ut suscitares, qui. s. dormiebant in peccatis, quos xps suscitauit predicando. Secunda ibi, ut possideres hereditates dissipatas. s. animas rationales que sunt hereditates Dei, dissipatas per peccatū. Tertia ibi, ut diceres his q uincti sunt, exite. Non ibi loquit de illis qui sunt in inferno damnatorū, qa nullus inde exiit, sed de illis de purgatorio. Quarta ibi, his qui in tenebris sunt & reuelamini. Secūda similitudo est de papa nouiter creato, qui tunc cōcedit largas indulgentias & gratias quam plurimas. Quanto magis papa Iesus qui est dominus gratiarum & indulgentiarū, quia papa eius uicarius non est dominus ecclesie, sed dispensator & procurator. Cū ergo

ergo papa sit tam liberalis, quāto magis xps qui est dominus. Autoritas, Esa. lxj. Spiritus dñi sup me, eo q unxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritos corde, & predicarem captiuis indulgentiā, & clausis apertionem. No. spūs dñi scilicet sanctus, super me. loquitur xps inquantū homo, qa inquantū Deus spiritussanctus nō est super eum, sed equalis & unus Deus. Ad annunciandum māsuetis misit me, scilicet in hoc mūdo ad predicandū, & post mortem dicit, ut predicarē captiuis indulgentiā. Dic quo ante xpi passionem post quā anime compleuerant suum purgatorium, exibant inde, & ibant ad locū sanctorū patrū, qui dicitur sinus Abrae. Autoritas, Luc. xvj. Factū est ut moreretur mēdicus & portaretur ab angelis in sinum Abrae, quia in illum ibant condigne penitentes. sed modo ascendunt in celum, & etiam postquā exeunt de purgatorio. Dic quomodo tēpus a Deo taxatum est ad standum in purgatorio, potest redimi in suffragiis uiuorū. Ideo heres complere tenetur testamenta & executiones ultimarum uoluntatū defunctorum, alias dicit xps Luce. xviij. Deus faciet uindictam electorū suorū clamantium ad se die ac nocte. Quartus locus dicitur sinus Abrae. in hoc stabant anime sanctorum patrum, que ibi fuerunt a principio mundi usq; ad resurrectionem Christi. Primus qui unquam eo intrauit, fuit Abel, & quando xps surrexit, omnes exiuerunt inde cum xpo. Ibi nullam habebant penam, sed non habebant gloriam. In istam domum intrauit anima Christi. Dicit Augu. q sicut anima Christi intrauit per istam domū, omnes illi sancti patres uiderūt diuinitatē Christi, & habuerunt gloriam & paradisum. De quo dixerat Christus latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Dicit Augu. q omnes alie anime sanctorū patrū adorauerunt Christum di. Aduenisti redemptor aduenisti, quem quotidie expectabamus, modo est cōpletum gaudiū nostrum. Christus autē salutauit eos di. Pax uobis. Adam cum omnibus filiis & filiabus adorauerunt humiliter Christū cum omnibus patriarchis. Deinde Moyses cum prophetis. Deinde Aaron cū omnibus sacerdotibus, Dauid cum omnibus regibus. Ioannes baptista cum omnibus innocentibus. Deinde Eua cū omnibus sanctis mulieribus. Et Christus stetit cū ipsis usq; ad resurrectionem. Autoritas Matt. xiij. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus &c. Item autoritas Sapientis dicentis in persona Christi. Penetrabo inferiores partes terre, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in dño. Ecclesiastici. xxiiij. Nota inspiciam omnes dormientes, id est omnes mortuos, & illuminabo omnes sperantes in domino. supple lumine glorie diuine. Restat nūc cras resurrectio domini nostri Iesu Christi. Ad quam nos perducat &c.

Diuini uerbi preconis & predicatoris sacreq; Theologie professoris eximij sancti Vincentij confessoris diui ordinis predicatorum, sermones fecundissimi temporis hyemalis finiuntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca





...a 12. 14. y 15. de Mayo.
...as à 18. 20. y 21. de Septiembre.
...as quatras à 18. 20. y 21. de Diziembre.

ECLIPSES DE SOL, Y DE LA Luna.

QUatro son los Eclipses de este año, dos de Sol, y dos de Luna. El primero Eclipse es de Sol, el dia 2. de Abril à la vna, y 18. minutos de la tarde, no es visible en nuestros Orizontes. El segundo es de Luna el dia 16. de Abril à las dos de la tarde, no visible para nosotros, solo los de la America lo verán. El tercer Eclipse es de Sol el dia 25. de Septiembre à las cinco menos quarto de la tarde, es visible en lo mas de nuestra Europa, se verà quasi vna hora, y los efectos suyos son perversos, aunque pocos, como se verà en los sucessos de el fin de este Año, y parte del Año de 1721. El quarto Eclipse tambien es visible; pero es de Luna, lo verà el dia 11. de Octubre, el que quisiere madrugar à las tres y media de la mañana; y si el Ayre, y las Nubes lo permiten, se verà eclipsada la tercera parte de el Cuerpo Lunar por la parte de Mediodia. Tambien influye pestilentes qualidades; porque es principio assentado de nuestra Pilosophia, que los Eclipses, y Cometas ni bonos influyen, porque incrassan à el Ayre, y lo inficionan de terreos, y melancolicos humores; y como en

...entretenidos con ...co que aquellos Juizios los Astrologos, avia yo dedicado las figuras del tiempo, sin compàs, ni mas regla, que la de tres, y fatigado de tratar con el impertinente artificio de los numeros la delicada Era del Guarismo; ò ya que me levantò sobervia de reconocer lucido en las verdades mas bajo, tirè el cuerpo al respaldo de la silla, y cruzados los brazos, acostè la cabeza en el Ombroplato derecho. Y fuesse que los pensamientos estaban de gorja, la cabeça de zumba, ò que se bolviò loco el talento de mi estudio mis felicidades; vnos, y otros representaron en el campo abierto de la imaginacion estos discursos: Valgame Dios! me decia à mi mismo. Pues de aver vida en esta muerte del Mundo mas libre, mas poltrona, que la que me presta mi Profession? Ay sobervia mas inchada, ni menos dañosa, que el de saber vno para el año que viene, y de èl en mil años como si passeara los Orbes el estado de todo el Cielo? Los fixos passos de las errantes estrellas? Los aspectos, distancias, y delquios de sus luzes? Con tanta certeza, que para delvaratar esta artificiosa maquina, le ha de costar à Dios vn milagro, como es atrassar, detener, ò adelantar los contados passos, que les determinò à los lucidissimos cuerpos del Æter en su primera creacion? Si tiene alguna ventura nuestra vida, es la de ...ormolar estas verdades, y es vn pedazo de Biena venturanza preve-

Universidad de Deusto
Biblioteca